

INTRODVCTORIVM PERVTILE IN ARISTOTELICAM

Dialecticen, duos Terminorum Tractatus, ac Quinque Libros Summularum complectens, M. Iohannis Maioris Philosophi, ac Theologi Parisiensis: denuo ab eodē summa vigilātia repositū.



PETIT

PETIT

Venundatur
In ædibus Ioannis Parui, & Aegidii Gormontii bibliopolarū, via ad diuum Iacobum.

Cum Gratia & Priuilegio, Ad Biennium.

M.D.XXVII.



¶ Quę in hoc Introductorio continentur.



¶ Extraict des Registres de Parlement.



SVr la requeste baillee a la court par Iehan petit & Gilles de gourmōt libraires iurez de luniuersite de Paris: par laquelle ilz requeroient leur estre permis par icelle court de imprimer & faire imprimer vng liure nagueres compose par maistre Iehan maioris docteur en theologie, moult proffitable pour les Regens & estudians en la faculte des ars: intitule Introductorium in Aristotelicam dialecticen duos tractatus & quinq; libros Summularum complectens adiectis aliquot prenotamentis. Et q̄ deffenses fussent faictes a tous autres libraires & imprimeurs de imprimer ledit liure iusques a certain temps: pendant lequel lesditz supplians exposeront en vente a pris raisonnable les liures quilz auront imprimez & se pourront recouurer des fraiz & impenses qui leur aura conuenu exposer a faire imprimer ledit liure. Et ouy le procureur general du Roy. Et tout considere

La court a permis & permect ausditz Petit & de Gourmōt libraires susditz de imprimer & faire imprimer le liure susdit. Et icelluy exposer en vente a pris raisonnable iusques a deux ans prochains venans. Pendāt lesquelz la court fait deffenses a tous autres libraires & imprimeurs de īprimer & exposer en vente ledict liure. Sur peine de confiscation des liures quilz auront imprimez & dam̄es de arbitraire.

Signe Du tillet.

Iohannes solo cognomento Maior acutissimo theologo
Petro Chaiplane rectori Dunneuñ. S. P. D.


Osti erudinssime vir theosophiæ professores in Scotia Britannię liberales pro
fiteri artes. illud rei theologice conducibile non ab re suspicātur, quęstionarij
in sententias nunc dialectices ceratinas & soritas interserunt, nunc philosophię
abdita elucidationis gratia annectunt, ipse hoc institutū probans vtriq; facul/
tati pro ingenioli ruditate genitali solo his paucis exactis annis operam impē
di, nec destiti quousq; stellifer athlas solarem orbem octies ab occasu eoam pla
gam versus complexę circūtorqueret, qua circūgiratione octonos volubiles compleuit annos.
Summulas (quas abhinc triginta annos Parisiorū lutitia cudimus) auditorio perlegimus, and
quo genere studij partim delectatus in Aristotelis stragerite logicam iuxta ac philosophiā in
certa quęstiones absoluim⁹, necnon introductiones summularum vicę edidimus. ¶ Cæterū cui
hanc opellam dicarē circumspicienti pręcipuus occurrebas, nec fluxis rationibus tractus id ope
ris tibi nuncupaui. In primis lucubrationum mearum studiosum te vidi, identidem artium in
uolucra haudquaq̄ spernentem. In earum spinosis & cornutis elenchis non parum oblectamen
ti capis, diuinam paginam cum aliis scitu dignis cum otium suppeditat misces, Denique es mi
hi contereaneus nedum genere Scotus Britannus verumetiam Laudoniensis. Sumus enim am
bo sub feracis Laudonie meditullium creti, his atq; aliis argumentis haud frigidis allectus tuæ
eruditioni hosce labores deuoui, Duas vias extremas in logicalibus sum contemplatus, aliqui
sophismata ac cornutos sillogismos in totum reiiciunt, contra vero alii illos in immensum pro/
ducunt, sophistarū meras pręstigias auide pertractātes, quos pseudo dialecticos nec iniuria mul
ti appellitant, in talibus quisquilius cuiuslibet hominis & alterius angeli vterq; asinus currit to/
tos dies inutiliter cōterunt. Inter hos lapsus interstes mediare laboraui. ¶ Insuper Hugoni spens
omnium bonarum litterarum promptuario meo nomine salutem dices. Est enim venerabilis
tui collegii sancti Saluatoris pręfectus vigilantissimus, omnium horarum vir, centoculus An
gus, nulli mortalium (quos nouerim) mā suetudine ac comitate secundus, hęc animi placabilitas
Atropos fatale stamen prorogat, ac senilem longeuitatem parit. octoginta annos citra mineruę
dispendium natus est, nec adhuc memorię armariū est illi cōtractum. Tanta ingenii dexteritas
rarissima est inuentu, lanificas sorores ardescens bilis pręproperè inuocat, & inexorabilium pa/
carum filum rumpere coadiuuat, hoc vno superciliosum eum iocosę dixens, suam molem iactās
Iohanne maiore sęse altiorem præconisauit. Verum enimvero nostræ proceritatis abiectæ me/
pudet, breuicole admodū sumus stature, plus ab Og rege Basan & staterosis q̄ pomilionibus
elongamur, hæc interiocandum carptim litterarum monumentis commēdaui, dum mei Hugo
nis sermo incidit paucis diuelli nequeo. Ita illius insita vrbanitas, ac vitę cādor meo in sinu anim
cuiuę imaginem iecit, vt antequam humanis valedixero neutiquam oblitterabitur. ¶ Nec Tho
mam Ramsay frugi doctrinę officinā silenter pręteribis, mei causa illum pleno ore salutabis, de
eius altera febricula decennio continuata lubens commentarer, sed vereor ne suum in Iohannē
sales recitantem stomachetur. Attamen sua benigna cum venia hoc vnum dixero, diem illum
quo prospera valitudine fruitur albo lapillo notet, eo colloquium atq; irrequietum motū sub/
duplex, alteram partem crastinam in lucem seruet, fausto ac infausto die æqualiter est atq; bibit,
verum hoc cubiculo necnon taciturnitate gaudet, illo vero turturis silencio vtitur, vicatimq;
moratur. Gulermum Guyndum & Iohannem Annādū cenobitica vita & sciencia conspicuos
infestia e, noua quæ circumferuntur locupletat, discrasiam a crasi sola taciturnitas tita deipescit.
Hisce cū solicitudinibus vix feruidum ingenium litterario ludo relaxat, ebdomadatim doctoris
subtilis placita explanat. Signa originis intricata, naturas communes, formalitates nexibus lo
rorum gordii tenebrosiores aperire magno molumine conatur, sane magne est acrimonie stetis
ha & captu difficilia ditare. Vale, ex Monte acuto Anno virginei partus sesq; mil
lesimo vigesimo septimo, Sextodecimo Kalendas Decembris.









¶ Tabula alphabetica duplicis tractatus Terminorũ ac primi libri pquam meliora puncta in his contẽta facillime inuenire potes.

De littera A.

De littera B.

De littera C.

✱ iii

De littera F.

De littera G.

De littera H.

De littera I.

De littera L.

De littera M.

De litera.Q.

De litera. R.

De litera.S.

De litera. T.

De litera. V.

Finis Tabulę.

¶ De Terminis Præfatio.



Pud Sapiētem Prouerb. xxij. cap. legimus, Ne transgrediaris termios antiquos, quos posuerunt patres tui. Quod impresentiarū dupliciter exponere lubet. ¶ Vno modo sic, ne tu summulista future logicā in limine salutaueris, donec terminos (quos patres tui dialectici tradidere) prælibaueris. ¶ Secundo sic nouas terminorum sectiones cum senticosis argutiolis tanquam aconitum logices fugito. quia illæ temporis curriculo in introductiōibus & logica examussim colligentur. Sed terminorum diffinitiōes & partitiones antiquas (quas patres tui posuere) non trāsgrediaris. Propterea non demirabere si succincte & lucide ī hoc terminorum tractatulo captu faciliora nouitijs in hac arte tradendo, sine rationum ampullosis nexibus & elaboratis sophismatis procedā. Rem igitur aggredientes dicamus.

¶ Sicut primo Elencorum Aristoteles dicit qui terminorum significantias non capiunt, facile paralogisantur. Eam ob rem aliqua cōmunia & introductoria in terminis sine nodo sis vorticibus tradenda veniunt.

Consequentiæ finitio.

¶ Cōsequentia est oratio ex antecedēte, consequēte, & illationis nota, illatiue tenta cōflata. ¶ Antecedens est ꝓpositio aliam inferens

¶ Vt in hac, homo currit, ergo animal currit. homo currit est antecedens, animal currit consequens, & ergo illationis representatio. ¶ In conditionali antecedens immediate sequitur coniunctionem si sic in causali. Vnde fit consequēs est totius nexus pars, sicut & ipsum antecedens. ¶ Cōsequentis diffinitio ex antecedentis descriptione facile cognoscitur. Est enim propositio ab alia illata. ¶ Cęterum quando sunt duę propositiones in antecedente vt in sillogismo prior maior, posterior vero minor appellatur. At si plures quam duę ponātur, singularibus nominibus respōdeto.

¶ Consequētia bona est ea cuius antecedens nō potest esse verum, consequēte existente falso. ¶ Mala opposito modo describitur.

¶ Ex hac diffinitione propositiōes corolarię sunto, quas ingeniosus iuuenis facile seriatim recitauerit, quarū prima esto. ¶ Omnis consequentia cuius antecedens nō potest esse verum, est bona. de hac omnis propositio est particularis, ergo homo est asinus, in pręsentia non insisto. ¶ Secunda ex hac statim sequens est hęc. Omnis consequentia cuius antecedens est impossibile, est bōa. ¶ Tertia omnis consequentia cuius antecedens potest esse verum & consequens impossibile est mala. ¶ Quarta omnis consequentia cuius antecedens est necessarium & consequens contigēs est inualida. ¶ Quinta, omnis consequentia cuius consequens est necessarium est bona. ¶ Sexto, patet hanc esse bonam, sortes currit ergo sortes mouetur. & hanc malam sortes mouetur ergo sortes currit. ¶ Septima ex vero. non sequitur falsum. bene autem econuerso. doctrinaliter & non de rigore hic procedo. protinus ex quid nominis bone cōsequētie hec stipare potes. Itemtidem aliarum malitiam enucleare.

¶ Ante omnia doceatur opponēs probare negatum.

Vt negata hac propositione, non deus est, argumentor sic. Omne sequens ex vero ē verum, nō deus est est huiuscemodi, ergo est vera quod testabat probandum. Maior ē corrolarium nuperrime illatum, & minor patet. bene sequitur, aliquod ens quod non est deus est, ergo non deus est. antecedens est verū ergo & consequens, quod erat probandum. Antecedens probo, bene sequitur, sortes est, ergo aliquod ens quod non est deus est, per diffinitionem bonę cōsequentię, & antecedēs est verum, ergo & consequens quod ostendēdum relinquebatur. Concesso consequente sic argumētor. Aliquod ēs quod nō est deus est ergo non deus est, ab equiualentibus antecedens est verum, ergo & consequens, quod corroborandum manserat, dicetur capiendo non īfinitanter consequentia est bona, negānter ipsa est mala. doceatur etiam opponens inferre quod erat probandum, & cum excercitatus

fuerit temporis curriculo nõ opus est passim ita inferre.

¶ Agnita vera cõcede, falsa infitiaberis, duplicia distinctione seperaueris.

Cũ ex vero falsũ minime sequatur & ob falsi interemptionẽ eius oppositum verũ in valore cõcedis, haud improbe respondes, amphibologica occurrẽtia distinguas, vt de hac pręfata nõ deus est, quare si proponatur tibi hęc asini sunt sacerdotes, eã negabis, & si opponens argumentaretur. Omnes episcopi sunt sacerdotes, asini sunt episcopi, ergo asini sunt sacerdotes, dicas transeat maior, minorẽ distĩgue, penes hoc ꝙ episcopi potest esse obliquus aut rectus. Si primum, mox vides consequentiam negandam, esto ꝙ nec dariĩ aut fallacię vllum vigorem cognoueris, & quando talem portum inueneris non opponas te maiori. Sed dicas transeat, hoc est quicquid sit de eius veritate cõsequenter respondeo. Nec ꝑ maioris aut alterius partis vltroneum transitum illam concedere posthac cogeris. Si secũdũ, consequentia est bona sed sicut consequẽs est falsum, ita & antecedens pro minore.

¶ Caeterum argumentationem anteq̃ respõdens ad partes loquatur integrę illibatęq; repetat, quia ratiocinatio dig este repetita est ꝑtim soluta, & inter respondendum quorsum argumentationis virtus tẽdat pẽriculate trutinet, quia ex ꝓpiti & impremeditata respõsione saepius respondens hallucinatur. In qua responsione maxime contendum est vt in eadem forma repetatur, quia ab opponente est proposita nõ mutata sententia, dein quęlibet particula singillatim est repetenda quibus ꝓpriis & peculiaribus nominibus respondebis distinguendo, negando, aut affirmando.

Diffinitionis finitio facilis.

¶ Diffinitio est oratio superfluitatis expers diffiniti explicatiua & cum eo conuertibilis.

Et hoc est quod Aristoteles primo thopicorum innuit inquiens, diffinitio est oratio indicatiua rei. ¶ Et Quintilianus finitio est rei propositę propria dilucida & breuiter comprehensa verbis enunciatio. ¶ Et porphirius diffinitionem generis pro hoc ꝙ nihil superflui aut pęnurie contineat probat esse bonam. ¶ Ad bonã diffinitionẽ tria requirũtur & sufficiũt. Primo diffinitionẽ cuilibet cõtẽto sub diffinito cõuenire necessũ est, quare hęc nõ est bona diffinitio animalis substantia rationalis quae belluis non conuenit, quae sub diffinito continentur. ¶ Secundo soli diffinito competere debet, quare hęc oratio substantia sensitiua nõ est bona diffinitio hominis, cum pecoribus conueniat. ¶ Tertia diffinitionis ꝓprietas est luculenter naturam diffiniti explanare Iccirco arbor euersa haud q̃q̃ est hominis bona diffinitio.

Contra ista argumentor, non sequitur animal ratiõale ẽ diffinitio hominis, ergo homo est diffinitio hominis, ergo diffinitio non conuertitur cum diffinito.

Responsio est clara, nam sicut dicit philosophus secũdo methaphisice. Indigne fiũt in conuiuiis si ad nimium solutio fiat. Si tamẽ iuuenes respondere nequeant rigẽtis est suppeditas ferre.

¶ Diffinitum propinquũ est terminus cuius rei significate naturã diffinitio conuertibiliter apit.

Exemplariter patet, animal ratiõale est diffinitio hominis cuius definitũ propinquũ est terminus homo, & quęlibet res proprię per definitum propinquum significata est definitum remotum.

Contra, ex isto sequitur, eiusdem diffinitionis plura esse definita, consequens est falsum, ergo & antecedens.

Respondetur distinguendo sequelam vel plura diffinita quorum vnum est propinquum & aliud remotum vel ambo remota & sic eam cõcedo, vel plura propinqua & sic eo infitias.

Contra hoc argumentor Iste terminus homo in voce & in scripto est diffinitum propinquum huius diffinitionis animal rationale, ergo eiusdem diffinitionis plura sunt diffinita propinqua.

Respondetur distinguendo cõsequẽs vel plura propinqua synonima & sic conceditur vel non synonima & sic negatur, vocalis enim notio scripte est synonima ¶ Ex quo sequitur cuiuslibet diffinitiõis diffinito propinquo vocabulum quodlibet synonimum est etiam diffinitum propinquum, sęcus est in remotis diffinitis. patet de scriptura homo & voce, homo respectu diffinitionis substantię. ¶ Secundo sequitur eandem rem esse diffinitum remotum & diffinitionem respectu eiusdem diffiniti propinqui, patet in diffinitione

diffinitiõis. ¶ Tertio sequitur, idem est diffinitum propinquũ & remotũ respectu eiusdẽ diffinitiõis. patet in presentia, ex quo iterum sequitur relatiue opposita verificantur de eodem respectu eiusdem diuersis tamen rationibus. ¶ Quarto sequitur, aliquid est diffinitũ remotum cui diffinitio nõ conuenit, patet diffiniendo hunc terminum non definitũ remotum. ¶ Quinto sequitur, licet conceptus non vltimatus termini homo ipsum proprie significet, nõ tamen sequitur terminũ homo esse diffinitum remotum huius diffinitionis homo est animal rationale, quia licet conceptus ille sit diffinitum propinquum, non tamen in sic representando sed significando omnes homines, & hoc est ꝙ per particulam inq̄tũ huiusmodi intelligimus.

¶ Materiam aliquam aggressurus definitionem prefaberis.

Panitium primo officiorum hanc pretermittentem Cicero carpit. Alicuius materie diffinitio non parum momenti ad illius intelligentiam administrat, prius vocabulum eius est superius ad diffinitum, posterius vero cũ eo communius conuertibile, ipsam rem complectẽs alienaq; ab eo (instar agelli finis agrũ suum ab aliis separans) segregat.

Diuisionis finitio.

¶ Diuisio logicalis est notionis superioris ĩ suos ramos partitio, inter quos & diuisum conuertibilitas exigitur.

Hæc (Sicut reliqui termini secunde intentionis) partitionis realis est simia, sicut partes integri toti æquantur. Ita disiunctum specierum diuidentium toti parificantur. ¶ Tria ad diuisionem logicalem requiruntur, & sufficiunt. ¶ Primo exigitur diuisum non transcendere membra diuidentia. ¶ Secundo exigitur membra diuidentia non posse exuperare diuisum. ¶ Tertio membra partientia esse formaliter opposita, licet nonnunq̄ materialiter coincidant supponẽdo pro eodem, nunquã tamen secũdum eandem rationem. Idem terminus est secunde intentionis & prime, vt mox paulo dicemus. Sed alia est ratio siue causa, quare est prime, & alia ratio quare secunde dicatur. ¶ Ex dictis infero aliqua, primum illatum est, hec est mala diuisio animalium, aliud homo, aliud bos, ob prime conditionis defectum. ¶ Secundo hec est mala partitio animalium aliud homo, aliud nõ homo ob secunde mendum. ¶ Tertio hæc est bona diuisio animalium, quoddam homo, quoddã brutum. patet. ille tres conditiões prefatæ, isti conueniunt. Si enim hæc tria alicui conueniãt segregatio est bona, nõ est vis deueritare aut falsificare, propterea diuisio bona & non vera aut falsa propositio appellatur.

Contra dicta argumentor, hæc est bona diuisio animalium, quoddam homo quoddam brutum, & tamẽ diuisum excedit membra diuidentia, ergo finitio diuisionis est mala. consequentia tenet cum maiore. & minor. patet. diuisum excedit hoc membrum diuidens, & illud membrum diuidens, ergo diuisum excedit membra diuidentia. ¶ Secundo hõ diuiditur in viuũ & pictum, & tamen vnũ membrorum diuidentiũ excedit diuisum. patet. homo pictus de herculeo symulachro verificatur & non diuisum. ¶ Tertio hec est bona partitio coloratorũ, aliud album, aliud nigrum, & sic de singulis coloratis. & tamen diuisum verificatur de scuto pro media parte alba, secundum se & quodlibet sui, & alia medietate nigra, de quo nullum membrorũ diuidentium verificatur. igitur. ¶ Quarto vel iste termin⁹ animal diuiditur in hominem, & in brutum, vel animal in communi, nõ secũdum quia nullum est tale distinctum ab homine & bruto, non primũ, iste terminus animal nec est homo, nec brutum.

Ad primum negetur minor, & ad probationem concedo antecedens, copulatiue capiendo cõiunctionẽ &, & nego consequẽtiã.

Sed contra istud argumentor. hæc non est bona diuisio animalium quedã hoies quædam bruta, ergo. nec alia de singulari nũero. antecedens patet, quia diuisum verificatur de equite & suo caballo, de quibus nullum mẽbrorum diuidentium verificatur. igitur.

Respondetur ad replicationem concedendo antecedens diuisum posse verificari de aliquo de quo nullum membrorum diuidentium verificatur, vt inter argumentandum probatur, & hoc est diuisum ipsum membra diuidentia transcendere, vt iacet diuisio non valet in plurali numero. quoad disiunctũ cõuertibile cum diuiso capiatur, sic practicabis animalium quædam homines, quædam bruta, quedam homo & brutum, quedam homo & bellue, quedam bellua & homines, quedã homines & bruta.

Ad secundum respondetur, quãdo est diuisio ęquiuoci in sua ęquiuocata diuisum cõuertitur cum membro principali diuidẽte, & alterum membrum transcendit diuisum, & licet pictum dicatur de homine sine addito explicite, & non de homine viuo, tamen hominem pictum dat intelligere, talia sunt subiecta, qualia permittuntur ab eorum prędicatis in ęquiuocis a consilio.

Ad tertium bipharia respondeto, primo scutum datum non est coloratum, sed colorata, & consequenter concedendum est, nõ omne corpus esse coloratum. ¶ Secundo concedo illud esse coloratum, nec partitio est bona, nisi aliud vel alia membra addantur, secundum exigentiam mixtionis, conformiter ad solutionem replicę argumenti primi.

Ad quartum, dicitur iste terminus animal in communi non restrictus in hos ramos partitur, non ratione sui, sed ratione rei proprię per ipsum significatę.

Diffinitio termini.

¶ Terminus est signum ponibile in potentia propinqua, in propositione consueta, tanquã pars eius præcipua.

Signum ponitur loco generis: est vocabulũ communius, siquidem omnis terminus est signum & non contra. Symulachrum marianum est signum, & non terminus, ponibile in potentia propinqua. ob atramentum in pagina, & aurum in monili locabile in propositione in potentia remota, ponibile in potẽtia propinqua in propositione est ponibile in propositione sine mutatione per quam acquirit nouam significationem. ¶ In propositione cõsueta, per impositionem ęqu° asseres & res ad extra possunt esse vocabula, & propositiões, ad hoc sunt in pura obedientia, sed tales propositiones sunt inconsuetę, & termini inconsueti, de quibus imprę̨sentiarum nõ loqmur. ¶ Tanq̃ pars eius, ob albedinẽ ponibilẽ inter partes propositionis. ¶ Diximus præcipua, pars remotissima propositionis est dictionis elimentum, pars remota est syllaba vocabuli, quæ non sunt termini in quãtum huiusmodi, pars propinqua siue pręcipua integrum vocabulum, ex cuius significatione repręsentatio totius propositionis consurget, vt deus.

Contra definitionem sic explicatam argumentor, ex ea sequitur, buf est terminus, similiter copula, oppositum posthac dicemus. ¶ Secundo nullus terminus alicuius fundi est diffinibilis a logico, & terminus est agelli extremitas. igitur. ¶ Tertio hæc diffinitio cõuenit non termino. patet ꝯcurrendo per omnes particulas. & diffinitum nõ conuenit huic cũ termino opponatur.

Ad primum conceditur illatum, iam late vocabulum capimus alias strictius de eo loquuturi.

Ad secundum, concedo maiorem, distinguendo minorem capiendo terminũ primę intentionaliter & sic conceditur. secundæ intentionaliter, negatur.

Ad tertium, distinguo maiorem, si nõ terminus capiatur materialiter conceditur, significatiue negetur. ¶ Primo modo non terminus est terminus personaliter capto prædicato & terminus est non termin° similiter capiendo.

De significare.

¶ Significare est potentię cognitiuę aliquid aliqua aut aliqualiter repręsentare.

Representare in diffinitionis calce loco generis locatur, licet repręsentare cum significare conuertatur quia eius significantia est notior in eius quid nominis ponitur. ¶ Dicitur potentię cognitiuę, & non intellectiuę, quia non solum potẽtię intellectiuę aliquid significatur, verũetiam potentię cognitiuę, agni nati balatum ouis pia mater agnoscit, & liberali gallo vociferanti galline pro pastu occurrunt. ¶ Aliquid ob terminos singularis nũeri non collectiuos, qui pręcise vnum pro quo accipiũtur & vniuoce significant, aliqua propter terminos communes numeri pluralis & singularis numeri, collectiuos ponitur, vt populus prima breui homines, & licet hi termini repręsentant aliquid, non tamen supponunt pro aliqua re, citra decem homines non inuenitur populus. Et nunc non curamus partem hominis integralem hominẽ appellare. Vulgarem modum & facilem applectimur. ¶ Dicitur aliqualiter propter sincathegoreumata significatione, quę nullam rem aut res significant, sed denotant conceptus vel terminos, super quos feruntur aliter accipi. Nonnũquã tamen ob breuiloquium aliquid transcendẽter capim°, vt aliqua & aliqualiter includat.

De significare naturaliter & ad placitum.

¶Significare bipharíam sciuga tur. Nam quoddam est significa re naturaliter, quod impositiõe semota repręsentat. ¶Significa re ad placitum est per impositio nem factam denotare.

Non enim secludimus impositionem qualibet a dictione naturaliter significante, q̃ libet res imponi potest vt significet consequẽs est notionem imponi posse.

Contra priorem diffinitionem argumentor, vox homo naturaliter significat se, vt posthac patebit, & tamen significat ad placitũ, ergo nõ repręsentat impositione seclusa.

Contra aliam diffinitionem argumẽtor, tunc quilibet potest imponere vocabula ad significandum & sic eloquium a barbarie minime segregaretur.

Ad priorẽ rationẽ respõdet, seclusa im positione tantum va et quantum hoc cõple/xum si nulla esset circa hoc facta impositio is tud significaret.

Ad secundam respondetur, impositio vocabulorum multipharíam in vsu est. ¶Sed triplicem modum & vulgatiorẽ enar/rabimus.

Primo est impositio ab eo (qui cõmunitati prȩsendi aut future pręest) & sic adam⁹ prothoparens quadripedibus altilibus & cę/teris id genus nomina indidit. Vnde recita/tur Geneseos capite tertio. formatis igitur dominus deus de humo cunctis animãtibus terre, & vniuersis volatilibus cęli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea, omne enim quod vocauit Adã nomine viuentis ipsum est nomen eius, appellauitq; Adam nominibus suis cuncta animantia, & vniuersa volatilia coeli, & omnes bestias terre, adduxit hoc est suo imperio fecit omnia esse Adamo prȩsentia, sicut volitio dei efficax fenis in diebus vniuersum fabricatus est, sic raptim cun/cta animãtia colegit, a rerum proprietatibus nomina artificiose indidit. Illud fuit ydioma hebręum quo post cathaclismum vniuersi ad turris Babilonice structuram vsq; sunt vsi.

Secundo ex variarum linguarum cõmertio nouus ritus fandi emergit. Lingua hibernica hoc explanat, quȩ cum ritu hispani/co & insulanorum simbolizat, & saxones britãnis mixti germanicam linguam plurimum alterarunt, & nos eam magis variatam hausimus, Picardi, Flãdris finitimi alienum modũ loquendi parisiensibus habent, propterea fidẽ his non impartior qui tantũ septuaginta du/as linguas ponunt.

Tertio modo a consuetudine vocabula incrementum suscipiunt, sic in cõcinnũ modum loquendi barbaries, & contra nonnunq̃ cõuertitur, cui astipulatur Horatius. Vt siluȩ folijs pronos mutãtur in annos, prima cadũt ita verborum vet⁹ interit ętas. Et paulo mox, multa renascentur quȩ iam cecidere cadẽtq; quȩ nunc sunt in honore vocabula. Si volet vsus & cetera. Tametsi insulso auspitio origine traxere, temporum tractu validas vi/res accipiunt, non alias paraclytus tertia bre/ui spiritum sanctum & non infamem signifi/cat. Ita latij multa secula dictionẽ acceperunt, nec ad grȩcos oculus vllo modo est flectẽd⁹, dictio est latina grȩcanico cum fonte nihil cõmertij habẽs. ¶Quo fit eorum acerbitas qui ecclesiasticorum pronunciantes taxant indiscreta. Res prȩscriptibiles titulo prȩscriptionis sine alio titulo dominij legitime prȩscribentis fiunt. Haud secus vocabula tempestatis curriculo fulcimentum suscepẽrãt. Insultas paraclytus pęnultima producta hortatorem ac patronum significat At paraclytus pęnultima corrupta non est secum sinonima, Igitur. Minorẽ inficior. nec alia ratio ab eruditorum receptissimo vsu expiscanda est, nempe teste Flacco. nam penes arbitrium fiat vis & norma loquẽdi. Cȩterum Franciscus philelphus quadam in ępistola arbitratur foeminas pueros ac pro/miscuam plębiculam olim Plautina & Terentiana vsam fuisse lingua, quam forensem Ci/cero vocat, hoc contra Leonardũ aretinũ ꝓ/bare multipharíam satagit, nũc ex peregrinorum commertio ali⁹ vulgaris successit sermo, semper tamen litterati grammatice insudãtes linguam separatam a vulgo habebãt, vti in nostris hodierno die vsu venit. Porro si vul/gus omne Plautinas comoedias ac Terentia/nas non calluisset ineptissime fuissent in thea/tris vulgo recitate. quid enim absurdius q̃ pręndicabilia pręndicamenta aut euãgelium latino sermone conscriptum coram indocta plȩbicula recitare, sed ne latius in his calamus euagetur derelictam ad orbitam redeamus oportet.

Quarto, vocabula in obligationibus & in alijs disceptationibus imponuntur. At hȩc institutio haud est autentica, finita dispu

tatione ea interit. Ex his ad argumenti aculeũ respondere potes.

Triplex est significatus naturalis.

¶ Rursus significatio naturalis triphariam extẽditur. Nã quoddam signum naturaliter ꝓprie significat, vt cõceptus in animo quoddam naturaliter ex instinctu nature suum significatum significat, vt gemitus infirmi dolorem, quælibet res mundi sese obiectiue repręsentat.

Hęc vox sortes sortem repręsentat, ad placitũ mediante conceptu sortis, hoc est mediãte eius naturali similitudine, cõceptus sortis eũ mediante seipso notificari, q̃a regula est. ¶ Quilibet termin⁹ nõnihil significãs illd⁹ mediãte naturali similitudine illius repñtat. ¶ Significare ex instictu nature est aliud a se nõ ex ĩpositiõe mediate significare, hac significãtia murelegus sub intẽpesta nocte suo rauco clamore, plures phcles congregat. Similiter porcus ięsus suo grunitu sues omnes aduolare facit ¶ Tertiũ mẽbrũ vulgariter significare naturaliter cõmuniter vocatur. ¶ Vnde fit, nõ est idẽ relatu significare cõmuniter & naturaliter cõmuniter, illa res quæ est sortes significat cõmuniter, & tamen non est terminus cõmunis, cũ non est vocabulũ. ¶ Vlterius sequitur, quẽlibet terminũ naturaliter proprie aut ex instinctu nature significãtẽ naturaliter cõmuniter etiam representare.

Contra regulam cõmentarij littere explanatiuã argumentor, ex ea sequitur eũdem conceptũ se mediãte se repręsentare, patet de conceptu entis conceptu qualitatis aut conceptus. ¶ Respondetur cõcedẽdo illatũ, sed hoc lucidius aperietur cum de cõceptu vltimato & non vltimato sermo fuerit.

De termino mentali, vocali, & scripto.

¶ Terminorũ quidã mẽtalis, & est terminus immediate significans. ¶ Vocalis est terminus ab ore prolatus. ¶ Terminus scriptus est terminus qui oculo corporeo percipitur.

Licet oculus q̃libet sit corporeus proprie loquendo tamen intellectus methaphorice oculus mentis appellatur, mẽtem ipsam spiritualiter illu minat omnes transferentes secundũ aliquã similitudinẽ transferunt, secũdũ Aristotelem thopicorum sexto.

Contra hanc partitionem argumẽtor, diuisũ mẽbra diuidentia transcendit, ergo diuisio nulla, antecedens patet, diuisum trãscẽdere mẽbra diuidentia nihil aliud est q̃ diuisũ posse verificari de aliquo de quo nullũ mẽbrorũ diuidẽtiũ verificat, sed sic est i ꝓposito, igitur. probat minor de termino partim scripto partim vocali ostendendo tibi scripto terminũ homo cui in voce addo est animal, concedis hoc totũ esse verũ, ergo hoc totũ est ꝓpositio & ex consequente terminus.

Secundo patet, eadẽ minor in plurali nũero diuisum verificatur de termino mẽtali & vocali & tamen nullũ mẽbrorũ diuidẽs de illis duobus verificatur, igitur.

Respondetur ad priorẽ rationẽ dãdo cõplexũ ex mẽbris mẽbrũ mixtũ est apponẽdũ & quo modo mixtio intelligenda veniat, posthac in alijs terminis in hac terminorũ partitione numine propitio discutietur.

Ad secũdũ dicitur hęc diuisio data est in singulari nũero. In plurali aũt nihil valet nisi latius membra cumulaueris.

Tertio argumẽtor, contra diffinitionẽ termini scripti sequit terminũ scriptũ in libro clauso nõ esse terminũ scriptũ cũ nõ percipit.

Quarto, tũc equus ad extra erit terminus scriptus cum oculo corporali videatur.

Quĩto, termino a calcographis impsso diffinitio conuenit, & non diffinitum cum non est terminus scriptus, igitur.

Ad tertiũ respõdetur, percipitur dicit aptitudinẽ & nõ actũ Ita verba crebrius ĩ diffinitiõibus capiunt, & in vulgari modo fandi dicimus, equum suum pabulum auide mandentem impigre cursitare.

Ad quartum, eo inficias sequelam mãnus autem per genus diffiniti secluditur.

Ad quintũ, dicitur terminus ĩpressus sub scripto ob eius affinitatem cõtinetur, hęc diffinitio est antiqua, & ante impressionem data, etiam scriptura est impressione communior quo ad hominum multitudinẽ licet plures libri impressi q̃ scripti inueniantur.

Sexto, nullus est terminus mẽtalis ergo diuisio est insufficiẽs, antecedẽs patet. om-

nis terminus est alicuius generis, at mentalis
nullius est generis, igitur. consequentia est in
baroco, & maior vt detur vera iductiue discur
rendo, superest ergo ꝓbare minorē quam sic
ostendo, termini mentales nullius sunt idio/
matis (vt posthac in posterioris tractatus ter
minorū septena partione numine propitio
dicemus) ergo nō sunt alicuius generis, tenet
consequium genus a dictionis calce dependet
Regulę enim in generibus pro a, e, i, t, & simi:
libus a classarijs grāmaticorum traduntur, er
go cum in mente nō est dictionis finis nullenes
quaquam erit genus. ❡ At dicis propter ra/
tionē termini mentales vltimati nullius sunt
generis. ❡ Contra, hęc est incongrua vir alba
currit. modo verum & falsum congruū præ:
supponunt primo periarmenias.

❡ Secundo casus ac numeri in mente inueniū
tur, ꝓinde gen⁹, postquam eadem sit ratio in
hisce accidentibus.

Ad sextum sufficienter responsum est
ad replicas vsq; exclusiue. ❡ Ad quarū prio/
rem respondetur illa voçata oratio ad placi/
tum significans est inepta cui mentalis incon
gruitas minime respondet quamobrem nihil
vetat eam in animo esse enunciationem.

❡ Ad secundam concesso antecedente, conni
xionem eo inficias. Accidentia veritatē atq;
falsitatem variantia in mente offendunt. Mul
tum enim refert dicere duo genij salutarunt
christiferā dicēres. Aue gratia plena, & vnius
hoc ipsum casus ac numerus efficit, quocirca
mens eorum haud est exors.

De termino cathegorematico & syncathegoreumatico.

❡ Cathegoreuma officio iuxta
& significatione est vocabulum
aliquid significans & in proposi
tione officium vendicans. Ca:
thegoreuma significatione tan:
tum est aliquid significans offi:
cij tamen expers. Cathegoreu:
ma officio tantum est vocabu:
lum officio munitū, nihil tamen
repręsentans. Ex his syncathe:
goreumatis triplex partitio faci:
le capitur.

Officium in propositione habere est
posse esse suppositū significatiue sumptū respe
ctu verbi personalis modi finiti, vel esse appo
situm sicut grammatici loquuntur de verbo
quod appositum appellāt. Exemplum primi
rami, vt homo omnes homines significat, &
officium in propositione sibi vsurpat. Exem:
plum secundi, vt virorū, & istud coincidit cū
syncathegoreumate officio tātum. Exemplū
tertij, vt est tertium adiacēs, & istud coincidit
cum syncathegoreumate significatione tan:
tum. Syncathegoreuma officio & significa:
tione simul nihil nec aliqua representans offi:
cij ꝓpositionalis expers significat aliqualiter,
vt omnis quilibet aliquis. Significare autē ali:
qualiter est facere cathegoreumata in que ta:
lis significantia fertur aliter & aliter accipi pro
suis significatis, vt ampli⁹ post hoc patebit.

Contra ista argumētor, non sequitur
hoc verbum est tertium adiacens est cathego
reuma officio tantum, ergo est cathegoreu/
ma. Et in omni bona diuisione diuisum verifi
catur de quolibet mēbro diuidēte, igit.

Secundo, idem terminus est cathego:
reumaticus & syncathegoreumaticus, ergo
membra coincidunt contra vnam conditio:
nem bone diuisionis.

Tertio argumentor, nullus est termi:
nus syncathegoreumatic⁹, ergo diuisio est in:
ualida. antecedens patet, maxime esset nega:
tio non in ista propositione nullus homo non
currit, sed hoc non igitur. minor patet, nega/
tio ibi aliqualiter minime representat, nā nec
distribuit nec negat modo distribuere & ne/
gare sunt illius significationes aliquales, non
enim videtur quo alio modo significaret, er:
go nō est terminus syncathegoreumaticus, &
per consequens diuisum exuperat membra
diuidentia.

Quarto argumētor, hoc signū aliqs nō
est termin⁹ sincathegoreumatic⁹ ergo male di
ctū est, antecedens patet, non significat aliqua
liter, igitur. añs iterum patet, hō nō aliter sup:
ponit in ista aliquis hō est animal q̃ ista hō est
animal, ergo nō aliter accipit cathegoreuma
super quod cadit q̃ eo secluso & nō significat
esse vel nō esse nec alio modo p̄ quē cōcludes
retur eius significātia aliqualis, ergo nō signi:
ficat aliqualiter, & hoc mōstrādum erat, simi
liter de quolibet signo particulari argumēta:
bor, igitur.

Quito, quilibet reddit suppositum ver
bo hac quilibet est purum syncathegoreu:
ma, igitur.

Ad primum cōcedo, nō sequitur hæc
est diuisio æquiuoci in sua æquiuocata, modo
in talibus diuisum de mēbro minus principa
li simpliciter non prædicatur.

Ad secundum concedo illa membra

coincidere in ſupponendo ſimpliciter vel cum
addito, non tamen ſecundum rationes for-
males.

Ad tertium reſpondetur, argumētum
nihil concludit.
¶ Tum primo hoc dato ꝙ argumētum prę/
tendit adhuc negatio aliqualiter ſignificat im
peditiue.
¶ Tum ſecundo in potētia propinqua diſtri
buit ac negat, poſtquam depoſita priori ne/
gatione negaret ac diſtribueret actualiter ſe/
cundum ſe vel aliam negationem eiuſdē ſpe
ciei eſſentialis ſecum, & hoc ad terminum ſi/
gnificatiuum ſufficit.
¶ Et ſi dicas negatio in hac homo non eſt a/
nimal non impedit, ergo nec adueniente ne/
gatione nullus impediet. tenet conſequentia,
aliter terminus naturaliter ſignificans poteſt
a ſua ſignificantia cadere.

Reſpondetur, argumentum non ma-
gis cogit ꝗ̄ de diſtributionē, ſiue actu impedit
ſiue non ſemper impeditiue repręſentat, cum
in potentia propinqua impediat. Per aduen/
tum alterius negationis actu impedit, ignis
enim nō calefacit paſſum niſi applicatum quæ
etiam naturaliter agit, eodem modo erit dicē
dum impræſentiarum, ſignum nō impedit ni
ſi applicato in quod prepedimentum exerce/
ret. ¶ Ex his liquidum eſt negationem tripli/
cem habere ſignificantiam vtpote diſtribuere
negare & īpedire, quas ſimul actualiter reſpe
ctu eiuſdem propoſitionis excercere nequit.

Ad quartum reſpondetur, ſignum ali
quis a ſua natura necnon quodlibet aliud ſi/
gnum particulare facit cathegoreuma ſuper
quod fertē ſupponere determinate ſecluſo ob-
ſtaculo ſicut vniuerſale diſtribuit terminum
in quem fertur, qua via particularis ab inde/
finita diſcrepet in ſuppoſitionibus (modo fa/
ta ſinant) dicemus, vbi huiuſce rationis diſcuſ
ſio clare patebit.

Ad quintum dicitur, reddit ſuppoſitū
verbo materialiter & non ſignificatiue.
¶ Cæterum purllis tegens ad longum tales
faciles argumentationes fabricetur vt ſi reſpō
dens dicat quilibet eſſe ſincathegoreuma offi
cio & ſignificatione ſic argumentabere nullū
cathegoreuma officio eſt ſincathegoreuma
officio & ſignificatione. At quilibet eſt huiuſ
modi, igitur puella maior eſt nota, & diſcur/
ſus eiuſdē, negabit ergo minorem, quam ſic
prolixius probabis, omne habens officium in
propoſitione eſt cathegoreuma officio, at qui
libet eſt huiuſmodi, igitur. probabis minorē
ſic, in hac oratione quilibet eſt ſincathegoreu-
ma aliquid reddit ſuppoſitum verbo & nihil
niſi dictio quilibet, igitur.
¶ Dicet ſicut iam dictum eſt hoc eſt verum
materialiter non autem ſignificatiue.

De termino ſignificatiuo & non ſignificatiuo.

¶ Terminorum quidam ſignifi
catiuus quidam vero non ſigni
ficatiuus. ¶ Terminus ſignifica
tiuus eſt vocabulum aliquid ſi-
gnificans. ¶ Terminus non ſi-
gnificatiuus oppoſito modo dif
finitur.

Sub aliquid aliqua & aliqualiter intel
ligimus. Paradigmatibus binis bini rami pa-
teſiunt, homo omnes homines ſignificans eſt
terminus ſignificatiuus, buf autem nihil re/
pręſentans eſt terminus non ſignificatiuus.
¶ At obiter dubitas an buf eſt buf eſt dictio
ſignificatiua. ¶ Sine argutiarum telis ſtrictim
reſpondeo illa oratio ex potionbus terminis
non ſignificatiuis conflatur hoc plane conce/
dimus, ſed quia præciſe ſincathegoreuma eiꝰ
aliqualiter ſignificat tota cathegoreumace ē
ſignificatiua, probatio eſt propoſitio eam ob
rem oratio. Aſt omnis oratio eſt vox ſignifi/
cantiua, vt philoſophorū princeps primo pe/
riarmenias affirmat, criſpitudo renuis cæſaris
ei totum æthiopum criſpum denominat ve/
rum hoc vni ſoli parti conuenit, ſignificatiuū
vero reliquis hoc eſt ſubiecto & prædicato.
¶ Et ſi dicas partes illius aggregati nihil ſepa-
ratim ſignificāt nec aliqua pars eius, ergo nō
eſt oratio, & per conſequens probatio eſt in/
ualida Itē oīs oratio ſignificat naturaliter vel
ad placitū. At nullo horū modorū illa oratio
repręſentat, igitur. Ad hęc ī oratiōe rn̄debit.

¶ Contra iſta argumentor ſic, quilibet
terminus mundi ſignificat ſe naturaliter com
muniter ergo ſignificat aliqd, ergo eſt ſignifi
catiuus, ab actu ad aptitudinem. ¶ Secundo
quilibet terminus ſignificat ſuum prolatorē,
ergo ſignificat aliud a ſe, antecedens patet. qa
in prolatione termini hem, aut buf, prolatorē
depręhendes more yſaac, Iacob filio dicenti,
Vox quidem vox iacob eſt, ſed manus ſunt
Eſau.

Tertio, quilibet nihil ſignificat, ergo

nō est termin⁹ significatiuus. ¶ Quarto nul/
lus terminus diuiditur in significatiuū & non
significatiuum & nihil a termino . ergo. nihil
hic diuiditur, probatur maior, nec terminus si
gnificatiuus diuiditur, quia tunc vnum mem
brum diuidens conuerteretur cum diuiso &
per eandem rationem nec terminus nō signi/
ficatiuus diuiditur. ¶ Quinto huf cum indi/
gnatione prolatum iram & displicentiam de
notat, ergo est significatiuum.

Ad primum respondetur distinguēdo
consequens capiendo significare latę, & sic
conceditur, hoc ad terminum significatiuum
non sufficit, oportet ipsum significare aliud a
se & suis partibus.

Ad secundum respondetur, assumptū
non sufficit, ad terminum esse significatiuum
oportet ipsū significare aliud a se & suis parti
bus & a suo prolatore.

Contra, tunc hęc vox robertus a rober
to pronunciata non esset terminus significati
uus, cum non significat aliud a suo prolatore

Respondetur, termini significatiui est
aliud repręsentare a suo prolatore, si non pona
tur ad significandum ipsum.

Contra, nullus imposuit hāc vocē quā
ego profero ad significandum, ergo hęc vox
non imponebatur ad significandum Rober/
tum, probatur antecedens, quia hęc vox Ro/
bertus nunq̄ prius fuit. Respondetur vnū vo
cabulum imponens omne synonimum simi
le in eodem ydeomate secum imponit, nomē
illi indidit ille qui eum de baptisterio leuauit.

Ad tertium nego consequētiam, signi-
ficat aliqualiter quod satis est.

Ad quartum respōdetur, terminus in
communi sumptus diuiditur. ¶ Secundo ter
minus significatiue sumptus partitur signifi/
catiue capiendo vocabulum. Sed non hoc cō
plexum terminus significatiuus.

Ad quintum, dicitur gestus talis & nō
dictio hoc repręsentat.

De termino communi & sin-
gulari.

¶ Terminorū quidam commu-
nis, & est vocabulum cui non re
pugnat accipi pro pluribus.
¶ Terminus singularis opposi-
to modo describitur.

¶ Contra ista argumētor sic. Deus est
terminus communis, & tamen hæc diffinitio
non ei conuenit. igitur, maior ex grammati-
ca est nota. Probatur minor, repugnat ei ac/
cipi pro pluribus. ¶ Secundo, chimera est ter
minus communis, & tamen ei repugnat ac/
cipi pro pluribus, cum pro nullo potest acci
pi, igitur. ¶ Tertio, repugnat huic termino,
homo in mēte accipi pro duobus lapidibus,
ergo repugnat ei accipi pro duabus rebus ab
inferiore ad superi⁹. ¶ Quarto, homo est ter
minus singularis, & pari iure nullus est termi
nus communis, ergo diuisio præsupponit fal
sum, assumptū patet, terminus homo est res
singularis. ¶ Ad primum respondetur, deus
imponebatur ad communiter significandū,
defectus ergo non est ex parte impositionis,
sed rei significate. ethnici delire rebantur va
rios fuisse deos, propterea pantheon romani
(dum rerum potiebantur) coluerūt, licet phi
losophi dei vnitatem ex creaturis cognoue
rūt pleriq; eorum timore perculsi vulgo con
tradicere nō audebāt, & potētatibus blandiē
tes cōniuerūt, sed veritate apud omnes agni
ta adhuc modus imponendi mansit. ¶ Ad se
cundum negetur minor, nō enim potest sup
ponere pro pluribus citra copulam de ymagi
narie est, aut sine termio ampliū modū repre
sentandi habente, tamen ex parte sue signifi
cationis ei non repugnat accipi pro pluribus,
communiter imponitur ad significādū sicut
hoc vocabulū homo existens asinus. ¶ Ad
tertiū dicitur concesso antecedente, neget con
sequētia, nō enim est inferioritas extremorū
totaliū quod requiritur. ¶ Ad quartū respon
detur, homo est singulare prime intentionali
ter, hoc est vna res, sic singulare est transcen
dens. Secunda intētionaliter solum supponit
pro termino singulari. ¶ Contra, nullū est sin
gulare secūde intētionaliter, ergo diuisio prę
supponit falsum, antecedens patet. Si esset ali
quod tale maxime esset vocabulū Iohannes,
sed hoc nō, prędicatur autē de hoc Iohanne &
de illo. ¶ Respondetur negando antecedens,
& ad improbationē negetur minor, ad cuius
probationē distinguitur antecedens, vel vni
uoce, & sic negatur, vel equiuoce, & sic cōce
ditur, vocabulum cum pro diuersis mediāti
bus diuersis conceptibus accipitur, equiuoce
capitur. ¶ Contra hoc argumētor ponendo
duos in die Iohānis zacharie filij baptizatos,
quorum vterq; vocabitur Iohannes eo q in
eius die generantur, iam vterq; istorū vnica
ratione est Iohannes, ergo vniuoce. ¶ Ad re-

plica admisso casu si vniuoce capiatur & tantum valet sicut vnica ratione, cōcedit assumptum, si vniuoce tātum valet sicut vnico cōceptu, negatur. ¶ Cōtra prędicatur vniuoce vt vniuoce tātum valet sicut vno cōceptu, ergo solutio nulla, antecedens patet. Prędicatur de isto vnico conceptu/& de illo vnico cōceptu, ergo de isto & illo vnico cōceptu prædicatur. ¶ Respōdetur capiendo consequēs in sensu copulato, consequentia est nulla, vt in antepręd icamentis (deus corpta secundet) dicetur. ¶ Contra prędicatur de hoc & illo vniuoce, patet in his, iste est Iohannes, ille est Iohannes, Iohānē & Robertum demonstrādo. ¶ Respondet distinguēdo vocabulum istud de pluribus prædicari, vel vere, & sic negat, vel false, & sic cōceditur. ¶ Cōtra, istę sunt verę. Petrus nō est Iohānes, Robertus nō est Iohannes, ergo prędicat de pluribus vnico conceptu & vere. ¶ Respondetur cōcedendo antecedens & distinguēdo cōsequens, vel negatiue cōceditur, vel affirmatiue negat. ¶ Contra hoc argumentor, hæc est vera, materia & forma sunt Iohannes, ergo prędicat de pluribus vnico conceptu vere & affirmatiue.

¶ Respondet iterum cōcesso antecedente distinguo consequēs, vel copulatim conceditur, hęc enim est vera solum in sensu copulato, copulatiue negatur. ¶ Contra hæc est vera animal est Iohānes, similiter hęc homo est Iohannes, ergo prædicatur de pluribus vnico cōceptu vere affirmatiue & diuisim cū illa copulatiua est vera, animal est Iohannes, & homo est Iohānes. ¶ Respondetur, nō prędicatur de pluribus & pro pluribus copulatiue. Alienū esset hic copulā de ymaginarie est in mediū dicere, & illa citata singularitatē in cōmunitatē conuerteremus. Et licet istę sunt verę. Plato est vel nō est Iohānes, nō tātum Plato nō est Iohānes, nō est consequēs ad hoc ꝙ Iohānes sit terminus cōmunis, nam in priori capit copula disiuncta, secūda vero est affirmatiua prignans.

¶ Ex his facilibus argumentatiunculis termini singularis descriptio colligitur, quę est hęc, terminus singularis est vocabulū cui non repugnat accipi pro pluribus vniuoce vere affirmatiue diuisim & pro pluribus. Breuius etiam si volueris dices, pluribus pro significatis totalibus non capitur. Modo licet terminus singularis de pluribus subiectis aut pluribus terminis copulatim prędicetur, nihil contra diffinitionē. Vnde fit Iohannes est terminus singularis. ¶ Secūdo sequitur homo est vocabulum commune, quia ei non repugnat accipi pro pluribus vniuoce & diuisim, vere & affirmatiue, & ꝓ pluribus, hæc copulatiua est vera, fortes est hō, & plato est homo. Inibi vocabulum homo de pluribus & pro plurib⁹ verificatur. ¶ Tertio sequitur, hęc entia demōstrando omnia entia mundi est terminus singularis, patet per totum quid noīnis eius.

De termino secundæ intētionis & primæ.

¶ Terminus secundę intentiōis est terminus significās vocabula ea ratiōe qua sūt significatiua.

¶ Terminus primę intētiōis per oppositū describitur, & est vocabulū nō significās notiōes aut si eas signif icet non ea ratione qua significatiuę sunt.

Participium, est terminus secundæ intentionis. patet. per eius quid nominis, nam significat pręcise terminos, vt oīa participia, & per consequens participium amās, ea ratione qua significatiuum est, quia si amans a sua significantia exuatur vocabulum participiū non amplius accipitur ꝓ illo, res est terminus primæ intentionis licet vocabulum significet non tamen ea ratione qua est significatiuum. ¶ Termini primę intentionis nomina rerū & secundę nomina nominum appellantur.

Contra hanc partitionem argumentor sic, buf est terminus, & non primę nec secūdę, ergo diuidentia membra diuisum transcēdit ¶ Secūdo nihil hic diuiditur. patet. nec nō terminus, nec terminus. ¶ At dicis termin⁹ sal/tem significatiuus diuiditur.

Contra, quilibet terminus significatiuus est primę intentionis aut secūdę, termin⁹ qui diuiditur nec est primę, nec secundę, ergo nō est termin⁹, antecedēs est verū, ergo & cōsequens. ¶ Tertio ex dictis vocabulum ymago non esset terminus secūdæ intentionis, cōsequens incōuenit, symulachrum herculeum repręsentat, ea ratione qua est significatiuum ¶ Quarto ly terminus non erit terminus secundę intentionis, patet, accipitur pro vocabulo buf, non tñ ea ratione qua est significatiuū.

Ad primū respondetur, ꝓ diuisum buf excluditur, diuisū est terminus significatiuus, etiam cathegoreumaticus.

Secundum argumētum soluitur in solutione ad quartum.

Ad tertium dicitur ymago non ſignificat ſignum propoſitionale ea ratione qua eſt ſignificatiuum, ea propter non eſt terminus ſecundę intentionis.

Ad quartum dicitur ſi terminus in toto ſuo ambitu accipitur, non eſt terminus ſecundę proprię capiendo terminum ſecundæ intentionis, ſecus eſt ſi capiatur pro termino ſignificatiuo, ſic de vocabulo ſignum dicatur ℂ An ęquiuocum ęquiuocatum ratione connotati ſecundę intētionis fuerit (deo auſpice) in alijs terminis videbitur. facilia tenellis ingeniis ne cōfundantur tradere ſatagimus. Pueri ab vnguiculis & teneris annis fœmineo lacte paſcuntur, poſtea rudioribus cibis. miſcemus tamen eum tenuibus paulo difficiliora captu ne minerua pollentes faſtidiantur.

Dubitatur an terminus ſecundę intentionis terminos primę ſignificet & contra.

Reſpondetur affirmatiue res eſt transcendens in ſignificatu. Similiter vox ſcriptura & huiuſmodi vocabula ſecundę intentionis ſignificant. Econuerſo nomen terminos primę ſicut ſecundę ſignificat quinimo huſ ſignificat. quod eius conceptus naturaliter repręſētat. patet ſignificat omne illud quod poteſt eſſe pars orationis vtpote nomen participium & cetera id gen⁹ ſicut terminus homo omnem hominē poſſibilē repręſentat. Item hęc eſt vera huſ poteſt eſſe nomē, ergo extrema ſupponunt pro eodem mediante tali copula. verum licet hoc complexum terminus ſecundę intentionis ſit ſecundę terminus primę intentionis eſt vocabulum ſecundę, cum quo ſtat hęc in veritate terminus primę intētionis eſt terminus primę, licet enim impoſitio vocabulis ad placitum ſignificantibus & intentio conceptibus cōueniat, ipſa vocabula vulgari cum vſu confundimus, & idem cōuertibiliter hic intellige per terminum ſecundę intentionis & ſecundam ipſam intētionē.

ℂ De termīo abſoluto & cōnotatiuo

Terminorū qdē abſolut⁹, qdē vero cōnotatiuus. ℂ Terminus abſolutus eſt vocabulum quod vltra ſignificatum pro quo accipitur nihil connotat. ℂ Terminus connotatiuus vltra illud pro quo accipitur non nihil de ſignificato formali importat.

Exemplum primi vt terminus homo/ & omnes termini de pręcamēto ſubſtātię.

Paradigma ſecundi, vt vocabulum albū pro re alba accipitur & hoc eſt eius ſignificatum materiale, vltra illud ſignificatum albedinem cōnotat illi rei albę adiacere, quā denominat, & hæc ſignificantia ſignificatum formale appellatur.

Contra hanc partitionem argumentor huſ eſt terminus, & tamen nec abſolutus nec connotatiuus. ℂ Secundo quilibet eſt terminus etiam ſignificatiuus, & nec abſolutus nec connotatiuus, ergo diuiſum excedit membra diuidentia. ℂ Tertio homo albus eſt terminus & nec abſolutus nec connotatiuus, cū eſt eorum congeries.

Ad duo prima argumenta reſpondetur. diuiſum eſt hoc complexum terminus ſignificatiuus cathegoreumaticus, ex quo fit non omnis terminus non abſolutus eſt cōnotatiuus.

Ad tertium tripharīā reſpondetur Primo, tertiū mēbrū ſupaddere oportet, pro termino mixto. ℂ Secundo dicitur diuiſum eſt terminus incomplexus. ℂ Tertio termin⁹ datus eſt connotatiuus.

De termino tranſcēdente.

ℂ Tranſcendens eſt vocabulum de quolibet pręedicabile:

Sex tranſcendētia communiter numerari ſolent, res ens verum bonū aliquid vnū, Verum ens ſecundum Priſcianum non eſt in vſu. Valla in exordio ſuę putatę logicæ ſolū ponit vnum tranſcendens, res pręciſe eſt transcendens ſecundum eum. Nam vnum vna res eſt, ens ſuapte natura participium eſt omnis generis, nos tamen artiſtarum communē ritum inſequimur.

Contra iſta argumentor, verum non pręedicatur de falſo. ergo non p̄dicatur de quolibet. ℂ Secundo ſortes vel non ſortes pręedicatur de quolibet & non reputatur tranſcendens, igitur plura ſunt tranſcendentia q̄ ſex.

Ad priorem rationem falſum eſt verū veritate entis ſed nō veritate propoſitionali, quantum aliquid habet de entitate, tantum habet de veritate.

Ad ſecundum reſpondetur tranſcendens eſt incomplexū, & duntaxat ſex pręfata ab artiſtis in communi vſu ponuntur, licet multo plura ſuperaddi poſſunt vt ſignū, qualitas, perfectum, & huiuſmodi.

De conceptu vltimato & non vltimato

Demum Conceptuum, quidam non vltimatus, & hic eſt diſticta ſimilitudo vocabuli. ¶ Omnis alius conceptus vltimatus fuerit.



Aec partitio, (vt dari ſolet) tyrũculis eſt captu difficilis, ea propter eã facile tradere curaui. ¶ Dicitur diſtincta hoc eſt indiuidualis aut ſpecifica, vt conceptus ſingulariter repreſentans hanc vocem, homo vel hanc vocem homo, & ſibi ſimiles in ſpecie & cum ſcriptura & vox ſpecie differãt, earum ſunt alii conceptus nõ vltimati. dicitur vocabuli & capitur ſicut ĩ diffinitione termini Diſticta enim ſimilitudo termini inconſueti non eſt conceptus non vltimatus ¶ Ex diffinitionibus ſequitur conceptũ omnium animalum ad extra eſſe vltimatum.

¶ Secundo ſequitur noticiam diſtinctam vocabuli animal eſſe conceptum non vltimatũ. ¶ Tertio patet noticiam omniũ entium oĩm vocũ aut terminorũ eſſe conceptũ vltimatũ, proba. quelibet illarum eſt cõceptus non non vltimatus ergo vltimatus. ¶ Quarto patet. non eſt idem dictu ſignificatum vltimatum & conceptus vltimatus, ſane hęc longo interſticio inter ſe diſtant, ſignificatum vltimatũ eſt illud quod terminus ꝓprie ſignificat, hoc eſt ad placitum proprie aut naturaliter ꝓprie vt in ſuppoſitionibus latius numine propitio dicemus. Omne aliud ſignificatum vocatur non vltimatum. Vnde fit terminus vocalis homo vltimate omnes homines repreſẽtat. quia imponebatur ad omnes tales ſignificandos, ipſam vocem ſuas partes prolatorem quę non vltimate ſignificat. Similiter conceptus nõ vltimatus vocis homo vltimate vocem & omnes homines ſignificat, naturaliter proprie vocem, quia eſt eius naturalis ſimilitudo, repreſentat Et quicquid terminus vocalis ad placitum ſignificat conceptus non vltimatus etiam ad placitum repreſentat ſeipſum non vltimate ſignificat. Conceptus vltimatus hominum eos vltimate ſignificat, & ſeipſum naturaliter cõmuniter mediante conceptu reflexo naturali ſimilitudine eiuſdem, quia regula generalis eſt, vt paulo ſuperius retulimus. quilibet terminus nõnihil ſignificãs illud mediante naturali ſimilitudine rei repreſentate repreſentat,

Contra iſta argumentor, diuiſum excedit membra diuidentia, ergo diuiſio mala. Antecedẽs patet de actu ſincathegoreumatico. ¶ Secundo ex dictis nullus idem cõceptus erit vltimatus & non vltimatus, ſed hoc eſt falſum ſi buf imponatur ad ſignificandum ſe tunc eius conceptus erit naturalis ſimilitudo rei proprie ſignificate per terminum, vtpote, per vocem buf, ergo erit conceptus vltimatus & eſt non vltimatus, igitur.

Ad priorem rationem nego antecedẽs terminus ſincathegoreumaticus ad placitum ſignificans non ſubordinatur conceptui ſed actui. ¶ Secundo conceptus diſtinctus termini eſt conceptus non vltimatus & conceptus reſpondens aliqualiter ſignificare eſt conceptus vltimatus. patet per diffinitionem & hoc extendendo conceptum ad actum, ſed tunc oportet ſupplere aliqualiter ſignificare pro ſincathegoreumate.

Ad poſteriorem rationem negetur minor, & ad eius probationem dico illam impoſitionem inanem cum late ſe ſignificet, & adhuc impoſitione ſuperflua data. vlterior cõnſeqtentia eſt nulla, cuius antecedens eſt verum & conſequens falſum. ¶ Hęc vox homo tribus conceptibus ſubordinatur vni conceptui ſingulari qui diſtinctiſſime terminum illum repreſentat.

¶ Secundo ſubordinatur vni conceptui communi qui hanc vocem & ſimiles preciſe repreſentat. ¶ Tertio ſubordinatur communi omnium hominum conceptui repreſentatiuo, hic conceptus eſt vltimatus, illi vero non vltimati. ¶ Vlterius patet aliquem cõceptum nunc non eſſe non vltimatum, & mox paulo eſſe non vltimatum, hoc de atramento in calamo (cuius conceptus iamiam eſt vltimatus, & cum ex eo ſcriptura fuerit eius noticia, eſt non vltimata) patet. & ita huic tractatui terminorum perbreui facilique captu finem imponimus.

¶ Prioris tractatus terminorum,

Finis.

❡Sequitur alius tractatus terminorũ, quē regens in logices exordio: vel cũ tyrũculi paululũ exercitati fuerint: legere potest.

De definitione termini.



INchoamẽtum a termino tanq̃ a capite suscipiẽtes dicimus. Terminus bipharia͂ accipit̃, vno mõ prime itẽtiõaliter & phisice, p̃rei extremitate, q̃admodũ dicim⁹ dan, & Bersabee terre ꝓmissiõis erãt termini ❡ Alio mõ logice de quo aliq̃tisp̱ loqui libebit, q̃a teste Aristo Eleuchorũ. q vocabulorũ significationes ignorant facile paralogisantur.

Terminus logicaliter sumptus triphariam accipitur.

Primo modo, pro omni illo totali quod in propositione consueta ponitur tanq̃ pars eius, huius diffinitionis ly terminus & quilibet sibi synonimus est diffinitum ꝓpiquum, propositiones consuetas appellam⁹ q̄bus dialectici cõiter vtunt̃, possimus enĩ res ad extra nr̃o ꝓ arbitrio ipõere loco subiecti copule nec nõ p̄dicati, Dicit̃ totale q̃m pars termini simplicis signãter scripti nõ est terminus, mo, q̄ ē p̱s termini hõ nõ ē termin⁹. nã ex significatiõe ei⁹ nõ cõsurgit ꝓpõis totalis repñtatio Etiam multa signa i ꝓpõe ponunt̃ q̄ nõ sũt ei⁹ p̱tes. ꝓpterea a termĩo seiugant̃. ❡ Quo fit nõ terminus ē terminus, capiẽdo subiectũ materialiter, hoc totũ est signũ totale in ꝓpõne ponibile. Nec p̄dicat̃ hic oppositũ de opposito, cũ vnũ extremũ materialiter sumat̃, q̃a vt sic alteri extremo significatiue sumpto minime aduersat̃. Nec ex illi⁹ cõueniẽte seq̄tur terminus nõ est termin⁹. Cõcedo tñ nõ termini sũt terminus. Idẽtidẽ nõ termini ac terminus sũt terminus. ❡ At forte dicis. nõ iste terminus est terminus, & nõ iste terminus est terminus. & sic de singulis. itaq̧ nõ terminus ē termin⁹, p̱ ascẽsũ significatiue capto subiecto ❡ Rñdet̃, ascẽsus copulatiuus ē iualidus eo q̧ virtualiter ē determinatio accepta vnica, nec de tenebroso ascẽsu disiũcto sub termĩo ĩfinitato ĩsudabimus Etiã ĩ valore a pluribus determinatis respectu p̱riũ multitudĩs ad vnã determiatam respectu totius proceditur.

Secũdo modo diffinitur terminus sic, est signum totale significatiue sumptũ in propositione consueta ponibile tanq̃ pars eius.

Tertio modo, terminus est signum totale significatiue sumptum in propositiõe cõsueta ponibile tanquam pars eius, potens reddere suppositum verbo personali modi finiti. Et quia non satis est vocabula gratis equiuoca dicere, illud ratione vel auctoritate vallare necessum est. Dicit enim Aristoteles. i. priorũ, terminũ voco in quē resoluit̃ ꝓpositio vt in subiectũ & p̄dicatũ, & dicimus aliquas ꝓpositiões nullo termĩo p̱ticipare, esto q̧ copulis & signis participẽt, termini phisici vt cõiectio hęc acceptio ē simia, vt limes agellũ terminat, haud secus subiectũ & p̄dicatũ enũciationē claudũt. Dicimus etiã hãc eē falsam bus est aial, & cũ est ꝓpositio, terminũ ꝓ subiecto habebit. Et terminus diuidit̃ in significatiuũ & nõ significatiuũ, ergo bus ē terminus laxato vocabulo. Et crebro terminũ non significatiuũ a termĩo secludimus, vt terminũ in cathegoreuma, & sincathegoreuma p̱tiẽdo. In prima intentionē & secũdã, sepulcule etiã extremũ ꝓpositiõis significatiue sũptũ p̄pose terminus reputat̃ Inter istas acceptiones est ordo. Oĩs terminus tertio mõ est terminus secundo modo, & ois terminus secundo mõ est terminus primo modo, & p̱ cõsequẽs ois terminus tertio modo est terminus primo modo, quicquid est inferius inferiori, est ĩferius superiori ꝗ li⁹ ĩferioris, at ecõuerso nõ ē ordo vniuersalis.

Contra diffinitiones sic explicatas paucis insistabimus, quatenus argumẽtatiõibus iuuenes assueti vt nõ more pethagorico veterno torpeãt ad ratiocinãdũ ꝓcliuiores fiãt. Primo ex diffinitiõibus seq̄tur nihil extra ꝓpositionē esse terminũ, cõsequẽs est falsũ, ergo & antecedẽs cõseq̄ntis falsitas est nota, cõsequẽtiã declaro, q̃a extra ꝓpositionē nõ ē pars ei⁹. Forte dicis & bene, ĩ diffinitiõibus aptitudinē & nõ actũ verba dicũt, vocabulũ extra ꝓpõnē est aptũ natũ esse pars ꝓpositionis Nec ponibile ampliat de materiali, sed de formali, aliter enĩ vox ab antixp̄o ꝓferenda esset terminus, quod est manifeste falsum.

Contra hoc argumentor, ex solutione data sequitur atramentum in calamo vel lagina esse terminum, consequens est falsum, ergo & antecedens. falsitas consequentis patet, quia per eandem rationem omne atramentũ in mundo, aurum, ęs, argentum, & ferrum, & huiusmodi essent termini, quod concedere est absurdum, consequentia tamen patet, quia atramẽtũ in calamo est aptũ natũ eē terminus.

Distinguitur vel in potentia ꝓpinqua hoc est in dispositiõe quã habet & sic negatur, ĩ potẽtia remota cõcedit. Sed hoc ad eẽ terminũ nõ sufficit. Si ly deus extra ꝓpositionẽ ad das creauit mũdũ, sine eius variatiõe pars ꝓpositiõis efficit. Secus est de atramẽto in calamo sine eius protractione vel noua figuratione non est terminus consuetus.

Cõtra hoc argumẽtor, atramẽtũ in calamo erit termin⁹, ergo iterdũ verũ erit dicere atramẽtũ ĩ calamo est termin⁹, antecedẽs patet ꝑ explicationẽ veritatis illius ꝓpositiõis q̄ est atramẽtũ ĩ calamo vel qd⁹ erit atramẽtũ in calamo erit terminus, & hoc est verum. ¶ Dices & bñ illa de futuro est vera. Sed nõ sequitur illã de pñti eẽ verã, hæc est sua de pñti hoc ẽ termin⁹, ꝑ ꝓnomẽ hoc scripturã demõstrãdo vt in paruis logicalibus patebit.

Cõtra hoc argumẽtor, ex illo sequitur scriptor facit illũ terminũ eẽ significatiuũ, qa in calamo atramẽtũ non erat significatiuũ, & cũ est scriptura est significatiuũ. ¶ Rñdet scriptor facit atramẽtũ eẽ terminũ, & facit illud quod erat nõ significatiuũ in potẽtia ꝓpiqua, esse significatiuũ. Verũ scriptor nõ est prima causa significatiõis, sed autentica ĩpositio. Primus ĩpositor hoc vocabulũ hõ imposuit ad significãdos hoĩes cũ quolibet suo synonimo simili. Modo qñ ꝓtrahit ly hõ cũ voce homo synonimum efficitur.

Secũdo argumẽtor, aliqs est terminus cui nulla diffininitionũ datarũ cõuenit, ergo male ponunt, antecedẽs patet. de hac orõne interrogatiua qs nũc regnat apd⁹ Scotos, Britãnos, vel de orõne ĩpatiua, vel optatiua Similiter de vocatiuo. Nulla talis est ꝓpositio, nec videt quõ possũt poni in ꝓpositione, igitur.

Ad scd⁹m, negetur añs, & ad ꝓbationẽ ei⁹, cõcedo vtrũq; illorũ cõplexorũ eẽ terminũ. Sed nego ea nõ posse poni ĩ ꝓpositiõe, imo sic ponunt, ego q̄ro qs regit apd⁹ Scotos, Britãnos, licet scrup⁹ ĩcidat q̄ ly qs nõ capit hic interrogatiue, de vctõ patet hic, dixit Martha ad Iesũ, dñe si fuisses hic fr̄ me⁹ nõ fuisset mortu⁹, & bon⁹ ille Cẽturio Dñe nõ sũ dign⁹ vt ĩtres sub tectũ meũ. ¶ Ast dices post casũ vocãdi ẽ pausa, & sic vctũs enũciationẽ nõ igredit, vt semel finiã, dicã ꝓ oĩb⁹, satis ẽ scdm se vel suũ synonimũ cõuertibile ve posse ꝓpositionẽ aut orõnẽ subitrare, orones ei alie ab indicatiuo ꝓpõnes aut cõplexa ingrediunt, vt ego q̄so dñe noli irasci, & ego deꝑcabor dñm deũ vtinã esses ab ĩtollerabili nephriti liberat⁹

¶ Tertio argumẽtor, pono ly a, significare homines extra ꝓpositionẽ & in ꝓpositiõe nihil, tũc a, significatiue nõ potest eẽ pars ꝓpositionis, ergo posteriores duę diffinitiões sũt ĩsufficiẽtes, cũ nõ cuilibet notiõi significatiue cõueniant. ¶ Ad terciã obiectionẽ, t̃mini ĩpositionẽ admitto, casus ẽ p̄ter cõem consuetudinẽ, sed istud nõ cõrigit defectu significatiõis, sed solũ defectu ĩpositiõis, diffinitioni addat, nisi ex reflexiõe in oppositũ tale cõrigat. ¶ Quarto visio qua fortes cernit pietẽ est terminus, & nõ ẽ ponibilis in ꝓpositiõe, cũ sẽsus signãter exterior enunciationes nequã̄ fabricatur.

Dicitur, scd⁹m suũ synonimũ est in propositiõe locabilis, & est termin⁹ mẽtalis, cum sit naturalis similitudo rei mẽti & corpori copulati ĩherẽs, ipsam rẽ ĩmediate rep̄sentans.

Quinto, tũ ꝓpõ integra nõ erit terminus cum non ingreditur propositionem, nihil subintrat seipsum.

¶ Respondet vna ꝓpositio q̄tũlibet cõplexa alterius efficitur pars. De assensu autem nunc nõ ꝑquiro, ad libros posteriorũ attinet, iudiciũ nõnihil repñtat, vt citato in loco diximus

Diffinitiõe sic explicata cõsequẽter ad alia ꝑgamus oportet significare describendo ¶ Significare est potentie cognitiue aliqd aliqua vel aliqualiter repñtare. Et licet significare cũ repñtare cõuertat, tñ qa significationẽ alterius aptius demõstrat ĩ eius qd nois locat Et quare aliqd, aliqua, & aliqualiter potentie cognitiue & nõ ĩtellectiue dicat, alias narrauimus. Dicit eniã potẽtie cognitiue ad potẽtias nõ cognitiuas secludẽdas, ꝑ potẽtiã cognitiuã, aĩam sensitiuã & aĩam ĩtellectiuã ĩtelligas. ¶ Triphariã aliqd rep̄sẽtare dicit, vno mõ formaliter, hoc est mediante se, & sic sola noticia repñtat, vt cõcept⁹ vel actus sincathegoreumaticus. ¶ Scd⁹o mõ ĩstrumẽtaliter vt scriptura, vel vox noticie subordiata. ¶ Tertio mõ obiectiue, vt obiectũ noticie intuitiue qd⁹ ĩmediate causat noticiã, qa a cognoscente & cognito noticia intuitiua parit, ad obiectũ etiã cognitũ noticia abstractiua terminat, qd⁹ noticiam non partialiter causat.

Cõtra ista argumẽtor, nullus terminus significat aliqd, qñ significat aliqua, ergo male dictũ ẽ, añs patet, qa si sic maxie esset terminus discret⁹, sed hoc nõ cũ rẽ ꝓprie significatã significet, & seipsũ. ¶ Rñdet, termin⁹ discretus p̄cise vnũ de significatione ꝓprie dicta & vniuoce sign̄t, & si plura significet nihil mali dictũ ẽ, hoĩes ĩ plurali plura sign̄t, etiã vnũ significat sicut suũ singulare, sed singulare pro vno solo acipit, & nõ ꝓ pluribus nisi vnũ cõ

flent. Plurale autem pro pluribus complexiue sumptis accipitur.

Secũdo argumẽtor, antichristus significat antichristũ precise, & anux p̃s nihil est, ergo antichristus nihil significat.

Respõdetur, cõsequẽtia est nulla, ꝓcedit a nõ amplo ad ãplũ negatiue cũ distributiõe ãpli, significat ad quocũq; tpm differẽtias ampliat. ꝓpterea cõcedimus, chimera significat chimerã, & chimera significat per chimerã & ipossibile significat, de quo i ampliatiõib⁹.

Hic dubitat an terminus collectiuus vt popul⁹ quẽlibet populi signĩt, & vtrinq; argumẽtabor, prio ad ptẽ affirmatiuã hoies i plurali nũero. Similit angeli vnũ ãgelũ significat licet ꝓ vno suppõere nõ possit, ergo dato q̃ populus ꝓ pluribus & nõ ꝓ vna re suppõit, nõ est rõ si q̃re qn quẽlibet i populo significet Assũptũ patet. ly angeli duos angelos significat, & nõ est maior rõ de his duobus q̃ de quibuscũq; aliis, ergo oẽs angelos & quẽlibet angelũ repñtat. Insup hõ significat plures hoies ergo pari rõne hoies vnũ hoiem significabit, singulare eñ & plurale sũt notiões synonime in repñtando, id etiã aliter patet. cũ dicis duo hoies currũt, nõ solũ in illos duos. Verũ etiã in quẽlibet eorũ oculum mẽtis dirigo, igitur. ¶ Præterea hõ oẽs hoies possibiles significat, ergo populus oẽm populũ possibilẽ significat. Põt ei ex paucis fieri populus, ergo ꝓ illis paucis supponit, & ex cõseq̃nte eos oẽs significat Potest eñ deus ex sorte & platõe facere duos hoies totales, ponẽdo materias & formas eorũ in diuersis locis, & stãtibus sorte & platõe, ponat aĩa sortis in materiã platõis, & forma platõis i materiã sortis, tũc habẽtur quatuor hoies totales, quorũ nullus ẽ alius, & p consequẽs hoc mõ ex quinq; hoibus decẽ fieri possũt q̃ ad populũ sufficiũt, imo ex eodẽ homie potest deus populũ conficere, eum in decem locis separatis ponendo.

Ac dicis & bñ, hoc ad eẽ populũ nõ sufficit. ¶ Potest aliter fieri capiẽdo decẽ decias materie sortis, eadẽ aĩa eas oẽs iformãte, tũc erũt decẽ hoies totales quorũ nullus est alius, quo pacto sic argumẽtor, populus oẽm populũ possibilẽ repñtat, sortes ẽ populus possibilis, ergo sortẽ populus significat, cũ ꝓ entitatibus sortis in casu supponat.

Istud argumẽtũ in noĩe collectiuo impartibiliũ nõ viceret (hoc nõ obstante) ꝓ nũc ꝓbabiliter dicim⁹ nomẽ collectiuũ ptes totales suę collectiõis significat, licet ꝓ eis nõ supponat, vt a collectiue significãs decẽ angelos quẽlibet illorũ decẽ angelorũ repñtat, & populus ꝓ decẽ hoibus & nõ paucioribus supponẽs, quẽlibet illorũ totaliũ significat, nõ tamẽ oportet vt materiã significet, vel formã vnius, licet in oppositũ rõnis scĩtilla nõ desit.

Cõtra hoc argumẽtor, sortes significat precise sortẽ, & nullo mõ materiã ꝓpue, quatũr nõ eẽt terminus discretus, & tamẽ sortes non potest esse sine sua materia plusquam populus siue suis partibus.

Rñdetur, nõ est simile, sortes iponitur discrete ad significãdũ vnũ, imo si põat toti eẽ tertiã entitatẽ ab oĩbus ptibus distictã, cõsequẽter diceret sortes illas ptes simul sũptas nõ significat. hoc ẽ illã rõgenẽ, popul⁹ aũt cõiter repñtat. ¶ Qui oppositũ rñsiõis ad dubiũ tenere vellet obiectiõibus fortasse faceret satis

Secũdo argumẽtor, ex isto seqtur terminũ, vir mulierẽ significare, cum mulier sit vir possibilis, imo q̃ ãplius est, seqt significat aĩam & corpus sepati, cũ aĩa & corpus separatim possibiliter sunt homo.

Respõdetur, vir & mulier differũt solũ accidẽtaliter, & mulier est vir occasionatus scđm phm̃. ¶ Quidã grauis theologus existimat mulieres oẽs xp̃ifera virgie dẽpra i sexu masculio i extremo iudicio resurrecturas, tẽperamẽtũ (forte) tñ appõit. Et licet istđ falsũ iudicẽ apđ Plin. de plerisq; q̃ sexũ mutauerũt legimus, vt patet ĩ natu. hyst. li. vii. ca. v. cui in hoc sicut in plerisq; aliis haud assentimur.

Ad nodũ igitur argumẽti, cõcedo mulierẽ terminus vir significat, cũ mulier est vir possibilis, pro muliere tamen non supponit.

Ad aliud aũt qđ tãgitur de corpore & aĩa sepatis, cõcedo hic binarius possibiliter est hõ, & ex cõseq̃nte p terminũ hõ significatur. Iste binarius possibiliter ẽ lazarus demõstrando ptes sepatas eius, illa ẽ affirmatiua vera vltra oẽs istãtias, ꝓ ide extrema supponũt ꝓ eodẽ, lazarus itaq; ꝓ ptibus sepatis mediãte tali copula supponit, ergo illas repñtat. Absurdũ tenẽ aliq̃ notionẽ ꝓ aliquo suppõere & nõ illđ significare, & ex cõseq̃nte lazarus apparẽter materiã significat, sic eius aĩam, patet aliẽ. Martha dixit Xp̃o. ecce dñe Lazarus fr̃ meus est i sepulchro, & ãdreana aĩa dicit eẽ in polo. Verũ hęc ratio ẽ modici momẽti, est suppositio synodocheca, i propria atq; cõformiter significatio i propria. Adhuc, hõ omnẽ hoiem possibilem significat, partes separate sunt homo possibilis. & vlteri⁹ extraneũ a plerisq; putat a, significare b, & c, & nõ significare b, & c, diuisim. quocirca an populus partẽ essentialẽ hominis significet nũc non seriose contendo.

De termino mentali, vocali, & scripto.



Erminorũ quidã mentalis, qdã vocalis, qdam vero scriptus. ❡ Terminꝰ mẽtalis est conceptus mẽtis vel eius actus. hoc ꝓpter syncathegoreumata significatiõe addo, & dicit̃ vitalis imitatio, vel animi passio, apud Aristo. i. periarmenias. Nec intelligas oĩa animi accidẽtia esse termĩos mẽtales, hoc ĩ actibꝰ volũtatis, & in aliis variis affectibꝰ liq̃t. Termĩorũ tñ actualiũ hĩtus termini mẽtales hĩtuales dici possũt. ❡ Nec ꝓpterea species intelligibiles obiectorũ termini dicunt̃. Species ĩtelligibiles nõ ꝓdeũt ab actibus, & ĩ hoc ab hĩtibus despescunt̃. Obiectũ suas species sensibiles orbiculariter circa se diffundit, ac rursus species sẽsibiles vlteriores species ĩ potẽtiã ꝓducũt, q̃ sunt ꝑcedẽtibus diuturniores, nec a ꝑcedẽtibus depẽdẽt in cõseruari. sẽsibiles adẽ pro subiecto euanescũt nõ aũt intelligibiles. Quẽadmodũ vestigiũ sigilli in aqua ĩpressũ ꝓtinꝰ pessum it, nõ aũt in cera magis cõseruatiua. Iste ĩtelligibiles vicẽ obiecti supplẽt, excitãtq; potẽtiã exire in actũ obiecto subducto, a qbꝰ aĩa nõ dicit̃ cognoscẽs, sicut ab actu vel notitia imediate repñtãte, itaq; a termĩo segregant̃. ❡ Terminꝰ vocalis est terminꝰ q ab aure possiue, & ꝑ se ꝑcipit̃. ❡ Terminus scriptus est terminus a potẽtia visiua ꝑceptibilis ❡ Ex quo seq̃tur terminũ a typographis ĩpssũ. Idẽ dẽ circulũ añ tabernã eẽ termĩos scriptos, hoc ex termini scripti diffinitiõe nuperrime iacta lucet. ❡ Vlteriꝰ aliqs ẽ terminus scriptus ꝑ se obiectũ visus, aliqs vero ꝑ accidens & gr̃a obiecti ꝑ se ei ĩherẽtis. Prius patet de nigredie in hoc termĩo deus, scd̃m in eius subiecto iuenit̃ ❡ Preterea dicit̃ terminus scriptus potest desinere eẽ terminus scriptus qñ nõ desinit eẽ, vt si carecteres scripti indisponantur. ❡ Vlterius dicit̃ potest eẽ terminꝰ scriptus accidẽs sine termĩo scripto subsistẽtia, non aũt de potẽtia nature. prius patet de sacramento eucharistia. Secũdũ patet. q2 accidens sine subiecto naturaliter eẽ neq̃t. ❡ Vlteriꝰ dicit̃ aliqd aurũ, similiter argentũ est terminus scriptus. ❡ Dein seq̃tur hõ põt quadraginta annos viuere ꝑ esse terminos scriptos comedẽdo, vt si in pane, caseo, aut hmõi rebus sculpãtur carecteres. ❡ Insuꝑ seq̃tur alicuius ꝓpositiõis subiectũ calefacere ꝑdicatũ, vt si celo sculpat̃ in ferro aut in lapide hęc oĩs hõ est aĩal, subiecto existẽte intẽse calido, & ꝑdicato remisse. ❡ Vltimo infertur atramẽtũ in vico mercatorũ venale est subiectũ vel copula ꝓpositionis.

Cõtra, vnã ꝓpõnẽ iãiã positã argumẽtor sic, tmĩnꝰ mẽtalis nõ põt desinere eẽ tmĩnꝰ mẽtalis qn desinat eẽ. ergo nec terminus scriptꝰ põt desinere eẽ tmĩnꝰ scriptꝰ qn desinat eẽ.

Respõdetur negãdo antecedẽs, Si conceptus mẽtis poneret̃ extra subiectũ nõ esset notitia, solũ talẽ denoĩatiõnẽ habet in subiecto vitaliter ꝑceptiuo, hoc est in subiecto viuẽti, vel in substãtia spirituali separata, & sic nõ est notitia, & ex cõsequẽti nõ est terminus Ita cõiter loquẽtes dicũt, penes quos termiorũ significatiões depẽdẽt. ❡ Potest tñ in casu cõcedi qualitas extra aĩam in hoc loco est terminus. Vtpote si eadẽ notitia numero poneretur in aĩa & esset extra subiectũ in alio loco nõ dico in aliud subiectũ extensum. Nã illud forte ĩpossibile est, etiã de potentia dei absoluta. Sicut eni neq̃t deus ponere qualitatẽ extẽsam in subiectũ inextẽsũ, ita nec ecõuerso accidẽs inextẽsũ in subiectũ q̃tũ. Opposito dato qualitas aĩe inherẽs esset ĩfinite intẽsa nũc actu, qḋ cõcedere est absurdũ. Si qualitas corporea vniformis in ĩpartibile subiectũ collocetur, qualitas illa esset infinite intẽsa. Pari ratione si spũalis qualitas in subiecto extẽso vniformiter sit sita, seq̃t hoc qḋ ĩtulimus Accedẽdo ad ꝓbatiõnẽ, propositio patet expositione discurrẽdo, hęc qualitas ẽ terminꝰ, & hęc qualitas ẽ qualitas extra aĩam ĩ hoc loco. igitur. qualitas extra aĩam ĩ hoc loco ẽ terminꝰ. Verũ notitia actualis suapte natura actualiter in rẽ cognitã tẽdit deo cõcurrẽte. Dixi numine ꝑ̃ocinio gñali cõcurrẽte, q2 reuocaret̃ in dubiũ an actualis notitia possit ĩtellectui ĩherere ĩpo obiectũ nõ appꝑhẽdẽte. Cõstructiuã ad ꝑtẽ argumẽtor, ĩtellectꝰ põt hr̃e notitiã actualẽ ipso cooꝑante, ꝑiter deus põt appꝑhẽsionẽ actualẽ ĩ aĩa se solo efficere, sic. s. ꝙ ĩtellectus pure passiue se habeat respectu talis actus cũ hoc tñ ĩtellectus põt tẽdere ĩ obiectũ cognitũ sic plerũq; sapiẽtũ btitudinẽ ĩtellectus ĩ p̃ria a solo deo ꝓducibilẽ ꝓbabiliter ĩtelligũt. Vlterius põt olĩpus ad prius nõ ad posterius cõcurrere, vtpote ad efficiẽtiã ĩpius actus, nõ autẽ ad tẽdẽtiã ĩ obiectũ. Inter hęc duo saltẽ est prioritas naturalis. Propterea illḋ deo reputo possibile, nec cognitio actualis actualẽ plationẽ ĩ obiectũ ab hĩtuali secernit̃. Sed illḋ erit verũ deo ĩfluẽtia eius gñali cooꝑante. Ex his seq̃t̃ nõ ĩcõuenire diuisibilẽ qualitatẽ ĩ subiectũ ĩextẽsũ collocari extensam tñ minime.

Contra hanc diuisionem argumentor,

hoc diuisum de termino mentali & vocali copulatim verificatur. At nullū mēbrorū diuidentium de ipsis verificatur. igitur.

Respondetur. ista obiectio non cōcludit, & id ratiōis est, quia diuisum pluralis nūeri accipit, vt supius retulimus, diuisio tamen nō ita ponebat. Nihilotamēminus dū mēbra sufficiētissime colligerimus partitionē bonā inueniemus, dicamus eñ sic. Terminorū qdā mētales, qdā vocales, qdā scripti, qdā mentales & vocales, qdā mētales & scripti, qdā vocales & scripti, qdā mētales vocales & scripti, qdā mētalis & vocalis, qda mētalis & script⁹, qdā vocalis & script⁹, qdā mētalis vocalis & scriptus, quidā mētalis & vocales, quidā mentalis & scripti, quidā vocalis & scripti, qdam mētalis vocalis & scripti, & ita consequenter. Nūc oñdere nequis horū mēbrorū aggregatū diuisum exuperare. Vnde fit, nulla ē difficultas in mixtione modo mēbra cumulaueris quousq; sit cōuertibilitas cum diuiso.

Secundo argumentor, nihil in hac diuisione diuiditur, ergo hęc partitio nō est bona, antecedens patet. nec terminus, nec aliqd aliud a termino. igitur. cōsequentia tenet cū minore, probatur maior nullus terminus mentalis, vocalis, vel scriptus diuiditur. At omis terminus est mentalis, vocalis, vel scriptus ꝑ diuisionē datā, ergo nullus terminus diuidit, cōsequentia est in celarent, & maior patet. nec terminus mētalis diuiditur, nec vocalis diuiditur, per idē, quia in omni bona diuisiōe vniuoca diuisum debet verificari de mēbris diuidentibus, & ꝑ cōsequēs si terminus vocalis fuerit diuisū, terminus scriptus erit vocalis.

Respōdetur. negādo antecedēs, immo terminus in cōi diuidit, hoc ē iste termin⁹ terminus nō restrict⁹. Et si diuisio fuerit in voce est terminus vocalis, si in mente est terminus mētalis, significatiue capiēdo terminos a parte prędicati, & cōcedo istā. terminus scriptus est terminus vocalis, capiendo hoc cōplexum terminus vocalis significatiue, & ly terminus scriptus materialiter, quia sensus est ly terminus scriptus est aliqd de quo verum est dicere q; est terminus vocalis, & hoc est verū, quia est terminus, & de illo verum est dicere q; est vox. Ista tamē mēbra realiter inter se nō opponuntur, quę significatiue de seinuicē nō verificātur. Quatuor sen'us hęc ꝓpositio habet terminus scriptus est terminus vocalis, quia vel vtrūq; extremū capitur significatiue, vel vtrūq; materialiter, vel vnū materialiter, & aliud significatiue, & hoc bipharia, quia subiectū potest capi materialiter aut prędicatum Si duo prima ꝓpositio est falsa. Si tertiū ꝓpositio est vera. Nec in illo sensu est mēbrorum oppositio, & si ꝓpositio in quarto sensu capiatur, cum sit in voce ipsa erit falsa.

Tertio argumētor, Similitudo sortis in significando se, est terminus, & sub nullo istorū trium mēbrorū continetur, nec est terminus mixtus, ergo diuidētia mēbra diuisum trāscēdit, consequētia tenet cū maiore, & minor patet. si cōtineretur sub aliquo maxie esset sub termino mentali, sed hoc nō, non eñ reprę sētat se formaliter & immediate sed mediante sua noticia reflexa cui subordinatur.

Ad tertiū respōdetur, concessa maiore negando minorē, immo ipsum est terminus mentalis, cōcedo reprę sentat se nō formaliter sed mediante sua noticia reflexa, sed nō sequitur ex hoc ipsum non esse terminū mentalē. Ad terminū mentalē sufficit ipsum esse terminū in mente siue suū significatū vltimatū immediate significet, siue se mediante conceptu reflexo reprę sentet.

Quarto argumētor, deus est terminus quia propositio sibiipsi omnia reprę sentat, & tamen sub nullo istorū mēbrorū continetur, igitur Non sub termino mentali, quia nō est conceptus mentis, nec sub aliis membris vt notum est, igitur.

Ad quartū, concedo deū esse terminū cathegoreumaticū, quia cathegoreumatice sibi repñtat, & sicathegoreumaticū qa sincathegoreum atice repsētat, & per idē est cōplexus & icōplexus, & ita de ceteris terminorū ꝓprietatib⁹. Verū exacte id venari est altioris inquisitionis, sufficit nūc raptim hoc dixisse.

Quinto argumentor, in diuisionē nullus est termin⁹ vocalis, igit. partitio ramū fla xū cępit, antecedēs patet. tēpore quo gñatur vox perit, propterea non permanet.

Forte dicis, successiue formatur tēporesuę ꝓlationis. ¶ Cōtra. tūc pari ratiōe noticia intuitiua eius flueret in successione, & pars prior posteriorē nō expectat, capta hac dictione magister in ꝓlatiōe secūdę vocis, noticia prię partis ituitiua suo cū obiecto euanesdt.

Ad quintū respōdetur, tēpore toto adequate suę ꝓlatiōis illa vox est, & in nulla partiū tota vox est, cū eñ ē successiuū tā quo ad esse q̄ quo ad fieri, ꝑtib⁹ succedaneis seqntib⁹ pręcedētes extingunt, sic noticia ītuitiua languescit pars noticie ītuitiue solū reprę sentat

partem vocis secum coexistentis a qua depēdet, & non aliam. Si dicas illę tres syllabę specie distinguūtur, nisi sit nulle voces distinguntur specie, proinde noticia non erit vna.

Respōdetur est vnitas ordinis: sicut in obiecto, siue sit vna res vel ne non magnopere interest. In permanentibus tamen datur noticia vnigenia repręsentans congeriem auri, ferri, aut eris, quæ repręsentat illud totum, & non partes, vt noticia sortis vnigenia specie distinguitur a noticia anime & corporis, quas habet genius.

Sexto argumentor, membra diuidēda transcendunt diuisum. ergo diuisio nulla. antecedens patet Iohannes zacharię inclita proles erat vox, & non fuit vox nō terminus. ergo fuit terminus vocalis, & tamen non erat terminus, vt notum est. igitur. maior patet. Marci primo. Ego vox clamantis in deserto.

Ad sextum respondetur, negando antecedens, & ad probationem distinguo Iohānem fuisse vocem, vel capiendo illā in propositionem in sensu quem facit nō habendo respectum ad propositiones pręcedentes & sequaces, & sic ipsa est falsa. vel capiendo illā in sensu intento a spiritu sancto, qui ex processu littere cognoscit, & sic illa est vera. anteq̄ verbum cognoscatur oportet vt vox audiatur, sed deus erat verbū, vt patet Iohānis primo. Et baptista erat eius nuncius, itaq̄ accōmodatissime dicebatur vox.


Septimo argumentor. Strepitus pedū in fine lecture est terminus, & propositio, & tamen sub nullo istorum membrorum includitur. igitur. Itemdidē plausus manuū in calce disceptationis sorbonice subindicans ratiocinātem mutescere oportere.

Octauo, asina Balam vocē effudit, vt ex numerorū libris constat, & tamen ea ꝓlatio nō fuit mētalis, vocalis, aut scripta, igitur.

Septena ratio euacuatur, strepitus illæ vocalis est terminus, necnon propositio auditorio & lectori intelligibilis Nec refert quo a fonte primo emanauit, hic significatus satis est receptissimus literatorū vsus in plærisq̄ diatribis, inter agricolas ruri nihil significat, vt circularis edera ante tabernam pendens, est propositio, nō autē similis ramus in nemore Non contēdimus an sit vox proprie dicta, de hoc postea loquemur, sane cū ea maximā affinitatē habet & cū a sensorio auditu percipitur, vocis ambitum subintrat.

Ad octauum: genius bonus vel malus stolidi aselli liguā disponere nouit, vt hūanā vocē simulet. Sic psittacus, coruus, sturnus, ac alites, latę linguę masculini generis faciunt, sic demon serpentinā linguā mouit, vt sacra Genesis lectio indicat, nec iners asinus aut tortuosus anguis triplici volumine inuolutus suopte ingenio hoc facere nouit, liguæ dispositio ad affabre infabreve loquendū plurimū conducit. Aliquibus nationibus linguę volubilitas ac promptitudo innata est. Recitat Diodorus siculus in fine tertij libri, de quadam insula non multū distante ab Ethiopia, in qua gens habet linguam diuisam in inferiore parte vt a radice duplex esse videatur, ita varia vtuntur loquela, vt non modo voce hominum loquātur, sed diuersarū auiū imitantur cantus, quod vero videtur admirabilius vna cū duobus hoībus ꝑfecte simul respōdeat, cū disputantē vnū affatur vna, altera liguæ pars aliū alloquitur, eiusq̄ dictaminibus responsat. Cōcludendo circa hanc partitionē dicimus. Oīs terminus est mentalis, vocalis, scriptus, aut mixtus, in sensu disiuncto, de quocunq̄ verū est dicere q̄ est terminus sub vno istorū mēbrorū includitur, vel nullus est terminus simplex quin est mentalis, vocalis, vel scriptus.

De termino cathegoreumatico, & sincathegoreumatico.



Terminorū quidam cathegoreumatici, quidā vero sincathegoreumatici, & rursus cathegoreumaticorū quidā significatiōe tantū, nō q̄ sit ꝓpositio de excluso prędicato quæ sue pręiacēti equiualet, sed sic q̄ sit cathegoreuma significatione, & non nisi significatiōe, hoc est nullo modo est cathegoreuma officio, & est terminus simplex aliq̄d vel aliqua significans, officij in propositione expers, vt obliquus cathegoreumatis in significatione, & adiectiuū adiectiue tentū aliq̄d vel aliqua significans Cathegoreuma officio tantū est habens officium in propositione significatiōis expers, vt verbū substantiuū est, quādo prędicat tertiū adiacēs, officiū in ꝓpositione habere est posse esse suppositū vel appositū eo modo quo verbū a nōnullis gramaticis appositū reputatur, vti alias retulimus. Cathegoreuma officio & significatiōe simul vtrūq̄

cōplectitur.Syncathegoreuma itēdidem tri-
pharia partiri solet.Nā quoddā est syncathe/
goreuma significatione tantū ꝙ nihil nec ali-
qua significat,sed habet officiū in ꝓpositiōe,
vt verbū substantiuū de quo nuperrime fa/
cta est mētio,quod coincidit cū cathegoreu/
mate officio tantū. Aliud est sincathegoreu/
ma officio tantū,quod cū cathegoreumate si
gnificatiōe tantū ydēptificatur. Tertiū est sin
cathegoreuma officio & significatione simul,
quod vtrūq; excludit, vt oīs quilibet dū po
nūtur cū cathegoreumatib⁹, & licet nihil nec
aliqua significet reprǽsentat tamē aliqualiter,
hoc est facit terminū cui iungitur aliter & ali
ter accipi secundū illā significatione qua nihil
nec aliqua significat, vt in hac oēs Britāni sunt
albi, britanni accipitur pro oībus suis signifi/
catis copulatiue ratiōe syncathegoreumatis.
Contra hoc argumētor,quilibet signi-
ficat se, ergo significat aliquid, ergo est cathe-
goreuma significatione.

¶Respondetur cōcedendo hoc signū
quilibet significare se capiendo significare cō-
muniter.Sed non sequitur ipsum significare
aliquid proprie capiendo significare quemad
modum capimus terminum, vtpote secun-
do modo quādo ipsum in cathegoreuma &
sincathegoreuma seiungimus. Et quando la-
te terminum caperemus non est cathegoreu-
ma secundum illam significationem qua ali-
qualiter significat.Ex quo patet buf,nec esse
cathegoreuma aut sincathegoreuma,quia si
sic, est praedicans tertium adiacens esset ca-
thegoreuma simpliciter,quum tantum signi-
ficat sicut buf ꝙ concederet nemo homo.

¶Secundo argumentor, in omni bona
diuisione membra debent esse opposita, at in
hac partitione multa mēbra coincidunt.Itaq;
haec seiugatio non erit bona.

¶Secundum argumentum est facile,
membra formaliter sunt opposita. Alia est ra
tio quare aliquid dicit cathegoreuma,& alia
est ratio quare sincathegoreuma reputatur.
Et sic licet membra coincidāt materialiter in
supponendo(vt alias memorauimus)non ta
men secundum omnem acceptionem coinci-
dunt.Opponuntur enim realiter quando acci
piuntur secundum eandem acceptionem,vt
cathegoreuma officio,& sincathegoreuma of
ficio,cathegoreuma significatione & sincathe
goreuma significatione. Negari etiam potest
eūdem terminum esse cathegoreumaticum
& sincathegoreumaticū,cū cathegoreuma si/
ne addito stat,ꝓ cathegoreumate significatōe

Tertio argumentor,non sequitur hoc
est cathegoreuma officio tātum,ergo hoc est
cathegoreuma,est vt prǽdicat tertium adia-
cens in absoluto modo loquendi sincathego-
reuma & non cathegoreuma reputat. ¶Hoc
si cōcedas cōtra in oī bona diuisione diuisum
debet verificari de quolibet mēbro diuidēti.

¶Ad tertium concedo,non sequitur,
& quando dicis in omni bona diuisione diui-
sum verificatur de membris diuidentibus.
Verum est,si fuerit vniuoci in sua vniuocata
partitio,secus est quando est diuisio analogi
in sua analogata,quemadmodum homo pi-
ctus non est homo,ita nec cathegoreuma of-
ficio tantum est cathegoreuma.

¶Quarto argumētor,albus pure ad-
iectiue capiendo est cathegoreuma officio &
significatione simul,ergo male dictum est,cō-
sequentia est nota,& assumptum probatur.
Quod sit cathegoreuma significatione non
dubitat,sed quod officio, declaro,potest red
dere suppositum verbo, ergo est cathegoreu-
ma officio,antecedens patet. Sanctus reddit
suppositum verbo,vt patet ī psalmographo
Cum sancto sanctus eris. Idem patet de ter-
mino iustus secundū quod psaltes regius ait.
Iustus germinauit sicut lilium.

¶Et confirmatur assumptum aliter,al-
bus adiectiue sumptum est synonimum cum
albus substantiue sumpto,& secundum red-
dit suppositum verbo,ergo & primum.

¶At forte dices,album adiectiue ca-
ptum significat precise albedinem.

¶Contra ergo,haec est falsa,homo al-
bus currit Sorte Dacho currente.

¶Ad quartum,nego antecedens,& ne
go illum terminum posse reddere suppositū
verbo,concedo autem de istis vocabulis san-
ctus iustus. In masculino genere substantiuan
tur,cum substātiua certa dant intelligere san-
ctitatis & iustitiae capacia,secus est de ly albus.
Et quando substantiuarētur nostra dicta ne-
quaq̄ infirmantur.
Ad aliud concedo hunc terminum al-
bus adiectiue sumptum & album substanti-
uum esse synonima,vtrūq; rem albam signi
ficat,sed nō sequitur vnum posse reddere sup
positum verbo sicut aliud,patet de recto &
obliquo non sunt synonima quoad significa
tionem accidentalem.

¶Quinto argumentor,virorum est
cathegoreuma officio,ergo male dictum est
significatione tantum,antecedēs patet,reddit

verbo ſuppoſitū in iſta, virorū eſt gti caſus.

¶ Reſpondetur diſtinguendo, vel materialiter, & ſic conceditur, vel ſignificatiue, & ſic negatur.

¶ Contra, tunc illa eſſet falſa, cum extrema nō ſupponunt pro eodem, ſi ſtaret materialiter eſſet nominatiui caſus.

Reſpondetur, ſtat materialiter pro ſe alibi ſumpto perſonaliter, vt in paruis logicalibus referemus.

¶ Contra, reddit ſuppoſitum verbo ſignificatiue, ergo ſolutio nulla. antecedens patet, in iſta virorum intereſt currere.

¶ Diſtiguo, vel verbo impersonali cōceditur, vel verbo perſonali negatur, probabile eſt in grammatica verbum imperſonale habere obliquum pro ſuppoſito, ſicut perſonale rectum habet. Idem de infinitiuo contingere ſolet, vt alexandriam aegypti poſſibile eſt eſſe inundatam a nilo.

Sexto argumentor, quilibet non eſt ſincathegoreuma ſignificatiōe, ergo male dictū eſt. antecedēs patet. ſignificat aliqualiter, ergo aliqualiter ſignificatur per ipſum, ab actiua ad paſſiuam.

Septimo argumentor, dato oppoſito ſequitur hęc concluſio, idē poenitus & adequate ſignificaretur per has duas, omnis ſyrus eſt philiſteus & ſyrus eſt philiſteus, conſequēs eſt falſum, vna eſt vera, reliqua vero falſa, & cōſequentia patet. ratione ſigni vniuerſalis nihil nec aliqua ſignificat.

Octauo argumētor, ſincathegoreuma mentalem determinat cōceptum, ſuper quē fertur, ſic vel ſic accipi, ergo conceptum ſignificat, cum ipſum pro obiecto habeat.

Nono argumētor, ſi ſincathegoreuma determinaret conceptū, ſequeretur ipſum eſſe noticiam reflexam, ſed hoc eſt falſum, igitur. Iheronimus pardo pię memorie mecum concurrēs negauit ſincathegoreumata, cui hac ī parte refragratus ſum, ſicut & ipſe in aliis mihi de more, aliquę iſtarum rationum ſunt ſui quibus ſuam aſſertionem fulcire enititur.

Ad ſextum, negetur conſequentia ab actiua ad paſſiuam, tale ratiocinium eſt inualidum, niſi notio in quam vis verbi actiui eſt lata poterit eſſe ſubiectum ſignificatiue ſumptū. Potes tamen fingere talem ſignificationē in conſequente, qualem in antecedente habes, dicendo aliqualiter ſignificatur per ly quilibet.

Ad ſeptimum, concedo idem poenitus per illas duas ſignificatur, aliter tamen p vnā q̄ per aliam ſignificatur, vna quēlibet ſyrum philiſteum eſſe falſe denotat, reliqua vero ſolum particulariter & vere.

Ad octauum, conceſſo antecedēte: negetur conſequentia, etiam dato ꝙ conceptū pro obiecto habeat. Actus volūtatis obiecti non eſt expers, & tamen nullum obiectum ſecundum cōmuniter loquentes ſignificat. Pro nunc modum ad e falſum relinquo tenentis actum voluntatis ſignificare. Pariforma actū voluntatis paſſio concomitans habet idem obiectum cum actu a quo emergit: attamen obiectum minime ſignificat. Verū conceptus non vltimatus ſincathegoreumatis aliquid ſignificat, ſic conceptus vocis buf, licet conceptus non vltimatus dictionis quilibet ad placitum ſignificat ſolū aliqualiter vti ipſa vox.


Ad none argumentationis materiā reſpondetur. ſuperius negauimus ſyncathegoreuma conceptum ſignificare, quia tum aliquid proprie ſignificaret. Sed dicimus conceptum determinat, hoc eſt facit ipſum ſecūdū exigentiam ſincathegoreumatis accipi, & ſi hoc ad noticiam reflexam ſufficiat, conceditur ipſum eſſe reflexam. Non eſt contendendum in vocabulorum acceptionibus.

Ambigitur an ſincathegoreuma ſine cathegoreumate exiſtere poſſit. Reſpōſio. minime naturaliter, ſolus intellectus ſincathegoreuma non poteſt fabricari. Sed a cathegoreumate quod determinat ac ab intellectu proficiſcitur, non modo cathegoreuma efficit ſincathegoreuma, verūetiam ipſum cōſeruat, vti ſol ſuum radium, vt copula ab extremis quę pręſupponit, & pronomē iſte a cathegoreumate homo quod ſingularizat dicēdo, iſte homo. Vnde fit euaneſcente cathegoreumate, ſincathegoreuma pœnitus tabeſcit, ac cathegoreumate remiſſo, ſincathegoreuma pariter remittitur, ſed de potētia dei poteſt exiſtere ſine cathegoreumatis patrocinio. Omis creature efficientiam numen ſupplere poteſt, non eget ope cauſe ſecundę vt ſecum cooperetur. Veruntamen ſuo liberali beneficio ſuā cauſalitatem vulgo non ſubducit. ¶ Quo fit ea in hypotheſi nō denotat cathegoreuma ſuper quod fertur ſic vel ſic accipi, quoniam in nullum ex caſu fertur, ſatis eſt aptitudo ſuae denotationis.

Ecce quid eſt ſincathegoreuma ſignifi

catione, quod nihil nec aliqua significat, sed so lum aliqualiter, hoc est facit terminos super quos sertur aliter & aliter accipi, vbi vt tam cathegoreumatibus q̄ syncathegoreumatibus conueniat accipi capitur, nam negatio impediens aliqualiter significat. Simile in algorismo patet de ciphra quæ de se nullum numerum importat, figuras tamē sequentes diuersificat. ¶ Paucis aliqua colligēdo dicimus significare aliqualiter esi syncathegoreuma intellectum mouēs vt taliter taliter vt cathegoreuma accipiat, vt dictio omnis, cui⁹ significatio tam in voce, q̄ in scripto, q̄ in mente est facere cathegoreuma cui additur capi pro suis significatis copulatiue, hoc est, ad talis propositionis veritatem requiritur cuiuslibet singularis veritas. Signa synonima significant adequate eodem modo aliqualiter, hoc est similia munia obeunt, quare quilibet ac tantum non sunt synonima, non distribuunt ac confundunt eodem modo, sed signum exclusiuum præpostre ad signum vniuersale cogit, vnum insuper reddit propositionem exponibilem non autem aliud. Vnde sit copula propositionis eius extrema præsupponit, nam ab illis causatur ac manutenetur, sine quis naturaliter existere nequit secundum illud Aristotelicum primo periarme. hoc verbum est si purum dixeris ipsum quidem nihil est, tamē significat quandam compositionem quam sine extremis non est intelligere, cui vis vocabuli alludit, a syn q̄ est cō, & cathegoreuma, quasi cum cathegoreumate significans. Numen quoq; causalitatem cathegoreumatum supplere potest, & facere syncathegoreuma ea esse in intellectu sine cathegoreumatibus, licet tūc sit difficultas cum cathegoreuma nō concipiatur quid sincathegoreuma denotat actualiter, sed ex dictis de cathegoreumate a solo deo ꝓducto hoc diluit. Obliuioni tamen non dabis quin hic mixtionem inuenire possimus, vt quilibet homo, qui & aliquid & aliqualiter significat, sed non significat aliquid ratione syncathegoreumatis. Ita de istis dicatur, nemo, nihil, nunquam, semper, & huiusmodi. Idemtidem de verbis adiectiuis tenendo ea esse complexa in mētedicatur, si autem teneantur incomplexa sunt cathegoreumata officio & significatiōe simul. ¶ Ex hisce nōnulle propositiones patent. Prima, terminus non est propterea mixtus eo q̄ est cathegoreuma & syncathegoreuma, sed quia ex cathegoreumate & syncathegoreumate simpliciter est conflatus. ¶ Secundo sequitur, hæc propositio buf est buf nullo modo est cathegoreuma, nec aliquid significat, nec officium in propositione habet, immo est syncathegoreuma significatione & officio simul, significatiue non reddit suppositum verbo. Secus est hic, Sortem currere est Sortē moueri ¶ Vlterius sequitur non stando in complexione hos mo est animal est cathegoreuma significatiō/ne tantum. patet, significat aliquid, & nunq̄ propositio significatiue sumpta potest esse suppositum. ¶ Demū sequitur, licet diuisum sit terminus cathegoreumaticus officio & significatione simul, non tamen est hoc complexum terminus cathegoreumaticus officio & significatione simul, reliquas obiectiones quæ circa hoc fieri possunt sicut in partitione precedenti solue.

¶ De termino significatiuo & non significatiuo.



Einde termino rum quidam significatiuus, quidam vero non representatiu⁹. Notio significatiua est termin⁹ naturaliter ꝓprie vel ad placitū ꝓprie significans. Non significatiuum vocabulum opposito modo describatur. vel sic, dictio significatiua est dictio aliud a se suis partibus suoq; prolatore, (aut potius productore vt scriptum includatur) representās, vel imposita ad aliquod istorum significandum. Porro vox quilibet suū prolatorem notificat, & signanter illi qui eius loquela est assuetus. Patriarcha enim Isaac caligantibus luminibus Esau pronunciatione a Iacobo discreuit, & si verbum buf protulisset non minus q̄ si eum patrem appellasset. Iohānes non significat aliud a loquutore, & tamē significat. Idemtidem si baf significantia esset indita qua se representaret esset vocula significatiua, huius sectionis diuisum est terminus late sumptus. ¶ Ex his nonnulla auctaria sequuntur. Primo ly vox significando se naturaliter communiter non est significatiua ratione illius acceptionis, sed respectu significationis qua se ad placitum inadequate significat, esi significatiua. Idemtidem si a significatio suipsius imponeretur, non dicitur significatiua ea ratione qua se naturaliter communicet representat, sed ea causa qua se ad libitum significat, tamen absolute falsum est astruere

ea in hypothesi,a,esse non significatiuũ. ¶ Secundo sequitur,dantur duo vocabula synonima, quorum alterum est significatiuum & non aliud,patet devoce buf ac eius conceptu qui naturaliter proprie vocem indicat,nec sequitur buf est aptum natum significare, ergo est significatiuum,non enim capimus vocabulum significatiuũ ample, sed pro illo q̃ ī potentia propinqua significat. ¶ Tertio aliquis terminus est significatiuus nihil manifestans,patet de syncathegoreumate significãtia,hæc dictio omnis secundum Aristotelem non significat vniuersale,sed vniuersaliter.
¶ Quarto infertur hoc consequium esse mãcum,hęc vocula est significatiua, proinde aliquid significat,fat est aliqualiter denotare.
¶ Quito patet.aliquid est significatiuum, & tamen ipsum nunquam fuit.patet devoce p̃hendie proferenda,qui vnum synonimorum imponit quẽlibet synonimum similem ad placitum significantem secum imponit.

Contra hęc potest fieri argumentum, probando eundem terminum esse significatiuum & non significatiuum,proinde seiugagatio est inualida,antecedẽs patet.fiat hæc impositio,illa littera a,significabat fortem,si prima enunciatio prolata a forte fuerit vera, & non aliter,auspicetur fortes hanc. A,non rep̃sentabit fortem,venamur nunc an a,significabit fortem, vel ne. si primũ p̃positio a forte prolata est falsa, quamobrem ex casu infertur a non representabit fortem ex impositione.Si secũdũ enũciatio dicta a forte ē vera quia ipse solũ protulit hanc,a nō significabit fortem, sed ita est per te. Itaq; enũciatio a forte prolata,est vera,quamobrem a,significabit fortem ex posito.

Hunc cauillum tanquam proposito impertinentem vibro, quia talibus in nexibus nonnulli tempus incassum terentes terũt. Ex obligationibus hoc diluitur. Verum cum est formatum paucis dissoluetur, hæc impositio est dependens,ac insufficiẽs.& id causæ est,cõditionem impositioni repugnantem annectit,cum ad ipsum esse impositum probe colligitur ipsum non esse impositum. Si fortes p̃tulisset enunciationem veram v tpore,a,significabit fortem aut deus est, iam disceptatiõis gratia a,fuisset impositum.

Secundo argumẽtor, baf est terminus significatiuus & non significatiuus, patet. de priori membro,quia de posteriori haud quaquam fluctuas,sic argumentor. iste terminus fab est significatiuus, & iste terminus fab est hęc dictio baf,igitur. ¶ At dicis minor est falsa,cum non sit talis dictio baf,nemo enim legit ordine antogrado.

Contra,si terminus ille fuerit in circulo scriptus,non potes euadere, quia tum omni modo legi potest,igitur

Rñdetur, cõcedendo baf est terminus significatiu⁹.i casu, sicut fũ est nomē de p acidens quia cum termino significatiuo ydem/ p̃ificatur,& non est nō significatiuus, buf cũ indignatione prolata ex seipsa nihil repręsentat, immo illa indignatio & gestus per vocē inarticulatam displicentiam cum nausea rep̃sentat. Ex isto patet, si ex eodem attramento scribatur homo & buf, buf est terminus significatiuus,& omnes homines significabit.

Tertio argumētor, idem terminus est significatiuus & non significatiuus,igitur.antecedens patet. de vocabulo animal,quod est illa nota integra cum littera l,nihil significãte

Respondetur,id non inconuenit complexiue capiendo coniunctionem, sicut idem terminus est complexus & incomplexus,transcendens & non transcendens.

Dubitatur an non significans est terminus significatiuus.

Resp̃detur,hoc complexũ õn significans repręsentat cuncta significatus expertia, & ita concedo non significans est significans, capiendo subiectum materialiter,sicut terminus nō significatiuus, est significatiuus subiecto technice accepto

¶ De termino complexo & incomplexo.



Rursus terminorum quidem complexus & est determiatiõis & determiabilis cõgeries, vel extremorum per aliquod coniũgibile mentalis vnio aut aliquid ei subordinatum. Prima huius diffinitionis particula p̃pter cõplexionē idistātē,& secūda p̃pter distātē ponit, exēpla, hō albus, hō vel asinus, hō est animal, adiectiuum substantiuum determinat sicut aduerbium verbum, substantiuum natum fixo conuenire ipsum etiam de/

terminat, exemplum, vt animal homo, asinus hominis, hominis asinus. ¶ Quo fit, homo asinus non est terminus complexus, bene autē homo existens asinus. ¶ Secundo sequitur, nō solum verbum verumetiam coniunctio complexionem distantem facit, & idem de prepositione sentias, vt Petrus cum Paulo, & ita de similibus intelligo. ¶ Tertio sequitur, a significans tantum sicut homo est animal est terminus complexus distans, hoc patet per diffinitionem cōplexionis distantis, immo est propositio vocalis, & subiectum prædicatum & copula simul, sicut curro. ¶ Vlteri⁹ patet, sortes qui est, est cōplexio indistās, relatiuum nō includit coniunctionem mētaliter. ¶ Insuper Iohannes videns Robertum & alium famulum est complexio indistans, partes principales nequaq̄ vniūtur. ¶ Idem tidem, est scribēs in hac propositione, Sortes est scribens, est cōplexio indistans, verbum prędicatum determinat. Ex quo iterum infero, verba adiectiua si teneantur complexa sunt complexa complexione indistante. ¶ Demum patet in responsione ly ita est complexio complexione distāte, vt si quæratur fuit ne Alexander ante Hānibalem, ita, iam dictio ita valet macedonem precessisse penum. Similiter in hac fuit ne Iacobus maior frater aquilini Iohannis, & respondatur ita, habet significationem depēdentem antecedente ex propositione, sicut econuerso in hac omnis homo est animal & econuerso. Eodem modo de negatione.

¶ Terminus incōplexus opposito modo diffinitur, vtpote est terminus, nec ex determinatione & determinabili, nec ex aliquibus mediante coniungibili conflatus, vt hoc complexum Sortes currit & Plato disputat. In hac hypothetica Sortes currit & Plato disputat est copulatiua. Conceptus non vltimatus illius magni subiecti est incomplexus vt visio repręsentans decem viros, vel intellectio ei respondens, licet omnes termini in subiecto materialiter capiantur, vel vt sic reputentur vnus terminus materialiter captus illa est vera, quia est affirmatiua cuius extrema supponunt pro eodem, prædicatum enim supponit pro omni copulatiua, & subiectum supponit pro vna, ergo extrema pro eodem accipiuntur, a fortiori igitur subiectum huius homo est animal est propositio est terminus incomplexus.

Contra ista argumētor, Iohānes leo est terminus cōplexus, ergo & homo asinus, cōsequētia tenet a simili, & antecedēs patet, quoniam hæc est vera Iohannes leo est in templo vt supponitur, ergo subiectum est terminus & non incomplexus, ergo complexus.

Respondetur negando consequentiā, leo est cognomen viri, modo proprium nomen, cognomen, vel agnomen, mutuiter se determinant, secus est in alia congerie, nisi quispiam sub cognomine asini includeretur. Dices forte Sortes Plato est signum ponibile in enunciatione, & non incomplexum proinde complexum. Dicitur non est signum (nisi secūdum significationem materialem) sed duo quorum vtrūq; est signum separatim. Dixi nisi secundum significationem materialem, quia sic capiendo est terminus incomplexus. Subordinatur conceptui incōplexo illud aggregatum repręsentanti, sicut notitia cumuli grani cumulum & omnia grana repręsentat, licet de significatione vnius granuli ambigeretur, nec requiritur connexio quæ repentur inter terminos significatiuos, quia omnes illæ dictiones constituunt vnum terminum, vti syllabę dictionis homo illā dictionē cōstant.

Dubitatur an pars a in tertio correlario sit oratio. ¶ Respondetur pars a secundum intentionem est oratio, vt pars dictionis homo secundum intentionem est terminus significatiuus, cum enim est accidens in aere aut in mēte habet partes intentionales.

Sed contra complexionem a argumentor sic, propnetates mentales nō vtrobiq; voci conueniunt, iccirco ex subordinatione vocis a ad complexionem eius complexio nō arguitur. Assumptum patet. Nulla est enuncia tio de est tertio adiacente in mēte, & tamē aliqua est in voce.

Secundo tunc dabitur aliqua mentalis propositio simplex qualitas in genere rei, vt patet de conceptu non vltimato a, cōsequēs est dissentaneum.

Ad priorem obiectionem respōdetur aliqua voci sunt peculiaria cum mēte pugnātia, vt inhęrere aeri, aliqua vtriq; conueniunt, verum complexio aut incomplexio dictionis ad placitum significantis a mētali dependet.

Ad secundum concedo mentalem nō vltimatam esse simplicem in genere rei, nullatenus tamen opinor cū Gregorio ac Andrea a castro tenentibus propositionem mentalē vltimatam esse simplicem notitiam. At dicis tum idem cōceptus est terminus complexus ac incomplexus etiam copulatiue. patet de cōceptu non vltimato a, aut huius homo est animal. Nam repręsentādo illam naturaliter ꝑ

prie mediante se est conceptus incomplexus,
& ꝓpōnaliter ad placitum repręsentando est
conceptus cōplexus, cum subordinetur mēs
tali appręhensiue cōplexe in sic significando.
¶ Respondetur concedendo illarum diuersis
rationibus.

Secundo dubitatur an non buf sit ter
minus complexus ¶ Respondetur affirmati
ue, est aggregatum ex determinatione & de
terminabili. At dicis nihil significat cum par
tium nulla aliquid significet Dicitur non buf
est ferme transcendens pro quolibet a termi
no buf accipit, negatio aliqualiter significat,
ex cuius casu super terminū buf consurgit si/
gnificatio totius, & ex illo patet ad hoc ꝙ ter
minus dicatur complexus exigitur significa/
tionem totius ex partium significatis sic vni/
tis procreari.

¶ De termino trāscendente & non transcendente.



INsuper termiorum
quidam transcendens,
quidam vero nō trāscē
dens. Et rursus transcen
dens bifariam accipitur.
¶ Quoddam est trāscē/
dens in significando tā/
tum, quod omne possi/
bile significat, non potēs tamen pro quolibet
ente supponere, vt hoc cōplexum ens quod
est sortes, quicquid enim per partem comple/
xi significatur id per totum repręsentatur.
¶ Aliud vocatur transcendens in significan/
do & supponendo simul, & bifariam etiam ac
cipi potest. Vno modo late pro omni illo
quod prædicatur de quolibet possibili me/
diante copula de pręsenti (ipso possibili po
sito in rerum natura) seclusa ampliatione.
Nam licet ante creationem mundi solus de⁹
esset, vel spiritus. Non tamen ꝓpterea illi ter
mini sunt transcendentes, quia non de quoli/
bet possibili verificatur. Pariforma possibile si
gnificabile in pręsentia nō supputantur, licet
eorum suppositio latissime expanditur, illam
extensionem ampliatio facit, hoc modo tā cō
plexum q̄ incomplexum transcendens inclu
dit. Iccirco omne conditionatum ex terminis
synonimis, aut non potentibus supponere, si
militer omne copulatum ex terminis transcē
dentibus, modo nulla pars distribuatur, pari
ter & disiunctum transcendentia dicunt, hoc
etiam tramite quodlibet disiunctum contradi
ctoriorum est trāscēdēs, nam ꝓ quolibet sup
ponit, ergo est transcendens, & sic in capite de
nomine & in alijs locis secūdum materiā sub/
iectam accipitur. ¶ Secundo modo capit̄ trā/
scendens in supponēdo stricte, & sic diffinitio
ni pręfate solum incomplexum addatur, hoc
modo ponuntur sex transcendētia per dictio
nem tribus intellecta, scilicet res, ens, verum
veritate entis. Quantum aliquid de entitate
habet tantūdem de veritate nanciscitur, nec
de homine veraci, nec de pecunia veraci imp̄
sentiarum loquimur. Bonum bonitate entis,
licet demon & malus homo sit malus morali
ter, bonitate entis non vacat, nec huic bonita
ti malum vspiam oppositum inuenitur, bo/
nus tamen in absoluto modo loquendi pro il
lo qui probis moribus est pręditus accipitur.
Aliquid, vnum, Licet Laurēti⁹ valla solum
dictionem res pro transcendēte ponat in quā
cętera resolui asserit, ens dicit in vsu non inue
nitur, nos tamen cum alijs eruditis sex trāscē
dētia posuimus. ¶ Terminus nō transcēdēs
opposito modo describitur, est terminus qui
non pręsaid de quolibet vt homo animal.

Contra ista argumentor, ens nō pręd
catur de quolibet, ergo ens non est trāscēdēs,
probatur antecedens. non pręsaid de sorte
ad extra, quia sortes non subijcitur.

Secundo, vnum non pręsaid de po
pulo, & per consequens non est transcendens
& sic nec entia pręsaid de angelo.

Ad prius nego antecedens, & ad ꝓba
tionem qua dicitur ens non pręsaid de sor
te ad extra, hoc est verum, pręsaid nihi
lominus de pronomine sortem demonstran
te, & sic intelligimus hanc propositionē tran
scendens pręsaid de quolibet, hoc est de ꝓ
nomine quodcunq; ens demonstrante.

Ad secundum, concedo antecedens, &
nego consequētiam, populus prima breui nō
est ens, & propterea recte dici solet populus ē
aliquid, sed nihil est populus, quia prima lōga
arborem significat absolute, entia in plurali si
gulari ve de genio dicitur, nec opinamur cū
Gregorio ariminensi tenenti, ens solum indi/
uisibile proprie significare.

Immo tribus modis aliqd dicitur vnū
proprie. Primo res ipartibilis. Secundo ex ma
teria & forma conflatum. Tertio modo qualit
tas intensa. De nullo alio verum est dicere, est
ens sine addito, archa nihil est, similiter dom⁹
nec sequitur est vna edes, iccirco vna res.
¶ Dices tunc magister non est vna vox. Si e
ille syllabe non differant specie, nulle differēt
specie, sub nullo istorū triū ramorū icludunt,

quod si cõcedas illius syllabe non erit noticia vna Respondetur, magister non est vna res, est vna dictio vocalis scripture rñdens ac cõceptui, partes eius specie differunt. Pone scripturam magister ex auro argento ac stanno, noticie distincte illorum tñm non constituunt vnam rem, licet vnam noticiam, etiam rerũ specie distinctarum datur vnus conceptus totum aggregatum significãs, & erit vna res, sicut in simili superius est relatum.

Ex dictis sequitur, hanc consequentiã esse nullam, hoc est falsum aurum, ergo hoc est falsum.

Secundo patet, hęc illatio est inualida, hoc est transcendens in significatione, ergo hoc est transcendens.

Tertio licet hęc non sit vera sortes necessario est ens, nihilominus minus ens est trãscendens.

Quarto sequitur, licet sortes mediante copula de ymaginario de quolibet prædicetur, non tamen propterea sequitur ipsum esse transcendens.

Quinto sequitur, aliquid est terminus transcendens, cui si addatur negatio fit non transcẽdẽs & ecõuerso. Si teneatur aliquorũ positio vt ens dicitur analogice de substantia & accidente tunc substantia secundum diffinitionem datam esset transcendẽs, albedo nõ esset ens, sed entis dispositio secũdum eos, verum nos hic oppositum sequimur. An qualitas sit transcendens, patet. ex prędicamentis, naturalis potentia vel impotentia cuilibet rei competit & par vel impar latissime extenditur, verum sene dictiones numerate vulgo supputantur.

De termino connotatiuo, & absoluto.



Eterum terminorum quidam absolutus quidã vero connotatiuus. ¶ Termin⁹ absolutus est terminus aliquid significans vltra quam significationem nihil nec rem aliquam aliqualiter se habere denotat, vt termini de prædicamento substantie. Syncathegoreuma nec reputatur terminus absolutus aut connotatiuus, diuisum ergo huius diuisionis est terminus cathegoreumaticus significatione.

¶ Terminus connotatiuus est terminus qui vltra illud ꝓ quo natus est accipi aliquid vel aliqualiter importat, vt album, de materiali significato rem albam immo quamlibet rem possibiliter albam significat, & de formali significato siue connotato albedinem importat, quod vulgariter connotare dicimus, cui vocabuli significatus alludit, cõnotare simul significare, hoc est vltra significationẽ pricipalem simul importare, eques in recto supponit pro homine, equum in obliquo connotat, & non modo equum, sed aliqualiter hoc est certam habitudinem in ordine ad equum, alias pro equite nõ supponeret, album albedinem in obliquo, & rem albam in recto significare dicitur, ita in explicatione quid nominis eius enunciamus, album est res habẽs albedinem sufficientem denominare totum, & sic in recto & obliquo significare dicitur.

¶ Vnde duplex est termini cõnotatiui significatum, scilicet materiale pro quo terminus supponit, aut cui cõnotatio denotat cõpetere

¶ Formale est id significatum quod terminus vltra materiale importat, aut per quod aliqualiter rem se habere denotat, quod interdũ cum materiali identificatur, vt cum terminus connotatiuus pro vtroq; significato supponit, vt sedens, currens, interdum distinguitur. vt in istis album nigrum.

¶ Insuper terminorum connotatiuorum quidam connotant positiue, vt termini assignati Quidam priuatiue, vt pauper opum carentiam, & ignarus scientie inopiam connotat.

Ceterum terminorum connotatiuorũ quidam extrinsece connotat, quando terminus alteram partem essentialem rei ꝓ qua accipitur connotat, vt rationale ꝓ homine supponit & præcise animam rationalem alteram hominis partem essentialem connotat, sic materiale solam materiam connotat.

¶ Alius terminus connotat extrinsece, vt terminus connotans aliud vel aliter a parte essentiali rei pro qua natus est accipi, vt risibile album crispum sedens. Aliqui tertium mẽbrum pro hisce & similibus rationale vel currens materiale vel album superaddunt.

At contra dicta insultas, ex dictis sequitur album nigrum significat, cum conceptus albi omne album possibile repręsentet.

¶ Conceditur illatum, & patet aliunde, omne possibiliter album possibiliter est nigrum, nec propterea sequitur album & nigrum esse terminos conuertibiles, attamen album possi

bile & nigrum possibile conuertuntur, nullatenus tamen sunt synonime.

Dubitatur an homo sit terminus absolutus. ¶ Ad dubitationē affirmatiue respondetur, cuius probatio est si esset terminus connotatiuus nullo modo poneretur in prędicamento substantie contra omnes loquētes, & ita de quolibet termino compositum significante fieret. Insuper nomina ad placitū significant, ergo possumus terminos absolute & connotatiue imponere, & sic mentaliter absolute vel connotatiue concipere. Item ab omni conuenientia essentiali inter aliqua abstrahibilis est conceptus absolutus illa repræsentans. Ast talis inter homines reperitur, igitur oppositum tenent aliqui sequaci ratione persuasi. ¶ Quādo aliquis terminus supponit pro aliquo & postea idem nō supponit pro illa re ipsa durante talis terminus est connotatiuus, non alias album & reliqui termini dicūtur esse cōnotatiui, & sic est de ly homo, animam & formam significat coniunctas, & pro eis supponit, non autem pro eis separatis.

Respondetur, concedendo maiorem, semper terminus homo pro homine supponit re ipsa durante, non autem rebus durantibus. Et si dixisses sic, quando aliquis terminus absolutus supponit pro aliquibus, semper terminus ille supponit pro illis durantibus, illam vtrobiq; negarem. In terminis compositū importantibus, quia tales termini ex sua impositione / habent supponere pro compositis, ad quorum integritatem requiritur, vt potentiam forma actuet. Aliqui sunt termini absoluti pro rebus ipsis tam coniunctis quam separatis supponentes, vt res entia. Nec alia ratio in hoc a terminorum significantia quærenda est. An homo de Christo dicatur connotatiue altioris est inquisitionis, atq; ad tertium sententiarum attinet, summa infimis miscere est extrarium. Etiam nōnunquā congeries duorum absolutorum in connotationum numerum abit, vt asinus hominis, & pari iure bos hominis.

¶ Quo fit duo termini connotatiui sunt quatuor termini absoluti, nec mirabere eundem conceptum connotatiuum reprę̄sentare substantiam & accidens ei inherens, vt concept⁹ simplex albi in mente, possum concipere substantiam in se absolute citra connotationem, & in habitudine ad filium, & sic est concept⁹ simplex patris, sic concipio hominem in habitudine ęqui cui insidet, vt conceptus ęquitis sic in habitudine ad albedinem ei inherentem Itē sicut a cōceptibus absolutis relatiui cōceptum elicio. Ita a conceptu substantie & albo ris, conceptum substantie alborem habentis abstraho. ¶ Regula in connotatione dari consueuit, deficiente connotatione termini positi ui eius suppositio deest, quocirca pedes pro equite haud supponit.

De significare naturaliter & ad placitum.



Otionū quædam significat naturaliter, quædā vero ad placitum. Hic autē ad nutū imponentis aut communitatis recipientis significat, ille quoq; citra īpositionem suapte natura reprę̄sentat.

¶ At rursus triphariam dictio naturaliter significat. Vno modo naturaliter proprie, vt conceptus alboris alborē īmediate significat ¶ Quælibet res mundi naturaliter communiter siue obiectiue sese manifestat.

¶ Tertiam significantiam naturalem ex instinctu naturæ produnt.

¶ Impositio autem ab auctoritatē habēte in politia sæpenumero emanat, prothoplastus animalibus ac plantisq; animantibus nomina indidit, vno nonnunquam autore nomē imponitur, vt in recutito iudeo appelle in circūcisione nunc vana appellatio inditur. Pari forma salutari in baptismo quando paruuli regenerantur, vulgi receptissimus consensus & consuetudo significationē dictionibus præstat, atq; eorundem significatus exuit, mu'ta plautina vocabula ennei, ac veterum in nihilum sunt redacta. Necnon alia a vulgo in auras pullularūt vigorē a plebis cōsuetudine suscipientes, vt alias a nobis est relatum in superioribus terminis.

¶ Cæterum dictio ad placitum suum significante vltimate ac primarie significat. Necnō aliud ob affinitatem, aut similitudinem quā cum illo sortitur, qua via christifera marianā ymaginem significat, regis Francisci simulachrum bene delineatum affirmabis esse Frācisco addictum, contemplantes ipsum confestim inquiunt. Ecce regem & quidem egregie pԡractum. Sic vnus fratrum alium ei germanum reprę̄sentat, at canis fidus Hugoni acha tes Hugonis notitiā excitat. Viso catello ag-

mitatim astantes clamitat, prefectus accedit. ❡ Significare naturaliter proprie est formaliter, & seipso representare. Porro si conceptus suam significantiam mediante alio significaret in abyssum significando iterum. Itaq; significationis fons minime deprehenderetur, vt conceptus hominum omnes homines representat. Ille conceptus nullius est idiomatis. Nam si ephebus in criptis deserti sine vllo hũano cõmertio aleretur, omniũ rerum suis sensoriis oblatarum notitias formabit, vocabula ad placitum imposita hosce cõceptus excitant, sine quibus nihil actualiter representant, propterea mediãtibus eis significare dicuntur. Isti sunt animi passiones, quas philosophantum princeps primo Periarmenias ait significare idem apud omnes, quod suo in loco fusius explicare (modo deus cœpta secundet) proponimus ❡ Significare naturaliter communiter est obiectiue sese representare, siue se in ratione obiecti obiicere, obiectum est res per aliquam notitiam agnitum, vt albor quẽ cernis representat se tue potentie visiue, quælibet res partialiter cognitionem sui efficit. Voluntas nostra libera in ratione obiecti respectu notitie angelice naturaliter cõcurrit, nec sua in facultate est situm non concurrere. At illa cognitio a potentia perceptiua deo concurrente producitur, deus tamen non cet nisi a creatura nisi vult, sua causalitas ad omnem intellectionem creature requiritur, diuino de intellectu parum hic loquimur. In duodecimo methaphisice de ipso tamen perfuntorie famur, altissima infimis haud quaquã sunt miscenda. ❡ Ceterum conceptus quem habeo parietis ipsummet conceptum representat mediante cõceptu reflexo formaliter significãte ipsum. ❡ Norma est quicquid nõ nihil significat id representat mediante agnitione illi⁹. Istud dicitur significare naturaliter communiter quia cuilibet rei est ea significatio communis. ❡ Significare ex instinctu nature, est absq; impositione aut consuetudine ex inclinatione naturali alterius rei notitiã efficere. Quo modo gemitus hominis bellue ve anxietatem indicat, homo tamẽ animal cautum sub velamine quodam dolorem nonnũquam gemitu simulat, fat est sine impositione is significatus oritur, hac enim via vox quelibet suum prolatorem designat, sic etiã fumus caminum exiens ignem præsignificat tãquã eius basim. Itaq; ex cognitiõe lamẽtabilis vocis atq; fumi primario, in doloris notitiam atq; rogi secundario deuenimus, hoc etiam modo vestigium rem cuius est vestigium, scripturaq; scriptorem notificat.

Ex his sequitur quilibet terminus ad placitum significans vel naturaliter communiter significat.

Secundo sequitur, quilibet terminus significans naturaliter proprie siue ex instinctu nature, significat etiam naturaliter communiter, & per consequens significare naturaliter communiter est superi⁹ ad significare naturaliter proprie, & significare naturaliter ex instinctu nature.

Tertio ex his sequitur, significare & significare naturaliter cõueniunt, nec hoc est diuisionem infringere, sat est connotatio superioris ad diuisum.

Quarto sequitur, aliquid significat naturaliter communiter, quod non significat communiter.

Quinto seqtur, nullus terminus significat naturaliter proprie & instinctu nature.

Sexto seqtur, Idem terminus adequate idem ad placitum & naturaliter significat, patet de conceptu sortis imposito ad significandum se, aut sortem, terminus significans naturaliter significat sine impositione, hoc est dato ꝙ nulla esset impositio.

Contra ista argumẽtor, si cõceptus sortis sortem significet, hoc est ꝓpterea quia est eius naturalis similitudo & sorti similis, sed hoc non sufficit, quia tum species sortis sortẽ representaret.

❡ At forte dicis ponendo speciẽ illa a solo sorte producitur, notitia autẽ partialiter ab anima, & ad notitiam & similitudinẽ (de qua loquimur) anime cõcursus partialis requiritur.

Contra, ponendo notitiam a solo deo produci, adhuc notitia suum significatum representat.

❡ Si dicas se solo deus notitiã ꝓducere negt:

Contra, quicquid deus potest producere mediante causa secunda, hoc se solo producere potest, nec valet dicere, si deus se solo perducat in animam, non erit notitia, sed qualitas, nam animam informabit, & actualiter ei suapte natura representabit.

Respondetur, de hoc argumento non nihil superius tactum est, concedo illam notitiam sortem representare quia est eius naturalis similitudo repñtatiua, siue ab alio partialiter producatur, siue non. Et talis representatiua similitudo nõ est species, siue dicatur ei si-

uum idioma, & quod esset illud.

Tertio dubitatur, quod est nobilissimum idioma.

Quarto, quare voces & scripture sunt inuente, & quis fuit primus inuentor.

Quinto dubitatur, an res significēt terminos sicut econuerso.

Ad primā dubitationē rn̄det, ipsa presupponit vnum, & querit aliud, presupponit ei rē ad extra posse imponi ad significandum (& capio rem ad extra, vt distinguitur contra terminos, vt Augustinus capitulo primo de doctrina christiana. quia alias termin⁹ vocalis vel scriptus esset res ad extra) & sic equus per nouam impositionem potest significare omnes homines, & realiter poneretur in predicamento, & subiectum propositionis velociter curreret, & predicatum calcitraret, & patet istud per casum iocosum scolastici asserentis ignem significare letitiam, & aquam habundantiam, & cubiculum gaudium, dictum est protritum, canis currit cum letitia, nisi veneris cum habundantia, nunquam intrabis gaudium. Sed ista impositio non est facta, & nō ab re, quia sic fuisset difficillimum vni homini alteri suum conceptum referare, voces & scripture ad nutum habentur, & ꝓpterea accommodatissime imposite sunt, secūdū illud Aristo. i. Elencho. nominibus pro rebus vtimur, laxo termino nomen ꝓ quocūꝙ vocabulo, aliqui sunt nutus & conniuētus ꝑ membra corporis qui facile habētur, & apud aliquos religiosos in vsu sunt, & apud secundum philosophum ita taciturnū ac si eliguis esset. Sed licet & mutis, & manib⁹ orbatis, voces & scripture non sunt propitie, hoc non obstante respiciendum est ad totam multitudinem, sicut leges dantur de his quae communiter contingunt,

Ad secundam dubitationem, cum sint agentia libera, dicitur, possunt formare & non formare idioma. Sed cum non possunt cōcept⁹ suos sibi mutuo apꝑire, āgelico more ꝓ hoc statu mortali (in quo nos sumus) in patria erimus sicut angeli dei ad colloquium, Si prudentes fuerunt fabri, a bunt sibi nouam lī guam, per quam possunt seipsos adinuicē intelligere, & hec lingua nullius erit idiomatis, probatio, quia nō est maior ratio de vno idiomate q̄ alio, nullū idioma est nobis a natura, stat tamen a casu vt coinciderent cum vocabulo vnius idiomatis vel alteri⁹, sed apd⁹ me indubitatum est, si aliquid sua in incude cuderent, nouum fabricarent, & nec Hebraice, nec Grece, nec latine loquerentur.

Sed argumentor quod non sit possibile imponere idioma, ponamus cyrū dixisse tribus comitibus, volo ꝙ homo significet homines, alij tres audiuissent illas voces. Sed eas minime itellexissent q̄uis per diem totam noctūqꝫ loqueretur.

Respondet, vides sicut primordia sciētiarum sunt difficilia traditu, vt patet primo de celo & mūdo, sic principiū huius lingue esset istis difficile. Sed lr̄is tribus aut quatuor propositionibus, quibus poterāt explicare cōceptus suos, vt puta volumus ꝙ a, significes hoc, & b, illud, reliqua sūt facilia, potest cyrus tangere Romulum in pectore pronunciando Romule, & decedere ab eo vocando eum nutu attractiuo vocabulo Romulo, alij percipiētes hoc vocassent eum Romulum, & sic de alijs nominibus. De pane, demōstrando illum digito poterant dicere panis, & frequenter postea Da mihi panem, & illo non fuisset intellectus. Sed si panem attraxisset sibi, tunc facile intelligeretur ab alijs, & sic intellexissent da mihi vinum, da mihi carnes, sicut paruuli nostri addiscunt loqui pater, cum paruulo habet familiaritatem, & solicitudinem mater, docet eum pronunciare nomen paternum, licet corrupte a principio, postea assuefactione hoc addiscit, & deniqꝫ non est maior difficultas inter quatuor de quibus loquimur quam de paruulis nostris (qui commūiter nobiscū viuunt) immo minor, cum prudentiores ponantur.

¶Ex hisce sequuntur aliqua, primum impositio non poterat habere originem primo a syncathegoreumatibus, patet. non est dabilis res significata per ea cum solum aliqualiter significent.

Secunda propositio, impositio non potest incipere primo a terminis cathegoreumatibus habentibus res significatas remote, & non propinque.

Tertio sequitur, facilius est homini im̄ponere sibi quam alijs.

Ad tertiam dubitationem, vix homo sine aliorum maliuolentia respondere potest, dicent me affectione ductum & non recte sapere propter affectionē, quam habent ad sua idiomata, secūdū cōmune dictū, qsqꝫ suū laudat q̄uis laudabile nō sit, sufficit nobis rōna

biliter loqui, nec sequitur. hi habent linguam
meliorem, ergo doctiores & meliores sunt, q̄
admodum non semper eloquẽtior est prudẽ
tior, vel sapiẽtior. ¶ Istis pręmissis accedo ad
dubitationẽ propositam. Sed pono tria ideo-
mata pręcipua, hebręum, quod primum erat
quo omnes mortales vsi sunt ante turrim ba
bylonicã, vt Geneseos. xi. patet. Postea crescẽ
tibus idiomatibus manserunt ista tria praeci/
pua idiomata Hebręum, Gręcum, & latinum
quibus titulus saluatoris mũdi descriptus est
a Pylato romanorũ p̃side, vt Mathei. xxvij.
videre est, non disputo quae harum linguarũ
sit praecipua. Sed inter nos latina lingua prin/
cipatum obtinet, ergo lingua illa quae maxi
me accedit ad eã est melior, decimo Metaphisi
ce in vnoquoq; genere est vnum q̄ est princi
pium & mensura aliorum quae sunt illius ge-
neris. Italica, & Hispanica, maxime ad latinã
linguam accedunt, & tertio in loco gallica.
¶ Nullam tamẽ linguam in Europa, Germa
nica diffusiorem existimo, Alemania vasta re
gio multis cum finitimis eo famine vtuntur
a quibus Flandri, atq; Britãni pęne omnes cũ
parte hibernie parum discrepant. Itaq; si a la/
tio sermone plurimum elongetur, ob com/
mertium cum multis maximi est emolumen
ti, amplius non insisto ne labamur in ĩptinẽs.

Ad quartam dubitationem responde-
tur, voces inuente sunt ad referandos conce/
ptus nostros ad inuicem, cum homo est ani/
mal politicum & sociale, primo Politicorum
si quis semper solus viueret non esset opus lo
quela, scripture inuente sunt ad aperiẽdos cõ
ceptus nostros nobis absentibus, & ad cõser-
uandas leges diuinas & humanas, gesta hero
um & aliorum. ¶ De primis litterarum inuẽ
torib⁹ est certamẽ, & eas ab hębris ab habra
mo vel filio Seth repertas credo, phenices eis
vicini graecis litteras tradidere, secundum il/
lud Lucani.

Phenices primi famae si creditur ausi
Mensuram rudibus vocum signare figuris;

Plinius libro septimo. natu. hist. hoc dat syris
modo hebraei erant de syria.

Ad quintam dubitationem dicitur, vo
ces & scripture posite sunt ad significãdas res,
licet interdum de p accidens res sit causa qua
re in notitiam termini deuenimus, viso came
lo vel re incognita quaerimus nomen illius, si
cut Hebraei cibum celitus datũ in deserto vo
cabant manna, hoc est, quid est hoc, sic Hercu-
lis simulachrum ex consuetudine Herculẽ ve
rum repręsentat, & ad placitum consuetudia
liter, naturaliter rustico qui nihil de Hercule
audiuit non repręsentat Herculem, ergo non
significat naturaliter Herculem. Sed ymago
cum recitatione hystorie Herculee, Herculem
repraesentat. Quod Herculem non significat
naturaliter alia via sic patet, quia si liniamen/
tum cumularetur in confuso non representa-
ret Herculem, & nihil potest a significatione
naturali cadere, igitur. ¶ At dicis adhuc Her-
culem repręsentabit propter aptitudinem y-
maginis. ¶ Contra illo dato illa ymago ne/
dum Herculem. Sed quodlibet animal bone
magnitudinis significabit, & diuisibile quod-
libet, de quo tm̃ simulachrũ cõflari potest illd⁹
significabit, q̄ nõ videt̃ cõcedẽdũ, & sic dicet̃,
nec vox scripturã, nec scriptua scripturam na
turaliter significabit. Sed ad placitum ab ho/
minum consuetudine, primus legẽs alteri lo/
quendo iussit vt alter similiter scribat. Si quis
piam tamen contendat significantiam yma/
ginis Herculee, & similes naturaliter impro/
prie emanare, cum illo seriose non digladia/
bor, cum significatio est improprie dicta, ali/
quas proprietates significationis naturalis, ac
aliquas proprietates termini ad placitũ signi
ficantis imitatur, quocirca aliquibus nonnul/
lis congruentijs motis ea significantia natura
lis ex instinctu naturae persuadebitur, ipse enĩ
in hac significatione impropria fusius non di-
sceptabo. Et haec de illa terminorum diuisiõe
cum aliquibus dubitationibus obiter occur/
rentibus, licet non pure seriosam traditionẽ
terminorum in illis quaesierimus, sed cum no
bis vise sunt non omnino impertinentes, eas
nunc sicut in primis terminis a triginta duob⁹
annis a nobis scriptis posuimus.

De termino cõi & singulari.


Erminorũ q-
dam cõmunis,
quidam vero sin
gularis diuisum
iiu⁹ diuisionis est
terminus cathe-
goreumaticus.
¶ Pro ista diui-
sione notãdũ est
sigulare capitur
duobus modis. Vno modo prime intentio-
naliter, & sic quamlibet rem mundi significat
cum quęlibet res mundi sit singularis, hoc est
vna res & non plures saltẽ totales, & isto mo
do non capit̃ in proposito. ¶ Alio modo ca-
pitur secunde intentionaliter, & hoc triplici-

ter secundum quod tribus modis terminus dicitur singularis. ¶ Primo modo in significādo tantum, vt Adā. ¶ Secundo modo in supponendo tantum, vt iste populus demonstrando vnum magnū populum. ¶ Tertio modo in supponendo & in significādo simul, vt Sortes quamdiu existit. ¶ Pro secundo mēbro intelligatur cōditionaliter propter subiecta talium, ista chimera est chimera quā aliqui reputant (& male) indefinitam moti hac ratione. Subiectum non est terminus singularis in significando nec in supponendo cum subiectum huius, ista chimera est chimera, tot significet sicut subiectum huius, omnis chimera est chimera. Hoc argumentum est solutum per hoc quod dicitur conditionaliter.

Isto notato ponuntur propositiones, Prima, terminus nō dicitur communis, quia rem communicabilem multis significat, nec singularis, quia rem singularē significat, quia nulla est res communicabilis multis saltē creata, & quælibet res est singularis.

Secunda propositio, terminus non dicitur singularis, quia praecise pro vna re accipitur & communis, quia pro plurib⁹. Subiectū huius est terminus singularis, ista entia sunt demonstrando omnia entia mundi, & subiectum huius est terminus communis, ista entia vel ista entia sunt demonstrando quatuor angelos.

Tertia propositio, terminus dicitur singularis, quia ei repugnat secundum acceptionem secundum quam accipitur sumi pro pluribus, vt ista animalia demonstrando omnia animalia mundi. ¶ Dicitur accipi & nō significare, quia subiectum huius ista animalia currunt significat omnia animalia mundi quemadmodum subiectum huius omnia animalia currunt. ¶ Dicitur etiam accipi & nō supponere propter istum terminum, ista chimera in hac ista chimera currit.

Terminus communis est terminus cui non repugnat accipi pro pluribus quārum est ex impositione termini secundum significationē secūdū quā capitur, quia licet interdum sit defectus ex parte rei significate. vt patet in istis terminis, sol, mundus, phoenix, & huiusmodi, non tamen est defectus ex parte modi significandi termini significantis, quia si per possibile vel impossibile pure phisicę loquendo produceretur vnus alius sol. Iste terminus sol sine noua impositione illū significaret.

Forte dicis eodem modo, si per possibile vel impossibile esset vnus alius Sortes ab isto, iste terminus Sortes sine noua impositione illum repręsentaret, cum ex impossibili sequitur quodlibet, quemadmodum est in proposito capiendo ly Sortes vniuoce.

Respondetur, vltimate standum est in impositione termini, & dicitur sol communiter imponebatur ad significādum, Sortes vero discrete. Et in terminis mentalibus hoc prouenit ex natura rei, & quia simulachrum solis crebro sol reputatur. Ethnici plures soles in rerum natura posuerant, sub. dies Iulij cæsaris tres apparuerunt soles, quorum duobus euanescentibus vnus apparuit, pręsagium potentiam trium virorum in vnum transcēdam, extinctis Pompeio cum crasso sol⁹ Iulius dominabatur. Deus extrinseco signo talia reuelat, vel populus signa naturaliter euenientia inferioribus accommodat, sic de deo gentilitio errore imbuti putarūt, vt Beelzebub apud Babylonios, Dagon apud Philisteos, & apud cæteras nationes gentium plures posuerunt deos. Hoc delirio ante legem gratię vniuersum ludebatur, tametsi orthodoxam per fidem ac philosophiam de vnitate dei illustramur, modus tamen imponendi veterum de deo manet. Obliquus virorum, & albus adiectiue tentum possunt pro pluribus accipi. Primum per suum rectum de pluribus prædicatur, & adiectiuum adiectiue tentum per suum substantiuum respondens, vel substantiuum adiunctum.

Contra dicta argumentor sic, subiectū istius iste homo currit non significat omnes homines, ergo male dictum est. antecedēs patet, quia significat singulariter & nō communiter. Quod probatur sic. Bene sequitur, iste terminus supponit discrete, ergo significat discrete ab inferiore ad superius, quia omne supponere est significare & non contra.

Et confirmatur bonitas consequentiæ per vnam aliam regulam, quando aliqua cōsequentia est bona, tunc eodem vtrobique addito adhuc valebit consequentia. Sed sic est in proposito, nam hæc cōsequentia valet. Talis terminus supponit, ergo significat. Et nos addimus illum terminum singulariter tā antecedenti quam consequenti.

Respondetur negando consequētiam supposito, vt per ly singulariter intelligatur precise singulariter, quemadmodum pretendit argumentum, & ad probationem (qua dicitur) proceditur ab inferiore ad superius.

¶ Respondetur dupliciter. Primo distinguendo, vel cum dictione includente negationem,

et sic concedo, nam talis consequētia nihil valet, vel sine dictione includente negationē & sic nego, quod manifeste patet. capiendo sensum in quo ponitur antecedens, qui est iste, ee pugnat illi termino accipi pro pluribus, & sensus consequentis est, repugnat illi termino significare plura, exemplum i simili, repugnat isti termino homo supponere pro duobus asinis, ergo repugnat ei supponere pro pluribus rebus.

Secundo soluitur argumentum, & solutio est vniuersalior, distinguendo argumentum esse ab inferiore ad superius, vel respectu partialis extremi, sic concedit, vel respectu totius, negatur. Nam licet omne supponere sit significare, tamen nō omne supponere discrete, est significare discrete. Declaratur hoc alibi, in quo etiam soluitur confirmatio probationis consequentie, quia licet sequatur Iohānes est magister, ergo est homo, ab inferiore ad superius, consequentialiter, tamen non sequitur. Iohannes est magister parisiensis, ergo est homo parisiensis, q̄quam consequens esset verum, & tota causa est, quia hoc complexum magister parisiensis non est inferius, nec quidditatiue, nec illatiue, ad hoc cōplexum homo parisiēsis. ¶ Ex isto patet regula assumpta ꝓ confirmatione probationis consequentie nulla est, & nūq̄ tenet nisi in aliquibus gratia materie, q̄a licet sequatur a, homo est animal, ergo homo est animal, addēdo vtriq; negationem negantem non valet consequētia, quia non sequitur a, homo nō est animal, ergo homo non est animal, supponēdo a, facere terminum supponere confuse tantum. ¶ Dicitur gratia materie, quia in aliquibus bene valet, quemadmodum bene sequitur homo currit, ergo animal currit. Ita etiā bene sequitur homo albus currit, ergo animal album currit. & ita vniuersaliter nisi quādo appellatio īpedit, vt in paradigmate nuperrime dicto.

Secundo argumentor, probando hūc terminū, iste hō nō eē terminū discretum, de quolibet hoīe verificat, saltē ꝓ quolibet, sic īcedo log, quia quocūq; hoīe demonstrato verum est dicere, hoc est homo, & non debemus capere signum in verificatione vt patet. omīs homo est animal, non dicimus, hoc est omīs homo, sed hoc est homo, quia in verificatiōe oportet tollere signum.

Dicitur non est simile quia quando verificamus sic hoc est iste homo, addimus signū vt termini sient eque restricte in verificatiōe & suppositione, & non respicimus signum nisi per accidens, vel accipias a, vel b, vt termini sient eque restricte. Secus est hic, omnis homo est animal, vbi homo ꝓ omnibus hominibus tenetur. Sed hic quilibet homo est animal, sic verificamus, hoc est aliquis homo vel homo masculus.

Ad omnia ista cognoscenda ponuntur propositiones ¶ Prima est, nomina superlatiui gradus (affirmatiue exponēdo) sunt termini communes, quia licet eis repugnat accipi pro pluribus in eodem tempore, (vt dicitur quinto topicorum quod superhabundātiam dicimus vni soli conuenit) tamen per successionem temporis accipiuntur vel accipi non repugnant pro pluribus. Et eodē modo de hoc complexo omnes apostoli dei (collectiue capto termino) dicatur, quia si deus ad apostolatum alios sex cum istis vocaret, iam supponeret pro octodecem. ¶ Et sicut datur terminꝰ communis qui in eodem tempore nō potest pro pluribus accipi. Ita datur terminus cōmunis qui successiue non potest supponere ꝓ pluribus, vt homo existens in hoc instanti.

¶ Etiam datur terminus communis, qui nec successiue, nec in eodem tempore, supponere potest pro pluribus, vt hoc complexū homo existens omnis summulista futurus, si semel ꝓ vno supponit, pro alio minime vnquam supponet. Nam licet in sensu composito huic termino pro pluribus supponere est inpossibile tamen ei non repugnat pro hoc vel illo accipi, & hoc ad terminum esse communem sufficis

Secunda propositio, omne copulatum ex termino singulari & communi (nisi termini pro rebus communicantibus supponāt) est terminus communis. probatur de vno, (quia vtrobiq; est aequalis ratio) accepto hoc copulato sortes & homo, pro sorte & platone accipitur, quia sortes & plato sunt sortes & homo pro sorte & cicerone, non pro sorte se solo, q̄a de natura coniunctionis &, est copulare inter diuersa, vt grammatici contendunt. Phaleras tamen orationes respuendo (vt artiste sępicule faciunt) pro solo sorte accipitur, dicere solent sat est ꝙ partes videntur spectare ad diuersa ¶ Additur nisi termini pro rebus communicantibus accipiantur, quia hoc complexum brunellus & pars eius, pro solo brunello supponit, quare etiam Iohannes & Robertus & Iohannes vel Robertus est terminus singularis vt & sic copula principalis.

Et ex illa secunda propositione sequitur, tertia illud copulatum pro nullo homine supponit nisi non pro sorte, & pro nullis hominibꝰ

supra duos, pro nullis duobus sorte nō incluso, prima pars iam patet, & secunda probatur quia quibuscunq; hominibus tribus totalib⁹ demonstratis falsum est dicere isti sunt sortes & homo, tertia pars claret de se, semper rapitur terminus vniuoce.

Contra istas duas propositiones argumentor sic, hoc complexum sortes & omnis homo est copulatum duorum terminorum, quorum vnus est communis, & alter singularis, quia omnis homo est termin⁹ communis cum successiue potest accipi ꝑ pluribus, & tamen non est terminus communis, igitur. probatur minor, quia ei repugnat accipi pro alio a sorte, probatur sic, nō pro platone se solo, nec pro quocūq; alio per idem, nec ꝑ duobus simul, nec successiue, probatur sic, nam da oppositum pro duobus supponit, sit ita ꝑ sorte & platone, tunc sortes & plato sunt sortes, & omnis homo, & vltra argumentor descendendo sub isto termino homo dabis vnā singularem falsam. Nā ista est falsa, sortes & plato sunt sortes, & iste homo sorte demōstrato, quia bene sequitur sortes & plato sunt sortes & iste homo, ergo sortes & plato sunt sortes, quod est impossibile.

Ad argumentum dicitur, hoc complexum sortes & omnis homo est terminus communis, & quando dicis ei repugnat accipi pro alio a sorte, dicitur verum est, non potest accipi pro alio a sorte neq; simul, neq; successiue. Sed defectus non prouenit ex parte huius termini communis omnis homo, vel ens omnis homo. Sed propter distributionem termini superioris ad terminum singularem copulatim sumptum, declaratur in simili, defectum nō ꝑuenire ex parte termini communis, quia arte pro hoc copulato sortes & omnis asinus, illud realiter potest accipi ꝑ pluribus. Similiter sortes vel chimera est terminus communis (vt postea dicemus) & tamen non potest accipi ꝑ alio a sorte. Insuper hoc copulatum ratiōe termini communis significat communiter, & signum vniuersale non tollit illam significationem, ergo totum illud copulatum communiter significat.

Aperitur tibi etiam alia via, accipito veram maluens, dicendo Istud copulatum sortes & omnis homo esse terminum discretum (modo homo tam pro partiali q̄ totali homine capiatur) nam si solum verificaretur de totali, & sortes & plato cōmunicarent in anima, & ex illis fiat Cicero. sit sol⁹ sortes crastina luce. Iam successiue potest hoc copulatum verificari de pluribus, de Cicerone hodie, & crastina luce de sorte. ¶ Et ad argumentum vbi dicitur omne copulatum ex termino singulari & communi est terminus communis hoc nego vniuersaliter. Sed conceditur quādo ponitur sine signo vniuersali vel singulari.

Contra solutionem datam argumētor, sic, vel quodlibet copulatum ex terminis cōmuni & singulari distributo est terminus singularis/ vel aliquod, & aliquod non, secundū non est dicendum, quia equalis est ratio vtrobiq;, nec primum, quia hoc copulatū sortes & omne currēs est terminus cōmunis, quod probo, et non repugnat accipi pro plurib⁹ saltem successiue, quia si nihil currat in mūdo nisi plato sorte quiescente, iam sortes & plato sunt sortes & omne currens. Rursus quiescāt ambo & currat Iohānes precise, iam sortes & Iohānes sunt sortes & omne currens, & ita de multis alijs potest verificari successiue, ergo est terminus communis & ex consequente solutio nulla.

Respondetur, non quodlibet copulatū ex termino singulari & communi distributo est terminus singularis, vt argumentum probat, & sic nego equalem rationē in omnibus.

Et pro tota materia pono propositiōes quarum prima est fundamentalis, omne copulatum ex termino singulari & termino cōmuni distributo (cōmuni inquā superiori vel conuertibili ad terminum singularem) est terminus singularis posteriorem solutionem sequendo, probatur propositio per argumentum ante oppositum, de hoc complexo sortes & omnis homo/ & si argumentum probet illum terminum esse singularem, probat nostram propositionem fundamentalem sicut hic hoc album & omne album.

Secunda est, hoc complexum sortes & omnis alius a sorte est terminus cōmunis, probatur, quia successiue potest accipi pro pluribus, pro sorte & platone, cum illi soli sunt, pro sorte & cicerone, & pro sorte & Iohanne.

Tertia propsitio, omne copulatum ex termino singulari & communi distributo nō superiori vel cōuertibili ad terminū singularem est terminus cōmunis, probatur propositio, quia quodlibet tale potest accipi pro pluribus successiue.

Quarta propositio licet sortes & omne currens sit terminus cōmunis, tamē hoc currens & omne currens (sorte demonstrato) est terminus singularis, nec ꝓpterea sequitur terminum communem & singularem esse terminos conuertibiles, licet consequens non sit in/

nem copule principalis. Ex isto etiã patet quo/
modo propositio ista debet intelligi, omne co
pulatum terminorum singularium est termi/
nus singularis.

Quinta propositio omne conditiona-
tum terminorum singularium est terminus
communis/vt sortes si est sortes (non refiri/
ctum intellige) & ex consequente conditiona
tum ex singulari & cõmuni est terminus cõ-
munis, nisi terminus inferens fuerit transcen-
dens, vt sortes si est ens.

Sexta propositio terminus singularis
pro significato vltimato & primario terminũ
cõmunẽ pro secũdario respondentem habet,
vt sortes est pictus. nam subiectum eius acci-
pitur pro qualibet imagine instar sortis de-
picta.

Septima propositio, per enthelarũ no-
mina sunt termini communes, vt steuartus
dovglasse⁹ & similes, q termini sine noua impo
sitione significant procreatos ab eis, tamẽ hic
quis dicere potest est impositio tacita, hoc est
quando filio talis imponitur nomen sortes in
baptismate tacite paternum cognomẽ impo-
nitur, quod a communi consuetudine relin-
quitur.

Octaua propositio, terminus singularis
acceptus pro significato non vltimato est ter-
minus communis, vt sequana est nomen pro
prium, & istud valde quadrat cum dictis an-
tiquorum artistarum, vt patet in diffinitione
propositionis vniuersalis vbi nõ superaddũt
more neothericorum terminus singularis cõ-
muniter tentus, reputantes forte terminum
singularem secundum significatum vltimatũ
cõmunem secundum significatum non vlti/
matum, & tũc oportet ꝑpter inopportunas
sophisticationes extendere diuisiones termi-
norum vt singula quadrent, quia ex ista octa
ua propositione sequitur hoc signum quilibet
& quodlibet sincathegoreuma esse terminũ
communem, vt patet dicendo quilibet est si-
gnum vniuersale, & tamen diximus in capite
huius diuisionis diuisum esse terminũ cathe-
goreumaticum, & in diuisione termini cathe-
gorici quilibet esse cathegoreuma omnino ne
gauimus.

Nona propositio, omne copulatum ter
minorum singularium quantumcũq; cõple-
xum est terminus singularis, vt sortes et pla-
to & cicero illud copulatum pro nullo potest
accipi nisi pro vno significato. Vnde oportet
hic caute aduertere, omne illud dicit esse vnũ
significatum pro quo simul terminus potest
accipi & si pro nullo alio cõsequens est talẽ ter
minum esse singularem, sortes non est vnum
significatum illius copulati. nam falsum est di-
cere sortes est sortes & plato & cicero, esto ꝙ
omnes illi tres essent & sic omnes illi sunt vnũ
significatum illius copulati. Ex illo patet sub/
iectum huius est terminus singularis iste par/
tes proportionales sunt partes demonstran/
do omnes partes proportionales mei digiti,
q̃ licet sunt ĩfinite cathegoreumatice & sinca
thegoreumatice tamẽ sunt pręcise vnũ signi
ficatum illius termini singularis, quia licet iste
partes possunt de alio verificari hoc erit equi/
uoce, nam regula infallibilis est quandocunq;
pronomen demonstratiuum demonstrat di
uersa capitur equiuoce.

Decima propositio est, omne aggrega-
tum ex termino communi & singulari imme
diate adiuncto eodem casu signanter recto est
terminus singularis vt ens ꝙ est sortes dicit
in eodem casu, quia asin⁹ platonis est termin⁹
communis, & ita vtrolibet quando rectus est
terminus communis, & obliquus discretus,
nisi rectus partẽ essentialem rei significate per
obliquum importat, vt anima platonis. Dixi
signanter recto, quia speculantẽ canem maio
rem nõ est termin⁹ singularis, non enim equi
ualet isti complexo speculans ꝙ est canis ma/
ior, Et sim diuersis casibus (dũmodo reducã/
tur ad eundem) idem censeo, vt cursus plato/
nis est velox, cuius propositionis subiectum li
cet sit constructio transitiua loco vnius intrã
sitiue capitur. ad hãc reducitur, cursus qui est
plato est velox & hoc tenendo motum loca/
lem idemptificari cũ mobili quod mouetur,
si teneatur distinctus a mobili ad veritatem il
lius cursus platonis est velox non oportet il/
lam transitiuam in vnam in transitiuam re/
ducere.

De conceptu vltimato & non vltimato.



Entalium ter-
minorum siue cõ
ceptuum quidẽ
vltimatus, quidẽ
vero nõ vltima/
tus, ¶ Pro quorũ
vberiori intelli/
gentia nonnullas
propositiões sub
scribemus, quarũ
Prima est, non est idem conceptus vo-

cis atq; scripture, probatur accidentia in aere atq; substantie scripture vel accidentia eis inherentia diuersas habet noticias adequatas, cũ obiecta specie differant conceptus illa repręsentantes specie specialissima non conuenient. Pari modo conceptus non vltimatus singularis & pluralis, recti cũ obliquo diuersificant

Secunda propositio, non est de ratione conceptus non vltimati significare ad placitũ vt patet de naturali similitudine huius vocis buf, (quam non vltimatam reputo) quia si dicatur est conceptus vltimatus quia mere naturaliter significat, tunc consequens est dicere prius erat cõceptus vltimatus, & nullo modo non vltimatus, & per impositionem vocis efficitur non vltimatus, fateor tamen cum certetur de quid nominis hæc suasio non vrgeret. Idem patet de conceptu non vltimato vocis significantis ex instinctu nature.

¶ Vlterius argumentor ad idem, quia dato opposito sequitur subiectũ huius vocalis buf est terminus nullo genere suppositiõis supponere, & tamen supponit, consequẽs est falsũ, ergo & antecedens, & sequela patet, subiectũ non supponit personaliter, quia nõ est terminus significatiuus, nec materialiter, quia cum supponeret pro suo significato non vltimato in ordine ad conceptum suum nõ vltimatũ, per dicenda in suppositione materiali, consequens est falsum per te, quia suus conceptus non est vltimatus.

Tertia propositio, conceptus non dicitur non vltimatus quia non vltimo genitus vel quia primo productus, propositio probatur, nam ostenso forte (de quo nũq̃ cogitaui) formo eius cõceptũ, & postea huius termini fortes. Sepicule tamen termini cõceptum ante rei notitiam in mente quispiam format.

Quarta propositio, conceptus non vltimatus non dicitur non vltimatus, quia est naturalis similitudo vocis vel scripture, patet de conceptu reflexo distincte alium conceptũ repręsentante, quia quemadmodum naturalis similitudo huius vocis homo est concept⁹ vltimatus, sic naturalis similitudo conceptus omnium hominũ repręsentatiui. Fit itaq; vt aliquis conceptus non vltimatus pręcise naturaliter significat.

Quinta propositio, non dicitur conceptus non vltimatus eo q̧ est naturalis similitudo termini, ꝓbatio quia dato opposito huius propositionis sequitur conceptum generalissimum omnium entium repręsẽtatiuum esse conceptum non vltimatum, similiter & conceptum omnium vocum, aut scripturarũ quod diceret nemo, probatur tamen cõsĩq̃ntia, quia qđ est naturalis similitudo oĩm entiũ est naturalis similitudo vocis vel scripture.

Sexta ꝑpositio, cõceptus dicitur nõ vltimatus eo quod est naturalis similitudo termini distincta, probatur propositio, quia non dicitur non vltimatus quia primo product⁹, nec dicitur non vltimatus quia naturalis similitudo vocis vel scripture, vel termini, & non videtur aliquid aliud ꝑ quod debeat nõ vltimatus dici, ergo habetur conclusio, & sic concedo notitiam alicuius materie antequam disponatur in terminis esse conceptum vltimatum sed dispositione facta in termino notitia distincta eius est conceptus non vltimatus, & sic conceptus vltimatus & non vltĩatus non differunt specie, quoniam idem cõceptus erit vltimatus & nõ vltimatus, at tamẽ cum in calamo erit terminus & rursus terminus erit non terminus. Sed hic dicere potes, licet sit eadem res ob variam habitudinẽ mutatur cõceptus, q̃admodum si de rotũdo fiat quadratum alius est conceptus rotundi & alius tetragoni. ¶ Vox autẽ vel scriptura causat tres conceptus, duos non vltimatos, & vltimatum vnum, hęc vox homo causat vnũ conceptum repręsentatiuum singulariter illius vocis, sicut q̃libet res creata obiectiue naturaliter causat notitiam singularem sui, patet de forte albedine & alijs. ¶ Secundo vox causat vnum conceptum communem repræsentatiuum illius vocis, & similium, vt patet in mentali istius, homo est species, & ille cõceptus est distinctus in ordine ad superiora confuse vel minus distincte significantia, vnde aliquis conceptus est distinctus ita perfectus & singularis vt intellectus conceptum habẽs rẽ cuius est conceptus distinguit ab omni alia re siue alteri⁹ speciei siue eiusdem, vt notitia fortis præsentis obiectiue. Alius est cõceptus distinctus minus tamen perfectus, virtute cui⁹ intellectus nequit distĩguere rem cuius est cõcept⁹ a reb⁹ eiusdẽ speciei, tamẽ ab alijs, patet de cõceptu fortis visi a remotis. ¶ Subordinatur tertio, hæc vox hõ conceptui vltĩato omnium hominũ repręsentatiuo, de his alias meminimus. Pari modo datur notitia adequate repręsentans hanc scripturam, quæ est singularis hanc ac nullam aliam repręsentãs, & hoc biphariam, vno modo distincte qualitercũq; disponatur, siue fuerit scriptura vel ne, & talis conceptus non est peculiaris conceptui non vltimato, cum non repręsentat terminum sub

ratione termini. Et ſicut idem conceptus rotũdũ repręſentat cũ e rotũditas in pentagonũ variatur idẽ aliter diſpoſitũ repręſentabit, ſic hoc de concepto.

❡ Alium poſſimus formare conceptum ſingularem connotantem ꝙ obiectum talibus lineamentis ſit figuratũ, at hic conceptus eſt familiariter non vltimatus.

❡ Tertium formamus conceptum communem hanc ſcripturam atq; ei ſimiles ſignificantem, hic conceptus communis omnes tales ſcripturas homo quæ ſunt & poſſunt eſſe ſignificat naturaliter proprie, omnium talium eſt naturalis ſimilitudo, & ex conſequenti omnia corpora repręſentat, omnibus ex corporibus talis poteſt conſtitui ſcriptura, conceptus hominum omnem hominem poſſibilem ſignificat, ob conuenientiam eſſentialem inter omnes homines reperibilem. Sic iſte conceptus communis ſignificat omnem ſcripturam poſſibilem in qua talis conuenientia accidentalis inueniri poteſt, non tñ accipitur pro eis in propoſitione de pręſenti, niſi quum tales caracteribus deſignentur, ſicut homo in hac omnis homo eſt animal ſolum pro præſentibus ſupponit. Item hæc eſt vera hoc lignum poteſt eſſe terminus ſcriptus homo q̃a poſt deliniationem ita erit, proinde extrema pro eodem accipiuntur, prædicatum ſupponit pro ligno poſſibilite ſcriptura ita etiã ſubiectũ & hæc notitia non eſt conceptui non vltimato addicta, potius limites vltimati ſubit, vt de conceptu omnium entium dictum.

Septima propoſitio, conceptus nõ dicitur vltimatus q̃a vltimo productus, ex vna propoſitionum nuperrime dictarum. ❡ Nec dicitur vltimat⁹ quia eſt naturalis ſimilitudo rei ſignificate per vocem vel ſcripturam, probatur de conceptu quem habebat Adam de campo damaſceno (in quo creatus erat) anteq̃ ſcripture vel voces fierent.

❡ Nec dicitur vltimatus quia eſt naturalis ſimilitudo rei proprie ſignificate per terminũ, quia illo dato, ſequitur naturalem ſimilitudinem vocis vox eſſe conceptum vltimatum.

❡ Nec dicitur vltimatus, quia eſt naturalis ſimilitudo rei proprie & indiſtincte ſignificate per terminum, quia tunc conceptus ſortis ſingularis non eſſet conceptus vltimatus, quia ſortes diſtincte per terminum ſignificatur.

Octaua propoſitio, quilibet cõceptus qui non eſt non vltimatus eſt vltimatus, q̃d opus eſt vlteriori mora, cum conceptus in vltimatũ & non vltimatũ partitur, depręhẽſo conceptu non vltimato, cum oppoſitorum eadem eſt diſciplina conceptus vltimati notitia nota emergit.

❡ Vnde fit, notitia aut cõcept⁹ oĩm hoĩm ad extra ſiue aĩalũ eſt cõcept⁹ vltimat⁹. ❡ Secũdo ſequit̃, dato ꝙ a, aut buf imponeret̃ ad ſignificandũ ſe, eius cõceptus nõ erit vltimatus ſed non vltimatus. ❡ Cæterũ ſincathegoreumata ad placitũ ſignificãs actui & nõ cõceptui ſubordinatur, at conceptũ ad actũ extendendo naturalis ſimilitudo & diſtincta termini oĩs eſt conceptus non vltimatus, ſed cõceptus ſui aliqualiter ſignificare eſt cõceptus vltimatus. Cõceptus etiã vocatur vltimatus quia regulariter eſt poſterior conceptu quẽ de termino habemus, & licet vterq; inſtantanee producatur, conceptus non vltimatus eſt prior ſaltẽ natura, & pręſuppoſitus, dũmodo cõcept⁹ vltimatus cauſetur a termino, vel dicitur vltimatus, quia ibi intellectus vltimo quieſcit & non vltimatus oppoſito modo, patet exemplariter prolata hac voce antropos corã latino, appręhenſa voce animus auditoris nõ quieſcit, ſed in conceptũ rei ſignificate cũ diſcurſu ſignificationis progreditur. Dicitur etiã conceptus nõ vltimatus, quia cũ hoc q̃d naturaliter ſignificat etiam ad placitum repręſentat ſi vox ad placitũ ſignificet, & mediãte alio cõceptu ſcilicet vltimato. Conceptus autẽ vltimatus per nouã eius, & non ad vocis aut ſcripture impoſitionem ſignificare ad placitũ poteſt, vt ſi conceptus entis imponeretur ad ſignificandum terminum ens.

Contra hoc argumentor, in quo dicitur conceptus nõ vltimatus ſignificat ad placitum & naturaliter, & hoc ſit, bene ſequitur iſte terminus ſignificat ad placitum, ergo ex impoſitione ſignificat, & hic terminus naturaliter ſignificat, ergo ſine impoſitione ſignificat, ſed iſta conſequentia repugnãt, ergo antecedentia non coherent & conſequentie patent ex terminis.

Secundo argumentor, ſequitur terminum mẽtalem vltimatum poſſe cadere a ſua ſignificatione, patet de conceptu entis in caſu ſuperius relato.

❡ Ac dicis non cadit a ſignificatione naturali. Item ad terminum mentalem cadere a ſua ſignificatione requiritur ipſum repræſentare aliquid, & eſſe in intellectu & non repręſentare illud.

Propterea aliter ſecundo argumẽtor ſic, conceptus ſortis eſt terminus mentalis in ſignificando ſe (vt ſuperius dictum eſt) & ta/

men ſecundum illam ſignificationem nec eſt
vltimatus necnon vltimatus, igitur diuiſum
tranſcendit membra diuidentia.

Ad prius reſpondetur, conceſſis prio
ri conſequentia & conſequente, negando ſe-
cūdā, ſed inferēdū eſt, talis terminus ſignificat
ſine impoſitiōe reſpectu illi⁹ reſpectu cui⁹ ſigni
ficat pure naturaliter. ¶ Et pro tali forma ra-
tiocinādi datur tale documētum, quādo dan-
tur duę diffinitiones quę repugnāt, vt iacēt,
bene expoſite vero non aduerſantur, tū ſem-
per concedatur conſequentia cuius conſeq̄ns
eſt affirmatiuum, nec negationem includens,
& negatur illatio, cuius conſequens eſt nega-
tiuum, vel negationem includens, nam aliqd
ſuperaddere neceſſum eſt ad hoc ꝙ illatio va
leat ratione negationis in conſequente, & tū
nulla erit repugnantia.

Ad ſecundum reſpondetur, datus cō-
ceptus eſt vltimatus in reprę̄ſentando ſorte,
vt cuilibet intelligenti clarum eſt. Pari modo
ſimilitudo eius reflexa eſt cognitio non vlti-
mata. Sed ad difficultatem propoſitam dici
poteſt, nō eſt conceptus vltimatus nec nō vl-
timatus ſecundum illam ſignificationem ſe/
cundum quam ſignificat ſe, nec incōuenit (vt
nonnulli tradunt) diuiſum cum addito mem
bra diuidentia cum eodem adiuncto trāſcen
dere, vt patet diuidendo ens in creans, & non
creans, addēdo diuiſo ly neceſſario ipſum de
oīpotenti deo dicitur. At membrorum nullū
illo cum addito de quopiam vere prędicatur
Poteſt etiam dici, diuiſum eſſe conceptum re-
ſpectu ſignificati vltimati, & ſic q̄q̄ fuerit ter/
minus mentalis, diuiſum huius diuiſionis nō
verificabitur de eo reſpectu illius ſignificatio/
nis cum non vltimate ſe reprę̄ſentet.

Hic dubitas, Si deus capiat notitiam ī
mēte ſortis qua cognoſcit parietem & ponat
eā in mētē platonis an plato p eā cognoſcat.

Reſpōdetur affirmatiue ea notitia ſua
apte natura eſt parietis reprę̄ſentatiua, ineſt
homini ſuopte ingenio ītellectiuo itaq; parie
tem per hanc nouam notitiā intelligit. Quin-
imo ſi ponatur in angelum ſine augmento
ipſe limpidius idem obiectum prahendet, p
fectio intelligendi a pefectione notitie, necnō
a perfectione potentie prouenit.

Dicis notitia nō modo ab obiecto ſed
a potentia diſtinctionem ſpecificam nanciſci/
tur, idcirco notitia genij de pariete ſpecie de/
ſpeſcitur a notitia ſortis de eodem.

Hæc obiectiuncula vix ē ſolutu digna,
aſſumptum concedo modo angelicis a viri/
bus agnitio emergat, ſed nos ponim⁹ deum
humanam cognitionem capax in ſubiectum
ponere, opinor animam capacem angelice co
gnitionis, ac contra, ſicut bucephalus eſt ſuſce
ptiu⁹ alboris eiuſdem ſpeciei bubula cum al/
bedine, etiam tenendo ſubiectum non eſſe ſo-
lam materiam primam.

Contra hoc inſultas, ergo ſi deus ca-
piat viſionem intuitiuam platonis indi ſpe/
culantis elephantum, & ponat in potentiam
viſiuam meam, ipſe pariſius contemplabor
elephantum in india, me non poſito in pluri/
bus locis.

Concedo illatum deo manutenēte vi-
ſionem, ſin minus peribit, ſubſtracta re intui/
tiue cognita intuitiua notitia naturaliter non
perdurat, & ſi illa notitia extra ſubiectum co-
gnitiuum ponatur, deſinit eē cognitio (vt ſu
perius innuimus) ſed non deſinit eē qualitas,
eſſentialiter & intrinſece eſt qualitas, denomi
natiōe extriſeca atq; cōtingēter eſt cognitio.

Ecce quis eſt cōceptus vltimatus quis
vero non vltimatus omnem impoſitionem
antecedens adamus ante productionem Eue
vltimatis conceptibus habundabat, & ſe re-
flectens ſuper illas notitias non vltimatas eli
cuit. ¶ Vlterius in complexis (vti in ſimplici-
bus) hę notitie inueniuntur, ſortes currit ſub/
ordinatur conceptui non vltimato, qui eſt na
turalis ſimilitudo vocis aut ſcripture natura-
liter proprie pariter & incomplexe ipſam re/
prę̄ſentanti, eſt illius propoſitionis naturalis
ymago qua in ſignificantia eſt ſubiecti copu-
le atq; prædicati expers, verum complexe ſi/
gnificat ſortem currere propoſitionaliter, ſi/
cut ipſa propoſitio qua cum eſt ſynonima.
Nec inconuenit conceptum ſimplicem nō vl-
timatum vere vel falſe reprę̄ſentare, quemad
modum vox a, ſed hoc erit mediante conce/
ptu vltimato complexo in genere rei. Menta
lis vltimata apprę̄henſiua propoſitionaliter
atq; naturaliter ſignificat, ex naturali ſimilitu
dine ſortis currentis atq; vnione copule con/
flatur hæc eſt propoſitio, de qua digladian/
tur an ex partibus diuerſarum rationum inte
gretur, quam materiam primo periarmenias
agitamus, datur alia mentalis apprę̄hēſiua ex
tribus notitijs ſubiecti copule atq; prædicati
compoſita, & ex partibus diuerſarum ratio/
num emergit, eſt notitia cōplexa tam in ge/
nere rei q̄ in ſignificando. ¶ Vlterius cōcept⁹
vltimatus termini ſecunde impoſitiōis etiam
vltimatus erit, ſecus eſt de conceptu non vl-
timato reſpectu illius ꝙ naturaliter proprie ſi
gnificat. Heſitas an aliqs cōcept⁹ ſignificat ſe.

Respondetur per ꝑpositiones, prior conceptus cõmunis significat se, patet. de conceptu entis qualitatis aut ipsius conceptus. Nec propterea sequitur idem esse causam sui ¶ Notitia cõmunis vulgo emergit ex duarũ singularium cognitione & notitia comparatiua intellectus, comparantis vnũ alteri in aliqua proprietate eis conueniente. ¶ Dixi vulgo, conceptus solis atq; phenicis duo indiuidua cum eorum agnitione non efflagitat, hac via obiectum telum frangitur.

Secunda ꝑpositio, nulla notitia distincte repręsentat se, de intuitiua peruiũ est, obiectũ notitie est prius ipsa prioritate nature saltẽ atq; ipsam efficit, modo idẽ sese producere nequit, & notitia abstractiua perfecta ab intuitiua fluit, quia abstractiua ab intuitiua deriuata habitũ producit prõptificantẽ potẽtiã existere in actũ circa obiectũ alias intuitiue cognitũ. Itaq; notitia abstractiua nõ pñtat se distincte;

Contra hanc secundã propositionem obiecto, cõcedimus ꝑnomẽ hæc demõstrare totã consequentiã in ista, hæc consequẽtia est bona, ergo homo est asinus, tũc sic pronomẽ sincathegoreumaticum causatur a demõstrato, sed pronomen ipsum est pars illius propositionis, ideo in demonstrato includitur, ergo concurrit partim ad productionem sui, & similis est difficultas hic hæc est falsa, de qua ĩ insolubilibus fusius loquimur.

Respondetur, hoc non concludit. nosti in hac iste homo erit demonstrando antichristum, ꝑnomen ab antichristo minime causatur, sed a cathegoreumate homo ꝙ determinat, sic pronomen in hac hæc consequentia est bona producitur a ly consequentia quod determinat, sic illic hæc propositio est falsa, dependet a termino propositio quẽ determinat, consequentia est bona, ergo homo est asinus, inibi consequẽtia pro quolibet consequio accipitur. Pronomen demonstrare totam illam consequentiam cuius est pars non est aliud ꝗ restringere terminum consequentia qui alias staret determinate ad stãdum pro hac illatione illata Idem est in istis aliquis homo currit, vbi terminus homo est obiectum sincathegoreumatis, sic hic hęc copula est hæc copula, & ita in alijs.


Eterum conceptuum siue notitiarum quędam est directa, quędam vero reflexa, hęc notitie pręcise est repręsẽtatiua, quare notitia entis ac qualitatis nõ est notitia reflexa. ¶ Quælibet alia notitia est directa ¶ Ex quo perspicuum est notitiã fortis esse notitiam directam. ¶ Secũdo patet, aliquos cõcept⁹ directos eẽ vltĩatos, quosdã vero nõ vltiatos, hoc videre est de cõceptu vocis aĩal, ac oĩm aĩalium naturali similitudine. ¶ Pari mõ aliq cõcept⁹ reflexi sunt vltimati vt notitia oĩm cõceptuũ, aliq vero nõ vltiati, patet de notitia illũ cõceptũ vniuersalẽ repręsentante. ¶ Vlterius sequitur, in cathena conceptuum reflexorum ad vnum directum deuenire necessum est.

Hic fluctuas an sit status in notitijs reflexis. ¶ Pari modo ambigis an conceptus reflexus repręsentat rem significatam per cõceptum directum, hoc est an notitia conceptus fortis fortem significet, hęc duo eo ordine quo proponuntur paucis sunt diluenda.

Ad primum per propositiones respõdetur, status est in notitijs reflexis, sicut in directis ita ꝙ datur aliqua nouissime incognoscibilis ab intellectu viatoris in potentia propinqua, patet eius intellectus est finite capacitatis actiue, iccirco ad innumeras concurrere nequit, stantibus prioribus erit aliqua notitia incognita distincta notitia, opposito dato infinite essent, sequens sine præcedenti existere nequit, si prima directa sit intuitiua albedinis, secunda etiam erit intuitiua præcedenti perfectior, quia perfectioris obiecti, & per idẽ tertia secunda nobilior, & sic in infinitum, si prima notitia directa esset substantie, illa enim secunda perfectior, ac tertia secunda imperfectior, ac sic consequenter in imperfectionem transibitur.

¶ Vnde fit, impossibile est intellectum quamlibet suam notitiam distincte cognoscere, (loquor de communi cursu naturæ, nec in sensu diuiso) intellectus potest quãlibet suam notitiam distincte cognoscere, quanto cognitiões sunt remissiores tãto plurũ potẽtia ẽ capax. ¶ Secundo stat notitiam directam esse abstractiuam, ac posteriores intuitiuas.

Dicis quare notitia nouissima nõ producit cognitionem sui, cum est agens naturale ac intellectus naturaliter concurrit.

Respondetur, cum capacitas actiua repleatur nulla est ambages, actiuitas ĩtellectus est occupata extreme.

¶ Attamen intellectus anime cristi quālibet notitiā sicut quodlibet aliud distincte cognoscit, in cuius intellectu vel creato nouissima cognitio icognita haudquaq̄ datur, verū iuuēculis sūma non sunt ventilanda, regens tamē potest hoc meditari ¶ Sed acrior est quęstio, q̄obrē non semper habeamus notitiā reflexā, cū directa ac intellectus sunt agētia naturalia suapte natura reflexā ꝑducentia. ¶ Dico req̄ri volūtatis cōcursū liberū, quomodo in actibus intellectus voluntas feratur in incognitū alibi latius expiscamur, quae expiscatio, si vera sit, multas tenebras tuo a pectore abolebit, in quibus multi inaniter fatigantur, supponētes oppositū in Dedali laborithum sese implicant, tot prima de dubitatiuncula breui sint dicta.

Destructiuā ad partē secūde ambiguitatis ratiocinor opposito dato eadē erit notitia intuitiua ac abstractiua, cōsequens est rōni dissentaniū, pręsentiā obiecti intuitiua efflagitat, eā p̄sentiā abstractiua recusat, per hoc iter sese a posteriori dispescitur, cōsequitum tamē explano, notitia cōceptus sortis rep̄sentat sortē per se, quo defuncto illa notitia est abstractiua sortis, idē cōtingit eo existēte, virtute illius notitie, nihil de eius existētia intelligis, & tamen notitia illa reflexa respectu conceptus sortis est intuitiua. ¶ Secundo, illa reflexa est naturalis similitudo accidētis dissentanea substantie, itaq; substantiam neutiq̄ repręsentat. ¶ Tertio, ille cōceptus reflexus nec significat sortē naturaliter, nec ad placitū, iccirco sortem nō significat, cōsequitū est liquidum & antecedens quo ad vtrāuis partem est apparens.

Oppositā ad partē sillogiso, cōceptus non vltimatus dictionis plato platonē significat, cuius non est naturalis similitudo, sed solū effigies termini, iccirco conceptus reflexus significat illud quod per directum denotatur. ¶ Dicis non esse idē, quia ille cōceptus significat platonē ad placitū, secus est in nostra hesitatione. ¶ Secundo argumentor, contēplans imaginē rē cuius est imago appręhendit, & si notitia imaginis rem cuius est imago significat, cōceptus reflexus significatum notitie directe significabit.

Sine vlteriori processu partem affirmatiuam nūc probabiliter teneo, licet etiam oppositū non improbabile superius diximus ¶ Ad primum telum allatum, concedo eādē notitiam esse intuitiuam respectu vnius obiecti & abstractiuam respectu alterius. Non tamen opinor cum Gregorio notitiam abstractiuā terminari immediate ad species, & mediate ad specierū obiectū finiri. ¶ Nec secūda ratio mouet, immediate est effigies accidentis mediate vero substantie. ¶ Sic tertie catapulte resistitur, & hęc de notitijs siue cōceptibus in pręsentia dixisse sufficiat. Nam fusius de his senticosis animi passionibus in posterioribus sermo, deo auspice, fuerit.

De termino prime intentionis & secunde.



D hæc terminorum quidam prime intentionis siue impositionis, quidā vero secunde, diuisum huius diuisionis est terminus cathegorematicus. Et licet conceptibus praecise naturaliter significantibus intentio, & terminis ad placitum significantibus impositio conueniat, vocabulis illis more communi promiscue vtimur, & illas constructiones transitiuas intransitiuarum loco capiemus.

Terminus prime significationis est superius ad notionem prime intentionis, & ad voculam prime impositionis si seuerius loqui malueris.

Terminus secūde intentionis triphariam diffinietur.

¶ Primo sic, est terminus de scientie triuialis principali consideratione, vt nomen, pronomen, & cętere partes orationis cum eorum accidentibus, vt verbum oratio propositio sillogismus & ita de reliquis. Exemplariter tamen & de per accidens terminos prime intentionis in scientijs triuialibus ponere solemus, nam logica est de secundis intentionibus adiunctis primis secundum Auicennam.

Secundo sic diffinitur, est terminus cōnotationem signi aut inferioris habens (loq̄ndo de signo propositionali) terminorum secūde intentionis signum est prędicamētum, & per consequens quilibet terminus secunde intentionis est connotatiuus, numq̄ sub genere generalissimo connotatiuo absolutū ponit.

Tertio sic. Secunda intentio est termi-

nus significans rem quæ est signum proposi/tionale ea ratione qua signif. catiuum est, aut rem significatam ea ratiõe qua significata est. hoc exemplariter declaro, vt iste termin⁹ nomẽ omnia nomina significat, & per consequẽs istũ terminũ homo ergo significat rẽ quæ est signum propositionale, & licet iste terminus ymago significet rem quę est signũ vel ea ratione qua est signũ non obstante non est terminus secunde intẽtionis, quia signum illud non est propositionale (vt alibi retulimus.) Terminus nomen significat istũ terminũ homo ea ratione qua est signũ, hoc est dictu supponit pro isto termino homo ꝓ q̃to est significatiuus, & si non esset significatiuus non amplius supponeret pro eo, ergo nomen est terminus secunde intẽtionis. Sic iste termin⁹ participium oĩa parti cipia significat, & si iste terminus amans vel participium vllum a suo significatu exueretur non amplius pro eis supponeret participium, ita de aduerbio & cæteris partibus orationis exẽplificare potes. Isti termini dicuntur nomina nominũ a Boetio. Exẽplum posterioris particu'e. Vt iste terminus diffinitum remotum sortem, platonem, Iohãnem & Ciceronem, & res illas, quas termin⁹ homo repręsentat, significat ea ratiõe qua significate sunt per alium terminum non synonimum huic termino diffinitum remotum, puta per terminum homo qui est diffinitum propinquum respectu huius diffinitionis animal rationale, ergo ly diffinitum remotũ sortem significat ea ratione qua significatus est per alium terminũ, ita ꝙ si ab alterius termini significatione destitueretur diffinitum remotum non amplius supponeret ꝓ eo, sic de istis vocabulis equiuocum equiuocatum, vniuocum vniuocatum dicatur.

Iam ponitur vna norma pro separãdis terminis prime intẽtionis a notionibus secunde, que recte intellecta (ni opinione fallor) pene vniuersalis extat. ¶ Quando oritur scrupus de termino aliquo an prime aut secũde intẽtionis fuerit, vnã illationẽ emptimematicã capere cõgruit, cui⁹ subiectũ antecedẽtis erit ꝓnomẽ demonstrans rem signatã per vocabulũ (de quo ambigitur.) copula erit hoc verbũ est negatũ & prędicatũ ly significãs, cõcludẽdo ꝓ prędicato terminũ de quo est quęstio copula subiectoq; intactis, quę si illatio bona fuerit, terminus datus est secũde intentionis, sin autẽ prime. Verbi gratia, hęc vox homo ẽ res significata per terminũ nomen, sic ratiocinabimur hoc nõ significat, ergo nõ est nomẽ, cõsequentia est bona, itaq; nomen est termin⁹ secunde intentionis. Verum pro secũda parte diffinitiõis dices hoc non est significatiũ in antecedente, concludendo vt prius. (dixi pene) bene eni sequitur, hoc nõ significat, ergo non est ymago per pronomen virgineum symulachrũ monstrando, & tamen ymago est terminus prime. Terminus dicitur forte secũde impositionis quia impositiones aliorũ terminorum presupponit ad hoc ꝙ significet, secus ẽ de termino prime.

Terminus prime intentionis est terminus non significans rem quę est signum propositionale, vel si signum propositionale significet nõ suppõit ꝓ ipso ea ratiõe qua est significatiuũ, immo si a sua significatione spoliaretur non minus ꝓ ipõ supponeret, nec significat rẽ significatã ea ratione qua significata est. Exẽplũ prmi. de terminis solum res ad extra significantibus. Exemplũ secũdi, vt termin⁹ ens hoc nomen homo significat, non tamẽ ea ratione qua significatiuum, licet nomen homo omnis significatiõis expers fuerit nõ minus erit ens, & ita de istis vocabulis vox qualitas & ceteris id genus dicatur. ¶ Ex his patet in diffinitione termini secunde intentionis significat pro accipitur est capeum, alioqui nomen non esset terminus secunde, cum eni omnia nomina possibilia significet, terminũ homo significatiuum non significatiuum ve representabit, nec est requisitũ ꝙ supponit, nullo alio nomine existente non minus nomẽ est secunde intentionis. Et significatiuum pro ꝓprie significante accipitur, quia quodlibet signum sese, dum rerum natura extat, significabit. ¶ Ecce quid est terminus prime intentionis, quid vero secunde, qui cum prima & secunda intentione secundum hanc scholam coincidit.

Contra hanc diffinitionẽ argumentor sic, ex dictis sequitur ens esset terminus secunde intentionis, at hoc declarationibus prędictis repugnat, ergo dicta nõ coherẽt, cõsequẽtia tenet cũ minore, ꝓbatur maior ens concepũ mẽtalẽ significat ea ratione qua est significatiuus, quod ꝓbo, ille conceptus nõ potest esse in mẽte nõ significatiu⁹, ergo ꝓ eo accipit ea ratione qua est significatiuus.

Rñdetur negãdo seq̃lã, nec ꝓbatio valet. Tũ primo, qa cõceptus ille potest esse i rerũ natura, & esse nõ significatiu⁹ in potẽtia ꝓpinqua ¶ Tũ secũdo, & si nõ potest esse nõ significatiuus, nõ sequit terminũ ens supponere ꝓ eo ea ratiõe qua significatiuus est, quia si ad ymaginationem admittẽdam a sua significantia caderet, nõ minus ens ꝓ eo supponit,

cum ens de significatiuo & non significatiuo vniuoce dicatur, ens itaq; non significabit ipsum ea ratione qua est significatiuum. ¶ Tertio dicitur conformiter ad secundam diffinitionem significare rem quæ est signum ea ratione qua est signum est signum repręsentare aliquid respectu cuius connotationem termini signum, aut inferiorē nanciscitur. Id enī non competit huic vocabulo ens, cum ipsum absolutum reputatur.

Secundo, ex dictis sequitur terminum ymago non esse terminum secunde intentionis, consequēs est falsum, symulachrum Herculeum significat, ea ratione qua Herculem illa figura notificat. ¶ At forte dicis (& bene) hoc non sufficit, cum non est signum propositionale consuetum aut inferiorem cōnotationem habens.

Contra hoc argumentor, tunc hęc vox noticia vel similitudo sortis erit termin⁹ secūde intētiōis cū rē significet, q̄ est signū ꝓpositionale, ea ratiōe qua est significatiuū, quoniā si nō esset significatiuū res tales nō repręsentabit, pro eisq; minime acceptabitur.

Huic argumento triplex potest dari responsio. Primo negando sequelam quoad vltimam particulam (quia prima obiectio inter argumentandum est soluta) negabimus hoc esse ea ratione qua est significatiuum, hic enī capimus significatiuum pro illo quod repręsētat aliud a se & a suo simili hoc est ab illo ꝙ est rei similitudo. ¶ Secūdo cōcedi potest terminos illatos esse secunde intentionis. ¶ Tertio dicitur negando dictos terminos esse secūde intentionis, diffinitio tota erit hæc. Secunda intentio est terminus significans rem quæ est signum propositionale ea ratione qua est significatiuum & cetera. & non propter solam naturalem similitudinem (quæ est noticia) significatiuus est.

Contra hoc argumentor, ex isto sequitur conceptum non vltimatum huius vocis nomen non esse terminum secunde intentionis, cum solum significet rē quæ est signū ea ratione qua est significatiuum, & est naturalis similitudo in significando.

Respondetur negando sequelam nomen solum supponit pro terminis significatiuis dato ꝙ per possibile vel impossibile nō esset conceptus. ¶ Finaliter dicitur notio secundę intentionis suum significatū denotat sub aliqua ꝓprietate grammaticali, logicali, aut rethorica, vt participium, sillogismus, oratio & sic de cæteris id genus.

Tertio argumētor, ex ista diffinitione cum dictis in materia terminorū sequitur terminum secundę intentionis omnia significare, sicut homo omnes homines possibiles significat & ita inductiue in terminis communibus, sic nomē oīa noīa possibilia significat.

Respōdetur, hō non solū significat homines existentes sed omnes possibiles, sic nomen omnia nomina possibilia, & quia quilibet dictio est nomen possibile, omnem dictionem repręsentat, & pari iure participium omnem terminum significat. At non pro omnibus accipiuntur, idcirco significare in antiqua illa diffinitione pro supponere aut accipi, accipimus.

Quarto argumentor in partitionē, sincathegoreuma in significatione nec est secunda intentio, nec prima, ergo membra diuidentia diuisum transcendit.

Respondetur, si ad terminum esse prime intentionis sat est ipsum esse significatiuum & non esse secundæ syncathegoreumata sunt termini primę, & ita tenet Ckam septimo quodlibeto quæstione decima. & q ita dicere voluerit potest impune ita asserere, de termino contēdere est friuolum. ¶ Accōmodatius tamen est affirmare huius sectionis truncū esse cathegoreuma significatiōe, bene velociter sunt cathegoreumata significatiōe, similiter verbaliter nomīaliter. ¶ Quo fit nō nulle vocule secunde intētionis terminos prime significant, & e diuerso, prior pars patet. ī istis vox qualitas. Secunda in istis, vniuersale prędicabile genus species. ¶ Cæterum aliquę sunt dictiones secunde intentionis solum acceptę pro terminis prime, patet de hoc cōplexo terminus prime intētionis, verum hoc aggregatum terminus secunde intentionis solum supponit pro terminis secunde. ¶ Insup sequitur, dantur duo termini synonimi quorum vnus est prime intētionis, alter vero nec prime nec secūde, patet de termino buf, & ei⁹ conceptu non vltimato. ¶ Identidem conceptus huius vocis nomen synonimus cum hac voce est terminus prime intentionis in significando hanc vocem, & non hæc vox nomen, sed est secunde.

Circa ista dubitatur, an hoc complexū nomen vocale sit terminus prime vel secūde Similit̄, significās hoīem, supponēs ꝓ t̄minis.

Secundo dubitatur, an terminus logicaliter sumptus in toto suo ambitu, prout sic diffinitur. Terminus est signū ponibile in propositiōe sit terminus pr̄ie vel secūde ītētiōis.

Tertio dubitatur, an aliquis terminus infinitus sit terminus secunde intensionis.

Quarto dubitatur, an disiunctum vel copulatum aliquorum terminorum(quorũ vnus est prime, alter vero secunde)sit secunde intensionis vel prime,

Ad primum dubium respondetur, ponendo vnam conclusionem, nomen vocale est terminus mere secunde intensionis, quę cõclusio probatur sic, significat rem quæ est signum ea ratiõe qua est significatiuum, ergo est terminus secunde significationis, quia cuicunq; conuenit pars diffinitionis disiuncti sue sumpta, eidem conuenit & tota diffinitio. antecedens patet de hac voce homo significata per hoc complexum nomen vocale, quę si caderet a sua significatione non amplius nomen vocale ipsam significaret, capiẽdo significaret pro accipitur. ¶ Eodem modo de hoc complexo significans hominem dicatur, sed supponens pro termino est terminus prime. Ex isto patet. Aliquod complexum terminorum prime & secunde intensionis est secunde significationis, aliquod vero prime.

Contra istud argumentor qua ratione illud complexum est secunde significationis ratione illius termini nomen, non impari ratione est termin⁹ prime ratione huius cõcreti vocale, quod est prime significationis(vt patet per eius abstractum vox)quemadmodũ de propositione mixte qualitatis.

Respondetur hoc ratiocinium inniti turvni falso fundamento, videlicet quod dicatur secunde ratione partis. Immo dicitur secunde gratia totius, & licet phisicus de voce consideret, significantia tamen totius ad sciẽtias triuiales attinet, nam illud totum nequit pro aliquo accipi de quo in sciẽtia triuiali nõ consideratur.

Ad secundum dicitur. Terminus sumptus in toto suo ambitu proprie non est terminus secunde significationis, quia q̃uis istũ terminum homo significatiuum repręsentet, non tamen ea ratione qua significatiuus est, quia si caderet a sua significatione(nõ ampli⁹ significãdo q̃ buf adhuc repręsentabitur per istum terminũ terminus, hoc alias retulimus. Ita de ista vocula signum est dicendum, sed bene verum est multum communicãt cum termino secunde intẽsionis. Idcirco in suppositionibus censerentur termini secunde significationis, facerẽt enim subiectum prime stare materialiter. Nec hoc est incõueniens, quia extẽsi⁹ termin⁹ ille capit in suppositionib⁹ quã in hac notionũ segregatione. Et causa discrimínis facile potest ostendi, respiciendo ad suppositionem materialẽ & ad eius radicem, de qua in suppositionibus. Et si dicas subiectum huius homo est dictio dissillaba supponit materialiter gratia prædicati secũde intensionis, hoc iam est dissolutum.

Ad tertium dubium vbi quęrebatur, an terminus infinitus sit secunde intensionis. ¶ Respõdetur Nullus terminus infinit⁹ sumptus cum vnica negatione infinitãte stante ordine rerum est secunde intensionis. hoc patet, quando termini infinitati sunt prime intẽsionis, vt in istis, non homo nõ aliquid nõ chimera. Similiter quando terminus infinitatus est secunde intensionis, vt in istis, non participium, non nomen, qui sunt notiones prime intensionis, quia licet non participium significet rem quæ est signum, non tamẽ ea ratione qua est significatiuum. ¶ Dicitur cum vnica negatione infinitante positus, propter tales terminos non non participium non nõ nomẽ, quorum termini infinitati sunt prime intensionis, quia isti termini cõmunes cõuertuntur cum istis terminis nomen, participiũ, quamobrem si secundi sint secũde, primi etiã sunt secunde. ¶ Dicitur stante ordine rerum, quia per nouũ modum imponendi aliter potest contingere. vt si a imponatur ad significandas res quæ non sunt signa proprie capta hoc connotando, iam non a est notio secũde. ¶ Dixi cõmunes, quia hæc res & hoc nomen demonstrando conceptum secunde intensionis conuertuntur, & tamen vnus est secũde, alter vero prime. Dices etiam hæc vocabula significatiuum proprie per ly ens, & ens cõuertuntur, quorum alter est prime, alter vero secunde, quia tamen cõmunissime consequẽtia valet, & a diffinitione secunde intensionis nõ non nomen non secludit. Dicimus ipsum esse secunde, non alias res quæ est nomen est secũde intensionis.

Ad quartum respondetur per vnum notabile ex eo inferendo conclusiones respõsiuas. ¶ Nota aliquod est disiunctum prime & secunde, sic se habens ꝙ terminus secunde nulli potest competere quin terminus prime eidem competat, vt ens vel participium. Aliquod autem est disiunctum cui terminus secũde potest competere, absq; hoc ꝙ terminus prime competat eidem, vt Sortes vel participium, chimera vel interiectio.

Istis notatis ponuntur conclusiones, quarum prima est. Quodlibet disiunctũ pri/

mi modi est terminus prime intentionis, probatur conclusio, aliquod tale est prime, ergo & quodlibet, consequentia tenet. Nam eadem est ratio in omnibus. assumptum arguitur, quia esto ꝙ hoc disiūctum ens vel participium significet istum terminum amans, non tamen ea ratione qua est significatiuus, quia si ad ymaginationem possibilem caderet a sua significatione adhuc illud totum acciperetur pro eo, & causa est recursus in alterā partē extremi.

Secunda conclusio, nullum disiunctū secundi modi est terminus pure secunde intētionis, sic ꝙ nullo modo sit prime, ꝓbatur de aliquo tali, accepto etiam hoc disiūcto sortes vel participium, significat sortem, non ea ratione qua significatiuus est, (vt liquet) nō enī est signum propositionale, ergo ratione illius est prime

Tertia conclusio, nullum disiunctum huiusmodi est pure terminus prime intentionis, sic ꝙ nullo modo sit secunde, ꝓbatur de aliquo tali. assumpto enim exemplo proposito in secunda conclusione sortes vel participium, significat istum terminum amās, ea ratione qua est significatiuus, quia si non esset significatiuus, non magis significaretur ꝑ illud disiunctū, capiendo significaret vt ī ꝓposito.

Quarta conclusio, quodlibet tale consideratum in ordine ad terminū prime est prime intentionis & in ordine ad terminum secūde est secunde. Aliter tamen ꝙ̄ vnus termin⁹ qui in vna significatione capitur prime intentionaliter, & in alia secunde. Si tamen quispiā seriose contendat ad terminū secūde intētiōis exigitur ꝙ quodlibet suum significatū significet (pro quo accipitur) ea ratione qua est signū, cōsequēter dicendum esset talia disiūcta esse simpliciter terminos prime, nec istud ratione vacat. Nā subiectū respectu talis disiūcti suppōit personaliter, ergo nullum tale est terminus secūde intentionis. ¶ De copulatis dicitur, sunt precise secunde significationis vt sortes & participium, illud copulatum ꝓ sorte ad extra & illo termino amans supponit ea ratione qua hoc aggregatum est significatiuum, quia si ly amans cadat a sua significatione, illud copulatum pro illis duobus terminis nō accipietur. ¶ Ex illo infertur, aliquis terminus secunde intentionis significat rem quę non est signum rei, saltē aggregatiue, quia demonstratis illis duobus significatis, falsum est dicere ꝙ sunt res quae sunt signum, & ex quo sunt, verum erit dicere sunt res quę non sunt signū, nec illud copulatū significat rē significatā, ea rōne qua significata ē, distiguēdo rē a signo. ¶ Conditionatum autem est termin⁹ prime, vt nomē si est ens. Nō sum tū nescius, quin haec complexa possunt ab his membris remoueri dicendo diuisum esse terminum cathegoreumaticum incomplexum, sed hoc est de termino contendere, propterea transeo. Demū dicitur licet nomen sit secūde īpositionis cum ampliatione iunctum (vt nomen possibile) totum prime efficitur.

De prima intentione & secūda.



Vaeritur obiter circa hāc partitionē an de secunda intentōe & prima doctor sanctus, doctor subtilis & reales ita sicut dixim⁹ sentiant.

Pro huius q̄stionis solutiōe vocabula explicabuntur, postea cōclusiue cū obiectionibus respondebitur. ¶ Secūda intētio est relatio siue habitudo causata per actū comparatiuum intellectus aut alterius potentie vnum obiectum sibi aut alteri comparātis aut per actum voluntatis, vel sensus interioris, patet exemplariter, intellectus cōparat animal in ordine ad hominem, in ratione subijcibilis, & predicabilis, & ex ista comparatiōe in animali relinquitur secunda intentio, quae dicitur genus, & in homine alia respondet, quae species dicitur, saltem cōcretiue, specieitas, vt ita loquar, abstractiue, Sillogism⁹ similiter ꝓ formali siue ꝓp ꝑ se significato est habitudo p̄missarum ad conclusionem, qui actus comparatiuus cum sit aliquid reale non est secūda intentio, sed ex hac comparatione in obiectis cōparatis secunda intentio relinquitur.

Prima intentio est obiectum cognitū non causatum solum per actum cōparatiuū. Intellectus, hoc ponitur, quia vna secunda intentio potest in alia fundari, sed cum illud fūdamentum per actum comparatiuum intellectus fabricetur, non est prima intētio. ¶ Quo fit si obiectum non cognoscatur, nō est prima intentio, quia deficit connotatio termini intētio, & per consequens suppositio eius.

Ex his duabus diffinitionibus corrolaria infero. ¶ Primum, intētio prima manebit quando non manebit prima intentio, patet, si

non cognoscaī, non est intētio, & hoc est verū saltem a creatura, si ut pater manebit quando nō manebit pater. patet. Sortes manebit quādo nō manebit pater, & Sortes est vel erit pater, igitur ¶ Secūdo sequitur, cessante operatione intellectus nulla esset secunda intentio, patet per eius diffinitionem. ¶ Tertio sequitur, secundam intentionem non habere esse reale, & patet aliter secunda intentio non habet verius esse q̄ extrema comparata, sed fiat talia non esse nam possumus vnam secundam intentionem alteri comparare, igitur.

¶ Quarto sequitur, multum refert secūdum hanc viam dicere secunda intentio, & terminus secunde intentionis. Nam iste terminus nomen verbum propositio est terminus secūde intentionis, & non secunda intentio. Paris forma non est idem dictu, prima intentio & terminus prime intentionis homo ad extra est prima intentio, & terminus illum significans est terminus prime intentionis. ¶ Quinto sequitur, licet omnes cause productiue secunde intentionis sint, non sequitur secūdam intentionē esse vt esse solū ens reale includat.

Contra ista argumentor, hęc est vera secunda intentio est secunda intētio, ergo extrema supponunt pro eadem re, quia est affirmatiua vltra omnes instantias.

Secundo argumentor, secunda intentio differt a prima, ergo secunda intētio est, ab exponibili copulatiue ad alterā exponētiū.

Tertio argumentor, quis potest habere notitiam intuitiuam & distinctam de secūda intentione, ergo secunda intētio causat particulariter illam notitiam, ergo ipsa est.

Quarto, si ex comparatione vnius obiecti in ordine ad aliud secunda intentio causaretur, & est in obiecto cōparato eo modo quo habet esse, sequitur cum intellectus potest cōparare deum ad angelum in ratione perfectionis vel creationis q̄ in deo talis relatio causari potest, & sic operatio intellectus nō esset immanens sed transiens contra Aristotelem. ix. metaphisice.

Quinto sequitur, cessante omni operatione intellectus hęc esset falsa, animal est genus.

Sexto sequitur sortes esset genus per hoc q̄ intellectus comparat Sortem imaginarie ad inferiora.

Septimo, cōparatio a intuitiue cogniti ad b intuitiue cognitum est ens reale cū de necessitate presupponit fundamentum & terminum esse, igitur.

Octauo argumentor, bene sequitur secunda intentio est ens rationis, ergo secunda intentio est.

Nono, ens diuiditur ī ens reale & ens rationis, ergo ens rationis est.

Ad primum concedo illam esse verā, nec oportet extrema supponere pro eodē vel eisdem, capiēdo proprie ens pro ente reali, sufficit q̄ pro aliquo ente reali vel rationis accipiantur.

Ad secundum nego antecedens proprie illam exponendo, potes tamē eam sic exponere ad bonum sensum, capiendo hanc secunda intentio est secūda intentio, vel ens rationis, pro prima exponente, vel extende esse ad ens reale & rationis.

Ad tertium dicitur, non habetur notitia intuitiua de illo quod non est, quia notitia intuitiua est rei presentis obiectiue, sed secunde intētionis potest aliqua notitia haberi quæ a primis intentionibus (in quibus secunde includuntur) causabitur, cum secunda intentio non est, nullam notitiam sui causat, sed notitiam terminat. At non sequitur ex illo q̄ eius non potest esse scientia cum de rosa non existente scientia habeatur.

Ad quartum concedo in deo talem relationem causari, nec sequitur aliquod accidēs deo inherere, cum nulla secunda intētio sit accidens cum non est, non est substantia neq̄ accidens, verum eo modo quo potest habere esse est in obiecto cognito, sed nullibi est inhesiue, quia inherere est proprietas accidentis realis, & cum non est operatio intellectus, nō est propterea transiens nullum enim ens extra se producit.

Ad quintum conceditur illatum cessante operatione intellectus generitas animali non attribuitur, quæ concretiue animal genus denominat, sicut albedo denominat subiectum album, nec ad secunde intentionis denominationē realis inhesio requiritur, sed q̄ eo modo quo inherere potest fundamento conueniat.

Ad sextum nego sequelā, & ratio est, oportet vt sit vera comparatio, vt comparādo animal inferioribus in animali generitas relinquitur denominans animal cōcretiue genus, & in substantia genus generalissimū fundatur, vel habet esse quasi subiectiue ī eo. Et ī correlatiuo semper fundatur relatio respondens quam correlatiuum est aptum natum suscipere, vt in relatione propositionis vel termini ad rem significatam,

Ad septimum, dico difficulter probatis assumptum, non loquor de actu comparandi quod realiter est, in casu supernaturali etiam consequentia non valet vtrobique, & quando probabiliter assumptum concederetur nõ sequitur omnem secundam intentionem esse.

Ad octauum, consequentia est nulla, capiendo ens rationis sicut hic capimus, notitia potest vocari ens rationis apud nominales quae realiter est.

Ad nonum dico, est diffinitio equiuoca in sua equiuocata, sicut hominem in hominem pictum & verum partiendo.

Ex his patet, nulla notitia est secunda intẽtio patet, quaelibet notitia realiter est, modo nulla secunda intentio est. ¶ Vlterius patet, licet prima intentio sit in intellectu obiectiue, non tamen oportet vt sit in intellectu subiectiue, eẽ in ĩtellectu obiectiue, nihil aliud est quam esse obiectum intellectus, hoc est ab ipso cognosci, aliqua tamen prima intentio potest esse in intellectu tam obiectiue quam inhesiue, vt quando vna notitia intellectus cognoscit. ¶ Haec est positio diui Thome & doctoris subtilis conterranei de secunda intentione, & vocatur secunda intentio quia primam praesupponit, ab eis, & non gratis, ita putabatur, quia notitia comparatiua absolutam requirit, sed haec positio potest impugnari rationibus, quibus relatiões in communi impugnãtur, amplius hę secunde intentiones per hanc positionem figmentis comparantur, non est petenda pluralitas rerum & signanter sic rem extendendo sine necessitate, cum omnia optime sine hac via apud nominalem integerrime saluentur, secunda intentio cum termino secunde intentionis coincidit, sicut prima intentio cum termino prime intentionis idẽtificatur, sicuti prius nuperrime dictum est, & haec de prima intentione & secunda sint dicta.

De terminis pertinentibus ac impertinentibus.



Raeterea terminorum quidam pertinẽtes, quidã vero impertinentes. ¶ Dictiões impertinẽtes sunt vocule cathegoreumatice, quae de eodem verificari possunt. At vtrouis illorum supponente alter potest de illo negari mediante copula de praesenti haud ampliata, vt hę dictiões inter se candidum intinctum albo de panno verificantur, quo infecto de illo negantur.

¶ Ex quo perspicuum est fortes grammatic⁹ & fortes aliptes sunt termini impertinentes.

Termini pertinentes sunt termini cathegoreumatici qui nequeunt affirmari ac negari de seinuicem, sed solum de seinuicem affirmantur vel mutuiter negantur, binis paradigmatibus haec explanabitur, vt homo animal, asinus homo. ¶ Tales sunt bifurcati, quidam repugnantes, quidam pertinẽtes sequela. Istorum vnus est alterius illatiuus, vt homo animal, ab vno ad alium constructiue validus est connexus, & non contra caeteris notionibus omnibus inuariatis, sic quod vno adẽpto alter vice eius inferatur. ¶ Alij vero sunt disparati. ¶ Quo fit dantur termini impertinentes cum vno tertio, pertinentes mutuo, bos ac equus impertinentes cum termino album, inter sese tamen pugnãt.

Termini autem disparati sunt duo termini non potentes naturaliter de seinuicẽ verificari mediante copula de praesenti.

Contra quam diffinitionem perpaucis instò, album ac nigrum verificari possunt mutuiter, si deus poneret idem corpus varijs in locis, in vno ipsum albifaciendo in alio nigrifaciendo.

Verum haec obiectio eluitur, casus est praeter naturam, & sic supernaturaliter deus factus est homo, licet homo connotatiue capiatur ante incarnationem verbum non erat homo.

Contra, dicis albus & albus, non sunt vocule disparate, & nequeunt de seinuicem verificari. ¶ Distinguitur vel cum addito ibimus inficias, sine adiecto concedim⁹. ¶ At instas adhuc homo asinus sunt dictiones disparate, & verificantur mutuiter, nõ tantum homo non est asinus, sed hoc est in exponibilib⁹ disiunctiue exponendis, quae quandam negationem redolent. ¶ Hoc non satisfacit, hęc est vera album erit nigrum, extra exponibilia. ¶ Dicis id esse cum ampliatione.

Contra, homo & mortuus non sunt termini disparati, & tamen nõ verificãtur de se inuicem deducta ampliatione, subiectũ istu⁹ ampliatur viuum est mortuum.

Distinguo verificationem esse cũ ampliatione, vel cum ampliationem intrinseca prouenientẽ ab extremis conceditur, amplia-

tione extraria extremorum negatur. ¶ Gemina est ampliatio quædam intrinseca, & est extremum amplians, extrinseca a copula oritur, quæ subiecto ac prædicato est extrinseca.

Adhuc fortasse insultas, chimera est chimera est impossibilis, & tamē extrema nō sunt dictiones disparatę, igitur. ¶ Secūdo per nouam impositionem hæc verificabitur ho/mo est asin⁹. ¶ Dicis oportere id fieri citra impositionem. ¶ Contra hic non erit prædicatio disparata, bus imponitur ad significandum, licet vnum extremum non possit alteri competere sine noua impositione.

Obiectiunculę hę haud concludunt, ex modo significandi dictionis chimere id nō prouenit, sed ex defectu rei significate sua eā connotatione, secus est hic bos est capra. ¶ Secunda ratiuncula neutiquam vincit, nullam per impositionem facies hominem esse asinū, sed quo ad illam busimponitur ad significandum, potest ita esse sicut illa significat, secūdū impositionem vocis buf ita est vti illa deno/tat, & tamen termini capiuntur pro eodem significato vt antea.

Ex hisce obiectiunculis completa diffinitio terminorum disparatorum colligitur, termini disparati sunt cathegoreumata nō potentia verificari mutuiter secundum seuel eorum synonima extra exponibiles nexus secū dum significationem secundum quam capiūtur mediāte copula prę sentiali subducta ampliatione extrinseca pro eodē tēpore adequato esto ꝙ eorū significata existerent. ¶ Vnde fit viuum est mortuum non facit prædicationem disparatam, secūdum naturaliter loquētes ipsa est necessaria atq; hæc impossibilis nullum viuum est mortuum, vtraq; secundum veritatem est contingēs, si adamus diuinam preceptionem non esset pręuaricatus nec protheplastus ipse, nec sua propago mortem oppetissent, alb⁹ ac alb⁹ sunt synonimi, sic obliq rectorū cū rectis, attamē nō verificantur mutuiter absq; additamento. ¶ Vlterius patet, licet terminus viuum de mortuo minime verificetur (hæc quoq; est falsa mortuum est viuum) illi termini neutiquam sunt pertinentes repugnātes, quia hęc est vera viuum est mortuum vt supra tetigimus. ¶ Amplius patet, Iohannes & iste binarius (demonstrando materiam & formam) sunt termini pertinentes sequela, bene enim sequitur Iohānes est, proinde iste binarius est, non autem contra, & ita cū copula de pręsenti ac futuro Iohānes fuit, itaq; ille binarius extitit.

De terminis conuertibilibus ac synonimis.



Emum terminorū quidā sunt conuertibiles, & sunt dictiōes cathegoreumatice de seinuicem generatim verificabiles, quarū vtraque est alteri⁹ illatiua tam cōstructiue quam infidatiue. ¶ Quo fit hominis asinus ac asinus hominis non sunt termini conuertibiles, hæc nunc est falsa asinus hominis non est asinus, illa autem vera hominis asinus non est asinus, Iohannis asinus non est asinus & Iohannes est, igitur. ¶ Secundo patet, datur duo vocabula generatim de se verificabilia, & tamen non sunt conuertibilia. patet de hisce. Animal aliud ab homine & animal preter hominem (admittendo illam propriam). Porro de quocunq; verum est dicere est animal aliud ab homine, de eodem verum est dicere est animal præter hominem, ac contra, & tamen nonnihil de vno vere enunciat ꝙ mi/nime de alio enunciatur, nempe hæc est vera Omne animal aliud ab homine est animal, & hæc falsa omne animal præter hominē est animal. Iccirco nō sunt notiones cōuertibiles.

Rursus conuertibilium, quidam sunt synonimi, quidam vero non synonimi. ¶ Polyonima sunt vocabula idem vel aliqualiter adequate significantia ac eodem modo. Quare homo animal non sunt synonima nō signi/ficant precise eadem. Secundo rationale & homo non sunt polyonima, non significant eo/dem modo, vnum significat absolute, aliud vero connotatiue. Nunquam absolutum cō notatiuo est synonimum secundum talem si/gnificationem, per idem pluralem etiam intelligo, per taliter synonimitatē sincathegoreu/matum capio Quare omnis & non nullate/nus sunt polyonima, alias significātias sortiū/tur. Proinde neutiquam sunt synonima, attamen signa quātificantia has vniuersales sunt synonima, omē animal currit, omne brutum currit, sunt ambo signa mobilitantia notiōes propinquas ac confundentia remotas, & similiter, non tamen sunt eiusdem speciei essentialis, quia cathegoreumata (a quibus depēdent atq; causantur) speciē secernuntur. Itaq; syncathegoreumata speciē differunt, sicut cōceptus

a distinctione obiectorum discrimen inde/ pescuntur. Ita sincathegoreumata a cathe/ goreumatibus quæ determinãt, solum in illa suam actionem exilem consumunt, quare hę duę negationes synonime non homo nõ cur rit non sunt eiusdem speciei, prior negatio in totum sequẽs suam vim exercere nititur. Itaq; in secundam agit, non sic autem secunda. ❡ Aliqui seriosius decertãt, an dictiones omnino similes in voce scriptoq; sint polyonime Dicunt requiri vocum diuersitatẽ, quare mucro & gladius sunt synonimi, non autẽ homo & homo, nos autem vtrũq; sub synonimitatis giro amplectimur, solum artistarũ ritu loquendi persuasi, vocularum dubiola ad aliarum artium professores relinquimus, dialecticorum fandi morem haud aspernabimur.

Hoc ex fonte nonnullos riuos tanquã auctaria deducamus operepręcium est. ❡ Primum auctarium est, substantia & accidẽs sũt termini synonimi, patet de voce ac scriptura sibi respondenti, idem patet de scriptura substantia ac eius accidente, hoc est visibile per se illud vero per accidens ❡ Secundum, rutilum aurum ac pustulatum argentum idem pũt/ ce significant. ❡ Tertium, dictio significatiua est synonima cum dictione non significatiua, patet, si elementum a, imponatur significare hanc vocem buf. ❡ Quartum, actus & conceptus sũt polyonima, patet, de voce omnis ac eius naturali similitudine siue conceptu nõ vltimato. ❡ Quintũ, dantur duo termini (quorum alter suppõit personaliter, alter vero materialiter) synonimi, patet. de subiecto huius vocalis homo est dictio dissillaba, ac eius mẽtali, conceptus ille secundum communiter loquentes personaliter supponit. ❡ Sextum, loco vnius synonimi reliquum stabilire integritate seruata phas est, veritatem & falsitatem hac sub integritate ĩtelligo. ❡ Insulcas marc⁹ est dictio dissillaba, non autem Tullius. scdt/ co ĩtegritas haud seruatur. ❡ Hoc dissoluitur facile, secundum eam significantiam sunt disparata non synonima, quo ad significatũ vl/ timatũ sũt solum polyonima, Marcus & marcus secundum vtramq; significantiam equi/ ualent in significando, absolute tamẽ dicim⁹ Marcus aut Cicero sunt synonima, vltimato de significatu vulgo famur, significatum vero non vltimatum floccipendimus. ❡ Septi/ mum, omnia polyonima sunt conuertibilia, non autem viceuersa generatim

Contra ista argumentor, sequitur ex dictis q; isti termini homo & humanitas essẽt termini cõuertibiles aut synonimi, consequẽs est falsum, igitur sequela patet, ens & entitas similiter cæcum & cæcitas conuertũtur, ergo eodem modo homo & humanitas falsitas cõsequentis patet humanitas de aliquo verificatur de quo non verificatur homo, patet hęc ẽ vera hoc est humanitas demonstrando hũa/ nitatem christi & tamen non est homo, nam opposito dato verbum suscepisset hominem quod est falsum, igitur ❡ Respondetur concedendo sequelam, & ita vtrobiq; quĩr abstracta non accipiuntur pro qualitate subiecto inherente nec pro parte illius q; per concretum importatur nec pro aliqua re disparata ab eo, vt sunt omnia abstracta & concreta de genere quantitatis & relationis necnon cõcreta & abstracta priuatiua vt curuum curuitas. Et ad falsitatem consequẽtis negatur assumptũ dico enim humanitatem christi esse hominẽ, patet per illud in hymno Ambrosij. Tu ad liberandum suscepturus hominem, & cetera. Verũ an propterea in Christo sint ponenda duo supposita haud est pręsentis speculatiõis ❡ Cæterum equiuoca ac opposita proprium syntagma esti agitant, de quibus competentibus materijs in pręedicamentis sermocinamur qua de re nequicquam hic loqueremur, & hactenus de terminis.

Posterioris tractatus terminorum.


FINIS.

¶ Sequuntur introductiões (quas alij cõmuniter ſummulas dicunt) primo a logices finitione exordiendo.

De dialectica.

Dialectica eſt ars artium, ſcientia ſcientiarum, Secundũ autẽ Ariſtotelẽ primo Thopicorum hæc facultas ad exercitationem & ad philoſophiã capeſſendã appri me conducit, quocirca infert, ea ad omnium methodorum principia viã habet.

✱



DIALECTICA bipharıam accipitur. ¶ Vno modo, vt ſolũ cõuenit vni parti logices, q̃ docet probaliter cõcludere, & ſic in thopicis capit philoſophus terminum, & in locis dialecticis hoc ipſum videbitur. ¶ Alio modo capitur vt tantum valet ſicut logica, & ſic vocabulum impræſentiarũ capimus.

Secundo, haud eſt indignum notatu; Ars dupliciter capitur. ¶ Vno modo ſtricte, & ſic eſt rectum iudicium rerum factibilium vt ars fabricandę edis aut nauis, hoc enim pacto ad mechanicas facultates & non liberales attinet. ¶ Alio modo artem ad ſcientias extẽdimus. ¶ Sæpius autem litteram ratiunculis (quæ tirones decent) quatiemus quam notabilibus, quia non parum momenti hac in arte captu difficili diſceptatio habet, elinguis inſtar auditorum pithagore hic eſt inutilis.

Contra iſta argumẽtor, genitiuus ſuper nominatiuum replicatus excellentiam denotat, vt virgo virginum, flos florum. At logica nõ eſt cæteris excellentior, methaphiſica eſt de nobiliori obiecto, quia verſatur circa primam cauſam ſcilicet deum, & intelligentias, logica ſolum circa terminos inſudat, igitũ

Secundo, legiſperitus, rhetor, & huiuſmodi ſunt logico locupletiores, ergo eorum ſcientia logicæ præſtat.

Tertio, nulla mulier eſt ars artium, ſcientia ſcientiarum. At dialectica eſt mulier, igitur. minor patet. per conuertentem eius, mulier eſt dialectica.

Quarto, aliqui ſunt grammatici docti, abſoluti oratores, legiſiæ oculati, logices expertes. iccirco aliæ ſcientiæ etiam ſublimiter ſine logica acquiruntur.

Quinto, aliarum ſcientiarum principia ſunt de ſe nota, alias non eſſent principia, ergo logica non diſceptat de aliarum ſcientiarum principijs.

Sexto, nulla dialectica eſt ars artium, ſcientia ſcientiarum, patet inductiue de logica Iohannis, Roberti, Petri, & Pauli.

Septimo, non licet addere inferius immediate ſuperiori, ergo diffinitio dialectices male ponitur. Antecedens patet, loco diffiniti licet ponere ſuam diffinitionem, ſed hic eſt nugatio animal animal rationale currit, ergo & hic animal homo currit, modo ſcientia eſt terminus inferior termino ars, igitur.

Ad primum, conceditur maior in his quæ excellentiã important, in vituperijs grãdem ignominiam denotat, vt latro latronũ, meretrix meretricum. Ad minorem dicitur, logica iter triuiales eſt nobiliſſima, plus eſt verum a falſo cribrare, quam congrue aut culte loqui, veritas de celo orta eſt, & omnibus anteferenda, vt zorobabel tertio Eſdrę, quarto capite coram dario ſuiſq; ſatrapis luculenter oſtendit. Adde etiam, ipſa logica eſt omnibus applicabilior, & applicationis ratione ad cæteris liberaliter famulandum laudis nõ parum conſequitur, quemadmodum dicimus manum eſſe organum organorum, licet cor & caput manui præſtent, omnibus membris corporis viri ipſa manus ſuffragatur.

Ad ſecundum, cõcedo antecedẽs, mercator mundanis tricis infectus eſt probo opulentior, ſed quid hoc ad a, in veritatis contemplatione quietiſſima eſt hominis vita, eapropter in ea beatitudinem non ab re poſuerunt vt in Ethicorum decimo videre eſt ipſe iã ętatis prouecte cũ antiſtibus ditia ſacerdotia habentibus plęrumq; colloquium habui, qui ſuã vitam tedioſam anxietatibus plenam, ſcolaſticorum vero ſpeculationi deditorum beatiſſimã cenſent, recte ille ait (q dicit) ſi paradiſus eſt in terris in cenobiticis ſcepteris aut in ſtudio eſt, & hoc intelligo de illo qui vere religiõi &

philosophiæ sese iam dedidit, sincere verita/tis laboriosa indago peccatis reluctatur, ho/minemq; a meandris sæculi impuris alienat, quem ad beatitudinem capescendã apprime disponit, teste sapiente. In maliuolã animã & peccatis subditã nõ introibit sapiẽtia ❡ Ad/de etiam erudito viro sufficientes fortune nõ desunt, & inter prudentes non parũ laudis cõ/sequitur, virtutes intellectuales cũ moralibus tanq̃ sancte sorores connectuntur, & honos vere virtutis ẽ p̃miũ quarto Ethicorũ. Alios autẽ ob opes & preciosam suppellectilẽ solũ mathematice reueremur, modo nemo est an/xie doctus sine logica cæterarũ artiũ ianitrice theosophiam legẽ dei enucleantẽ finaliter de sidera, ad quã logica aditũ q̃ optimũ presta/bit. Causidicorũ opes quæ animum cloacant asperneris, plebee conditiõis & infime sortis est circa lucrũ indefesse inhiare, ingenuorũ est inquirere eã artẽ quę animã serenat, hęc ad ra/tionẽ incidenter occurrentem dixisse sufficiat quatenus tirũculi abiectis humilibus ad logi/cam animentur ac inflammentur.

Ad tertium, distinguo hãc mulier est dialectica, capiendo vocabulum substantiue negatur, adiectiue conceditur.

Ad quartum respondetur, tales mul/to peritiores sua vel in arte euaderent si logi/cam callerent, quæ alias facultates disputãdo & legendo splendescere facit.

Ad quintum, dicitur logica non pro/bat aliarum scientiarũ principia, quia talia ex suis terminis testimoniũ accipiunt, nec proba/tionẽ aliunde mẽdicant, At illis principijs ha/bitis logica docet cõseq̃nter ex illis veros elẽ/chos & etiã sophisticos vbi expedit fabricari.

Ad sextum, nego antecedens, dialecti/ca præcipue mentalis absolutissimi logici vi/uentis quicunq; ille fuerit est ars artium, sci/mus enim aliquem eruditissimum logicũ ne/gatiue exponẽdo superlatiuum sicut & opti/mum. dubitamus tamen quisnam ille est, non loquimur de logica zenonis logices inuento/ris (id gloriæ zenoni eliate tribuunt) quia ipse non est. Idẽtidem nec de Aristotelis logica, q̃ hanc artem oppido ditauit Nec de logica in/creata aut anime christi dialectica quæ omni vero assentit, vt superiore in facultate alias la/tius monstrare nixi sumus.

Pro septime rationis dilutiõe scito nõ nullas orationes appositorias dampnari.

❡ Pro illius reprobatione pono propositiões quarum prima est, oratio appositoria est con/grua lepidaq;, nec sub grammatica permis/siua includitur sed sub pręceptiua, huic propo/sitioni grammatica & eloquium testimoniũ præbẽt, apte dicimus animal homo est ratio/nale siue rationalis, rerum idẽptitas casus idẽ ptitatem concinne efflagitat. ❡ Secunda pro/positio, apte inferius superius præcedit, patet exemplariter cancer signum phœbum ad nos adducit, zeno homo diuino igenio præditus logicam adinuenit, in hoc exẽplo gratia pro/prietatis attribuende, in illo vero gratia equi/uocationis oblitterande. ❡ Tertia propositio, diffinitũ & diffinitio nõ sunt synonima, hoc est complexum, illud vero incomplexũ quod a synonimitate est peregrinum. ❡ Quarta p/positio, non semper loco diffiniti diffinitionẽ ponere licebit, patet. cũ vno erit pleanasmus non autem cum alio. ❡ Quinta propositio, li/cet nemo valeat nullus homo non stãdo in genere apte vocabulo nemo additur homo immediate, patet. crebrius apud Terentiũ ita inuenitur, apud Salustium & alios eloquentes nemo hominum, nemo vir. ❡ Regula est iter eruditos, quando vna dictio duobus voca/bulis equiualet si vni illorũ addatur sue signi/ficantie partem amittit, & totum significãtiã vnius repręsentat, patet dicit Cicero in para/doxis accipies igit hoc paruũ opusculũ & ta/mẽ opusculũ cũ est diminutiuũ paruũ op' de/notat. Dicim' ei egredior extra edẽ & tũc ca/pitur pro verbo gradior totius tamen signifi/cantiam habet, cum dico egredior templum, verum vltra vsum eruditorum, hæc regula non est extendenda, alioqui pleanasmus pes/sumiret, an ita fiat in mentali vltimata paruis facit grammaticus, ad suam professionem ni/hil interest, indagator veri artista circa hoc in/daginem faciat, grammaticam sincere secun/dum suam exigentiam illibate seruãdo, cum omne verum omni vero cohereat. Nollem ta/men futurum dialecticum in venere dicendi illaqueari, satis illi fuerit quicquid in buccam venerit prompte & congrue proferre.

❡ Suis vocabulis quælibet ars habundat.


Dubitatur, quomodo interpretatur dialectica

Respõdetur, dialectica a dya quod est duo & logos sermo quasi duorũ sermo dicit, q̃a sine acri & freq̃ntato sermõe hęc ars nõ ha/betur, tametsi homo sepiuscule in se tacitus di/sputet cõmunius tamen vocaliter cũ alio con/tenditur, vox eni arti capescẽde est vtilior ac accõmodatior q̃ conceptus facilius difficulta

tē occurrentem per auditum quam intrinse=cus concepto deprehendimus.

De sono.

Verum quia disputatio vocalis vocē, & vox sonum efflagitat, ea de rea sono tanq̄ cōiori inchoamētū capimus. Quicqd p̄se ab auditu pcipit ē sonus.



Licet disputatio scripta inter semotos sit vocali ac cōmodatior & mentalis angelis & vni solitarie suf ficiat, vocalis tamē est cō=munissima vtilissimaq;. vox sonū suū genus p̄supponit, ideo pnmordiū a sono capimus. Sonus est obiectū audit⁹ per se quolibet alio secluso deprēhenditur, vocalissimus ille stentor homericus aut campana de per accidēs gratia soni percipitur.

Contra modum procedendi argumētor, qualitas est supius ad sonū, ergo nō est ratio quare potius a sono q̄ a qualitate inchoet.

Secundo, sonus ad libros de anima attinet, ergo inepte sic hic eius mentio.

Tertio, nullus sonus est quicquid percipitur ab auditu, ergo male ponitur signum vniuersale.

Quarto, silentium percipitur ab auditu, & tamen non est sonus, igitur.

Quinto, diffinitio conuenit oui balāti & non diffinitum, ergo diffinitio conuenit alijs a diffinito, ergo est inualida.

Sexto, auditus acu perforatus eam sentit, & tamen acus non est sonus, ergo diffinitio conuenit alijs a diffinito.

Ad primā rationem respōdetur, quia alij vtpote Petrus Hispanus, cum Iohanne buridano hic principium capiunt, nolui illud nostros lacere, pari iure poterant a qualitate si cut a sono inchoare. Secundo pro me & ipsis dico, conuenientibus erat hic nonnihil carptī de genere propiquo vocis ponere quam a remotis venari.

Per hoc. Ad secundum respondetur.

Ad tertium, concedo antecedēs, quod non contradicit diffinitioni, quam dedimus, in qua sonus stat confuse tantum.

Ad quartum dicitur, silentium priuatiue ob soni defectum percipitur, sonus positiue potentiam auditiuam immutat, sublata illa auditiua noticia intellectus censet sonum discursiue euanuisse, & licet silentiū sit medii siens & res positiua priuatiue, & nō positiue deprēhenditur, ob soni extinctionem percipitur silentium.

Ad quintum, distinguo bidentem percipi ab auditu vel gratia sui & de per se negatur, aut de per accidens gratia soni cōceditur.

¶ Dicis, solum iste sonus percipitur ab auditu, ergo nullus alius. ¶ Distinguo antecedēs aut solum determinat ly iste sonus, negatur illa. Si ly auditu conceditur, etiam percipitur di cit aptitudinem, vt in terminis diximus.

Ad sextum dicitur, acus non percipitur ab auditu inquantum auditus sed a tactu.

Soni diuisio.

Sonorum alius vox, alius nō vox. Sonus vox cū voce conuertitur, vox autem est sonus ab ore animalis aut ab equiualenti emergens. Sonus nō vox est sonus perīde ac si ab inanimato emanans, vel sic. Omnis sonus qui non est sonus vox est sonus non vox.



Onus vox idem est cum voce, sicut animal homo idem cō uertibiliter cum homine. Inferius secūdum sui exigentiam superius restrigit ¶ Dicit aut ab equiualente, angelus Tobie in corpore hūano assumpto loquebatur, & deiperam virginem Gabriel affatus est, linguam asine Balaā & serpentis angelus mouebat ad vocis loquelam. Angelus in corpore assumpto nō est animal, animalis tamen vicem quo ad hoc supplet. ¶ Exemplum soni non vocis, vt sonus fluminis, fragor arboris, strepitus pedū, aut manuum plausus. In his duobus vltimis animata se habent perinde ac si inanimata fierēt. Sonus ex duarum manuum collisione est sonus non vox, vnde fit sonus non vox a corporibus animatis inanimato & animato causatus, vt strepitus pedum a duobus animatis instar inanimatorum se habentibus.

¶ Posterior diffinitio est facilior, cū oīs sonus qui nō est sonus vox est sonus non vox. ¶ Diuisio sic intelligit̄, de nūero sonorū alius est sonus vox, alius sonus nō vox, vel sic quocūq; sono dato ipse ē sonus vox, vel sonus nō vox

Multis aliis modis id meotiter in idē tendēti/bus explicare potes.

Ceterum ad vocem complete forman dam aliqua instrumenta requiruntur, quę hi/sce in versibus continentur.

Instrumēta nouē sunt guttur, lingua, palatū, Quatuor & dentes & duo labra simul.

Aetheream vocalē & aerē de necessitate naturę habere operępreciū est, quare edētuli ineptę ꝓferunt, sic maxillaribus dētati modo anterios sibi sint orbi, tactus linguę sup palatū & prio res dētes vocē causat, & si lingua sit volubilis (vt ī cleopatra ęgipti) & alia īstrumēta apta loqla cōcinna emergit, & si aer purus p aptū receptaculū īspiretur respireturq; odā nō insuauē edit, aetherie vocalis ampla capacitas & ha/bitudo calida grauē educit sonū, viceuersa tius angustia & frig⁹ acutū femineū ꝓfert.

Contra istā diuisionē sic argumentor, vel diuisū hui⁹ diuisiōis ē sonus vox vel sonus nō vox vel neq; sic, neq; sic, quocūq; primorū modorū dato, sequitur vnū mēbrū cōtradicto rie oppositū ꝓdicari de altero, qa si diuisum sit sonus vox. Iā sonus nō vox erit son⁹ vox, & si diuisū sit sonus nō vox. Iā sonus vox erit so nus nō vox, & nō potest dari aliud diuisum cum diuisum sit sonus.

Respondetur, si diuisio fuerit in voce diuisum est sonus vox termino ꝑsonaliter sū pto, sed nō est hoc cōplexū sonus vox. Sed est ly son⁹ ꝙ est vox. Si diuisio fuerit in mēte vel in scripto diuisum secūdū se neq; est son⁹ vox neq; sonus nō vox, sed est non sonus vox. Si militer est nō sonus non vox, qa est iste termi nus sonus scriptus vel mētalis. ¶ Forte dices, si diuisio fuerit in voce, & diuisum sonus non vox, cū in qualibet diuisiōe diuisum debet ve rificari de mēbris diuidētibus, ista erit vera so nus nō vox est sonus vox. ¶ Respōdet, nō se quitur sonū nō vocē esse sonū vocē. Sed solū habetur hoc cōplexū sonus nō vox est sonus vox. Et totū illud facile potest intelligi multi plicando sensus huius sonus nō vox est sonus vox, cuius pōt eē quadruplex sensus qa vel vtrūq; extremū capit significatiue, vel verū ꝙ materialiter, vel vnū significatiue & aliud materialiter, & ille sensus iterū potest subdiui di penes hoc ꝙ subiectū potest capi significati ue & pdicatum materialiter, vel econuerso & secundum hoc procede.

Secundo argumentor, diuisum exce dit mēbra diuidētia, ergo diuisio nulla, ante cedens patet, de tussi sternutatione & sputo (quorū quodlibet ē son⁹) & tū neq; vox neq; nō vox, igit de tussi patet. non est sonus vox, quia nō est formatus mediātibus naturalib⁹ instrumētis quia ꝗꝗ nouē naturalia īstrumē ta alicui deficerēt ille non minus tussiret.

Respondetur, negando diuisum tran scendere mēbra diuidētia, & primo de sputo dicitur ꝙ est substātia immūda, & p cōseqns nō est sonus sed in emissione sputi causat son⁹ De tussi dicit est sonus vox. Et ad argumētū in oppositū nō ꝓfertur mediantibus n turali bus instrumētis, concedit, nec hoc requiritur ad sonū vocē sed solū ad vocē plene intelligē dā, ꝙ nō sit sonus nō vox, patet. nō fit ex col lisione duorū corporū inaīatorū vel aīatorū se habētiū sicut inaīata, nulla eī inaīata possunt emittere tussim. Et sic soluere possis sonū pice & psitaci esse voces licet imperfectas.

Tertio argumentor, sonus echo est so nus, tamen neq; vox neq; non vox, igitur.

Et cōfirmatur sonus emissus per fistu lā est sonus & tū neq; vox neq; nō vox, igit. ꝙ nō sit vox, patet. non fit mediantibus na/turalibus instrumentis, sed artificialibus.

Ad argumentū respondetur, de sono echo aliqs talis est sonus vox, & aliqs talis est sonus nō vox, exēplū primi vt sonus reflex⁹ aīalis ingtū hmōi, vnde qn aliqs clamat ꝓpe loca cauernosa & ꝓpe montes vel antiquos parietes (in qbus icludit igrossatus aer) ē rndē tia vocis ad vocē ꝓferētis, & cōiter existimaē ꝙ sit idē sonus nūero q est rectus & q est son⁹ echo, & tūc nō est qstio in argumento, sed so nus echo est terminus cōnotatiuus addēs sup cōnotationē huius termini sonus ꝙ iterū rep cutiat, quēadmodū eadē est facies nūero q̄ vi deo ī forte & in speculo, & qn sonus echo rea lit distigueret a sono recto, adhuc aliqs eēt so nus vox qa mediate sit ab ore aīalis ꝙ sufficit

Ad confirmationē de sono fistulae cō muniter dicit, est sonus nō vox, sed dicit aliqs est sonus vox, vt si qs loquat p corpus cōca/uū, qadmodū fecit ille q celestinū qntū circū/uenit ¶ Sed forte dices, talis sonus est imme diate ab ore aīalis & postea ī fistula. ¶ Dico ti bi hoc non est verū, qa accidēs nō migrat de subiecto in subiectū, sed son⁹ in ore ex eis mul tiplicat aliū sonū in aere icluso in fistula & sic qlibet talis est sonus vox, & ita vniuersaliter, qn talis sonus nō sic fieret a corporibus inaīatis ¶ Ex qua solutiōe sequit, sonus organorū est sonus nō vox, nec de eētia soni vocis est ꝙ fiat mediātibus nouē īstrumētis (vt antea di ximus.) Sed cōpleta explicatio est quę fit ab ore aīalis aut ei equalētis. ¶ Ex illo soluit ar

gumentum q; fieri solet de vetula & pueris, quia formant voces, & non habent ista noue instrumenta. ℂ Dicitur ista non requiruntur nisi ad complete proferendum & diffinitum illius diffinitionis est vox completa & perfecta. Ista se habent p ordinē, son⁹, cōpleta vox sonus vox. ℂ Vnde fit non est idem dictu, sonus non vox, & non sonus vox.

Sequitur de nomine & verbo p positionem cōllātibus & prius de nomine.

Nomen vocale est vox incomplexa, finita, potēs significatiue reddere suppositum verbo.



Vox nō est genus ad diffinitū, licet incomplexe capiatur. Nunquam vocabulum vnius prędicamēti est genus ad binas connotationes, quarum vna est alterius prędicamēti, nomen est prędicamenti signi. Sed vox est superius consequentiale ad diffinitū. Nouitijs tamen superioritas ad esse genus sufficit. Reliquae particulae diffinitum a quolibet non nomine segregant. Licet nomen infinitum per incomplexum abijciatur, gratia tamē maioris elucidationis finitum ponitur. Per illud quod in calce annectitur obliquus vt cathonis iuxta & sincathegoreumata a diffinito semouētur.

Contra diffinitionem sic argumentor omne subiectum propositionis cathegorice est nomen, buf reddit suppositum verbo in hac buf est interiectio, ergo buf est nomen.

Secundo, ex diffinitione albus nō erit nomen, cum non potest reddere suppositum verbo significatiue, sed consequēs est falsum, ergo & antecedens, probatur minor duplicirer. ℂ Tum primo, iustus est nomen, ergo & albus vtrumq; est adiectiuum masculini generis ℂ Tum secundo, album est nomē & synonimum cum suo masculino, modo incōuenit vnum synonimum esse nomen, & non reliquum.

Tertio, domus est nomē secūdū logicū Et tamen diffinitio data non ei conuenit, probatur minor, est dictio composite figure cum in duas partes intelligibiles diuiditur, scilicet do, & mus. Sic dicatur de vocabulo orex.

Quarto, paterfamilias est nomē, & tamen non est vox incomplexa.

Ad primum respondetur distinguendo maiorem, vel capiendo nomen proprie in star Aristotelis prio periarmenias (secuti nos in proposito vocabulum capimus) & sic eam nego, aut vulgariter capiendo nomen p omni illo quod potest subijci in propositiōe & sic concedo, complexum & vocabulum non significatiuum cū obliquo hoc pacto est nomē

Ad secundum, concedo adiectiuum albus non esse nomen. Sed negatur minor.

ℂ Ad priorem probationem concedo antecedens, iustus reddit suppositum verbo significatiue. Iustus germinauit sicut lilium (vti superius retulim⁹) aliqua sunt adiectiua masculini generis dancia intelligere certum suppositum nature intellectualis, & illa substantiantur in eodem genere, non autem alia, in secunda manerie est albus.

Ad secundam probationem concedo maiorem, minore negata, homo & hominis sunt diuersiuoca, hoc est synonima de modo significandi essentiali, & tamen homo est nomen secundum logicum, nō autem hominis cum nō sint synonima quoad modum significandi accidentalem, qui est casus. Non credas more aliquorum obliquum hominis rē possessam significare, vel esse terminum connotatiuum supponentem pro re possessa connotando q; spectet ad hominem.

Ad tertium, nego minorem, & ad probationem nego illud vocabulum esse compositae figure, illę partes (quas separas) non sunt prioris sensus capaces. q̄admodum est in hac dictiōe dominus q̄ nō dicitur a do & minus.

Ad quartum respondetur, huiusmodi nomina possunt esse incōplexa, vt equiferus, suburbanus, paterfamilias & tū sunt nomina quia incomplexo mentali subordinantur, paterfamilias erit terminus connotatiuus supponens pro homine connotando ipsum habere familie curam, vt cenans album. Si men taliter subordinanē determinatiōi & determinabili sicut hō alb⁹ ab hac finitiōe segregant.

Quinto, cathonis est nomen obliquū secundum logicum, ergo est nomē, ab inferiore ad superius.

Sexto obliquis reddit suppositum in hac scolastid interest iugiter incūbere litteris.

Ad quintū, negaē cōsequētia procedit enī a dicto secūdū quid ad dictū simpliciter.

Ad sextum dicitur, obliquus non reddit suppositū verbo personali finiti modi, secus est de verbo impersonali aut verbo infinitiui modi.

Septimo argumētor, omne nomē est mentale itaq; nullum nomen est vocale, consequentia liquet, & antecedēs patet, talia sunt subiecta qualia permittuntur ab eorum prędicatis in equiuocis a consilio, nomen enī prius de nomine mentali dicitur, vt plærisq; rentur & analogice de nomine vocali.

Respondetur. ypothesi gratia conferētie admissa consequium est mancum. Analogum bipharia per se ponitur, vno modo quādo a parte prædicati ponitur, siue membrum minus principale siue magis principale ponitur a parte subiecti. ❡ Secundo modo quādo locatur a parte subiecti & non locatur mēbrū minus principale a parte prædicati quādo vero ramus secundarius a parte prędicati est situs subiectum vtget stare secundum sui exigentiam ❡ Quo fit, omne nomen est vocale, nullum nomen vocale est nomen, non tamē nomen vocale est nomen, omē nomē est scriptum, omne nomen est mentale, omne nomē est nō vocale nō antecedit ad hanc nullum nomē est vocale, cū cōcesso antecedēte cōnexio negabitur, nō tamē autumo nomē analogice dici de mentali ac vocali.

❡ Non infimum locū inter nomina vox sortitur, hęc tamen difficultas fusius tractabitur in logica in hac ꝓpositione elenchi omnis homo est pictus.

Octauo, hęc est ꝓpositio quas ad me misisti litteras elegantes fuere, vbi obliquus reddit suppositum verbo.

Ad octauum respondetur in secundo verbo nominatiuus intelligitur, vt in adiectiuo suum substātiuum, vt mei omnes interierunt, hoc est amici mei, sic hic, hę litteræ fuere cōmunes quas ad me misisti, hoc modo loquēdi docti simi quiq; vtuntur, sic in euangelio legimus, quem ego decollam Iohannem surrexit a mortuis. Multa etiam alia loco nominatiui capiuntur, vt mechari est peccatum, infinitiuo ꝓ recto ponitur mechia, infinitiuus cū accusatiuo vt ignarum esse peritum est possibile, patet in modalibus, seruire deo est regnare, capitur loco huius seruiens deo regnabit, infinitiuum in rectum mutabis, vt legere & non intelligere negligere est, hoc est legens & non intelligens nō legit, docere est agere, docens agit, ꝙ iugiter studeas est honestum, potes aptius capere honestum pro subiecto, hoc & verum erit prędicatum ꝙ es iugiter studens, satis pecuniarum habeo, subiectum ego prędicatum satis pecuniarum habēs, partim scholasticorū sunt studiosi, capit loco illius aliq scholasticorum sunt studiosi, cape equiualentes ꝓpositioni: cece, vt ningit, curritur, statur, peteiūt, deus ningit, curritur ab hominibus, sic ab eis statur, vel ab exercitu secundum materiā subiectam, referunt homines, & nulla erit difficultas logica.

Dubitatur, quid est nomen infinitum & pro quo supponit.

Respondetur, nomē infinitum est aggregatum negationis infinitantis & termini infinitati, vt hoc complexum nō homo, hoc totum est nomen infinitum, homo terminus infinitatus, & non negatio infinitans ❡ Vnde fit terminus infinitus & infinitatus longo interstitio inter se discrepant, quilibet terminus aliqd vel aliqua significās est īfinitabilis.

Quoad suppositionem termini infiniti ponitur hęc regula. ❡ Terminus infinitus pro omni illo (pro quo suus terminus finitus oppositus nō supponit) supponit. ❡ Ex isto patet, quanto terminus finitus pro pluribus supponit tanto terminus infinitus pro paucioribus supponit & econuerso Et si terminus finitus pro nullo terminus infinitus pro quolibet supponit. At si terminus finitus ꝓ quolibet supponit terminus infinitus pro nullo verificatur. Ex quo patet non ens pro nullo supponit & non chimera pro quolibet si in propositione ponatur, & non sortes ē temere trāscēdens. ❡ Insuper sequitur negatio addita termino priuatiuo facit ipsum accipi pro illo ꝓ quo capiebatur terminus positiuus, & econuerso, non tamen conuertibiliter. ❡ Demū infertur non non sortes & sortes conuertuntur, & per consequens finita notio cū infinita ad conuertibilitatem dicitur. Idem patet hic non chimera & ens. ❡ Ista patent ponendo tres figuras quarum vna lateralis erit arbor porphiriana secūda in medio sita erit conflata ex ijsdē notionibus semper tamen addita negatione infinitante. Terna erit cum duplici negatiōe incipiēdo ab isto termino sortes ascendēdo vsq; ad terminum substantia inclusiue addēdo negationes. In prima & in tertia lineis ascēdim⁹ phisice & logice. In media descendimus realiter, & ascendimus logice incipiendo versus ly substantia.

Substātia.	Nō substātia.	Nō nō substātia.
Corpus.	Non corpus.	Nō non corpus.
Aīatum.	Non aīatum.	Nō non aīatum.
Animal.	Nō animal.	Non nō animal.
Homo.	Non homo.	Non nō homo.
Sortes.	Non sortes.	Non non sortes.

An disiũctum quodlibet ex contradictoriis sic transcendens primo periarmenias cęlitum patrocinio declarabitur.

Sed contra regulam raticionor, nõ sortes non significat Platonem, ergo non supponit pro eo a superio. e ad inferius negatiue cũ superioris distributione, supponere est inferius ad significare, & illud additum eam habitudinem non tollit, licet supponere discrete nõ sit inferius ad significare discrete. antecedens patet, nulla pars eius Platonem significat, modo nunquam cõplexum aliquod significat quin aliqua pars eius idem representet. Alias licenter dicam hoc disiunctum Sortes vel Plato Ciceronem representare, ergo totum complexũ non significat Platonem.

Respondetur negando antecedẽs, & ad eius probationem cõcedo nullam partem illius complexi Platonem representare Sed dico aliquod complexũ aliquid significare, q̃d nulla pars eius denotat, vt patet in argumento assumpto, & alubi hoc ipsum retexo Sortes si est Sortes Platonem significat, vt in conditionatis liquebit, quem nulla huius cõplexi pars significat. Similiter materia & forma totum compositum siue sit siue non sit representat, quãdo totum supponit pro aliquo ex cõmuni consuetudine non inconuenit ipsum illud significare nulla eius parte idem significãte, sicut in hisce tribus exemplis. Extra hasce ĩstantias totius significantia partium significatum non transcendit, immo cum eo connectitur ac identificatur.

De verbo.

Verbum vocale est vox incomplexa p̃sentis tẽporis modi indicatiui.



Erbi acceptionem cõformiter ad nomen restringimus. Verbũ etiã capitur cõmuniter p omni illo quod grammatici tale reputant. Mod⁹ vulgaris loquẽdi & Aristoteles primo periarmenias nos ad sic ęquiuocandum inducit, sine basi imperiti ęquiuocationem fingunt ¶ Ex isto patet amauero maxime a verbo stricte sumpto deuiat, q ad quo ad modum & ad tempus simul. Aliquid decedit a verbo stricte sumpto quoad tẽpus tantum, & aliquid quoad modum tantum. ¶ Ex quo sequitur verbũ quadripharia est obliquũ, aut quia cõplexũ, aut quia non pręsentis temporis, aut quia non indicatiui modi, aut quia vtrunq; copulariue excludit.

Contra dicta argumentor, ex diffinitione sequitur nullum esse verbum, cõsequẽs est falsum, & sequela patet sic, si aliquod esset tale maxime esset amo (autore Donato & oĩbus loquentibus) consequens est falsum, est quid complexum ego sum amans.

Respondetur negãdo sequelam, & ad probationem nego potissimum esse verbum amo, precise est ly est verbum tertiũ adiacens, sum & es sunt complexa mentaliter, & licet grammatici tria substantiua verba ponant, sum, fio, & existo. Duo nouissima sunt adiectiua, quemadmodum amo mentaliter tantum valet sum amans.

Contra dicta argumentor, ex solutione data amo nulli⁹ esset partis orationis sicut suũ ęquiualẽs in supponẽdo, ego sum amãs, nulle partes sunt vna pars, ego sum amans est partes tres, ergo non vna pars, & per consequens non est pars & vltra, ergo nõ est verbum. ¶ Item si petas a grammatico cui⁹ partis orationis sit ego sum amans. Respondebit non est vna pars sed partes, ergo eodem modo de ly amo si sit complexum.

Respõdetur, non est professionis grãmaticę medullitus rimari conceptus, sed sub rudi mineruа procedere in voce. ¶ Secundo, non est improbabile verba adiectiua in tertia persona esse incomplexa mentaliter, & consequenter idem rotunde grammaticus censet cum prima & secunda personis.

Secundo argumentor, amabo est verbum obliquum, ergo est verbum.

Respõdet̃ si sit sermo de verbo stricte sumpto in cõsequẽte, cõsequentię malicia ex nuperrime relatis est liquida.

Praeterea diuersę scientię diuersa considerant, sed grammaticus de verbo loquitur, ergo id ad logicum nõ attinet.

Respõdetur vario modo de verbo hę artes considerant, grammaticus de verbo loquitur prout ad orationem congruã spectat, Logicus vero ratione veri & falsi ipsum rimatur, quomodo verbum cum tempore, & nomen tempus significat, & quonam pacto verbum a tempore absoluatur primo periarmenias (si fata sinant) videbitur,

Dubitatur quare ita stricte loquimur

de nomine & verbo, quũ multo plures pro/
positiones sint non conflatę ex nomine & ver
bo sic stricte sumptis.

Respondetur, sicut diximus philoso/
phus primo periarmenias sic vocabula acci/
pit. Nam ex his sic sumptis propositio simpli
citer prima (quæ aliarum veritates metitur)
est conflata, propositiones enim de extrinse/
cis temporibus per earum deinesse & comple
xa per incomplexa & simpliciter primas co/
gnoscimus, Propositio autem simpliciter
prima est propositio ex verbo simplici pręsen
tis temporis indicatiui modi ac nominibus
stricte sumptis composita, quæ prima dicitur
eo q͂ est metrum & mensura aliarum propo
sitionum, falsitas enim huius sortis est nõ ho
mo per huius veritatem sortes est homo dep̄
henditur. Propositio nõ simpliciter prima per
oppositum describitur.

De oratione.

Oratio est vox conceptui comple/ xo subordinata.



Ic autẽ sit ser/
mo de oratione
quod est verum
genus proposi/
tiõis, diffinitum
huius diffinitio
nis est oratio vo
calis, hoc ex no/
mine & verbo
vocali breuitati
studentes supponimus. Si enim a, imponatur
ad tantum significandum quãtum homo est
animal, iã a, est oratio, patet est ꝓpositio, sed
omnis propositio est oratio. Vnde fit cuiusli/
bet orationis partes mentaliter saltem separa
te aliquid significant, quandocunq; vox sub/
ordinatur conceptui cõplexo, tunc est oratio,
Si orationem in communi diffinire libuerit, sic
dicas. ¶ Oratio est complexum mentale vel
aliquid ei subordinatum. Conceptus comple/
xus est conceptus determinationis & determi
nabilis, vel per aliquod coniungibile vnio ex
tremorum, prius propter complexionem in/
distantem, posterius autem ob distantem po
nitur. Non enim requiritur q͂ extrema coniũ
gens sit verbum vel coniũctio, vt patet hic,
Petrus cum Paulo. ¶ Ex hoc patet, homo asi
nus non est terminus complexus, cum nõ est
terminus, vt superius diximus/verum subie
ctum huius homo est asinus est propositio se/
cundum eam acceptionem technice capiendo
est dictio incomplexa Si propositio ypotheti
ca imponeretur synonime ad significandum
cum termino sortes nõ est terminus comple
xus secundum eam significantiam secundum
quam partes non plus significant quam par/
tes dictionis simplicis, propterea vulgo dici/
mus. Terminus complexus est notio plures
habens partes significantes iuxta significatio
nem totalem in valore, magister est dictio in/
complexa tãetsi magis ac ter aduerbia signi/
ficent tamen non iuxta significationem toti᷒.
Sic nostra in hipothesi tametsi illa longa ypo
thetica significaret synonime cum dictione
sortes quia ex significatione partium non cõ/
surgit significatio isti᷒ ypothetice vtpote Ci
cero orat Romæ, ac Demosthenes fulminat
Athenis, ipsa tota est terminus incomplexus
sicut sortes eidem conceptui cum voce sortes
subordinata, si prima sillaba dictionis magi/
ster sortem significat & ita quælibet sillaba se
quax idem repręsentet, dictio illa nõ est com/
plexa, non significant ille partes diuersimodi
ad compositionem totius licet sit vna notitia
intensa conflata ex illis, homo vel hõ est vo/
cabulum complexum partes diuersimode re/
pręsentant sic homo hominis loq̃ndo de cliẽ
te ac patrono eius.

Contra ista argumentor, buf est buf,
est oratio cum est propositio, & tamẽ eius ex
trema nihil significant.

Secundo, partes a, in casu præfato ni/
hil segregatim significãt, ergo a nõ est oratio

Tertio, hę litterę nihil significant de/
monstrando litteras huius homo est animal,
& hę litterę sunt hæc oratio, ergo hæc oratio
nihil significat.

Quarto, nulle voces sunt vox, oratio
est voces, igitur, maior patet, nulli homines
sunt homo.

Ad primum, dictum est in terminis, il
la propositio est oratio, copula & prædicatũ
aliquid aut aliqualiter significant, sic copula &
subiectum non seorsum sed vt sunt in illa ꝓ/
positione, tota illa oratio prima naturaliter par
tim vero ad placitũ ratiõe partiũ rep̄sentat.
At cũ sola copula ad placitũ significat tota si
gnificatiõe totali ad placitũ repręsentabit da/
to q͂ extrema naturaliter repręsentent.

Ad secundum, nego consequentiam,
partes mentales separate nonnihil significant
& illud satis est.

Ad tertium, relicta malitia consequen
tie, maior est falsa, patet, hę dictiones aliquid

significant, & hæ dictiones sunt hæ literæ, ergo hę literę aliquid significāt. ❡ Ex isto sequitur, hæc consequentia est nulla, hæc litera non significat ad placitum vel iste duę literę non significant ad placitum, ergo iste demonstrādo eas omnes nō significant ad placitū.

Ad quartum negetur maior, voces incomplexe sunt vox complexa, & quicquid sit de ꝓbatione antecedentis nego cōsequētiā.

De oratiōe perfecta & imperfecta.

Oratio perfecta est complexio nō interrogatiua, nec solum implicatiua, in qua rectus reddit suppositum verbo, imperfecta opposito modo diffiniat.


Aec litera partitionem oratiōis in perfectam imperfectamq; innuit, prior particula oratiōis perfectę ob tales, quis orbem vicit Secunda propter similes macedo qui digladiatur, Sortes si est Sortes ponitur. ❡ Vnde fit Sortes currit est oratio perfecta, homo albus oratio imperfecta. Idem tidem tityre coge pecus est oratio perfecta, rectus em̄ non nominatiuus suppositū verbo reddit.

Contra istud argumentor, quis mundum vicit ęquiualet huic aliquis mundum vicit, secūda est propositio & oratio perfecta, ergo & alia.

Secundo, omnis oratio includens orationem perfectam est perfecta, Sortes qui currit est huiusmodi, igitur.

Ad priorem ratione dicitur si quis capiatur relatiue est oratio perfecta, non autem interrogatiue. ❡ Cōtra, ergo eadem oratio est perfecta & imperfecta, & sic membra coincidunt contra vnam conditionem bonę diuisionis. ❡ Ad hoc sæpius superius trāsum est.

Ad secundum respondetur, negando maiorem. ❡ Ex his vlterius sequitur quando aliquod complexum significatiue sumptum potest reddere verbo secundum se vel suum synonimum suppositum ipsum est oratio imperfecta, quia nunquam in ipso rectus reddit suppositum verbo. ❡ Secundo patet, nulla ꝓpositio est oratio imperfecta. ❡ Tertio sequitur propter additionem vnius termini oratio perfecta imperfecta efficitur, hoc est totū aggregatum resultās, idem tidem imperfecta in perfectam mutabitur. patet in his, homo currit, homo qui currit, Iohannes qui equitat, Iohannes qui equitat monetur. ❡ Orationum perfectarum quædam est indicatiua, alia imperatiua, alia deprecatiua siue optatiua, alia coniunctiua, iste nō sunt ad propositum, sola oratio indicatiua enunciatiuam conflat.

De diffinitione ꝓpositionis.

Propositio est oratio vere vel false significans.


Ropositio in presentiarum tantum valet sicut enunciatio, quo vocabulo primo periarmenias philosophus vtitur, inquiens enūciatio est non omnis oratio, sed solum illa in qua verum vel falsum est, hoc est mentalis vltimata vera vel falsa vel aliquid ei subordinatum, & illa oratio de actu exercito in qua verum vel falsum est capitur loco vni⁹ de actu signato, veritas non inest propositioni prime intentionaliter, sed secum idemptificatur. ❡ Verum quia nouitijs terminus propositio est vsitatior cum communiter loquētibus eum posuimus, duas alias significātias non infrequentes vsurpat. Interdum dicitur sermo quo mediante summatim monstram⁹ Hoc quod probare volumus vt Cicero libro secundo ad Herē. ait, sic dicimus principum oratores apud tales reges fecisse propositiōes quando sue legationis causam enucleant. Nōnunquam tantum valet sicut problema, licet duę vltimę acceptiones non sint alienę scitu, extranee tamen sunt a significatu quē tractamus.

Cæterum non omne repręsentans verum vel falsum est ꝓpositio, patet de hoc dictio verū vel falsum ❡ Per oppositū oē repręsentās vere salse ve ꝓpositionaliter est enūciatio, vt deus est, de⁹ attamē nō est ꝓpositio, subiectum enim accipitur materialiter, an ne significatiue sit enunciatio haud nunc venabimur. In terminorū prima partitione diximus ipsum fuisse terminum, est enim cuiuslibet veri iudicium ac cuiuslibet complexi pariter & incomplexi repręsentatio. Verum hoc non cōprobat omnipotentem esse propositionem. Assensus propositionis est iudicium pariter & dissensus, & tamen nec iste, nec ille est propositio.

De diuisione propositionis.

Propositionum quædam cathegorica quædam vero hypothetica.


HEc est propositionis partitio (quam penes substãtiam dicunt) in cathegoricã & hypotheticã propositionem. Iam aliquot ratiũculis hoc quatiemus catenus q̃tenus disputatiõis voluptate auditores hãc ptitionẽ ĩtellexerit.

Quocirca in hanc partitionem primo sic argumentor, diuisum huius diuisionis excedit membra diuidentia, ergo diuisio nulla, antecedens patet, tantũ homo est currens est propositio & non cathegorica quia equiualet hypothetice vt ĩ exclusiuis dicetur, nec hypothetica. Nam homo est currens est cathegorica ex tribus terminis mentalibus conflata addendo ei hoc syncathegoreuma tãtum quattuor erunt solum termini mentales, sed quęlibet hypothetica ad minimum habet septem terminos, igitur.

Secundo, hæc est propositio animaliũ quoddam homo, quoddam brutum, & sub neutro istorũ membrorum cõtinetur, igitur.

Tertio, sortes currit qui mouetur est ꝓpositio quę sub neutro istorum membrorum continetur, igitur.

Quarto, omnis homo est animal & econuerso est propositio, quæ sub neutro istorum membrorum continetur, igitur.

Quinto, hæc est propositio, omnis homo, vel asinus currit, & sub neutro istorũ mẽbrorum continetur, igitur. diuisum excedit membra diuidentia.

Sexto, magistro legente pueri proficiũt, sub neutro istorũ mẽbrorũ cõtinet, igit.

Septimo, circulus in medio duum domorum reprę́sentans vinum venale est propositio & sub neutro membrorum cõtinetur ergo diuisum membra partientia transcendit. Argumentorum deductio ex eorum solutionibus erit lucidior.

Ad primum, nego antecedẽs, dico eã esse cathegoricam, hoc argumentũ adductũ succincte probat. & distinguo eam equiualere hypothetice vel in consequendo & inferẽdo (ꝙ idem est) & sic concedo, vel in significãdo & sic nego, vnde propositiones equiualẽtes in consequendo, quare vtraq; est illatiua alterius. Propositiones sole synonime equiualent in significando vt vocalis & mẽtalis ei respõdens. Omnes enim propositiones equiualẽtes in significando equiualent in inferẽdo sed nõ contra vniuersaliter ❡ Contra, de equiualentibus idẽ est iudiciũ ❡ Distinguo, vel quo ad esse verũ vel falsum, concedo de omnibus extra insolubilia, vel quo ad esse alias proprietates logicales vt esse cathegoricam, hypotheticam & similia & sic nego.

Ad secundũ dicitur, capitur loco istius de numero animalium quoddam est homo & quoddã est brutũ, modo hęc est hypothetica.

Ad tertium, nego antecedens, dicitur ipsa est cathegorica sed crebriter talis hypothetice equiualet. ❡ Pro cuius vberiori intelligentia animaduertas relatiuum qui nunq̃ in propositione ponitur sine geminato verbo iuxta illud grammaticorum.

Pręcedens & qui binis verbis volo iungi
Diuersis, verbum vel detur eis geminatum,
Sed quando pręcedit vtrũq; verbum cathegorice equiualebit, quando mediat inter verba referens antecedẽs ante priorem copulam siue sit subiectum locutiõis siue pars eiusdem equiualet hypothetice, & exponitur per &, & ille quando non negatur. Si vero negetur per vel Si enim referat antecedens post priorẽ copulam equiualet cathegorice. Aliter ista nõ esset concedenda homo nõ est animal ꝙ est asinus contra cõmunem hominũ conceptionẽ. ❡ Quo fit, tales cõcedẽde veniũt oĩs copulatiua cuius q̃libet pars est vera, est vera, deus non est substantia quæ est creatura, & tales negande, omnis copulatiua est vera cuius quælibet pars est vera. Deus non est substãtia qui est creatura. ❡ Ex eadem radice sequitur has esse distinguendas, aliquid differt ab animali quod non differt ab homĩe, animal est animal quod est asinus. Tantum sortes est albus quo plato est albior, de totalibus loquor, vt si sortes & plato sint præcise albi & plato albior sorte. Aliquod non est ens quod est intrãs. In sensibus cathegoricis hæ sunt vere, nõ autem in sensibus hypotheticis. Ista autem propositio Salustiana est locus in carcere quod Tullianũ vocat hypothetice equiualet, quia licet cũ posteriori substantiuo quãdo est nomẽ propriũ secundum regulam oratorum in genere conuenire debeat nihilotamenminus locus est illius antecedens, quẽadmodum dicendum est hic, est flumen in Britannia qui fortha vocat, hæc hypothetice equiualet in cõsequẽdo, melius etiam cum posteriori appellatiuo in genere conuenit quam cum præcedenti. Nõ enim semper est relatiui suo cum antecedente in genere conuenire, etiam quando sequitur appellatiuum vt assumite gladiũ, spiritus sancti qꝫ

eſt verbum dei. ¶ Ex omnibus his infero relatiuũ quadripharıã referre primo ſubiectũ totale. Secundo, partem minus principalem eiuſdem. Tertio, partem principaliorem. Quarto partem prædicati dũmodo eſt ſubiectum locutionis vel pars eius. ¶ At dicis, hæ propoſitiones ſunt vere (quia in ſenſibus cathegoricis ſunt vere) & hæ propoſitiones ſunt hæ propoſitiones in ſenſibus hypotheticis, ergo hę propoſitiones in ſenſibus hypotheticis ſunt vere.

Reſpondeř cõcedendo antecedẽs cõſequentiam cum conſequente. Immo hæ propoſitiones in omnibus ſuis ſenſibus ſunt vere, porro iſte ſunt vere, & iſte ſunt iſte propoſitiones in omnibus ſuis ſenſibus, igitur. Sed nõ ſunt vere in ſenſibus hypotheticis. Ex ſyllogiſmis & appellationibus poſthac hæc ſolutio darebit.

Ad quartũ dico ꝓpoſitionẽ aſſumptã eſſe hypotheticã. Vnde iſte terminus ecõuerſo aut contra, ſignificationem dependentem habet ab aliquo complexo priore cuius eſt ſtmea inuariabilis. Signanter complexo, quia nihil eſt dictu Sortes & econuerſo. Et ꝓpter breuiloquium ei⁹ ſignificatio eſt impoſita vel potius a cõmunitate accepta quod ſignificet conuerſionem præcedentis ſicut ſignificatio relatiui dependet a ſuo antecedente, & ſeorſum nullam ſignificationẽ habet, at ſua ſignificãtia eſt magis extranea q̃ relatiui, pręrequirit enim propoſitionem & non incomplexum.

¶ Ex iſto patet, terminum illic poſitum in argumento eſſe propoſitionem cathegoricam. Et ſi dicat conuerſionẽ per accidens valet hãc animal eſt homo in mente, ſi conuerſionẽ ſimplicem valet hanc omne animal eſt homo.

¶ Ex iſto iterum ſequitur, ſi propoſitio affirmatiua præcedat eſt affirmatiua, & ſi negatiua præcedat eſt negatiua, & ſi æqualiter poſſit reſpicere affirmatiuam & negatiuam ſecũ poſitas in circulo vel aliter, ipſa eſt negatiua & affirmatiua, diuerſis tamen reſpectibus. Idem tidem ſequitur eandem propoſitionẽ eſſe vniuerſalem & indefinitã nulla mutatione in ipſa facta, ſed ſolum in alia propoſitione. Hoc patet ſubtrahẽdo ſignum omnis aut nullus ecõuerſo ſemper dicente conuerſionem ſimplicẽ, & ſic terminus econuerſo in voce capieť æquiuoce, at non in mente, non enim eſt idem terminus vel eadem propoſitio in mente. ¶ Demũ ſequitur econuerſo æquiuoce conuertibiliter & ſynonime repræſentabit cum qualibet propoſitione quæ poterit eſſe conuertens alteri⁹. Similiter deſinit ſignificare quãdo auferť ꝓpoſitio præcedens, vel terminus ipſe non profertur aut ſcribitur in ordine ad aliam. Quomodo in ea aſcendendum & deſcendendum veniat, in paruis logicalibus patebit.

Ad quintum dico, ſi vel coniungat inter terminos ipſa eſt cathegorica, ſi autem inter propoſitiones ipſa eſt hypothetica, & per conſequens quælibet talis eſt diſtinguenda.

¶ Contra, ergo membra bonę diuiſionis coincidunt. ¶ Reſpondetur, diſtinguendo membra coincidere vel in ſupponendo, & hoc non inconuenit, vtrũq; enim membrorũ pro eodẽ ſupponit, vel ſecundũ ſuas rationes, & ſic nego. Alia eſt ratio quare pręfata propoſitio eſt cathegorica, & alia quare eſt hypothetica.

¶ Ex iſto ſequitur, primo cathegorica habet duas cathegoricas tanquam partes principales ſui. Secundo ſequitur aliquam hypotheticam eſſe conuertibilem, aliquam hypotheticã eſſe quãtam. Multę ſimiles propoſitiones poſſunt inferri cum eadem propoſitio ſit cathegorica & hypothetica.

Ad ſextum argumentum, prima fronte quinimmo primo ſpeculãti videtur ꝓpoſitio illa eſſe cathegorica, vt q̊dãmodo ex rñſione ad primũ argumẽtũ colorabatur. Nam hæc eſt cathegorica pueri proficiunt cui vt videtur intellectus poteſt addere ablatiuos horum terminorum magiſter legens nihil aliud addendo, & ſi ſic erunt ſolum quinq; concept⁹ extendendo conceptum ad actum. Modo omnis hypothetica (ſicut diximus) ad minus habet ſeptem partes. Sed hæc hypotheticę æquiualet, & poteſt exponi per dum, ſi, vel quia, ſecundum illud grammaticorum.

Per dum vel per ſi, vel per quia iure reſolui.
Ablatiuos habet, quando regente caret.
Vt aliquo currente creſcunt tibi cornua frõte.
Dum aliquis homo currit, creſcunt tibi cornua fronte.
Vel quia aliquis homo currit, creſcũt tibi cornua fronte.
Vel ſi aliquis homo currit, creſcunt tibi cornua fronte.

& ſic proportionabiliter de hac & ſimilibus. Ludendo fregi arcum videtur eſſe dicendum. ¶ In oppoſitum tamẽ eſt ſcrupus non ſpernendus. Reſponſione cõceſſa dabitur eadem mentalis vltimata vera atq; falſa, vt patet de mentali iſtius magiſtro legente pueri proficiunt. Per dum exponendo erit vera. Per ſi vel quia, falſa. ¶ Reſpondeo Nõ eſt magna labes admittere illatum. ¶ Secundo pro nunc ſuſtinẽtib⁹ oppoſitum & regulam communem dicimus, hæc vocalis ſubordinatur

tribus mētalibus cathegoricis nullatenus synonimis in quibus ablatiui diuersimodi capiuntur proportionabiliter ad suas equiualētes in consequendo.

Ad septimum respōdetur, vni ille circulus erit ꝓpositio cathegorica, cui repręsentat vinum esse venale in altera duum domorum, vni erit hypothetica disiunctiua cui repręsentat temetum hic vel illic esse vendibile & si hic & illic merum alicui venale importet copulatiua tali erit, & si prope circulum scribatur hæc propositio hic non venditur vinum, realiter illi ramo cōtradicit, circulus in nemore est propositio solum aptitudine & in potētia remota. Vnde fit propositio in silua creuit licet nulla propositio in nemore extat.

De propositione cathegorica.

Propositio cathegorica est oratio indicatiui modi vere vel false repręsentās Vel est propositio habens subiectum prędicatum & copulam tanquam partes principales sui.



Rior definitio ex pręcedentibus est liquida In secunda diffinitione ponitur tāq̄ partes principales sui propter hypotheticas segregādas quæ habēt ista tanquam partes minus principales.

Contra ista argumentor, vellē me esse in paradiso est ꝓpositio cathegorica, quia nō est hypothetica, & est propositio. Omnes enī assentiunt mihi illam proferenti, ergo ipsa est vera, & tamen non est oratio indicatiui modi, igitur. ¶ Eodem modo argumentabor de hac, sitiens libēter biberet cui singuli assentiūt ¶ Et in petitionibus euclidis a puncto ad punctum lineam rectam ducere, per orationes infinitiui modi, vt secundo Æneidos.

Hinc semper vlixes
Criminibus terrere nouis hinc spargere voces
In vulgū ambiguas & q̄rere conscius arma.

Ac per dictionem imperandi modi Iohannis secūdo. Soluite templum hoc & in tribus diebus excitabo illud. ¶ Similiter mox fecero, tēpus subiunctiui modi haud illepide pro tempore indicatiui respondente ponitur.

Secundo argumentor, hæc diffinitio conuenit alijs a diffinito, ergo non est bona, antecedens patet, conuenit huic, sortes currit & plato disputat, igitur.

Tertio, a significans tantum q̄tum homo est animal, est propositio, & tamen hęc diffinitio non illi conuenit. ¶ Idem est de circulo ante tabernam.

Ad primum, nego antecedens, nec ipsa est vera, de virtute sermonis, capitur loco istius volūtas mea est vt sim in paradiso, modo illa est propositio. Alię apud oratores loco ꝓpositiōis ponunt, soluite tēplū hoc, soluetis tēplū hoc sensum ꝓpositiōis sub velamīe fodies, at explanatio propositionē a non propositiōe separabit. Tales ergo distinguere potes, quia vel verbum imperandi optatiui & subiunctiui modi capitur vt iacet, & sic nō est propositio, vel loco indicatiui ponitur, & sic ē propositio, sed hoc non est de virtute sermonis logicalis. Similiter tertio in exemplo & in petitionibus euclidis dicatur, a puncto ad pūctum rectam lineam ducere intelligitur contingit aut potes, non eo inficias tamen infinitiuū crebertime ꝓ pręterito imperfecto īdicatiui vt freq̄nter apd' Salustiū in iugurtha & alios historiographos oratoresq̧ locari posse.

Ad secundum, nego antecedens, & ad probationem iterum nego antecedens, copula enī pricipalis illius nō est de indicatiuo mō.

Ad tertium, negetur minor, & ad probationem distinguo copulam non esse de indicatiuo modo, aut in sua mētali cui subordinatur & sic nego, modo hoc ad propositionem sufficit, aut vt iacet explicite cōcedo. Et sic de circulo ante tabernam pendente (qui est ꝓpositio scripta significans tantū sicut hæc in hac domo vinum venditur) dicatur. Ad propositionem ergo esse cathegoricam sufficit subordinatio ad mentalem habentem subiectum prędicatum & copulam.

Circa ista dubitatur, an lapis ad extra sit propositio.

Secundo dubitatur, quid est propositio de actu signato.

Tertio, dubitatur quid est propositio de est tertio, & secundo adiacente.

Quarto, dubitatur quę est propositio de modo loquendo consueto & inconsueto.

Quinto, dubitatur an pars propositionis sit propositio.

Sexto, dubitatur an sit aliqua propositio sine verbo.

Septimo, dubitatur quid est ꝓpositio vera, falsa, possibilis, impossibilis, & necessaria.

Ad primam dubitationem respondetur affirmatiue, patet de parte lapidis in qua ingenuorum epithaphia trahuntur. Sic argẽtum aurumq; est propositio, dummodo ipsum instar attramenti scripture protrahatur, & sic propositio scripta est mille passibus longa, patet de filo glomerato filum venale representante.

Ad secundam dubitationem respondetur, propositio de actu signato est ea cuius copula aut principalior pars prędicati est verbum secundę intentionis, vt homo supponit pro homine, animal est significans animalia.

¶ Opposito modo, propositio de actu exercito diffinitur, & dicitur propositio de actu exercito, quia veritas propositiõis de actu signato per eam exercetur, vt capta hac animal prędicatur de homine exercetur per hanc homo est animal. De talibus sortes est vel significat hominem consequenter dicatur, hæc enim distinctio propositionis est perutilis pro varijs materijs philosophię, vt subiectum & passio realiter sunt idem, capitur loco huius de actu signato subiectũ & passio supponunt ꝓ eodẽ.

Ad tertiam dubitationem dicitur, propositio de est tertio adiacente est ea quæ partẽ prędicati explicite continet, propositio de est secundo adiacente est propositio cathegorica quę nullam partem prędicati explicite habet & cum omnes partes propositionis in mente ponantur, nulla talis est in ea.

¶ Vnde dantur duę enũciationes synonime quarum vna est, de est secundo adiacente, reliqua aũt de est tertio. ¶ Secũdo infertur, nũq̃ valet ratiocinium in mente ab est tertio adiacente ad est secundum adiacens.

Ad quartam dubitatiunculam respondetur, quod consuetum est vno tempore alijs est inconsuetum & contra. Sed nunc vocamus communiter propositionem de modo loquendi inconsueto cuius prędicatum pręcedit copulam, vt homo animal est. Quando enim a tergo copule prædicatum locatur eã de modo loquendi consueto dicimus, vt omnis homo est animal bipes.

Ad quintam dubitationem respondetur affirmatiue, dummodo habeat omnia requisita ad esse ꝓpositionẽ, patet, hæc Andreas venit ad Christũ ante Petrum, quæ non est pars alterius, (& loquimur in mente) est propositio secundum aduersarios, si ei adiungatur copulatiue, Andreas fuit discipulus Iohãnis baptiste, si non vere propositionaliter significet, sicut antea cadit a sua significatione in mente. Et præterea inconueniens est ꝙ dẽtur duę orationes perfecte synonime, quarũ vna sit propositio & non altera. Addo perfecte ꝓpter tales albus currit album currit, quarum vna est propositio & non altera & tamen sunt synonime. Nec est inconueniens ꝙ verax dicat falsum in sententia partiali, vt dicendo nullus homo est asinus, dicit partẽ eius homo est asinus. & sic poterat psalmista dicere falsum, dicendo Dixit insipiens in corde suo nõ est deus, licet pro hoc exemplo dici potest ꝙ loquitur recitatiue & non assertiue.

¶ Aliorum argumentum est nullum, quia non sequitur subiectum in mente capitur disiunctiue & copulatiue, ergo equiuoce quia illud argumentum probaret illas non contradicere Asia est maior Europa, nulla Asia est maior Europa, cum subiectum vnius fiet determinate & alterius distributiue. ¶ Secundo sequitur, ꝙ vna propositio est duo contradictoria, patet. hæc non homo est animal, est hęc propositio & sua prȩiacens, modo sua prȩiacens est propositio ei contradicens, igitur.

¶ Tertio sequitur, eadem mentalis vltimata est vera & falsa, patet de hac, omnis britannus est anglus, ipsa est falsa & sua prȩiacens vera.

¶ Quarto sequitur, hæc propositio est contradictona istarum demonstrando hanc nullus hõ est animal, in qua pars contradicit toti.

Contra hæc argumentor, pars circuli ante tabernam non est ꝓpositio & habet omnia requisita ad propositionem, igitur. maior patet. vacat prędicato in mente, igitur.

Respondetur, ad hoc dicendo partes antecedẽtis incompossibiles, pars circuli quæ alicui vinum reprȩsentat ẽ propositio scripta, pars propositionis mentalis secundum intentionem est propositio, & sic potest dici secundum intentionem de voce, quę est accidens in aere. Sed de parte integrali videtur difficultas, capiatur ista scripta homo est animal, illic sunt duę propositiones, quarum vna est substantia, alia est accidens nigredo.

¶ Pro quo pono propositiones. Prima, datur aliqua pars in talibus quæ non est propositio, patet de maximo nõ sensibili vel minimo sensibili. ¶ Secunda propositio, non potest haberi magna ratio ad ꝓbãdũ partem alicuius talis esse propositionem. Sed teneo partem affirmatiuam, scripta hac homo est animal, occultata a digito supiore pte reliqua pars sufficiẽter repñsentat hoiem eẽ aĩal. Et idẽ est dicẽdũ occultata vna parte circuli ante tabernam.

Ad sextam, respondetur negatiue.

Contra, hæ sunt propositiones, cui, iesus, tum bruseus, quid multa turpe dicta, homelia diui augustini.

Respondetur, in his & similibus ex eloquentum vsu venuste subiicetur verbum; vt dixit, est, sequitur vel huiusmodi, secundũ materiam subiectam.

Ad septimam dubitationem & nouissimam strictim respondetur. ℂ Propositio vera est enunciatio ita significans sicut est a parte rei, extra insolubilia, vt deus est, vel negatiua significans nõ esse sicut est, est etiam vera, vt hõ nõ est asinus. ℂ Dicitur extra insolubilia, Iohannes dicit falsum in casu quo sola illa ꝑfesatur a Iohanne est falsa, & tamen ita est sicut illa denotat, illa enĩ seipsam falsificat. duo ergo copulatiue ad propositionem veram requiruntur. ℂ Per oppositum disiunctiue propositio falsa describitur. Et si termini sint significatiui ad significationem proprie dictã obtuitum flectimus, & non ad significationem impropriam. Non consueuimus dicere sortes est animal, significat hanc vocem sortes esse hanc vocem animal, tamen hoc in ꝑpositionibus (quarum extrema significato ꝑprie dicto vacãt) ponimus, vt buf est baf, ablata significantia proprie dicta significatũ improprie dictum prehendimus.

ℂ Propositio autem possibilis est propositio quæ sic se habet vt ita est vel esse potest sicut per eam sententia totali significatur extra reflexionem, vt omne ens est deus, omnis propositio est particularis, quarum neutra potest esse vera. Prior autem sine constantia (inter quam & vniuersalem est incompossibilitas) non infert singulares impossibiles, ante creationem mundi ita erat sicut illa vniuersalis significat quod ad eius possibilitatem sufficit.

ℂ Impossibilis aduerso modo diffinitus, vt homo est asinus. Aliqua autem est impossibilis per reflexionem, vt hęc est impossibilis secundum hanc significationem, per pronomẽ demonstrando propositionem cuius est pars: ℂ Quo fit, licet ita sit in re sicut illa significat non sequitur eam esse possibilem cũ seipsam impossibilitet vt alias latius dicemus.

ℂ Propositio necessaria est propositio sic se habens ꝙ non potest aliter esse ꝙ per eam significatur, vt omne ens est. Aliqua propositio ẽ simpliciter siue cathegorice necessaria siue necessitate consequentis, vt deus est. Alia vero est necessaria necessitate consequentie siue cõditionali vt si fortes currit fortes mouetur.

Ex quibus patet manifeste aliqua vniuersalis est necessaria cu⁹ nulla singularis illa dempta in qua monstratur deus est necessaria. De his amplius (si in mentem veniant) primo penarmenias fauentibus superis loquemur.

Cęterum sensus propositionis est propositio tenebras alterius elucidans. At ille est bifurcatus, quidã est sensus quo ꝑpositio fit, quo in sensu cõmuniter loquẽtes ea vtuntur Alius est sensus quẽ facit de rigore logices, hi gemini sensus interdũ cõspirãt, interdũ discrepãt, iunior logicus suę artis rigorẽ obuijs vlnis amplectat. Posthac maiunior fact⁹ moralĩ logica vtatur, dicẽte doctore gẽtiũ cũ fui paruulus loqbar vt paruulus factus nunc senex euacuaui ea q̃ paruuli fũi. ℂ Demũ ꝑpositio plures est ꝑpositio equoca vel multe ꝑpositiões incõiũctim sumpte, ꝑpositio equoca in ordĩe ad vnũ ei⁹ sensum ẽ vera, sicut oẽ equocũ est vniuocũ vt in anprędicamẽtis liqbit.

De subiecto propositionis.

Subiectum propositionis est terminus de quo pręedicatum dicitur. Et prędicatum est terminus qui de alio enũciatur. Copula vero est verbum hoc cum illo connectens.



Vnquã obliquus sol⁹ potest esse alterũ extremũ in sensu cõposito respectu verbi personalis modi finiti, hominis est asinus, vnum extremũ est ens hominis. Quare has concedas in freto non sunt pisces in cœlo non est deus.

Verum quãdo adiectiuum in recto a parte prędicati habes tales distingues, penes hoc quod pro substantiuis subiecta sibi vendicant vel transcendenter capiantur, vt clericus est magnus, essentia diuina est generans, tantum Iohannes est regens, tantum Bertha est alba, iste nasus est tuus, demonstrando nasum canis tui sub mensa ossa rodentis. Si tuus habeat ly nasus pro substantiuo, ipsa est falsa Si substantiue capiatur loquendo vt plures vt tantum valeat sicut tua res, ipsa est vera. Sic hanc distingues iste pater est tuus, demonstrando equum tuum qui alium genuit

existentem. Simili et hanc distingues Christus incœpit esse, vel incipiēs esse habeat Christus pro substantiuo vera est, si transcendenter sumatur vel absolute loquēdo nullatenus concedatur, ab his quæ pias aures offendunt abstineto, catholicum sensum explana, vt neminem scandalises, sic hanc distingues, tātum creatura est bona loquendo de bono partici/patiue, quia creaturę suam bonitatem a creatore suscipiunt, sic hic exercitus est rotundus.

Cæterum quando propositio obscurior tibi proponitur suam equiualentem dabis, si potens in significando, si non poteris in consequendo, vt plures sunt non videntes q̄ videntes Non videntes est subiectum, prędicatum plures quam videntes. Plures sunt asiatici quam affri. Asiatici est subiectum plures quam affri prędicatum. Elephantum vidit indus, inibi indus est subiectū, videns elephantum prędicatum. Solus obliquus respectu verbi talis non potest esse extremum. In anthiochia ferie primo dicebantur christiani, christiani subiectum, erāt copula, dicti primo in anthiochia ferie ē pędicatū. Subiectum loquutionis hic est pręd catum. Subiectum loquutionis copulam præcedit, interdum cum subiecto enunciationis coincidit, nonnunquā vero idemptificatur cum prædicato propositionis, aut eius parte, attamen subiectum distributiōis interdum a subiecto propositionis segregatur vt hic cuiuslibet hominis oculus est dexter, vbi subiectum distributiōis est pars subiecti enunciationis. Hoc de subiecto hic curamus de illo vero in sillogismis, vnde fit, non sequitur hoc est subiectum distributionis, ergo hoc est subiectum. In hac quoq; fortes tepudaret, vt iacet, subiectum nullum est, extra propositionem nec subiectum, nec copulam offendes. Si verbū historiographorum more vice præteriti imperfecti capiatur dantur extrema cum copula. In talibus in sequana nō sunt pisces, potes indifferenter tuo pro arbitrio capere entia in sequana pro subiecto aut terminum pisces.

Dubitatur de aliquarum propositionum extremis scilicet nihil est homo quin ipsum est animal, me tædet vicī, regem aduenisse vrbem referunt. Iohannes amatur, qui autem negauerit me coram hominibus negabo eum coram patre meo qui in cœlis est, placet mihi bibere, a Iohanne legitur, Matheum legitur, psalmos enrante legendū, q̄ homo currit est bonum, oportet studentē parere magistro, animal omnis homo currit, necesse est hominem esse animal, datur primum instans esse rei, ecce mater currit, non est verosimile q̄ fortes sit albus, non est vis, diu est q̄ tu studuistis Domine nō sum dignus vt intres sub tectum meum, non est verius contradicere q̄ toti propositioni negationem pręponere.

Respondetur, de prima data sua equiualente quæ est ista, nulla res est homo quę nō sit animal, facilia sunt extrema. Ad secundam verbum impersonale more grammaticorū habet accusatiuum pro supposito, proportionabiliter dicatur in istis, regis interest, mea refert, artista resoluat has & similes, tædet aīam meam vite meę, me tędet vitę, ego habeo tędium vicī & omnia clarescunt, sub verbo referunt, in tertia subauditur homines. In quarta Iohannes amatur a deo vel a vicinis secundum materiam subiectam, vbi Iohannes est subiectū, est inclusum in verbo copula, & participium verbi cum sequela prędicatum, capiendo participium pręsentialiter & passiue, nō q̄ amatus sit participium præteriti temporis, nam hæc est vera Iohannes est amatus a vicinis. Iohanne mortuo ratione ampliationis a participio, ista tamē ē falsa Iohannes amatur propter non suppositionem subiecti. In quinta, ego Christus erit subiectum prædicatum hoc totum negans eum coram patre meo, qui autem negauerit me coram hominibus; Ad octauam respondetur melius diceretur, Matheus legitur. Si more multorum ponatur impersonale passiuæ vocis posse regere casum sui verbi, nulla est difficultas dando equiualens de extremis. In nona, bonum erit subiectum in calce. In vndecima subiectum est hoc totū animal omnis homo. In decima quarta, ecce est aduerbium suspensiuum & sequitur propositio. De antepenultima dicitur, licet ipsa non sit culta, licitum tamē est artiste ea sicut alijs suo more vti, quia circa lepidum & illepidum sermonem non versatur, si circa hoc inter argumentandum negotiaretur argumenti molem tenuiter duceret, dicitur, capiatur suum equiualens quam propinque fieri potest, vt multum temporis præterit postquam tu studuisti & tunc facillimum est illius extrema assignare. In antepęnultima est oratio suspensiua, pausa erit post dn̄e, & reliquum est propositio. Vltima est oratio truncata ad vnam aptam reducatur, vt pote nemo verius contradicit quam pręponendo negationem toti, & tunc haud difficulter dabis extrema. In ista ita est q̄ homo est asinus, capę equiualens, verum est q̄ homo est asinus vbi verū est subiectū, & hō est asinus p̄dicatū reliq̄ aut paruæ sunt, aut ex dictis eluuntur te

ſoluendo extrema per equiualētiam eam ob rem vos non amplius immorabor.

De extremis propositionis cathegorice.

Virtus ſigni in vno extremo exhauſta ſecum pars efficitur.



VT omnes in hac omnes apoſtoli dei ſunt duodecim pręciſe confundit copulatim apoſtoli dei, ergo efficitur pars extremi cū illo. Porro omne ſyncathegoreuma cuius virtus vltra extremum (cui additur immediate) haud progreditur efficitur pars illius extremi, quare ſigna particularia & pronomina demōſtratiua ſunt partes ſubiecti, ratio eorum virtus in principaliori eius parte eſt penitus exhauſta ¶ Ex quo patet negationem infinitantem eſſe partem extremi cum termino ſuper quem cadit, quia virtus eius vltra terminum infinitatum non progreditur. ¶ Secūdo ſequitur per locum ab oppoſitis omnis nō eſſe partem extremi in iſta omnis homo eſt animal, non ſolum cōfundit ſubiectum verumetiam ipſum prædicatum.

Contra iſta argumentor, ex dictis ſequitur hanc non eſſe particularem aliquis homo eſt ſtrus, conſequēs eſt falſum, ergo & antecedēs. Conſequentiam retexo, virtus ſigni particularis vltra terminum propinquum nō extenditur, ergo eſt pars ſubiecti, ergo totum ſubiectum particularitate non quantificatur. Secundo, iſta non erit ſingularis iſte homo currit, cū pronomine non cadit in ſubiectum, quia non in totum ſubiectum.

Tertio, omnis erit pars ſubiecti in iſta omnis homo eſt ſortes, & ſic non erit vniuerſalis, aſſumptum patet. confuſio pręciſe cadit in terminum homo.

Quarto, negatio erit pars copule in iſta homo animal non eſt, cum virtus eius pręciſe cadit in copulam.

Ad primum nego ſequelam, ſat eſt ad particularitatem φ ſignum particulare in potiorem partem ſubiecti cadat. Non valet dicere aliquorum more facit prędicatum competere ſubiecto pro vno particulari ſuppoſito ſicut pronomen demonſtratiuum facit prædicatum competere ſubiecto pro vno diſcreto, quia ſic diceretur ſignū collectiuum facere prædicatum cōpetere ſubiecto pro omnibus ſuis ſuppoſitis copulatim.

Contra iſtud argumētor, ergo iſte nō contradicūt quilibet homo currit & quidam homo non currit, quoniam non componuntur ex eiſdem extremis.

Reſpondetur, nego conſequentiam, ſufficit partes principaliores ſubiecti eſſe ſynonimas, & non requiritur ſynonimitas totius ſubiecti ad contradictionem, quemadmodum non requiritur ſynonimitas copularum, vt in modalibus patebit.

Ad ſecundum reſpondetur, perinde ſicut ad primum.

Ad tertium nego ſequelam, confundit tempus importatum per copulam. ¶ Secundo dicitur ſatis eſt ad ſignum quantificās non eſſe partem extremi eo in loco poni quo in multa cadere poteſt hoc eſt ante copulam.

Ad quartum nego cōſequentiam, cū copulam anteeat vigor eius eſt natus in copulam & prędicatum progredi.

Et adhuc pro ſęcundiori intelligentia pono propoſitiones quarum prima eſt, omne ſignum copulæ poſtpoſitum in prædicati naturam abit, vt omnis in hac, alis eſt omnis phœnix, & non omnis in iſta, ardea eſt nō omnis auis, & nullus in hac ſortes eſt nullus homo, quę in has conuertētur φ eſt omnis phęnix eſt ales, & φ eſt non omnis auis eſt ardea & φ eſt nullus homo eſt ſortes.

¶ Secunda propoſitio, ſignum inſertum inter partes complexi vnica acceptione accepti cum illo complexo manet pars. Ex qua propoſitione ſequitur. Omne ſignum poſitum inter determinationem acceptam vnica acceptione cum ſuo determinabili ſecum partem efficit. exemplo hoc detegamus vt aſia cuius medietas eſt affrice par eſt medietas orbis, totum illic pręcedens copulam eſt ſubiectum. Sic hic oē pręcedens mouetur eſt ſubiectum, ſortes qui nō currit mouetur, ſic hic aſinus cuiuſlibet hoīs currit, aſinus nullius hoīs mouet.

¶ Tertia propoſitio negatiua, in nullo alio caſu ſignum quantificans ante copulam ſecūdū vulgarem ritū concipiendi eſt pars extremi, quare in iſtis. hominis quilibet aſinus moue/

tur, hominis nullus asinus mouetur signum vniuersale non est pars subiecti, non tamē eo inficias nos posse limitare aliquem terminum in vnum extremum cadentem ob specialem causam ne sit pars extremi, vt a homo nō est animal, omnis homo est b animal vulgaribus in casibus oppositionū. Licet possibiliter cadat in extrema quo ad ampliationē & non quo ad variationem suppositionis pars copule nihilominus efficitur. Idem est si suppositio varietur de per accidens ratione ampliationis vt sortes ymaginarie est plato, vbi ymaginarie est pars copule & plato secundum multos supponit determinate.

Contra tertiam propositionē sic argumentor, omnis in hac omnis dachus est cādidus, est pars illius propositionis & non prędicati nec copule, ergo est pars subiecti.

Respondetur, hanc illationem inficiādo, est pars signi subiecti copule & prędicati ī sensu copulato, & tamen nullius eorū est pars nec duum neutrium.

De determinatione accepta vnica.

Determinatio accepta vnica acceptione cum suo determinabili est determinatio determinabile sequēs vel ipsum antecedens inserta inter adiectiuum determīabilis & ipsum determīabile.



Ex quo patet bipharian determinatio accipitur vnica acceptione cum suo determinabili vno modo quando determinabile determinatio sequitur, vt asinus hominis currit, differens ab ente nihil est, dictio regēs est determinabile, & recta determinatio. Ex quo fit, determinatio capitur actiue pro notione determinante. Exemplum secundi, vt quilibet hominis asinus currit, quę equiualet huic quilibet asinus hominis currit. ℂ Ex his sequitur alicuius propositionis cathegorice subiectū est determinatio accepta non vnica acceptione & tamen per additionem signi fit determinatio accepta vnica acceptione, patet hominis asinus in hac, hominis asinus est animal est determinatio accepta non vnica & addendo quilibet vel nullus fit determinatio accepta vnica. ℂ Secundo sequitur, nō est idem addere negationem adverbialem, & nominalem, patet in his duabus nō hominis equus est in stabulo, & nullus hominis equus est in stabulo. ℂ Tertio patet, hāc hominis asinus non est asinus non esse subalternantem huius nullus hominis asinus est asinus, sed hanc asinus hominis non est asinꝰ, modo illę duę indefinite longo interstitio inter sese discrepant. ℂ Vlterius dicitur, quādo est adiectiuum eiusdem casus cum determinabili non refert siue a tergo siue a fronte locetur, vt candidus olor, cignus lacteus.

Ex dictis liquet quid est determinationem accipi non vnica, hęc duo copulatiue essentialiter agitat primo determinationem determinabile anteire, & preter hoc eam haud interdum inter adiectiuum determinabilis & ipsum determinabile. ℂ Ex quibus euidenter infertur non dicitur determinatio accepta vnica acceptione cum suo determinabili quia partes accipiuntur secundum eandem suppositionis speciem, vt patet in istis. equus Iohannis pascitur, asinus cuiuslibet hominis currit. Sed quia est vna acceptio totius, & obtuitus nullus ad partes habēdus est, ac ꝓ vno termino reputanē. ℂ Sequitꝰ etiā eundē terminū esse determinationem & determinabile respectu diuersorum, patet hic. sortes videns polum speculatur, in qua videns est determinatio quia epitheton huius termini sortes, & determinabile respectu huiꝰ termini polum, quia dictio regens. Eodem modo hic Sampson est homo fortior Pumilione.

De signo quantificante.

Signum quantificans est signum cuius appositio subtractiove quantitatē variat.



Vt hoc signum omnis, Omnis homo currit est vniuersalis quo subtracto reliquum est propositio indefinita, quantificans enim non dicit actum sed aptitudinem tantum valens sicut quantificatiuū.

Contra hanc diffinitionem argumentor sic, probando istum terminum albus esse signum quantificans per istam diffinitionem, & ita de quolibet termino mundi, quia ipso posito vel remoto variatur quantitas, ꝙ sic ostenditur, capta ista propositione homo albus currit, quę est indefinita, remoueatur iste

terminus albus, iam probo quod variatur quantitas, nam hæc propositio variatur (quia ad variationem partis variatur totũ) & hęc propositio est ista quantitas, ergo ista quantitas variatur vel ratiocinemur de subiecto.

Respondetur, quãtitas mutatur, vt argumentum probat, sed non mutatur quantitas, quia per suam cõtradictoriam denotatur quod propositio nõ denotatur simili quantitate quãta, quali prius, quod est falsum in casu argumenti, quia quemadmodum propositio prior est indefinita, ita posterior.

Contra hoc argumẽtor, sequitur istũ terminum sortes esse signum quãtificans, cõsequens est falsum, ergo & antecedens. falsitas consequentis liquet probatur consequentia quia ipso addito vel remoto variatur quãtitas, vt patet hic, homo currit est indefinita, homo sortes currit est singularis.

Respondetur, ei non conuenit diffinitio propter defectũ generis definiti, quia per signum intelligitur sincathegoreuma, uel ex/plicite vel implicite, implicite addo ppter re/plicã quam faceres de isto termino nihil aut nemo.

Contra hanc solutionem argumẽtor, quia per illam expositionem sequitur nega/tionem infinitantem esse signum quãtificãs, consequens est falsum, ergo & antecedens. probo consequentiam, quia est syncathegoreu/ma, & ipso posito vel remoto variatur quãti tas, hoc declaraĩ, ista est singularis sortes cur/rit, addamus negationem infinitantem dicẽdo non sortes currit, illa est indefinita, parisfor ma aliud a platone disputat est indefinita, nõ aliud a platone disputat capiendo negationẽ infinitanter est singularis, solus plato est non aliud a platone.

Ad hoc argumẽtum respondetur dupliciter. ❡ Tum primo, debet intelligi varia/tur quãtitas respectu termini communis, modo non est sic in proposito, quia nõ homo currit est indefinita, tollatur negatio infinitans adhuc residuum est propositio indefinita.

❡ Tum secundo dicitur, hoc non est pręcise propter additionem negationis infinitantis, sed propter termini cathegoreumatici commu/nis in forma vel in valore additionẽ, quia nõ sortes tantum valet in consequendo sicut ens quod non est sortes. ❡ Etiã n signum quantificans quãtitatem mutat absq; hoc quod sit pars extrem secũdum communiter loquẽtes, vel non facit extremum pro alio accipi quam ac/ciperetur illo remoto signo, sed differenti modo, vt patet inductiue. Et per primam solutionem soluitur vnum argumentum quod fieri potest ad probandum notam materialitatis esse signum quantificans, quia illa est singularis sortes currit, ista indiffinita ly sortes currit quando mutatur genus suppositionis. Etiam in eodem verbo potest solui aliud argumentum quo probares relatiuum idemptitatis esse signum quantificãs, quia ipso posito vel remoto variatur quantitas propositionis vt patet hic. homo est sortes, & homo mouetur secũda cathegorica est indefinita. addatur istud relatiuum ille sic dicendo homo est sortes & ille hõ mouet secũda cathegorica est singularis vt patebit in relatiuis, sed hoc puenit ex ter/mino singulari prioris cathegoricę. hoc sic dinoscitur quia si mutetur terminus descretus ĩ communem secũda cathegorica semper ma/nebit indefinita.

Contra priorem solutionem argumẽtor, est solutum, hæc est indefinita non sortes currit, hæc autem est singularis non nõ sortes currit, ergo negatio infinitans variat quantitatem respectu termini communis.

Respondetur, hoc argumentum iam iã in valore, est solutũ sed cũ ẽ formatũ vltra relata adhuc dico, concesso antecedẽte distinguo consequens, vel precise respectu termini communis, nego, vel etiam respectu termini singularis concedo, signum quantificans ter/mino singulari additum quantitatem mutat nunquam.

Contra omnia ista argumentor, sequeretur signum exclusiuum esse signum quan/tificãs, patet hic. tantum platonem vidit homo, ipsa nũc est vniuersalis, deposito signo exclusiuo ipsa est indefinita. ❡ Cõceditur illatũ, nec ipsum est inconueniens. Vel dicere potes signum quantificans mutat quantitatem re/spectu termini communis propinqui, quod tibi magis placet accipito, quia non est magna vis. ❡ Ex hisce colligitur diffinitio signi quãtificantis. Signum quantificans est syncathe/goreuma variatiuum quãtitatis respectu termini communis. vt patet de pronomine demonstratiuo, signo vniuersali & particulari.

Ex quo infero propositiones, prima licet duo signa particularia nõ reddunt propositionem vniuersalem, duo tamen vniuersalia signa propositionem particularisant. Prior pars patet hic, aliquis vel aliqua homo currit. Secunda pars patet hic, non omnis dachus est albus ❡ Secunda propositio ex illa partim sequens, licet signum vniuersale particulariter

quantificet propositionem, tamen particularem nunquam totaliter quantificat, patet ista est vniuersalis omnis homo currit, negatio superueniēs particularem causat. posterior pars est nota.

Sequitur breuis epilogę signi quantificantis. Signum quantificans respectu cuiuslibet termini communis quantitatem variat. De signo vniuersali particulari res non est cęca. Pronomen demonstratiuum respectu cuiuslibet termini communis quantitatem mutat, quod non facit negatio infinitans. Nō homo currit est indefinita veluti hæc homo currit, & rursus non non homo currit indefinitę limites ingreditur, sed ob mutationem termini communis in singularem, aut contra quantitatem de per accidens variat. Huic assertioni tres ꝓpositiones testimonium prębēt, Sortes currit non sortes currit non non Sortes currit, quarum extreme sunt singulares, mediaq; indefinita.

De diuisione propositionis cathegorice penes quātitatem.

Item propositionum cathegoricarum quædam vniuersalis quædam particularis, quædam indefinita, quædam vero singularis.



Vacunq; propositione cathegorica data sub vno istorum mēbrorum continetur, ex parte subiecti hic quantitatem artifie considerāt, in formalitate propositionum quantitatem ex parte prædicati non negligunt.

Contra hanc diuisionem argumentor sic, diuisum excedit membra diuidentia, ergo diuisio mala. antecedens patet, diuisum verificatur de hac, cuiuslibet hominis asinus currit, & nullum membrorū diuidētium, quia qua ratione erit vniuersalis respectu termini distributi pari ratione erit indefinita respectu termini cōmunis non distributi, igitur.

Secundo, omnis diuisio debet esse bimembris, at illa non est bimembris, ergo illa non est bona.

Ad priorem rationem bipharium respondetur. Vno modo illa est indefinita, subijcitur terminus communis sine signo quantificante subiectum. ℂ Alio modo & facilius dicitur, diuisum non est propositio cathegorica, sed hoc complexum propositio cathegorica simplicis quantitatis. Propositio enim cathegorica diuidit in ꝓpositionē simplicis quātitatis & mixte quantitatis In num ero secūdarū est ista, & rursus propositio cathegorica simplicis quantitatis diuiditur. ℂ Contra hanc solutionē argumentor, ista non est mixte quātitatis quilibet asinus hominis currit, & tamē vna pars subiecti distribuitur & alia non distribuit, ergo nec alia. ℂ Similiter nec hęc Sortes vel homo currit, ergo nec alia. ℂ Respondetur consequentia est nulla, subiectum in illis potest accipi vnica acceptione, ita ꝙ verificatio vel falsificatio prouenit a totali subiecto cui debetur vna suppositio. Secus est de ista cuiuslibet hominis asinus currit, cuius veritatem aut falsitatem per vtrunq; terminum mensuramus. Et ita hic omnis homo vel asinus currit, Si prior pars solum distribuat, vel hic oīs homo vel omnis asinus currit, ergo hæc est mixte quantitatis hominis quilibet asinus currit cum subiectum accipitur non vnica acceptione, cui non debetur vna suppositio veritatis aut falsitatis eius mensuratiua. ℂ Sed cōtra istud argumentor probando hoc totū asinus hominis non distribui in hac quilibet asinus hominis currit. patet, hæ partes non distribuuntur, & hæ partes sunt hoc totum, ergo hoc totum non distribuitur. Consequētia tenet cum maiore, & minor patet, tenēdo totū esse suas partes. ℂ Respondetur, si per ly hę partes demonstras illos duos terminos & eodem modo in minore. Concedo præmissas esse veras, sed male concluditur. Debes enim sic inferre, hoc totum non est hæ partes distributę. ℂ Præterea argumentor, probando subiectū huius distribui cuiuslibet hominis asinus currit. Nam subiectum est terminus vnicus complexus, ergo ei debetur vnica suppositio, non determinata, non discreta, nec confusa tantū, ergo distributiua ℂ Respōdetur, hoc argumētum ex dictis est solutum. ℂ At dicis hac via hypotheticis debetur quantitas ℂ Respondetur, non sequitur. Tum quia non est artistarū vsus. Tū qa tūc esset creberrima mixtio quātitatis, triplex, q̄druplex, aut aliter multiplex, ista nō est crebra (cōparatiue) in cathegoricis.

Ad secundum respondetur, omnis diuisio ad minus habet duo membra, alias nō est diuisio. Secūdo, potest ad bimembrem reduci, vt omnis ꝓpositio cathegorica est vni

uersalis, aut cathegorica non vniuersalis, vel omnis propositio cathegorica est de subiecto communi aut singulari, sed quia in hac redu ctione est fatiga priorē solutionē amplectere.

De propositione vniuersali par ticulari, & indefinita.

Propositio vniuersalis ē illa cuius sub iectum distribuitur. ¶ Propositio par ticularis est illa in qua subijcitur termi nus communis signo particulari aut particularibus determinatus. ¶ Pro positio indefinita est illa in qua subijci tur terminus cōmunis sine signo quā tificante.

Signa vniuersalia sunt hæc, ois, nullus, nō, nemo, nihil, neu ter, vterq; & quilibet ex artifia rum vsu quicquid oratores di cant & similia. ¶ Signa particu laria sunt, aliquis, quidam, & aggregatum pa rium signorum vniuersalium particularē pro positionem reddit.

Contra istam diuisionem argumētor sic, diuisum excedit membra diuidentia, ergo partitio nulla, antecedens patet, de hac omis homo vel asinus currit.

Respondes, si vel inter propositiones coniungat eam esse hypotheticam, & nō quā tam vt superius diximus, si enim cathegorica excitierit eam distinguis, vel totum disiunctū distribuitur perinde ac si esset terminus incō plexus & sic est vniuersalis. Si priorem partē solum signum mobilitet est mixte quāuitatis.

Contra hoc argumētor, aliquid inter seritur inter totale subiectum & signum etiā capax distributiōis, patet de termino homo, ergo illud totum non distribuitur, tota distri butio signi vniuersalis affirmatiui terminatur in cathegorema propinquum ¶ Tum secū do, non distribuit illum terminum asinus, qa mediate sequitur signum, ergo non distribuit illud totum.

Respondetur, negādo terminum ho mo esse viciniorem signo quam illud disiun ctum, cuspis lanceæ parietem tangentis & lan cea sunt parieti eque immediata.

Contra hoc argumentor sic, illud dis iunctum immediate sequitur signum & est ca pax distributionis, ergo semper distribuitur, ergo inanis est distinctio data.

Respōdetur intellectum posse ex sua fœcunditate ferre virtutem signi in totū aut in eius partem cum immediate signo obijciāt. ¶ Ad aliam obiectionem cōcedo antecedēs, consequentia negata, homo vel asinus distri buitur & asinus stat confuse tātum, sicut duo termini discreti disiunctim sumpti suppositio nem communem edificant, sic suppositio di stributiua & confusa tantum integram distri butionem efficiunt.

Secundo argumentor, sequeretur hāc esse vniuersalem non omnis homo currit, consequens est falsum, & q; sequatur, patet sic. omnis propositio cathegorica cuius subie ctum distribuit est vniuersalis, sed hæc est hu iusmodi, ergo est vniuersalis, consequentia est in darij, maior apparet per diffinitionem vni uersalis propositionis, & minor probatur, hoc subiectum in hac omnis homo currit (quę est pars istius non omnis homo currit) distribui tur, & hoc subiectum in hac omnis homo cur rit est subiectū in hac non ōis homo currit, er go subiectū ī hac nō ōis hō currit distribuit.

Tertio argumentor, de hac quasi qui libet homo currit, quæ non est vniuersalis, cū subiectum non distribuitur pro quolibet ho mine, & non est alterius quantitatis, igitur.

Quarto, probatur idem assumptū de hac, omnis aliquis homo currit admittendo illam propriam vt aggregatum signorum ca dat in simplicem terminum, qua enim ratio ne est vniuersalis eadem ratione vel pari est particularis.

Ad secundum respondetur, aliqui te nent nullam propositionis partem esse propo sitionem, pro nūc hoc supponitur esse falsum vti superius in vna dubitatione meminimus Dicimus enim quicquid separatim est propo sitio in suo toto tale manet. Argumentum assumptum non valet ad probandū q; inten dit, quia non distribuitur a signo quantifican te illam propositionem. Nec sequitur, distri buitur a parte illius signi, ergo a toto ratione totius, quia aggregatum duorum signorum vniuersalium particulare reputatur.

Ad tertium respondetur, ipsa est vni uersalis licet terminus homo non distribua tur pro quolibet suo supposito, vt patet de istis vterq; homo currit, qualibet homo preter christicolam est ethnicus, omnis homo alius ab istis disputat, omne ens est cōtentum in cę lo immobili vt sit distributio accommoda.

Ad quartum respondetur, aliqui di

runt eam esse mixte quantitatis propter argumentum assumptum, sed illud est falsum. Signum enim particulare non potest impedire signum omis quin distribuat totale subiectū. propterea ipsa est mere vniuersalis, nec me diano syncathegoreumatis impedit distributionem signi vniuersalis. Nec propterea cogeris dicere hāc iste vel aliquis homo currit esse singularem, nisi vis pronominis esset efficacior quam signi particularis, cuius quantitas solutioni date est impertinens. Potes eam dicere si voles mixte quantitatis, aut indefinitā si mēbra multiplicare non placet. Verum quum tales videntur improprie (si non mentaliter cathegoreuma bis ponatur, vt dicendo iste homo vel aliquis homo de quarum quantitatibus a nemine tunc ambigeretur) de quantitate indaganda non amplius insisto.

Quinto idem assumptū patet de prę iacente istius omis homo est animal, in qua subiectum distribuitur, ergo non est indefinita, & non est alterius quantitatis, igitur. ❡ Item est indefinita, ergo subijcitur terminus communis sine signo, quod est falsum.

Sexto patet idem assumptum de hac tantum animal est homo, quia enim super subiectum cadit signum, ipsa non erit indefinita, & non est alterius quantitatis, igitur.

Septimo argumentor de hac, Sortes non vel Plato currit, totum subiectum non distribuitur cum non sequatur signum vniuersale. & per consequens non est vniuersalis, & nō est alterius quātitatis, igitur.

Octauo argumentor de his nō homo currit, omēs apostoli dei sunt duodecim,

Ad quintum respōdetur, illa pręiacēs est indefinita, & nō inconuenit indefinite subiectum distribui a signo non quantificante illā. Et satius est dicere quantificante illam quam a signo quod est pars illius, quia subiectū huius non omnis homo currit distribuitur a signo, quod est pars istius. Similiter ly non quātificat secundam cathegoricam huius copulatiue nō homo est animal & deus est, & tamē diceretur non est pars illius, sed totius hypotheticę. ❡ Quo fit, eadem propositio mentalis vltimata est vniuersalis & indefinita, capiēdo ly & complexiue, quia illa vniuersalis est hæc vniuersalis & sua præiacens, sicut propositio negatiua est propositio negatiua & affirmatiua ❡ Secūdo patet, sub subiecto indefinite possumus copulatiue gratia forme discendere, in quā prædicatum non est subiecto synonimū. ❡ Ex eodem fonte patet, subiectum vniuersalis supponere determinate. Procede ad identitatem suppositionis discrete cum determinata & confusa vt in talibus videre est, nō iste homo currit. ❡ Ad aliud obiectum concedo subijcitur terminus communis sine signo pręiacentem quantificante.

Ad sextum, dicitur illa est indefinita, cum super subiectum non cadit signum quātificans. Et per hoc potest solui argumentum de ista, homo quilibet currit quæ (licet secundum oratores & poetas capiatur loco vniuersalis secundum illud Virgilianum conticuere omnes &c.) est indefinita, cum super subiectū non cadit signum quantificans Idem enim est quo ad quantitatem habere signum nō quātificans & nullū habere signum. Si tamē subordinetur huic mentali quilibet homo currit, sic concipiendo erit vniuersalis, & tunc dico, licet in forma signum cathegoreuma sequatur in voce, in valore tamen præcedit, elige quod malles. ❡ Sed contra priorem solutionem ar/gumentor, in hac homo quilibet currit, ly quilibet est signum vniuersale, ergo est signum quantificans. ❡ Respondetur, concedo antecedens cum consequente, sed non est signū quātificās illā, homo quilibet currit.

Ad septimum respondetur, illa est vniuersalis. Probatio. Hæc est vniuersalis, nō Sortes vel Plato currit, ergo & altera, quia in singularibus non refert pręponere aut postponere negationem secundum philosophum. ❡ Sed dices, hoc est verum quo ad suppositionem singularis. ❡ Dicimus etiam, hoc est verum quo ad suppositionem totius quādo partem potiorē totius signum pręcedit. ❡ Vnde fit, negatio distribuit terminum non sequentem se, sat est potiorem termini partem negationem sequi. Secus est de hac, Sortes vel non Plato currit, quæ est indefinita.

Ad octauum respondetur, si non capiatur neganter ipsa est vniuersalis, si vero infinitanter ipsa est indefinita. Et si omnes in altera collectiue capiatꝰ ipsa est indefinita, si autē distributiue, est vniuersalis. ❡ Contra hoc argumentor, ex illo sequitur membra diuidentia coincidere, consequens est falsum, igitꝰ. Etiā sequitur, hæc propositio est vniuersalis, ergo subijcitur terminus communis cum signo & est indefinita, ergo subijcitur terminus com/munis sine signo, sed ista consequentia repu/gnat, ergo non stat eandem propositionem esse vniuersalem & indefinitam. ❡ Ad prius istorum dicitur, membra diuidētia coincidūt materialiter, & in supponendo non autem for

maliter. ¶ Ad aliam obiectionem negetur secunda consequentia, quia consequens includit negationem, oportet inferre inquantum est indefinita. ¶ Ex his patet. hæc est distinguenda non sortes currit si non capiatur neganter, sic est singularis. Si infinitanter sic est indefinita.

Contra hoc argumentor, bene sequitur hæc propositio est indefininita, ergo subiectum est terminus communis & est singularis, ergo subiectum est terminus discretus. Sed idem subiectum non est singulare & commune, ergo eadem propositio non est singularis & indefinita.

Respondetur, eadem propositio diuersimodi rapta geminum sortitur subiectum & ex illo non sequitur eundem terminum esse communem & singularem.

Nono argumentor de hac, aliquid est, quæ sub nullo istorum membrorum cōtinetur, & est propositio cathegorica, igitur.

Decimo, argumentor de secūda cathegorica huius omnis hō currit & ille mouetur.

Vndecimo, argumentor de hac, sortes & plato currit capiendo & diuisiue.

Duodecimo, argumentor de hac omnis homo & asinus currunt, in qua subiectum virtualiter est pluralis numeri quod ab adiectiuo singularis numeri distribui nequit, ergo non est vniuersalis & non est alterius quantitatis, igitur.

Ad nonum respondetur, si aliquid tantum valeat sicut aliquod ens illa est particularis, si autem teneatur pure cathegoreumatice est indefinita.

Ad decimum, dicitur secūda cathegorica illius hypothetice est indefinita.

Ad vndecimum, dicitur ipsa est indefinita vt ex dicendis in hypotheticis & logica patebit.

Ad duodecimum, respondetur concedendo illam esse mixte quantitatis copulatū complexiue sumptum in valore est pluralis numeri, coniunctio & solum inter diuersa .p/prie coniungit secundum illud Alexandrinū Iungit diuersa coniunctio significata.

Ergo nō potest illud copulatum distribui ab adiectiuo alteri⁹ nūeri, omnis populus est gēs tamen est vniuersalis.

Contra hoc argumentor sic, ex hac solutione sequitur hanc non esse vniuersalem nullus homo & asinus currunt, consequēs est falsum, totum subiectum distribuitur cum sequitur negationem, sic etiam vtraque pars eius distribuitur. ¶ Secundo prędicatum huius distribuitur, nullus homo est animalia, & tamē est alterius nūeri a signo. igitur. ¶ Tertio hæc est vniuersalis nō homo & asinus currit, ergo & alia. ¶ Quarto, tūc dabitur indefinita quæ non potest esse vniuersalis per adiectiuū vniuersale q͂ est rationi dissentaneum, igitur. maior patet de hac, homo & asinus currūt. ¶ Ad primum, concedo sequelam ad vtramuis partem distribui nō sequitur totum distribui, vt omnis homo vel omnis asinus currit, ponendo virtutē prioris signi pręcise cadere in terminum homo. Secundo, dicet quispiam nō esse idem cum signo affirmatiuo imponente distribuere totale subiectum & cum signo negatiuo quod secundario distribuit totale subiectum, cum vtramque eius partem distribuit.

¶ Ad secundum, concedo illud prędicatū distribui, etiam stando in priore parte solutiōis prefate. Adiectiuum non distribuit terminū propinquum nisi eiusdem numeri secum. Ratio est, quia est suum substātiuum, secus est de termino remoto, non tamen eo inficias terminum distribui a signo quod non est eiusdē numeri secum vt a negatione aduerbiali. ¶ Et hoc tertiam obiectionem eluit. ¶ Ad quartū nego sequelam, hæc erit sua vniuersalis omnes homo & asinus currunt.

Contra hoc argumentor, nulla pars illius subiecti distribuitur, ergo neque totum.

¶ Responsio, cōsequentia est nulla, sed de partium suppositione, & multis spicis quas post terga metentium relinquimus (si mēoriæ occurrant) in suppositiōibus indagabimus, sub rudi minerua pro tirunculis suppositionū materiam in presentia inquirimus.

Decimotertio argumētor, ista est vniuersalis nō omnis homo currit, igitur male dictum est, assumptum patet. si subiectum non distribueretur syncathegoreuma omnis sua a significatione caderet scilicet a distributione, hasce argutiolas pro iuuēculis multiplicamus quatenus ratiocinari varijs medijs erga eandem materiam assuefiant.

Respondetur, minime sequitur, distribuit partem propositionis continuo, verum an aliqua notio mētalis suo significatu orbare poterit solicti⁹ posthac sum⁹ inuestigaturi.

Circa ista dubitatur, an ista in circulo scripta sit indefinita scilicet omnis homo est animal. Et arguitur q͂ sic, hic quaternarius animal est hō omnis est indefinita, & hic quaternarius animal est homo omnis est hic quaternarius omnis homo est animal, igitur.

Respōdetur, vt o progressu est indefinita, alio autem est vniuersalis, sed ista est indefinita vbicunq; homo currit homo mouetur. In posteriore loco homo est subiectū, & prædicatum est motus in loco in quo homo currit.

De propositione singulari.

Propositio singularis est illa in qua terminus discrete acceptus subijcitur, vt Sortes currit iste homo mouetur.



Contra hanc diffinitionem propositionis singularis argumentor. Ex ea sequitur hanc esse singularem iste homo currit demōstrando brunellum, subiectum enim non singularizat ut pro brunello, cum eum non significet nec p aliquo alio, igitur.

Secūdo argumētor de hac, omne ens quod est Sortes currit. Inconuenit enim addere termino singulari immediate signum vniuersale, ergo subiectum non est terminus singularis, & per consequens propositio non est singularis.

Tertio argumentor de hac & similibus, Sortem transire ad occidētem est bonū, quæ non est singularis cum subiectum est terminus communis, igitur.

Quarto argumentor de hac, mei asini interest currere.

Ad primum respondetur, forte pronomen iste non potest cadere super terminū homo & demonstrante asinum. ¶ Secundo dicitur semper pronomē primatiue speciei singularizat terminum cui additur ad standum pro demonstrato, & non est dubium quando terminus cui additur significat demonstratū. Sed quando terminus non significat rem demonstratam denotat hoc ens demonstratum esse, id q per terminum super quem fertur pronomen significatur vt in præsentia significatur hoc existens iste homo currit. Homo currie potest verificari pro quolibet homine currente, additio pronominis verificationem singularis hominis monstrati efflagitat.

Ad secundum dicitur ipsa est singularis, nec inconuenit addere termino singulari signum vniuersale immediate quando terminus immediatus est communis sua restrictione seclusa, licet totum etiam sit terminus singularis cui immediate signum additur.

Ad tertium dicitur, si transire capiatur cōcretiue pro Sorte transeunte, ipsa est singularis. Si autem abstractiue vt tantum valet sicut trāsitio Sortis, sic est indefinita.

Ad quartum dicitur, capiendo mei priuatiue vt sit adiectiuum asini sic q non regitur ab eo est singularis. Si autem mei sit deriuatiuum huius pronominis meus, ipsa est indefinita. Hæc autem mei asinus currit est mixte quantitatis, sed hæc meus asinus currit est indefinita.

Circa hanc literam dubitatur, primo quāta est ista iste homo vel asinus currit.

Secundo dubitatur an qualibet indefinita posset esse singularis per additionem pronominis demonstratiui primatiue speciei.

Tertio dubitatur, quanta est ista, anima sancti Iohannis baptistę est in cœlo beata.

Quarto dubitatur, an subiecta istarū sunt synonyma omnis homo currit, & iste homo currit.

Quinto dubitatur, an quælibet singularis sit alicuius vniuersalis singularis.

Ad primam dubitationem respondetur. Si iste singularizet totum subiectū ipsa est singularis, nec obstitum tunc habebis ad partes disiunctī, & si singularizetur pro homine ipsa est impossibilis. Si vna pars præcise singularizetur dicimus eam indefinitā, licet enī partes diuersis suppositionibus supponāt non erit mixte quantitatis, cum totum vnica suppositione scilicet determinata supponat.

Ad secundam dubitationem respondetur affirmatiue sicut potest esse vniuersalis per additionem signi vniuersalis & particularis per additionē signi particularis. Hæc enī omes apostoli dei sunt duodecim, hoc modo fit vniuersalis omnes, omēs apostoli dei sunt duodecim, omnes in priore loco distributiue, in posteriore vero collectiue accipitur, & sic nō est tantologia. Sic etiā fit particularis, aliqui omnes apostoli dei sunt duodecim. Et subiectum istius Sortes vel Plato currit potest singularizari vnica singularizatione, perinde ac si esset vnus terminus incomplexus ad standum pro vno eorū, licet vtraq; pars stet discrete. Etiam non inconuenit subiectū stare discrete partibus eius non stantibus discrete, vt iste homo vel asinus currit singularizādo totum vbi totum subiectum supponit discrete, & tamen hoc non oportet de partibus. Instantiam contra hanc regulam darent reales in suppositione simplici sed nominalis (vt in suppositionibus dco auspice videbitur) talem nō pos

nit, niſi verba & non ſententiam multiplicare
voluerit, de ſingulari huius homo ymagina/
rie eſt aſinus (ſi quę ſit) poſthac loquemur.

Ad tertiam dubitationem dicitur, ip-
ſa eſt ſingularis, licet argumēta in oppoſitum
fieri poſſunt.

Ad quartam dubitationem responde-
tur negatiue vt ex prędictis clarū eſt, ſed ſub
iectum vnius principaliori parti ſubiecti alte
rius eſt ſynonimum.

Ad quintam dubitationem responde
tur etiam negatiue, adam eſt animal nō eſt ſin
gularis iſtius omnis homo eſt animal, quia ſi
ſingularis alicuius vniuerſalis eſt falſa, & ipſa
vniuerſalis extra inſolubilia. Ad eſſe ſingula
rē alicuius vniuerſalis requiritur ſubiectū vni
uerſalis poſſe verificari de ꝓnomine rem de
monſtrāte ſignificatam per ſubiectum ſingu
laris ſi terminus ſupponit, quare iſta chimera ē
chimera, eſt ſingularis iſtius omnis chimera ē
chimera.

Dubitatur ſexto, quāta eſt hæc ſortes
ymaginarie eſt plato ¶ Similiter an actus de-
monſtratiuus mentalis poſſit ſucceſſiue varia
demonſtrare.

Prior harum difficultatum ab amplia
tione ad quinas temporum differentias pen/
det, dico eam in pręſentia ſingularem, nec de
ſignificatiōe reſpectiua reſpectu latiſſime am-
pliationis loquar.

Ad ſecundum. Iohannes dorpus affir
matiue reſpondet. Inter reſpondendū tamen
dicit. Tametſi actus ille poſſit ſucceſſiue diuer
ſa demonſtrare repugnat ei diuerſa demōſtra
re, multa inſulſe in hoc colligit. Breuitati ſtu/
dens inficiatiue reſponſo, actus illi demōſtra/
tiui vti reliqua ſyncathegoreumata ſignifica-
tione ſuis a cathegoreumatibꝰ emergūt, atq;
ab eis conſeruātur, q̄bus extinctis peſſum eūt.

Contra hanc cōcluſionem ſiue reſpon
ſionem ſpicula Iohannis dorpi iaculabimur.
Actus vniuerſalis idem poteſt ſucceſſiue cade
re ſuper terminum homo, atq; terminum aſi/
nus, ergo & ſignum ſingulare conuenienti ſi/
militudine.

Secundo, quia niſi ſic, hoc eſſet ex con
tractione obiecti, aſt hoc nō eſt dicendū, inter
dum demonſtratur non exiſtens, hæ catapul
te molliter cadentes in clipeum reſponſionis
ledunt neminem.

Ad priorem rationem dicitur ipſum
falſum aſſumere in alijs ſignis, ſigna vniuerſa
lia ac particularia ſuis a cathegoreumatibus
emanant a quis manutenentur, omnis in prio
ri iſtarum duarum omnis aſinus currit & om
nis homo currit, ſpecie diſpeſcitur a ſigno oīs
in poſteriori, cathegoreumata obiecta actuū
ſpecie ſecernuntur, loquor ſemper in mente,
immo non eſt eadem vniuerſalitas in his dua
bus omnis albor eſt qualitas, omnis qualitas
eſt albor, multo maior eſt diſtinctio in alijs.

Secunda ratiocinatio paruo negotio
diſſoluitur a cathegoreumate chimera & non
a re ſignificata per vocabulum pronomē al/
latum dependet, iſtud ex recitatis in materia
ſyncathegoreumatum in terminis eſt protri-
tum, nec opus eſt vlteriore deciſione.

Dubitatur vlterius ſeptimo de quanti
tatibus talium iſta chimera eſt chimera, totus
ſortes ē minor ſorte, ſortes ē dictio diſſillaba.

Reſpondetur, ꝙ illa eſt ſingularis iſta
chimera eſt chimera.

Contra hoc argumentor, ſubiectū nō
ſingularizatur, nec principalior pars eius, er/
go non eſt ſingularis, antecedēs patet. vel ſin
gularizatur quo ad ſuppoſitionē, & hoc non,
quia nō ſupponit, vel quo ad ſignificationē,
& hoc non, quia ſubiectum huius iſta chime/
ra eſt chimera, tot ſignificat ſicut ſubiectū iſti
us chimera ē chimera, ergo ſubiectum nō ſin/
gularizatur. ¶ Reſpōdetur, ſubiectum huius
ſingularizatur quo ad acceptionem eius, hoc
eſt ſi ſupponeret pro vna diſcreta chimera ac
ciperetur, vt ſuperius retulimus, quod ſuffi/
cit ad propoſitionē eſſe ſingularem. ¶ Si quæ-
ras ꝓ quo ſuppoſito ſingularizatur. ¶ Reſpō
detur pro illo quod ad imaginationē demon
ſtro. ¶ Ad aliud dicitur, ipſa eſt vniuerſalis ſi
totus in mentali tātum valeat ſicut quælibet
pars pars integralis. Si totus capiatur cathe/
goreumatice, ipſa eſt ſingularis ¶ Ad vltimū
dicitur, ipſa eſt indefinita, & ſic efficitur ſingu
laris hoc ly ſortes eſt dictio diſſillaba.


Demum in cuiuſlibet integre mate-
rie calce regentis eſt epilogare, & auditores ad
epilogandum inducere, vt in propoſito. Ora-
tionum quædam perfecta quædam imperfe-
cta. Et rurſus orationis perfectę quædam pro
poſitio, quædam non propoſitio. Et propoſi
tionum quædam cathegorica, quædā hypo-
thetica. Et iterum cathegoricarum quædam
de ſubiecto incomplexo & illius quātitas eſt
nota, modo habeantur extrema vt pluit, nin
git, deus aut natura pluit. Si enim ſubiectum
fuerit mixtum hoc bipharią fit, vel ipſum ac/
cipitur vnica acceptione vel gemina. Si primū
vt ſortes vel homo currit, adhuc liquet quā-

titas. Si nõ vnica acceptiõe ipsa est mixte quãtitatis, vt omnis homo vel asinus est asinus si omnis distribuat precise priorem partem subiecti, demũ pensiculate cõsidera subiectum in mentali & facilius propositionis quãtitatem assignabis. Suppositũ verbi cõmuniter est subiectum, & reliquum a copula predicatur, vt ĩ hac equum quilibet homo videt, homo communiter ponitur subiectum, & equum vidẽs predicatum, nam terminus rectus & regẽs cõtinuo idem extremum componunt. Et haec de quantitatibus dixisse sufficiat.

De qualitate propositionis cathegorice.

Itẽ ppositionũ cathegoricarũ q̃dã negatiua. Et est illa cuius copula aut eius principalior pars negat. ¶ Propositio affirmatiua opposito mõ diffinit. Et sicut ppositio triphariam scinditur ita eius est triplex signum interrogatiuũ vt carmine vulgari patet.

Quę ca vel hip, qualis ne vel af, v quã ta par in sin.



Ve de substãstantia propositiõis quęrit, hoc est de sua essentia an sit cathegorica vel hypothetica, qualis de acceptiõe forme essentialis, quanta de potiori pre materiali scilicet subiecto & eius acceptiõe indagat. Copula minus pricipalis est ea quę implicationi immediate cõiungitur, vt sortes q currit mouetur est propositio affirmatiua, ibidem currit est copula minus principalis & extremi vnica acceptione sumpti mouetur autem est copula principalis aut verbum substãtiuum in mente extrema nectens.

Contra ista argumentor, ex eis sequitur hanc esse affirmatiuam, sortes qui non est asinus est animal, sed hoc non, negatio precedit principalem copulam, ergo eam negat.

Respondetur, concedendo ipsam esse affirmatiuam, negatio enim cum implicatione non est nata in copulam principalem cadere, plusquam hic asinus nullius angeli currit. Quando virtus negationis est sopita non negat quicquid post se ponitur, quia tunc pars extremi efficitur.

Secundo, sequitur prę iacentem istius nulla auis mingit esse negatiuam, consequens est falsum, cum negatiue cõtradicat, & sequela patet sic, omnis propositio cuius copula negatur est negatiua, prę iacẽs illius est huiusmodi, igitur. consequentia tenet cum maiore, & minor patet, haec copula in hac vniuersali negatur, & haec copula in hac vniuersali est hęc copula in hac prę iacente, ergo haec copula in hac prę iacente negatur.

Ad hoc argumentum nego sequelam & ad probationem distinguo maiorem, vel si copula negetur a termino illius propositionis, vel qui illam qualificat & sic conceditur, alias non oportet.

¶ Ex hac solutione propositionis sequuntur. Prima duae propositiones de simplici copula contradicunt & vtriusq; copula negatur. probatio homo est animal prę iacens istius nullus homo animal omnis homo non est animal, & vtriusq; copula negatur verum ex hoc minime infertur q duę negatiue contradictorie opponuntur.

Secundo sequitur, dantur duae propositiones synonime quarum copula vnius negatur, alterius vero non, vt patet de prę iacẽte data cum alia secum synonima in qua nulla ponitur negatio.

Tertio sequitur, licet cuiuslibet propositionis negatiue copula negatur, non tamen cuiuslibet affirmatiue copula pure affirmatur.

Quarto, cum vero non occulto sequitur eandem propositionem esse negatiuam & affirmatiuam, patet de hac nullus homo est animal, quae est haec propositio & sua praeiacens in sensu copulato. Multae aliae propositiones possunt ex his & dictis in secundo argumento secundae litterae quantitatum inferri, quae in processu diffuse patebũt quocirca his silenter transeo.

Tertio argumentor, haec est cathegorica non est aliquis homo quin sit animal. Similiter & hae legere & non intelligere negligere est, homo & nulla res quae non est homo est animal, & tamen nec sunt affirmatiue ne negatiue, igitur.

Respõdetur, prima est negatiua equiualens huic non est aliquis homo qui non sit animal. Secunda est affirmatiua capiendo negationem infinitanter, neganter capiendo est negatiua. Tertia est negatiua.

Quarto argumentor, hæc est propositio cathegorica sortes est vel non est, & tamen sub neutro istorum membrorum includitur, igitur.

Respondetur, ipsa est pure affirmatiua, principalior pars copule affirmatur scilicet est vel. Copula enim est hoc totum est vel est. Si enim quæratur de qualitate huius sortes est vel non & est, dicitur ipsam esse mixte qualitatis, propositio enim mixte qualitatis est cuius copule vna medietas affirmatur reliqua vero negatur. Quocirca oportet addere tertium membrum, vel dicere diuisum est propositio cathegorica simplicis qualitatis, & potes ponere duplicem modum cum gemino verbo vnam medietatem affirmando reliquam vero negando. ¶ Ex isto patet aliqua est affirmatiua nõ exponibilis de subiecto nõ supponẽte vera, patet de hac chimera est vel non est. Et licet hęc affirmatiua sit vera hoc ẽ vel non est chimera non sequitur ly chimera supponere, quia oportet negationem tollere in verificatione ad hoc ꝙ supponat.

¶ Ex dictis patet, hanc etiam esse negatiuam chimera non est vel non est siue ponas priorẽ negationem cadere in totum sequẽs aut pręcise in est vel. Ratio est, quia principalior pars copule negatur, immo si esset coniunctio aut coniunctiones duę affirmate, & totidem negata verba adhuc propositio est negatiua, quia in cathegoricis verbum est principalior pars copule quam coniunctio.

Quinto argumentor, ista esset negatiua secundum dicta non nullus homo est animal, cum negatio pręcedat copulam.

¶ At dicis negatio impedita præcedit copulam, quia vtrobiq; negationum paritas affirmatiuam sicut imparitas negatiuam parit.

Contra, quicquid vnum facit duo possunt facere, sed vna negatio copulam negat, ergo duę possunt eam negare.

Ad quintum, inter argumentandum ad finem vsq; sufficienter responsum est, illa est affirmatiua, & ad probationem quicquid vnum facit duo facere possunt. Distinguo vel si mutuo se iuuant sic cõcedo. Si autem se pręspediant, sic eo inficias. Inter baculum trahentes ex opposito vel pondus est facile analogiam dare. Modo illę duæ negationes se pręspediunt ne copula negetur, saltem in ordine ad illam totalem propositionem. copula autem negatur in ordĩe ad aliquam propositionem quum negatur in aliqua propositione quamuis nullius alterius propositiõis esset copula.

Contra, prior negatio est negãs, quia non est infinitans, ergo negat copulam etiam in ordine ad illam totalem.

Respondetur, distinguo ꝙ sit negans vel capiẽdo negãs pricipaliter, & sic nego, saltem in ordine ad illam totalem, vel nominaliter, & sic concedo. Sed ad talem negationẽ negantem sat est aliam impedire ne copulam neget, & ipsa si non pręspediretur copulam negaret.

Contra hoc argumentor, secunda negatio non potest impedire priorem, ergo solutio nulla, antecedens patet. Si priorem impediat, ergo agit ante se negatio, & per consequens potest ante se distribuere, ꝙ liquet esse falsum, nisi supernaturaliter in duobus locis poneret ꝙ nõ multũ spectat ad summulistã.

Respondetur, negando antecedens nec sequitur impedit priorem negationem ne copulam neget, ergo agit ante se, impedire enim non est agere, murus impedit ingredi conantem & non propterea agit.

Secũdo, & si impedire esset agere, hoc venit post vtrãq; negationẽ respectu copule.

Tertio, negatio non negat ante se nec distribuit ante se, tamen tertiam suam significationem quæ est impedire potest exercere ante se impediendo priorem negationem.

Sed contra hoc argumentor, ergo terminus mentalis puta prior negatio in mente cadit a sua significatione, quod est inconueniens ¶ Insuper si quęratur vtrũ auis mingit respõdetur per geminam negationem non non, & omnes responsionem negatiuam intelligunt ergo gemina negatio non parit affirmatiuã, & per consequens negatiões nõ se pręspediũt.

Ad primum respondetur, non sequitur terminum mentalem cadere a sua significatione, quoniam adhuc aliqualiter significat in alia propositione vel superius sua in parte, hæc autem est negatiua homo nõ est animal anteferendo negationem toti, illa ponit oppositum negationis scilicet affirmationem, quia negatio est malignantis nature, affirmatione offensa negationem procreat, at negatione inuenta affirmationem parit, prior negatio copule antelata partem vsque quaq; negat, itaq; suam significantiam haud exuit, verum si duę negationes indifferẽter se habeãt ad copulam ab vtrauis ipsa potest negari nec vna aliam pręspedit, vt si nullus bis scribatur

in loco superiori, ac in inferiori, & sequatur in medio homo est animal.
¶ Secundum argumentum non mouet, nos geminamus non virtualiter cum duplici copula, ac si bis diceremus nulla auis mingit.

Sexto argumentor, sequitur hãc esse negatiuam, non nullus homo non est animal, sed probo oppositum, quia a nulla istarum negationum copula negatur, ergo ipsa non est negatiua. ¶ Si dicas ab vltima adducta.
¶ Contra, adducantur omnes simul.

Et confirmatur hæc ratio, ille tres negationes sese præpediunt, ergo copula nõ negatur, antecedens patet, quia duę negationes sese illic impediunt & equa ratio est de quibuscunq; duabus, ergo ille tres sese impediunt quod erat probandum.

Septimo argumentor, sortes non vult comedere sub nullo istorum membrorum includitur, ergo diuisum excedit membra diuidentia. ¶ Idem est de his nego consequentiã ignoro lectionem, nescio sortem currere. dixit insipiens in corde suo nõ est deus. Nullum hominem esse animal est necessarium, nihil & nemo mordent se in sacco.

Ad sextum respondetur, Concedo illam esse negatiuam. Et primo dicitur due negationes sese prępediunt remotissime a copula, & virtus tertie non est impedita. Vnde si prima negatio fuisset primo allata copulam negasset & per appositionem secũdę illam impedientis tota erit affirmatiua, & tertia negatio sine impedimento copulam negat Sed dare causam quare hæ duę se impediunt & non illę cum simul adducuntur est difficile, necvis citiras ad copulam aliquid facit.
¶ Aliter respondetur, concedendo copulam a nulla istarum negari, quia quęritur quare citius a prima quam ab vltima vel media supposito sicut argumentum tangit ꝙ fuerint simul in mente allate. Nihil dicunt hentisber & Paulus venetus negantes negationes in mente. Dico copulam a trinitate illarum negationum negari & ab earum nulla, quælibet harum negationum a negatiõe copule est impedita, & tamen earum trinitas a negatione copule non est impedita cum eam neget.
¶ Quo fit, hæc copula negatur & a nullo termino. sed a terminis, & si nulla vna negatio negat copulam, sed negationes vel negatio collectiue capiendo sit analogia qualiscunq;, duo impediunt sese ne pondus feratur, super veniat tertius etiam cum eis colluctando hinc illinc trahendo pondus ab illis tribus feretur & ab eorum nemine, nec a duobus, tenendo partialiter ferre non esse ferre simpliciter, Vel sic copula a prima negatur, illa duas posteriores præsupponit, cum in eas cadat, ergo est posterior natura, ex quo manifestum est, ille tres negationes in diuersa obiecta referũtur cum prior in posteriorem cum sequentibus ferat.

Ad septimum dico, si nõ vult sint duę dictiones ipsa est negatiua. Si autem tertia persona de nolo ipsa est affirmatiua.
¶ Alie tres ppositiones allate sunt affirmatiue licet negatiuas inferant. Quarta est etiã affirmatiua in qua insipiẽs est subiectum, & fuit inclusum in verbo dixit est copula.
¶ Si subiectum pœnultime capiatur materialiter tunc est affirmatiua vt notum est, Si signum negatiuum capiatur significatiue & residuum materialiter tunc ipsa est negatiua.
¶ Ad vltimam respondetur, si vtraq; negatio capiatur neganter ipsa est affirmatiua. Si altera tantum neganter, ipsa est negatiua.

Octauo argumentor, ponatur eadem negatio numero bis ante copulã, tam illa est affirmatiua, illa negatio duas valet.

Nono, mentalis istius homo non est animal est affirmatiua, negatio binas habens partes antecedit copulam proinde se prępediunt.

Ad octauum respõdetur, si eadem negatio numero de potentia dei concipiatur in fronte huius homo non est animal, & etiam immediate ante copulam dicendo eãdem impedire se, ac si essent gemine negationes illa esset affirmatiua, his non admissis ipsa est negatiua.

Ad nonum dicetur forte sincathegoreuma non habere partes.
¶ Contra pari facilitate hoc ipsum de cathegoreumate dicemus. ¶ Dicetur illę duę negationes cum idem constant sunt eiusdem rationis, iccirco sese haud præpediunt. Et patet a posteriore eodem modo significant illæ duæ medietates & cadunt super eadem complexa iccirco sunt eiusdem speciei, & per consequens sese haudquaquam præpediunt, non dissimili modo in scripto de negatione qualitate, & substantia est dicendum, quãquam eãdem negationem non constant vna alteri inest, & ꝓ vna & eadem negatione accipiuntur, sic de partibus intentionalibus in voce & integralibus in scripto, vbi reperiuntur infinite negationes partiales est dicendum, omnes enim il

le partes pro eadem negatione reputantur, nam si duę partes sese impedirent homo non est animal in scripto aut voce eēt affirmatiua. ¶ At dicis si negatio in mente sensim produceretur posteriorem in partem pars præcedens cadit, & in copulam ac prędicatū, ergo super complexum specie distinctum a priore parte cadit, itaq; specie distinguuntur.

¶ Respondetur, si in momento produceretur nulla est difficultas, & si sensim prodeat partes eiusdem syncathegorematis feruntur in idem adequate. Si eñi in diuersa ferrentur specie distinguerentur, ac vnum non conflarent. Si tamen sunt totales negationes vt in sexto argumento est dictum, vna copulā pręcedēs eam negat, secunda superueniens oppositum ponit, at tertia adueniens affirmationem euertit, negatiōis malignitas ab alijs affirmata negatiue extinguit. Si tres simul afferantur specie distincte tota a trinitate vnio negatur.

Decimo argumentor, pręstantiorem te vidi neminē est loco negatiue capta, & tamen ipsa est affirmatiua secundum dicta. Similiter hæc erit negatiua, non parum fructus copia dicendi habet. Similiter nescis nec in pace nec in bello viuere & ponitur negationum trinitas ante copulam, igitur.

Ad decimum, concedo illam primam apud oratores loco negatiue capi, secundum enim eorum professionem dictio negatiua veniste in orationis calce locatur. Et secunda est negatiua equiualens in modo loquendi apud eos, illi affirmatiue, multū fructus copia dicendi habet, quia vnam vice alterius capiunt, & sic consummatus logicus rethor & loquendo & scribendo factitabit. Propositio enim vnū sensum de virtute sermōis facit, & in alio sensu sæpiuscule fit. Vltima propositio est purę affirmatiua, in qua Laurentius valla dicit cōtra dialecticos ostendens negationum impasritatem ante copulam non reddere negatiuā, & Perottus (& male) eum in hoc insequitur. Ad omne propositum iste Laurentius in sua vocata logica contra Aristotelem & dialecticos inuehendo blacterat, cuius motiuis respōdere inutile est, cum logices prima elimenta ignoret. Vnde est perdifficile iudicare an sint plures propositiones in hac vocata logica an patentia deliria in eadem.

Finaliter argumentor, ponendo infinites negationes ante copulam talis nō est negatiua postquam quælibet negatio est impedita. ¶ Si dicas eam affirmatiuam. ¶ Contra negationes non sunt potius in numero pari q̄ impari. ¶ Respondetur, casus est impossibilis naturaliter, eo admisso de potentia dei, dicitur vno modo ipsa est affirmatiua postquam quælibet negatio est præpedita, & per quascunq; negatiōes superadditas talis manebit. ¶ Secundo ipsa est mixte qualitatis, nō est potior ratio q̄ sit affirmatiua quam negatiua, nec ediuerso. Verū ipsa erit negatiua oēs negatiōes vna dempta subtrahēdo. ¶ Ex dictis patet, has esse negatiuas veras chimera q̄ curris non mouetur, chimera quæ non currit nō mouetur. Sortes qui necessario est impossibiliter est, sortes qui non cessas comedere ferrum non cessat mandere ferrum.

Propositionis cathegoricę alia partitio.

Item propositionum cathegoricarum quædam vtroq; termino participant, quædam altero dumtaxat, quędam vero nullo.



Exemplū primi homo est asinus, & nullus homo est asinus, tunc enim vtroq; termino participāt cum extrema sunt synonima, terminos synonimos p coĭdem hic reputabis. Exemplum secundi, ægiptus pluuię ignara, & ægiptus nilo irrigatur. Tertij, nilus affricā ab asia disterminat, & tanays europam ab asia seiungit.

Contra istud argumentor, istę propositiones nouissime copulis participant, patet resoluendo verba adiectiua in substantiua & in sua participia, ergo aliquo termino participant.

Secundo argumentor, homo est homo, & homo est homo termino participant, ergo vno termino tantum, propositio de extremo excluso suę prejacenti equiualet.

Tertio argumentor, argumētatio est subiectum logices, & nulla argumentatio est principaliter consideratum in dialectica non participant in subiectis, & tamē subiecta sunt synonima.

Quarto argumentor, aliquis hõ currit & nullus homo currit, non habẽt ſubiecta ſynonima, cum ſignum particulare eſt pars ſubiecti in affirmatiua & non in negatiua, & tamen participant vtroq; termino cum ſint oppoſite, igitur.

Argumentor quinto. Auguſtus eſt Cæſar, Auguſtus eſt menſis ex ſimilibus ſubiectis conſtanturvt ſunt vere, & tamen nullo termino participant, igitur dicta nulla.

Sexto argumẽtor, homo eſt aſinus & lapis eſt lignum participant nullo termino, ergo participant, & per conſequẽs termino vel terminus participant, igitur.

Ad primum, conceſſo antecedente diſtinguo conſequens, aut capiẽdo terminum pro extremis & proprie, & ſic negatur, hoc eñ pacto Ariſtoteles primo priorum terminum capit inquiens terminum voco in quẽ reſoluitur ꝓpoſitio vt in ſubiectum & prędicatũ, aut latę capiendo terminum & ſic cõcedo, im pręſentiarum vocabulum non ſic capimus.

Ad ſecundum reſpondetur, illa loco vnius excluſiue exponibilis gratia pluralitatis accipitur.

Ad tertium, concedo maiorem, & ad minorem dico, extrema nõ ſunt ſynonima ſecundum illam acceptionem.

Ad quartum reſpõdetur, principaliores partes dempto ſigno quantificante ſunt ſynonime, & hoc ſatis eſt.

Ad quintum, ſimiliter reſpondetur ſicut ad tertium, dabiles ſunt duæ propoſitiões vocales & ſecũdum aliam & aliam extremorum acceptionẽ vtroq; termino participant, vno termino tantum, & nullo, patet hic, auguſtus eſt auguſtus, auguſtus eſt auguſtus ſecundum ꝙ vniformiter vel difformiter terminos tenueris.

Ad ſextum dicitur, illa capitur loco huius negatiue nullo termino participant. ¶ Ex his ſequitur, hæ propoſitiones nullo termino participãt, homo eſt pict⁹, homo eſt animal, riſibile currit homo mouetur, iſte tamẽ vtroq; termino cõmunicant, mucro eſt lapis, gladius eſt petra, & iſte vtroq; termino participãt, hoīs aſinus currit, & aſinus hoīs currit & tenẽdo ꝑticipationẽ vni⁹ ſubiecti cũ alio ſubiecto & prędicati cũ prędicato, cõuerſa & cõuertens nullo termino participant. Nec ſequitur vtroq; termino ordine econuerſo participant, ergo vtroq; termino participant.

Sequitur oppoſitiões in gñali.

Propoſitionũ vtroq; vocabulo participãtũ q̃dã ſũt nõ oppoſite, q̃dã vero opponuntur. Ac rurſus oppoſitarũ quædam ſunt contrarie, quędam contradictorie, quædam ſubcontrarie, quædã vero ſubalterne.

Paradigma primi, vt equipollẽtes, de quibus poſthac futur⁹ eſt ſermo, quędã vero opponuntur. Non loquimur in pręſentia de oppoſitione rerum vt inter eſtum ac rigorem, nec de oppoſitione terminorum ſiue oppoſitione incomplexa comparatiue, de ea in poſtprędicamentis agitabitur, loquimur autẽ de oppoſitione de oppoſito modo enunciandi prędicatum de ſubiecto in qualitate quãtitate ve, aut in vtraq;. ¶ Cæterum aliquę propoſitiones repugnãt quæ non opponuntur. Repugnare eſt copulatiuam impoſſibilem conſtituere, quare impoſſibile cuilibet enunciationi repugnat, aliquæ opponũtur ſimul vere. in ſubcõtrarijs ac ſubalternis hoc ad oculum videre potes. Oppoſitio autem duabus collectiue accommodatur inter a & b propoſitiones eſt oppoſitio.

Vnde oppoſitio ſic deſcribitur, eſt duę propoſitiões vtroq; termino participes in veritate tantum, falſitate tantum, aut in vtraq; pugnantes, vel quarum vna eſt alterius illatiua & non contra. Primum ob contrarias. Secundum ob ſubcontrarias. Tertium ob contradictionem ponitur. Quartum vero oppoſitionem impropriam ſubalternam implicat.

Cæterum generatim omnem ad oppoſitionem aliqua requiruntur. Primum eſt, extrema ſint ſynonima vltra ſigna quantificantia quæ terminorum ſuppoſitionem haud quaquam variant, aliqua mulier eſt proba, & mulier eſt proba equiualent, differunt tamen in ſubiecto, ſic hic nullus homo currit quidam homo currit, mucro eſt acutus, nullus gladius eſt acutus in mente contradicunt. Iſte ſolum materialiter repugnant homo currit, nullum riſibile currit, materialem oppoſitionem hac ab arte abnuo. ¶ Pari modo copule extra modales erunt ſynonime tam principales quam minus principales. Quomodo & in vel ex parte copule mutabitur poſthac dicetur, modalium oppoſitionem ad partem ſpeculabimur, in quibus in valore ſimilitudo copularum ſeruatur, ſortes neceſſario currit contradicit huic ſortes poſſibiliter non currit quia neceſſe valet non poſſibile nõ vt in modalibus liquebit.

Secundo, dictiones stabunt eque ample, eque restricte, cum appellatione consimili (conditio or aliter loquor), quarum conditionū defectu iste minime contradicūt antichristus qui non est cōtionabitur, antichristus qui est non contionabitur, in subiectis deficiunt, nec iste contradicunt doctorem theologum percussi, non percussi doctorem theologum, sæpenumero i me sunt ambe verificate, nec iste sortes homo fuit, sortes non fuit homo. Nec iste cōtrariantur, omnis homo est animal, nullus homo est animal, subiecta non stant eque restricte, nonnunq̄ tamen ob breuiloquiū adiectiuū nullus a genere absoluimus, sicut verbū a tempore. ¶ Idem tidem termini vniuoce capientur, quare hæ non contradicūt, ego sum Iohannes lecta a me, ego non sum Iohānes lecta a Petro, nec iste contradicunt Iohannes est vltra pontes, Iohannes non est vltra pontes. Si affirmatiua in vniuersitate proferatur, & negatiua ab existente dionisiano in vico, equiuocatio in ly vltra latitat quę elucidatur capta equiualente, Iohannes est ex altera parte pōtis & cętera, relatiua ꝓ diuersa pte refertur Iohannes est altera in parte ab ista. Similiter nec iste opponuntur cōtradictorie, argumentatio est subiectum attributionis logices nulla argumentatio est subiectum attributionis logices, non quia genus variatur, nam in mentali affirmatiue subiectum supponit personaliter sicut in negatiua.

Finaliter determinatio accepta vnica acceptione cum suo determinabili talem suppositionem in negatiua sortietur qualē in affirmatiua est sortita, ad sensum latiꝰ posthac in contradictorijs explanandum. ¶ Dicis sortes equum vidit & sortes non vidit equum licet non cōtradicāt per dicta, nullatenus possunt falsificari attamen possunt verificari, icirco legem subcontrariarum subeunt, & ita vtrobiq; quādo terminus in affirmatiua potest supponere ipso non supponente in negatiua sine distributione termini stantis magis ample in affirmatiua, & pari iure sortes vidit equum & sortes nullum equum vidit nō possunt esse vere, possunt autem esse false, icirco legem contrarium suscipiunt, & tamen conditiones prefate non conueniunt istis. ¶ Forte dicet alius opponuntur de lege, & nō de oppositio modo enunciādi ¶ Contra, oppositio de lege tantum dummodo extrema sunt synonima cum copulis est oppositio absolute, & ꝑ consequens dare erunt contrarie ac sub cōtrarie simpliciter. ¶ Respondetur, cōcedere potes omnia illata. Sed tum aliqua conditiones iāiā posite in alijs a contradictione de modo enūciandi essent negligende. Facilius tamē ab his nebulis liberaberis si dixeris oppositionē de lege non esse oppositionem simpliciter, nec esse tibi cordi nisi sit etiam de modo enunciandi. Alias in multis te intricabis, patet in affirmatiuis, omnis homo est hæc res quæ est substantia omnis homo est hæc res quæ non est substantia demonstrando te sunt ambe affirmatiue quibus veritas repugnat.

Sequuntur oppositiones in speciali & primo de contrarijs.

Contrarie sunt due vniuersales qualitatis opposite, in quibus vniuersalitates particularitates transcendunt, quælibet particularitas in vna erit vniuersalitas in altera, & nō viceuersa, omnes notiones perfecta in contrarietate mobilitare potes.



Ocabulū nō distributū per particularitatē intellige, quare hæ non contrariantur omnis homo est animal, omnis homo animal nō est, porro sunt i eis tot particularitates quot vniuersalitates, Iste tamen bene contrariantur, omnis homo omne animal est, omnis homo omne animal non est, in quibus omnes termini distribuuntur. Nec iste contrariantur cuiuslibet hominis oculus est dexter, cuiuslibet hominis oculus non est dexter, in vtraq; est eadem particularitas. Contraria prioris est hæc, cuiuslibet hominis nullus oculus est dexter, posterioris vero hæc cuiuslibet hominis qlibet oculꝰ quodlibet dextrum est vel b dextrum est, & nō hęc cuiuslibet hominis quilibet oculus est dexter Nam in contrarijs pro conditione ponitur si in vna propositionū distribuatur terminus respectu termini supponentis confuse tantum ille terminus in altera contrariarum non stabit confuse tantum sed distributiue aut determinate.

Cæterum pro istorum vberiori intelligentia Hic sit tibi regula plurimum notāda Si aliquę propositiones cōtrariantur illarum contradictorie sunt subcontrarie, & cōtra, oīs

homo est animal & null⁹ homo est animal cōtrariantur, propterea homo est animal homo non est animal contradicentes his vniuersalibus subcontrariantur patet, illę vniuersales possunt esse falsę de forma cum sint contrarię, quibus positis falsis illarū cōtradictorię sunt verę, & si sint falsę dabuntur cōtradictorię falsę. Proinde particularibus non repugnat veritas, falsitas tamen eis aduersatur, itaq; subcōtrariantur.

Contra ista argumentor, istę contrariātur omnis homo est Sortes nullus homo est Sortes, & tamen non sunt plures vniuersalitates quam particularitates, cum prædicata nō distribuuntur.

Secundo, tum istę contrariabūtur nullum ens contingenter est deus, nullum ens cōtingenter non est deus patet, currēdo per omnes conditiones dictas. cōsequens est falsum, sunt ambe vere. Idem patet de talibus, nō tātum homo non est asinus, non tātum homo est asinus.

Ad prius respondetur, termini discreti non sunt particularitates, cum non sint distribuibiles.

Ad secundum respondent aliqui dicentes illas esse contrarias de modo enunciādi, non autem de lege sicut dicerent aliquas esse oppositas de lege, & non de modo enunciādi, vt cuiuslibet hominis asinus currit nullius hominis asinus currit. Priorem dicunt mixte quantitatis, & per consequens non vniuersalem, nec posse habere contrariam. Falsum est illas de contingenti esse cōtrarias, contingenter in vtraq; negatur, & per consequens distributiue propositio exponitur, & ita vtrauis particularitatem īcludit, & similiter ille exclusiue. Non impedit cōtrarietatem non distributio prædicati, ponēdo signum vniuersale vel capiēdo prædicatum discretum. Nec propterea sequitur istas esse contrarias, licet signum in vtraq; affirmetur omnis homo contingēter currit, omnis homo contingenter non currit, particularitatū sunt grauide. Ex qb⁹ liquidū est ī cōtrarijs nō solū ad particularitates cathegoreumaticas, verūetiam ad syncathegoreumaticas ocul⁹ est flectēd⁹, ita q̄ cōformiter ad literam quælibet particularitas in vna erit vniuersalitas in alia. Particularitas autem syncathegoreumatica est nota disiunctiua, aut syncathegoreuma occulte ipsum includens. Insuper ex his consequens est, nullę sunt contrarię de modo enunciandi quæ non sunt contrarię secundum legem, an econuerso certarent, Sortes omnis homo est, Sortes non est homo nōnulli dicerent contrarias quo ad legem. Repugnat eis veritas de forma non autem falsitas. Et idem dici potest de talibus, Sortes est omnis homo Sortes non est homo esto q̄ non componātur ex eisdem extremis. Secus est de istis, Sortes videns omnem hominem currit, Sortē videns omnem hominem non currit, istę contradicunt. Sed an contrarię secundum legem sint cōtrarię absolutę, & sine addito est de nomine contendere, qui in contrariarum multiplicatione gaudet late spaciabitur, tales affirmans contrarias simpliciter. alius vero hanc irrequietam vagationem claudens eas nō ꝓtrahit vltra legem. Verum cuiuslibet hominis oculus est dexter habet contrarietatem, habet enim distributionem in fronte in determinatione non accepta vnica & sua in contraria termini omnes erunt distributi.

Tertio argumentor, tum istę cōtrariabuntur omnis homo omne animal est, & nullus homo est animal, sed consequens est falsum, ergo & antecedens. minor patet, secunda contrariatur huic, omnis homo est animal quę priori nō ęquiualet. modo incōuenit vnā propositionem duabus non æquiualentibus contrariari. patet. Tantum vnum vni est contrarium primo cœli.

Quarto, tunc secundū dicta istę nō cōtrariabuntur, omnis homo est animal, & nullus homo est animal cum subiecta non stant ęque restrictę, at hoc est cōtra Priscos artistas. ¶ Tū secundo si non contrariarētur hoc esset quia subiectum in negatiua non pro tot distribuitur pro quot in affirmatiua. hoc autem est falsum, igitur. minor patet, viros atq; fœminas significat, patet, super ipsum cadit negatio, proinde ipsum vniuersis pro suis significatis distribuit. ¶ At fortasse dicis mobilitatur pro omnibus suis significatis conformiter ad suam restrictionem pro maribus. ¶ Hoc impugnatur per conceptionem generum distribuitur pro suis significantijs irrestricte. De adamo eiusq; primeua cōiuge scribitur, erat vterque nudus.

Quinto argumentor ratione Laurentij valle, quilibet est signum particulare, itaq; propositiones date non contrariantur, consequentia snpationis haud indiget, antecedēs ꝓbat per illud quod scribit Leuitici xiij. vbi est sermo de suspecto in lepra, adducit ad aaron & ad vnum quemlibet filiorum eius, si enim quemlibet esset signum vniuersale inepte ei adderetur vnum.

Cōfirmatur in hac loquutione vulgari prodeat quilibet in certamen contra me, id est aliquis cuicūq; libet. postea infert quo minus danda est venia theologis recētibus dialecticis & philosophis, qui propriam vocem non audiunt, sed tanquā diuersi ciuitatem in suam metropolim conspirant.

Ad tertium, cōcedo has cōtrarias quilibet homo omne animal est, nullus homo est animal, propterea annuo vt vna enunciatio duabus minime equiualentibus contrarietur & ad illius improbationem tantum vnū vni opponitur vt omnia sint sereniora latius per propositiones responsabo. ¶ Quarum prima est, vna propositio opponitur multis nō equiualentibus, patet in diuersis generibus oppositionum. ¶ Secūda propositio vna opponitur duabus nō equiualentibus in significando in omni genere oppositionis. ¶ Tertia propositio, vna propositio opponitur duabus nō equiualentibus in consequendo in eodem genere oppositionis, hoc claret per argumentū assumptum, vna propositio contrariatur duabus non equiualentibus, & tamen omnes cōtrarie sub eodem genere oppositionis induduntur, hoc ipsum patet etiam in contrarijs mixte quantitatis, ista nullius hominis asinus est animal contrariatur huic, cuiuslibet hominis asinus est animal, & isti cuiuslibet hominis quilibet asinus est animal, & isti cuiuslibet hominis quilibet asinus quodlibet animal est, & isti cuiuslibet hominis quilibet asinus est b animal, & adhuc isti cuiuslibet hominis b asinus quodlibet animal est. Similiter nullus homo est animal huic contrariatur quilibet homo est b animal, quia quaero abs te contrariā illius affirmatiue & dabis hāc negatiuam, & etiam contrariatur huic (vt notum est) quilibet homo est animal, hoc ipsum in alijs generibus oppositionum practicabitur, vt mox paulo suis in locis referemus. ¶ Quarta propositio, tantum vnum vni opponitur (exponēdo gratia pluralitatis) in contradictorijs ad hunc sensum nō pluribus propositionibus nō equiualentibus in consequendo vna opponitur. Siquidem si vna propositio contradicat duabus non equiualētibus propropere dabūtur contradictoria vera vel falsa, declaro sic, a propositio contradicit b & c non equiualentibus, quaero abs te, an a sit vera, si sic, & cum b & c non equiualent vna earum stabit in veritate cum a. Si enim a sit falsa, altera earum sua cum falsitate stabit. ¶ Ex hijs vniuersaliter infero. Si due propositiones quarum vna est vera & altera falsa contrariantur vni tertie necesse est illam tertiam fore falsam, quia si esset vera darentur cōtraria vera. Opposito modo in subcontrarijs. Si due propositiones quarum vna est vera & altera falsa subcontrariantur vni tertie, illam tertiam esse veram necessum est. ¶ Quinta propositio. tantum vnum vni opponitur oppositione reali secundum speciē calor contrariatur frigori, & humiditas siccitati, & hoc in qualitatibus extremis, albedo cōtrariatur nigredini in extremo & etiam medijs. Ex his argumentū in forma extricare vales:

Ad quartum, dicimus neotericos philosophos atq; dialecticos generatum vti dictiōe quilibet vniuersaliter, peccatus atq; beatitas ciceroniana vocabula euanuerunt, vno extincto de altero ambigitur, nec ratio sua est magni momēti quisq; signū vniuersale vnus sibi plærūq; associat vnusquisq;, genuino dēte vir ille egregios philosophos caprina de lana iterum atq; iterum taxat.

Quinto, iste secundum dicta contrariabuntur, omne animal fuit in archa Noe, omne animal non fuit in archa Noe, sed hoc non, igitur, cōsequentia tenet, sunt vniuersales opposite qualitatis oībus cōditiōibus ad contrarietatē requisitis fulte, minor patet, si sit distributio pro generibus singulorū sunt ambe vere q sanctiones contrarium vetant, de affirmatiua patet, sensus est, de qualibet specie animalis aliquod animal fuit in archa noe. de negatiua ostēditur, sensus eius est, de qualibet specie animalis aliquod animal non fuit in archa Noe.

Ad quintum respondetur, vetustissimi logici duplicem distributionem ponebāt vnam pro singulis generum, & in ea terminus pro qualibet sua significantia exacte distribuitur ita q copulatiue possumus pro quolibet termini supposito ascendere, necnon stante illa distributiōe talis propositio potest esse maior in barbara darij ve. ¶ Alia est distributio pro generibus singulorum quando incomplete terminus distribuitur, puta quādo quilibet terminus specificus pro vno saltem supposito distribuitur. Hanc distinctionē Petrus Hispanus in summulis ac Albertus saxo (si bene mēte teneo) in sophismatibus dampnant. Priscorum hanc partitionē soleo fouere hisce ratiunculis persuasus. Interdum signum vniuersale distribuit partem subiecti, nonnunquam totum, hinc tales distinguimus omnis homo vel asinus ē asinus. Pari forma excellētiori in materia de summa trinitate hanc distinguimus,

omnis essentia diuina est pater penes hoc q subiectum complete incompleteve mobilitetur (vt suo in loco fusius dixerim) talia signa in voce ad placitum significantia diuersis acti bus mentalibus subordinantur, nec sunt inter se eiusdem formae non est eadem quantitas, postquam est completa vniuersalitas in vna non autem in alia, alioqui formalitas syllogistica atq oppositionum pessum iret. Caeterum scito non requiri hanc ad distinctionem genus logicum. Legistis ac oratores genus ad speciem prorogant, & patet manifestius, sua acerba morte dominus Iesus humanum genus redemit. Hinc tales distinguim' secundum hanc regulam. Deus vult omnes homines saluos fieri, & in omnem terram exiuit sonus eorum. ¶ Quibus praetactis inficior praetactas esse contrarias. Concedo affirmatiuam verã, non q mentaliter valeat hãc de qualibet specie animalis aliquod animal fuit i archa Noe, subiectũ est terminus simplex animal in mẽte incõplete distribut', vt subiectũ hui' oĩs essẽ tia diuina est pater. Verũ propositioni date in consequendo aequiualet, & illic est sensus alterius vniuersalis simplicis subiecti. Est distributio pro singulis generum valet hanc pro singulis suppositis sub termino generico contẽtis. Est distributio p generibus singulorum, pro speciebus singulorum indiuiduorum, hoc est requirit ad eius veritatem talis enunciatio cuiuslibet speciei vnũ indiuiduum, vt ad praetactae propositionis veritatem exigitur, vt saltem vnus homo fuit in archa Noe, vnus Elephantus, vnus Leo, & ita de singulis specieb' animalis, disiunctum specierum animalis cum animali cõuertitur. Omnes homines qui sunt vel fuerunt capiendo omnes collectiue est species humana aut genus humanum, copula est de praeterito & species ampliatur. Omes equi qui sunt atq fuerunt est equina species, capio omnes collectiue. Maturus Noe sexcentos annos natus quando archam est ingressus super vacaneis animãtibus archam haud oppleuit, oris apricis versatus non ignorauit aliqua animalia spontanea generatione nasci, ac alia species distincta ab alijs procreari posse, quare non opus erat mulis nec licisca. Pisces i freto multo melius conseruabantur quam mystica archa. ¶ Sic ascendes, homo fuit in archa Noe, caballus fuit in archa Noe, iubatus leo fuit in archa Noe, & ita de singulis speciebus, duo paria ad seminis conseruationem in archa ponebantur, non q opus esset gemino sexu, numẽ vtriusq sexum primo pduxit, sed voluit piũ Noe humano more procedere, siue ille assensus sit formalis necne non curo. ¶ Secundo sic singularizãdo proportionabiliter ad distributionem pro generib' singulorum, ita q sit singularizatio pro generibus singulorum, & tũ est singularizatio pro specie de qua est ipsum demonstratũ, vt hoc animal fuit in archa noe huius speciei de qua est hoc animal (demõstrã do aquilam) aliquod animal fuit in archa noe. Dictio pro generibus singulorum singularizatus non est singularis sed communis. patet Per suũ equiualens huius speciei aliquod animal fuit in archa Noe. Quare hic non est sillogismus, hoc animal fuit in archa Noe demonstrando Abraham, & hoc animal est vel fuit prim' patriarcha, icirco prim' patriarcha fuit in archa Noe. ¶ Tertio ascendimus copulatiue sub disiũctiõe, quam viam latius suo in loco quondã sumus prosequuti, nec surda aure adhuc pptio numine eã materiã praeteriturus.

Nunc veniẽdo ad cardinem rationis, propositiones date non contrariantur, virtualiter est illic particularitas, cum non est completa disiributio, & patet per aequiualẽtes in quibus animal haud distribuitur. Et eadem est ratio, hic omnis essentia diuina est pater, omnis essentia diuina non est pater incomplete distribuendo. Verum si sit completa distributio in hac negatiua omne animal non fuit in archa Noe contrariabitur affirmatiue, licet sit distributio pro generibus singulorum. Haec omne animal fuit in archa Noe vt sit distributio p generibus singulorum habet hanc contradictoriam, non omne animal fuit in archa Noe, quae aequiualebit huic de aliqua specie animalis nullum animal fuit in archa Noe. Sic autẽ sub subiecto istius particularis ascendes, omnis pallafridus nõ fuit in archa Noe, vel oĩs vnicornis nõ fuit i archa Noe, & sic de alijs, vt cõ tradictorio modo vna ppositio ad aliã pbet. In his extrica sensus dãdo equiualẽtes, i quib' facile mendum (si quod surripat) intelliges.

Sexto argumentor, iste contrariantur omnis homo est & fuit currens, omnis homo non est vel fuit currens. patet, eis repugnat veritas de forma, & tamẽ praedicata nõ stant eque restricte patet, praedicatum affirmatiue sequitur copulã copulatã & praedicatũ negatiue copulam disiunctam, igitur male ponitur haec conditio.

Ad sextum respondetur, illae contrariãtur & praedicata stant vniformiter in valore, quia negatiua valet hanc omnis homo non est & fuit currẽs vt negatio feratur super verbũ & coniunctionem.

De oppositionibus in contradictorijs.

Contradictorie sunt duæ singulares, aut vniuersalis ac particularis qualitatis aduerse. ¶ Quatuor sibi peculiaria cõtradictio efflagitat. ¶ In primis quęlibet notio non distributa in vna in alia distribuetur, & viceuersa nisi fuerit determinatio accepta vnica. ¶ Secundo vocabulum distributum collatiõe suppositionis confuse in contradictorio stabit determinate. ¶ Et respectu suppositionis determinate stabit confuse. ¶ At si distribuatur in ordine ad binos (quorum alter stat confuse: alter vero determinate) stabit in contradictorio mixte partim determinate partim confuse.



Ec oppositio est vulgatissima cæterarũq; apex, nulla ẽ ꝓpositio cui non contradicatur tam in ypotheticis quam in cathegoricis, si tu affirmas olorẽ candidũ, eũ non esse cãdidũ falso astruere possum, & si ipse probum probitate laudauero, genuino dente zoilus illi detrahens oppositũ asseuerabit. ¶ Cæterum falsitatem contrarie non vtrobiq; recusant nec veritatem subcontrarie abnuunt. ¶ Cõtradictorie autẽ & veritatẽ & falsitatem extra insolubilia prorsus respuunt, vt fusius in oppositionum legibus & argumentorum solutionibus patebit.

Prima conditio ostenditur, opposito eius dato iste cõtradicerent, sortes animal est, sortes animal non est, consequens est falsum, sunt ambe vere, vt earum contradictorie false nequaq̃ contradicentes enucleant, quę sunt hæ sortes non est animal, sortes omne animal est, in vtraq; distribuitur idem terminus. Nec iste contradicunt tantum sortes est plato tantum sortes non est plato. In vtraq; enim est eadem vniuersalitas ex parte signi expõibilis in neutra negati. Ex his igitur constat, omnem vniuersalitatẽ ĩ vna, in particularitatẽ in alia, & contra debere mutari sub vniuersalitate cathegoreumatica vniuersalitatem syncathegoreumatis, & sub particularitate particularitatem breuitatis causa sępicule intelligo, & hoc in alijs materijs pro supposito habeas.

Secunda conditio monstratur. Capio hanc omnis homo est animal, vel in suo contradictorio homo distribuitur, & hoc nõ, per primam conditionem, vel potest stare confuse tantum, & sic cõtradictoria proxinus dabis vera, hæc enim est vera, a homo non est aial, sit a signum confusiuum solum cadens in terminum propinquum cuius nõ erit pars, hoc limito, adiũgimus signum solum gratia suppositionis, vt euitem⁹ extremorum alietatẽ. ¶ Quilibet terminus mundi potest vere negari de alio habẽte plura supposita itaq; oportet ipsum stare determinate. Si enim ster determinate neutiquam contradictoria verificabis falsificabisve, proinde conditio est ponenda.

Tertia conditio probatur, alioqui iste contradicunt omnis homo est b animal, homo nõ est animal, faciat b terminum animal stare determinate, ille sunt ambe false, falsitas negatiue est peruia. At falsitas affirmatiue patet, bene enim sequitur, omnis homo est b animal, iccirco animal omnis homo est, nam nomina & verba trãsposita idem significant secundo periarmenias. hoc est, sunt duę propositiones ex extremis synonimis conflate manente eadem qualitate suppositione ac cæteris proprietatibus logicalibus, quæ verum & falsum segregare solent, ergo mutuiter se inferunt, modo falsitas istius animal omnis homo est cuilibet est obuia. Pari iure probatur hæc vera, a hõ non est animal, equalet ei huic omne animal homo non est, cuius cõtradictoria est manifeste falsa, animal oĩs homo est.

Quarta conditio diffusius rationum nexu monstratur, verum nunc scito, si terminus distribuatur in ordine ad duos terminos (quorum prior steterit determinate, & secundus confuse) in contradictoria stabit confuse determinate, quam mixtam suppositionẽ elementum c nobis denotabit, vt contradictoria huius hominis a asinus non est asinus, erit hæc, cuiuslibet hominis quilibet asinus c asin⁹ est, vbi littera c significat vocabulum asinus supponere confuse respectu ly hominis, hoc est denotat illam dictionẽ hominis suo in cõtrario stetisse determinate, prius q̃ descendẽdum esse sub ly hominis quã sub termino asinus a parte prędicati, necnõ repręsentat illum terminum asinus supponere determinate respectu determĩabilis, hoc ẽ significat determinabile suo in cõtradictorio supposuisse cõfuse

ac prius ascendendum disiunctiue sub prædicato quam sub determinabili. Ea propter hac in propositione cuiuslibet hominis quilibet asinus est c asinus ascendendo hoc pacto, procedes. Primo ascendes sub determinatione copulatiue, quo pacto subtrahitur suppositio confusa mixte, quia subduci distributio respectu cuius supponebat confuse, & dehinc manebit pure determinate talis dictio mixtim supponens. Tum sub eo protinus erit ascēdendū, vt verbi causa cuiuslibet hominis quilibet asin⁹ est c asinus & isti homines sunt omnes homines, ergo istius hominis quilibet asin⁹ est b asinus, & sic de singulis, & dein disiūctiue sub termino stante determinate.

At si terminus distribuatur in ordine ad duos terminos (quorum prior stat confuse, & secundus determinate) notio distributa in contradictorio stabit determinate confuse suppositione mixta & significat p notā d, gratia exēpli. Contradictoria huius ois hō & equua sunt b aīalia erit hæc, d hō & quilibet equ⁹ nō sunt animalia. ❡ Et ista intellige vbi nō est formalis æquiualentia confuse cum determinata & confusa, aut determinate cum confusa determinata, quia tum non est necessaria suppositio mixta, vt post hoc inter argumentādum patebit.

An incassum hanc mixtionem posuerim sequentia docebunt. Vnum hic ingenue fatebor, cum difficultas mihi primo occurreret ad contradicendū in ꝓpositionibus (quas posthac nominabim⁹) hincinde vrgebat. Nullę veterum dialecticorum regulę ad contradicendum sufficiebant, propterea opus erat nouas normas recentibus cum suppositionum impositionibus excogitare, aperta semel difficultate in primo cursu ingeniosi iuuenes omnibus reparationibus illas technas in medium tulere, sub clipeo suppositionis mixte me protexi. Insuper secundo cursu adhuc pene irresolutus fluctuabam, nunc ad totale extremū confugi, nunc relatiuum identitatis superaddere conabar, tādem mixtam ad suppositionē redij. ❡ Hanc nouitatem nonnulli meorū auditorum ingeniosi atq; amici repudiarunt, mihi iam multos annos theologo ostensus est liber vnius quo modum meum recitat prolixissime, vti ego ipse antiquissimus summulis. In fine dicit, hæc sunt quæ ponit auctor huius opinionis, quæ sine dubio non minus subtiliter quā ingeniose dicta existimo, additq; scriptores post illum communiter illum modum insequi, postea subiungit, suo tamē videre (saluo meliore indicio) non in omnibus continere veritatem. Hanc viam e medio euertere volens subnectit. Mirandum est q̄ subtilissimi logici prædecessores nostri non dixerunt suppositionem mixtam esse subilem, sed non dum scientiam eius esse inuentam. ❡ Quisdam alius hanc viam recitans ait, salua reuerentia (quam debeo respondenti). Dico nullā esse suppositionem mixtam. Hanc difficultatem contradicendi illic solēnem vocat, audiuit me interdocendum in ea plurimum occupatum, nec explanatio erat ei cordi, nec alium modum (quem pollicebatur) posteris tradidit. Hinc scrupus fuit illi maior. Finaliter ait, tētemus nos an aliquid boni in hac parte possumus inuenire, affirmatq; sic in exponibilibus eum illam artem traditurum, nec opus esse fingere mixtas ac inusitatas terminorum suppositiones, qui sua exponibilia viderunt constanter affirmant eum nihil de hac difficultate scripsisse, nec propterea mentitus est. Rebatur rectius paradoxum posteris monstrare, discipulorum amor tametsi fato cesserint me cōsuetum præter morem hæc fusius recensere coegit. Si omnes ita fecissent sane cecinissem palmodiam, didici fidem multitudini sapientum potius quam mihi soli impartiri. Verum reliqui meorum omnes ac alij hucusq; hāc viā sunt imitati, nec alia a repudiantibus est inuēta. Cōditiones ergo illas posuimus.

Contra dicta argumentor, ex eis istę contradicunt Sortes videns hominem est animal, Sortes videns omnem hominem non est animal. Consequens est falsum, Sorte vidente Platonem sunt ambę verę, de affirmatiua non vertitur in dubium, de negatiua patet. Est vna negatiua cuius subiectum non supponit, igitur est vera.

Secundo, tum istæ non contradicerent homo est homo, homo non est homo, cū subiectum in neutra distribuitur. Consequēs est falsum, repugnat eis de forma veritas atq; falsitas. patet, homo est homo formaliter ęquiualet huic omīs homo est homo, & homo nō est homo, huic formaliter ęquipollet omīs homo non est homo quæ in ęternum nec in veritate stabunt aut falsitate.

Ad priorem rationem dicitur, pręfate propositiones minime contradicunt, non cōponuntur ex eisdem extremis. Contradictoria negatiuę est hæc Sortes videns omnē hominem est animal quæ in hypothesi est falsa. ❡ Determinatio accepta vnica talē suppositionē in negatiua sortitur, qualem i affirma/

tiua est nacta in omni genere oppositionis, licet oppositum defendi potest, istud est facili⁹ solidiusq́, facile hoc pacto extrema seruabuntur. Tenendo oppositum ambulabis in tenebris, & illud est rationi consentaneum, prędicatum huius campanus habet vnū caput reputatur vnus terminus perinde ac si esset simplex. Et patet aliter sortes videns astrū est animal & sortes videns astrum nō est animal formaliter contradicunt, igitur. assumptū patet, similibus ex extremis conflantur, quibus veritas atq́ falsitas aduersatur, proīde inaniter eas cōtradicere negabis. ¶ Forte dicis, etiam hæc non sortes videns astrum est animal, cōtradicit affirmatiue, in qua facile ille terminus astrum distribuitur.

¶ Hoc facile euacuo siue distribuatˀ vel ne nō magnopere iterest, sat ē nō oportere determinationē distribui. ¶ Scd'o, insiciatˀ astrum a negatione p̄posita distribui, suppositio eius a suppositione determinationis in affirmatiua dependet, vt in relatiuo reciproco, prędicatum huius non distribuitur homo nō est ipsemet sic hic non quilibet asinus hominis currit, hominis stat confuse tantum, vt sua in affirmatiua, nullum signum agit in determinationem nisi immediate ei adiūctum, vt asinus cuiuslibet hominis currit, onager nulli⁹ hominis vagatur in silua. Et ratio, quia determinabile & determinatio reputantur vnus terminus p̄inde ac si esset simplex, a descensu & alijs legib⁹ communibus absolutus, postq̄ ergo determinabile & totum vniformiter capiatur, nō est seriose luctandum de appendicis diuersa acceptione ¶ Et istud est consonum rationi, nam opposito dato apparēter terminus in vna cōtradictoriarum supponeret & non in alia, aut in contradictorijs termini non starent eque restricte. ¶ Secūdo equiualebit tua distributio non distributioni, nec ita lucide in extremis distributione vallatus processeris. Quare ergo dicimus conformiter ad illa quæ superius generatim in oppositionum primordio retulimus determinatio accepta vnica acceptione cum suo determinabili non aliusmodi stabit ī negatiua quam in affirmatiua, quoad distribui & non distribui, & hoc nisi fuerit relatiuū reciprocū, vt q̄libet hō videt se, aliq̄s hō non videt se relatiuū reciprocū hic diuersimode accipitˀ. Naturā etiā determinatiōis vnica acceptione capte relatiuū implicatiōis redolet, vt sortes qui non currit mouetur, habet hanc cōtradictoriam sortes qui nō currit non mouetur, & sortes cuius quilibet asinus non mouetur currit huic opponitur, sortes cuius quilibet asinus non mouetur nō currit. Sic hic omnis homo vel asinus currit distribuendo subiectum vnica distributione, sua in contradictoria asinus non distribuitur sicut nec in affirmatiua, totum subiectum vnica acceptione accipitur, vnde fit terminus acceptus vnica acceptione transcendit determinationem acceptam vnica acceptione.

Contra dicta argumentor, iste equiualent hominis asinus currit & asinus hominis currit sed in priore hominis distribuitur cōtra dicendo, ergo & in alia, alioqui a non distributo ad distributum formalis erit illatio.

Respondetur, concedo illarum equiualentiam ampliatione adempta. ¶ Vnde fit iste equiualent nullius hominis asin⁹ currit & nullus asinus hominis currit. Nam regula est Si duę propositiones equiualeant earum contradictorias equalere necessum est, opposito dato protinus dabuntur contradictoria vera vel falsa. ¶ Secundo, sequitur a non distributo ad distributum formalis est consequentia, bene enim sequitur nullus asinus hominis currit, ergo nullius hominis asinus currit, hominis in consequente distribuitur non autem in antecedente, sic iste contrariantur quilibet asinus hominis currit, nullus asinus hominis currit, vbi hominis in negatiua stat nō distributiue confuse tantum vt sua in contraria aut si mauis determinate suam ob contradictoriam. ¶ Vlterius patet in hac affirmatiua nullus asinus hominis non currit, hominis stat determinate tametsi hæc sit negatiua asinus hominis non currit, suppositio negatiue erit mensura affirmatiue plures negatiōes habentis. ¶ Amplius dicimus non inconuenit propositionem in qua est determinatio acceptα vnica cōtradicere propositioni in qua determinatio accipitur non vnica, iste bene contradicunt (si volueris) hominis asinus currit, & nullus asinus hominis currit, & hoc quando est equiualentia, postq̄ eadem sunt extrema cum copula. ¶ Dixi ampliatiōe adempta quia iste non equiualent hominis albi gradarius fuit currēs & gradari⁹ hominis albi fuit currens, nempe si non fuisset nisi vnus homo qui interdum habuisset vnum gradariū currentem, & tunc non fuisset albus sed alias fuisset albus, prior est vera, ac secūda falsa. Iste tamē nullatenus equiualent hominis asinus nō currit & asinus hominis non currit, vt latius posthac patebit, iste tamē mutuo sese inferūt cuiuslibet hoīs iste equus calcitrat, iste equus cuiuslibet hominis calcitrat. Pari modo, ludo

uici quilibet dextrarius non cauat terrã quilibet dextrarius ludouici tellurẽ nõ cauat. ¶ In cõparatiuo ac differt determiatio accepta vnica acceptione cũ suo determinabili equalet determinationi non vnice, paritate data. Aristoteles est doctior philosopho. Aristoteles omni philosopho ẽ doctior equalẽt, linx differt a leone ab omni leone linx discrepat. Et hoc si determinabile nõ mobilitet quare iste nõ equalent deus est oẽ ens aliud a creatura & deus a creatura oẽ aliud est, prior est vera at secunda falsa ¶ Dixi paritate data, quocirca iste nõ equalent a homo differt ab hoie, & a homo a quolibet hoie differt, prior est falsa, patet. bene sequit omne differẽs ab hoie est nõ homo, a hõ differt ab hoie, ergo a homo est non hõ. Conclusio est falsa, itaq; aliqua præmissarum & nõ maior, iccirco minor, signũ confusiuũ ibi nihil facit iste equiualẽt a homo differt ab hoie, & homo differt ab hoie, sed hęc est vera, vt patet p ascẽsum, a hõ a quolibet hoie differt. ¶ Dicis ex his sequitur vnũ esse terminũ distribubilẽ in neutra contradictoriarũ distributũ, pariter & aliquẽ esse in vtrauis distributũ, vt sortes vidẽs oẽm planetã currit sortes vidẽs oẽm planetã nõ currit. ¶ Hoc diluitur, non incõuenit quãdo est determinatio accepta vnica, sed quo ad illa cũ latius explanãdũ pono ꝓpositiones. ¶ Quarũ prima est, duę ꝓpositiones cõtradicũt, & in illis nullũ vocabulũ distribuit, hoc patet acceptis istis sortes est plato sortes non est plato ¶ Secũda propositio, duę ꝓpositiões oĩno cõposite ex terminis cõmunibus contradicunt & tamen in eis nec subiecta nec prędicata distribuũtur, hoc patet captis istis duabus quilibet homo est animal, quidã homo non est animal, argumentor sic, ista subiecta non distribuuntur demonstrãdo earum subiecta, hoc patet per eius cõtradictoriam. Et eodem modo probatur q; earũ pręs dicata non distribuũtur. ¶ Tertia propositio, Est vnus terminus communis in neutra contradictoriarũ distributus, patet de subiecto huius quidam homo non est animal, nõ distributo in negatiua, & non ponitur in affirmatiua, verifico propositionem etiam de determinatione accepta vnica, idem contingit hic omnes homo & asinus currunt in qua asinus non distribuitur nec in sua contradictoria.

¶ Quarta propositio, in vtraq; contradictoriarum est vnus terminus distribubilis nõ distributus, hanc explano, iste contradicunt quilibet homo est animal aliquis homo non est animal (vt tu non ambiges) & tamen in ista demonstrando affirmatiuam est vnus terminus distribubilis non distributus, & in ista demonstrãdo negatiuam est vnus terminus distribubilis non distributus, igitur in vtraq; cõtradictoriarum est vnus terminus distribubilis non distributus. ¶ Quinta propositio, est idem terminus communis in vtraq; contradictoriarum positus non distributus, terminos synonimos pro eodem reputando, patet hic, omnes apostoli dei sunt duodecim, oĩes apostoli dei non sunt duodecim singularibus equiualens. ¶ Pari fundamento probare potes in vtraq; contradictoriarum est vnus terminus distribubilis distributus. ¶ Ea propter ponitur sexta propositio, est vnus terminus distribubilis distribut' ĩ vtraq; cõtradictoriarũ, hęc verificat terminos synonimos eosdem reputãdo, & hoc etiam patet qñ est determinatio accepta vnica acceptione cum suo determinabili. ¶ Septima propositio, idem contingit vbi non est determinatio accepta vnica, patet hic, omnis homo vel oĩs asinus est asinus, homo vel omnis asinus nõ est asinus distribuendo subiectum vnica distributione, tunc totale subiectum distribuitur acsi esset vnus terminus incõplexus, & asinus in vtraq; distribuitur, igitur. ¶ Octaua propositio, Idem terminus numero incomplexus in vtraq; contradictoriarum distribuitur, haec bipharíam verificatur, primo sophistice de determinatione accepta vnica, licet congeries determinationis & determinabilis sit terminus cõplexus, determiatio est terminus incõplexus. ¶ Aliter verificatur ad rem per argumẽtum assumptum de hisce duabus quilibet homo currit non quilibet homo currit, idem est subiectum numero distributum in vtraq; Verum distributio in negatiua est de per accidẽs & non ratione sui primo.

¶ Vltima propositio, terminus in vna cõtradictoriarum distributus non suscipit distributionem in alia de per se, vel non distribuitur in alia nisi fuerit pars termini complexi vnica acceptione accepti.

Ad secundũ, de istis duabus homo est homo, hõ non est hõ, cõcedo illis tã veritas q̃ falsitas de forma repugnat. Inter reparãdũ dicere assueui, licet formaliter in veritate ac falsitate repugnãt, nõ tamẽ repugnat eis veritas de forma acceptiõis terminorũ, iste duę sunt simul vere, aĩal est hõ, aĩal non est hõ, in q̃bus est eadẽ acceptio terminorũ. Nẽpe sunt eiusdẽ qualitatis, in q̃bus extrema & copule vniformiter capiũtur, nõ tñ sunt eiusdẽ forme cũ alijs, plures sunt termini nõ synonimi ĩ vna q̃ in alia. Ab illo modo loquendi imposterũ ab

ſtinebo,nõ qa malus ab exordio,ſed quia po
ſterio.ũ capitibus ſummũ miniſtrabat latiſſime
euagẽdi. ¶ Dicã igitur aliter in illa & in oĩbus
ſimilibus,cõcedo duas indefinitas in terminis
ſynonimis legẽ cõtradictoriarum formaliter
ſubire.Et nihil mali eſt dicere realiter cõtradi
ctũr de modo enũciãdi,hõ eſt homo,& om̃is
homo eſt hõ formaliter equalent. Aſt illa vni
uerſalis citra cõtrouerſiã cõtradicit illi negati
ue Similiter hõ non eſt homo equalet formali
ter huic oĩs homo nõ eſt hõ, quę re vera indefi
nitę affirmatiue pręfactę cõtradicit. ¶ Et ita
in con uerſionibus dicã,formaliter ſequit̃ ho/
mo eſt hõ,ergo oĩs homo eſt hõ cõuerſiue in
terminis ſynonimis,& ſillogiſtice ex puris par
ticularibus.Et vt oĩa redigã in ſummã,vbicũ/
q; habuiſti in ſimili acceptiõe terminorũ,termi
nos ſynonimos ponito,& tũ nõ erit opus ſuti
les ciſternas fodere. ¶ Pari forma dicatur hic,
hõ eſt ipſemet,hõ non eſt ipſemet, qa ſi hõ eſt
ipſemet oĩs homo eſt ipſemet,ſic hic hõ eſt ali
us hõ,hõ non eſt alius hõ,affirmatiua em̃ in/
fert hanc omnis homo eſt alius homo.

Tertio argumentor,iſte ſunt falſe a ho
mo nõ eſt aĩal & om̃is hõ eſt b aĩal,& tñ ſunt
cõtradictorie ex cõditiõibus p̃fatis,igit̃.de af
firmatiua patet , huic falſe equalet aĩal oĩs hõ
eſt,at negatiue falſitas triphanã patet,prio,in
ea negat̃ ſupius diſtributũ de ſuo inferiore,er
go ipſa ẽ falſa. ¶ Secũdo,bene ſequit̃ a hõ nõ
eſt aĩal,ergo a hõ nõ eſt hõ, a ſupiore ad infe/
rius cũ diſtributiõe ſuperioris negatiue, conſe
quens eſt falſum,ipm̃ em̃ eſt vna negatiua in
qua negatur, idẽ de eodẽ terminis ſupponẽti
bus. ¶ Tertio , bene ſeqtur a hõ nõ eſt aĩal &
a homo eſt,ergo a hõ eſt nõ aĩal,a negatiua ad
affirmatiuã poſita cõſtãtia prędicato variato
penes finitum & infinitum.

Ad tertium argumẽtum,concedo fal
ſitatẽ affirmatiue negãdo falſitatẽ negatiue.
¶ Et ad primã ꝓbationẽ negat̃ conſequẽtia.
¶ Ad ſecũdã,cõſequẽtiã cũ cõſeq̃nte cõcedo.
¶ Ad tertiã ſuo in loco ſecũdo perihermenias
reſpõdebit̃. ¶ Sed ꝓ completa ſolutiõe duarũ
primarũ rationum ponitur haec regula.

Quilibet terminus mundi poteſt ve
re negari de quolibet termĩo ſtãte cõfuſe tm̃
(quolibet ĩnq̃ habẽte plura ſuppoſita) qã iſta
eſt falſa a phęnix nõ eſt phęnix, vt p̃ȝ per ei⁹
cõtradictoriã Et idẽ patet in affirmatiuis q; q
libet terminus diſtribut⁹ vere enũciat̃ de quo
libet termĩo ſupponẽte cõfuſe tm̃, dũmõ ha
beat tot ſuppoſita ſicut terminus diſtributus
Quare oẽs iſte ſunt vere, a aĩal oĩs hõ ẽ,a ſub
ſtãtia oẽ riſibile eſt,a hõ oĩs homo eſt, a ſor/
tes vel plato oĩs eſt ſortes vel plato.Sed iſta eſt
falſa,a homo eſt omnis homo , quia eſt affir/
matiua de prędicato non ſupponente.

Contra hanc regulam argumẽtor,iſta
eſt falſa cuiuſlibet hoĩs aſinus nõ eſt aſin⁹,poſi
to q; qlibet hõ habeat p̃ciſe vnũ aſinũ,vt pa
tet p̱ veritatẽ eius contradictorij alicuius ho
minis qlibet aſinus eſt b aſinus & tñ ſubiectũ
habet plura ſuppoſita, qa totale ſubiectum ꝓ
pluribus ſupponit.

Reſpondetur, cõcedo eam eſſe falſam
nec ꝓcedit̃ contra regulã. ¶ Tũ primo ſubie
ctũ nõ ſtat cõfuſe tm̃ qa idẽ eſt ſubiectũ & to
tale ſubiectũ,licet pricipalior pars ſubiecti ſtet
cõfuſe tãtũ. ¶ Tũ ſecũdo,ſubiectũ nõ habet
plura ſuppoſita ſecũdũ exigẽtiã oblig. quia q̃
libet hõ habet pręciſe vnũ aſinũ,& ſic eſt vnũ
ſuppoſitũ in valore,quia pone quẽlibet habe
re duos aſinos & eã verã cõperies. ¶ Contra
hoc arguẽtor iſta eſt falſa,tantũ homo nõ eſt
animal ſicut notũ eſt ex exponentibus vt hic
ſupponit̃,& tamẽ ſubiectũ cõfundit̃ & habet
plura ſuppoſita,ergo ſolutio nulla ¶ Forte di
cis (ſicut dicẽdũ eſt) regula in exponibilib⁹ nõ
habet verũ etiã iſte terminus hõ virtualiter
ſtat determinate, vt patet in prima exponẽte
eius quę eſt hæc,hõ nõ eſt aĩal. ¶ Contra hoc
replicat̃,iſta eſt falſa a deus nõ eſt deus,& ta/
mẽ ꝓpoſitio non eſt exponibilis,ſubiectũ ſtat
cõfuſe tãtũ,& habet plura ſuppoſita,eius falſi
tas patet Sua cõtradictoria eſt vera oĩs deus
eſt b deus, veritas huius patet per eius equalẽ
tẽ ſcilicet aliquis deus qlibet deus eſt,nã eẽn
tia diuina quilibet deus eſt , ergo deus qlibet
deus eſt ¶ Reſpõdetur,cõcedẽdo hãc eſſe fal
ſam a deus nõ eſt deus vt bene ꝓbat eius cõ
tradictoria.Et dicit̃ regula habet intelligi quã
do ſubiectũ habet plura ſuppoſita eſſẽcialiter
diſtincta,qa nõ ſufficit pſonalis diſtinctio.
¶ Cõtra hoc argumẽtor, bene ſequit̃, ql.bet
deus de⁹ nõ eſt,ergo a deus nõ eſt deus ab eq
ualẽtibus trãſponẽdo termĩos, antecedẽs eſt
verũ,quod ꝓbat̃ iſte deus (demõſtrãdo deũ
patrẽ)deus filius nõ eſt, ergo iſte deus de⁹ nõ
eſt.Et eodẽ mõ ſctã trinitas ẽ de⁹ & illa ſpũſſã
ctus nõ ẽ,ergo ſctã trinitas de⁹ nõ eſt. ¶ Rñde
tur,cõcedo illas equalere,& negat̃ huius veri
tas qlibet de⁹ deus nõ eſt,imo habet vnã ſin
gularẽ falſam,demonſtrãdo eẽntiã diuinã iſta
eſt falſa iſte de⁹ deus nõ ẽ, ĩmo iſte de⁹ oĩs de⁹
eſt q̃tũcũq; cõplete diſtribuat̃ ¶ Poteſt iſſiſtere
ꝓ hac a hõ nõ ẽ ipſemet vel ipſamet, ſed hoc
nõ obeſt,qa virtualiter ſubiectũ ſtat determi
nate propter reciprocam acceptionem termi
norũ. ¶ Ex iſto patet, tota regula ſic itelligit̃.

¶ Quilibet terminus vere negaẽ de termino stãte cõfuse tñ habẽte plura supposita essen/ tialiter distincta, dũmõ torale subiectũ stet con fuse tñ & ꝓpositio nõ est exponibilis & p̄di catũ nõ est relatiuũ reciprocũ. ¶ Ex ista regu/ la patet hãc necessariã esse a alter istorũ nõ est alter istorũ demõstrãdo sortẽ & platonẽ. Sed ista est cõtingẽs a hõ nõ est aĩal. Prior pars pa ter, quia sua cõtradictoria est ĩpossibilis vterq; istorũ est b alter istorũ, q̄ equalet isti alter isto rũ est vterq; istorũ. Secũda pars patet, qa ista nũc ẽ vera a hõ nõ est aĩal, & si solus sortes es set inter hoĩes ipsa esset falsa nõ tenẽdo partẽ ĩ tegralẽ hoĩs esse hoĩem, qa si sic, hõ haberet plura supposita & necessaria esset, qa qñ null⁹ hõ ẽ ip̄a ẽ vera & si vn⁹ hõ sic duo hoĩes sunt.

Cõtra istã declarationẽ argumẽtor sic, hęc est falsa a hoĩes nõ sunt hoĩes & tñ nõ in/ cluditur in instãtijs datis, ergo plures addere oportebit, antecedẽs patet, qa sua cõtradicto ria ẽ vera, ergo ip̄a est falsa, antecedens iterũ patet, hęc est sua cõtradictoria oẽs hoĩes sunt b hoĩes, & illa equalet vniuerse scilicet isti aliq hoĩes oẽs hoĩes sunt, cuius veritas ꝓbatur, be ne sequiẽ isti hoĩes oẽs hoĩes sunt, demõstran do oẽs hoĩes in mũdo, ergo aliq hoĩes oẽs ho mines sũt, antecedẽs ẽ verũ, ergo & cõseq̄ns.

Respondetur, negando istam esse fal sam a hoĩes nõ sunt hoĩes, immo sua cõtradi ctoria est falsa, & nego eã equalere vni vere. Et ad ꝓbationẽ qua dicitur equalet isti aliqui hoĩes oẽs hoĩes sunt, distinguo, vel oẽs capiẽ distributiue, & sic cõcedo, vel collectiue, & sic nego. ¶ Similiter ista est falsa isti homĩes sunt oẽs hoĩes aut oẽs hoĩes sunt capiẽdo oẽs di/ stributiue, quia bene sequiẽ isti hoĩes sunt oẽs hoĩes, ergo oẽs hoĩes sunt isti hoĩes. Sed cõse quens ẽ falsum, ex illa eñ cũ hac minore sor/ tes & plato sunt hoĩes, sequitur sortes & plato sunt isti hoĩes, demõstrãdo oẽs hoĩes in mũ/ do, quę ẽ falsa & minor est vera, ergo maior est falsa. ¶ Possunt hic fieri plura argumenta quorũ vnũ est a homo non est animal, & isti hoĩes sunt oẽs hoĩes, ergo iste hõ vel iste hõ vel iste hõ & sic de singulis nõ est aĩal, patet ꝑ descẽsum, conseq̄ns est falsum, imo oẽ quod est iste hõ vel iste hõ vel iste hõ & sic de singu lis est animal. ¶ Respõdetur, male descendiẽ, quia proceditur a suppositione confusa tãtũ ad determinatam respectu multitudinis. Sed oportet inferre, ergo a iste homo vel iste hõ vel iste hõ & sic de singulis nõ est aĩal, modo hoc totũ est verũ, quẽadmodum a sortes vel plato nõ est hõ. ¶ Ex isto sequiẽ, terminus di stributus negatur de ipso stãte determinate, hoc sic ꝓbo, ista est vera a hõ nõ est aĩal ex di ctis & iste terminus hõ supponit determiate, patet, hoc subiectũ in hac praiacẽte hõ nõ est aĩal supponit determinate. Et hoc subiectũ in hac pręiacẽte est hoc subiectũ in ista a hõ nõ ẽ aĩal, ergo subiectũ ĩ ista a hõ nõ est aĩal suppo nit determinate. Sed ꝓpositio nõ accipit veri tatẽ a suppositiõe determinata, sed a supposi tione cõfusa, & sic pars illius est falsa, cuius fal sitas mẽsuraẽ penes suppositionẽ determiatã.

Quarto argumentor, iste contradicũt oĩs homo ẽ aĩal homo aĩal nõ est, cõtra dicta. ¶ Protinus dicis, qa aĩal in neutra distribuiẽ, non cõtradicũt. Contra, ergo iste nõ cõtradi/ cũt oĩs hõ est aĩal hõ non ẽ aĩal, qa prędicatũ affirmatiue in neutra distribuiẽ, nõ in affirma tiua, vt liquet, & istud prędicatũ in affirmati ua nõ poniẽ in negatiua. ¶ Dicis licet non di/ stribuiẽ in negatiua secũdũ se tñ secundũ suũ synonimũ distribuiẽ. ¶ Cõtra, tũc iste cõtradi cerẽt oĩs hõ est homo & homo hõ nõ est, illud prędicatũ affirmatiue secundũ suũ synonimũ distribuiẽ, & hoc sufficit ꝑ solutionẽ datam, igitur. ¶ Respõdeẽ, nõ distribuiẽ secundũ sicũ secundũ quẽ est prędicatum, & hoc reqritur.

Quinto argumentor, iste contradicũt quilibet asinus hoĩs currit & asinus hoĩs non currit, & sunt simul vere ponẽdo platonẽ nõ habere asinũ & qlibet asinus possessus ab ho mine currat, veritas affirmatiue ẽ nota, & ve ritas negatiue patet, asinus platonis non cur/ rit, & plato est, ergo asinus hoĩs non currit.

Ad quintum respondetur cõcessa ma iore, negetur minor, negatiua est falsa, nec ꝓ batio valet, oportet sic ponere constantiã, & plato est homo habẽs asinũ. Sicut nõ sequitur sortes vidẽs hũc asinũ nõ est hõ & hic asinus est, ergo sortes vidẽs asinũ nõ est hõ, opus est ponere constãtiã & hic asinus a sorte visus est. Ratio est, oportet q̄ antecedẽs verificatur ꝓ supposito consequentis.

Sexto argumentor, per omnes condi tiones datas iste contradicerent omnis chime ra que currit mouetur, aliqua chimera q̄ cur/ rit non mouetur, patet discurrendo per om̄es conditiones. Sed oppositum coloratur, sunt ambe false, idcirco nõ opponunẽ, de affirmati ua notum, quia subiectum non supponit. Et negatiua equiualet isti, chimera currit & illa non mouetur, postquam illud relatiuũ, quæ non negatur.

Ad sextum respondet Hentisber, illæ propositiones nõ cõtradicunt, sed sunt simul false ꝓpter causam assignatã, & ita consequẽ

ter negaret istas cōtradicere ista chimera q̄ currit mouetur, ista chimera q̄ currit nō mouetur. Sed vtrusq; cōtradictoria dabitur p̄ p̄positionem negatiōis, & equalebit vni disiūctiue ꝓpōni ꝓpter negationē relatiui ¶ Illud mihi nō apparet rōnabile, licet ꝓteruiēdo posset defendi, q̄a in ꝓpōnib⁹ singularib⁹ sicut dicit Aristoteles nō refert p̄ponere vel postpōere negationē. Propterea concedo ꝓpositiones datas cōtradicere, & nego hāc eē falsam chimera quę currit non mouetur. Et vlterius negatur q̄ equalet copulatiue, imo in cōsequēdo vni disiūctiue. Negatio relatiui in sensu cathegorico nihil facit caeteris parib⁹, idē est dictu, ista chimera q̄ currit nō mouetur, & non ista chimera q̄ currit mouetur. Item est negatiua de subiecto non supponēte proīde vera. ¶ Ex istis patet oēs has negatiuas esse veras, chimera quae currit nō mouetur, Iohannes qui vixit centū annos non vixit tres annos, sortes q̄ disputauit Athenis non disputauit in Graecia, de sorte q̄ nunq̄ fuit Athenis intellige. Anticristus q̄ necessario est nō necessario est. Om̄ia ista patent per falsitates affirmatiuarū eis contradicētiū. Sed seruādū est vt in istis teneantur eadē extrema, & participēt naturas determinationū acceptarū vnicis acceptionibus, vt nullus hō q̄ currit mouetur, aliquis homo q̄ currit mouetur ei contradicit & non ista, aliquis homo q̄ non currit mouetur. Et eodē modo hic sortes est ens q̄ est omnis homo, sortes nō est ens q̄ est oīs homo, in quibus homo stabit instar determinationis accepte vnica acceptiōe. Et similiter hic, hoc animal quod est homo est irrationale & hoc animal quod non est homo non est irratiōale, ita q̄ ille terminus hō teneatur vniformiter Nā naturā determinatiōis accepte nō vnica relatiuū redolet vt supius diximus.

Septimo argumentor, iste cōtradicūt cuiuslibet hominis quilibet asinus est asin⁹ & alicuius hoīs asinus nō ē asinus, & sunt simul vere in casu, igitur. Casus est iste, sortes nullū asinū habeat & alij asinos habeant, veritas affirmatiue probatur cuilibet supposito subiecti respondet vnū suppositū prędicati stantis cōfuse tm̄, ergo ipsa est vera, nō alias est haec concedenda oīs hō est animal. Veritas negatiue patet, sortis asinus nō ē asinus & sortes est, ergo hoīs asinus nō est asinus ab inferiore ad supi⁹ sine errore & aīs est verū, ergo & cōsequens.

Respondetur in argumēto varij sunt meādri, sed sic dicimus, quādo est determinatio accepta vnica acceptione suo cū determinabili tunc totū reputatur vnus terminus, videatur pro quo determinabile secundū sibi additū accipitur & istud est acceptio totius vt q̄libet asinus hoīs currit subiectū nō capitur pro quolibet asino sed pro asino ab hoīe possesso. Licet hoīs pro quolibet hoīe supponat nō est vis vt in hac sortes differt ab hoīe est determinatio accepta vnica acceptione suo cū determinabili & tn̄ hominis stat pro quolibet hoīe Sicut differens ab ente currit ente pro quolibet ente accipitur. Sortes videt omne astrū stellic obliquus ꝓ quolibet sydere supponit. At cū determinatio nō vnica accipitur determinabile a determinatione restringitur. Cōcedim⁹ platonis quilibet asin⁹ currit. Si habeat praeter se duos asinos qui currāt alijs omnibus quiescētibus determinatio videtur stare irrestricte ꝓ quolibet hoīe, sic sillogisamus cuiuslibet hoīs asinus currit, sed plato est homo, ergo platōis asin⁹ currit, vbi i minore stat irrestricte, ergo & in maiore. ¶ Ex his carptim colligitur determinatio nunq̄ a suo determinabili restringitur siue accipitur vnica siue nō vnica acceptione bene autem econuerso.

Hijs pręmissis dico, duo copulatiue requiruntur ad veritatē huius cuiuslibet hominis quilibet asinus currit puta q̄ quilibet homo habeat asinū & q̄ quilibet asin⁹ possessus currat. Ergo per oppositū duo sufficiūt disiūctiue ad veritatē istius hoīs asinus non currit vel q̄ asinus non currat vel q̄ aliquis homo nō habeat asinū. ¶ Ex isto patet propositiones de quibus contēditur non sunt simul vere, affirmatiua ē falsa, & probatio est nulla quādo est determinatio accepta nō vnica acceptiōe cū suo determinabili. Assumēdū est in antecedente & cuiuslibet singularis subiectū & praedicatū supponūt ꝓ eodē, quod est falsum, demōstrando sortē dicēdo istius hoīs q̄libet asinus est asinus subiectū nō supponit & cū subiectū est determinatio accepta nō vnica acceptione cū suo determinabili nō est danda singularis respectu toti⁹ sed respectu partis, hoc dico quia adam est nō est singularis istius oīs hō est cū subiectū de illo nō verificatur, sed ille nō est determinatio accepta nō vnica, nec est incōueniēs terminū supponere in vniuersali & nō in singulari, vt istud determinabile asinus in hac cuiuslibet hoīs q̄libet asinus est asinus supponit & tn̄ nō supponit in hac istius hoīs q̄libet asinus est asinus demōstrato sorte. Vel dicatur (& breui⁹ & meli⁹) sic, licet p̄dicatū cōueniat cuilibet supposito subiecti, nō tn̄ cōuenit cuilibet supposito subsumpto sub pre subiecti, vel q̄ illa maxīa nō habeat verū qn̄ est determīatio accepta nō vnica. Etiā ista ē falsa oē falsum ē ꝓpositio casu quo illa cēt cū sos

lis veris vt ex inso'ubilibus patebit,& tamē cuilibet supposito subiecti cōuenit predicatū stans confuse tantum.

Contra hoc argumētor, ponēdo quēlibet hominē habere vnū asinum, iam ille due sunt false, ergo duo contradictoria falsa, negatiua est falsa vt patet ex declaratis. Et affirmatiue falsitas sic eluit. bene sequitur cuiuslibet hominis quilibet asinus est asinus, & isti asini sunt oēs asini, ergo cuiuslibet hoīs iste asinus est asinus demōstrando brunellū& cuiuslibet hoīs iste asinus est asinus demōstrando fauellū & sic de singulis, cōsequens est falsum, cū quilibet homo habeat precise vnū asinū, cōseqntia patet per descēsum, ille terminus asinus distribuitur ꝓ quolibet asino hoīs, ergo possumus demōstrare quēcūq; asinū quē velimus. ¶ Si forte concedas istā cuiuslibet hoīs iste asinus est asinus demonstrādo asinū platonis, addo minorē& Cicero est hō, ergo ciceronis iste asinus est asinus, in darij. Cōclusio est falsa, & minor vera, ergo maior falsa, q̄ erat vna singularis illata ex hac cuiuslibet hominis quilibet asinus est asinus.

Respondetur, ꝓpositio proposita erat vera, & nego illū descēsum. Quādo est determinatio accepta non vnica acceptione cū suo determinabili inchoandus est descēsus sub determinatione, & data vna singulari sub determinatione descendat sub determinabili secundū restrictionē determinationis. Hoc declaro exēplariter, cuiuslibet hoīs quilibet asinus est asinus, ergo istius hoīs q̄libet asinus est asinus (supposita constantia) demonstrādo fortē & sic de singulis. Postea capta hac singulari istius hoīs quilibet asinus est asinus, forte demōstrato, descendamus sub illo termīo asinus ad omnes asinos fortis, quia sic stat restricte, & eodē mō in qualibet alia singulari, & causa ē. quia oportet videre naturā distributionis, & secundū hoc ascendere vel descendere, quia ista ꝓpositio cuiuslibet hoīs quilibet asinus est asinus nō denotat quodlibet suppositū hoīs in quodlibet suppositū asini cadere. ¶ Et si dicas reliqui termini nō debēt stare restrictius in descēdētibus q̄ in descensa cuius oppositū facio, quia in hac cuiuslibet hoīs q̄libet asinus est asinus, asinus determiate ꝓ quolibet hoīs asino stat, in singularibus aūt ꝓ fortis asino stat tm̄ aut platonis asino tātū. ¶ Respōdet negādo reliquos termios debere stare eque restricte in qualibet singulari sicut in descēsa, sed sufficit reliquos terminos ꝓ tot accipi in tota multitudine singulariū, & ita est in ꝓposito, qñ dicit istius hoīs q̄libet asinus est asinus demonstrādo fortē illic asinus stat ꝓ asino fortis. Et ī alia singulari scilicet istius hoīs q̄libet asinus est asinus demōstrādo platonē ibi asinus pro asino platonis accipit, & descendēdū est pregcise pro asinis eius, & ita in tota multitudine singulariū ꝓ cuiuslibet hoīs asino accipit. ¶ Ex isto patet, quō debes ascendere & descendere hic in sua equalēte sub termīo asinus nō hoīs asinus non ē asinus. ¶ Sed ē modo dicat hic a quolibet ente quodlibet differēs ē ens, cū subiectū est hoc cōplexū ab ente differens ē propositio vera, cū predicatū subiecto cōueniat secundū exigētiā distributionum, q̄a quodlibet ens est ens & quodlibet differēs ē ens, in qua differēs pro qualibet re mūdi supponit. Nec ex illo sequit a quolibet ente hoc differens est ens demonstrādo fortē, quia illa ē falsa, vt patet sic argumētādo a quolibet ente hoc differens ē ens, fortes est ens, ergo a forte hoc differens ē ens, cōclusio ē falsa cū subiectū nō supponit, & minor vera, ergo maior falsa. ¶ Debebas descēsum exordiri ab isto termīo ente sic ab isto ente quodlibet differēs ē ens demōstrato cicerone, in qua differēs stat pro oī alio ente a cicerone, & descendēdo sub isto termīno differens q̄libet singularis erit vera, q̄a ab isto ente hoc differens ē ens, & sic de singulis semper per isto demōstrando ciceronē & per hoc quēlibet hominē non ciceronē, quia differens nō stat ꝓ eo in prima singulari, & ꝓportionabiliter in sua cōtradictoria. ¶ Ex isto patet hanc cōsequētiā esse nullā a quolibet ente quodlibet differēs ē ens, ergo quodlibet differens ab ente ē ens, quia cōsequens ē falsum & impossibile, & subiectū nō supponit, licet populus sit populus differēs ab ente. ¶ Forte dicis, si solus deus eēt ista esset falsa a q̄libet ente quodlibet differens ē ens, quia demonstrando essentiā diuinā falsum est dicere hoc est ab ente differens. De hoc ego nō curo, sed sufficit mihi vt non sequatur, vel naturaliter procedamus, sed istam concedo quodlibet differens a quolibet ente ē ens. ¶ Ex omnibus his sequitur istum modū argumentandi esse bonum, platonis asinus non est asinus & plato ē homo, ergo hominis asinus non est asinus, in constantia non opus est dicere plato ē homo habens asinum. ¶ Secundo sequitur hec cōsequentia est bona asinus hoīs non est asinus, ergo hoīs asinus nō ē asinus, a ꝓpositiōe habente pauciores causas veritatis ad ꝓpositionē hñtē plures. Ex isto iterū sequit hāc cōseq̄ntiā esse bonā cuiuslibet hoīs asinus ē asinus, ergo q̄libet asinus hoīs ē asinus, & hoc patet argumentando ex opposito consequentis ad op/

positū antecedētis. At ille vniuersales nō equiualēt ¶ Tertio sequit, vel euidens est ex dictis has duas asin⁹ hois currit, hois asin⁹ currit, cōuerti neutrā potest verificari reliqua existēte falsa ¶ Ex illo quarto sequit, istę duę cōuertūtur nullius hois asin⁹ currit & nullus asin⁹ hominis currit, hoc probatur per medium infallibile; quando duę propositiones equiualent earum contradictorie equiualēt. ¶ Quinto sequitur, a termino stante confuse tantum vel determinate ad terminum distributū est consequentia formalis, bene enim sequitur nullus asinus hominis currit, ergo nulli⁹ hominis asinus currit, & tamen hominis nō distribuitur in antecedente, sed stat determinate & distribuitur in consequente vt notum est. ¶ Sexto sequitur, licet asinus pro plurib⁹ quam hominis asinus accipitur tamen distributiue sumptum de eo non confuse accepto negatur.

Sed contra ista argumētor, iste cōuertuntur hominis asinus non est asinus, & asinus hois nō est asinus, ergo vniuersales earū cōtradictorie equalēt. Cōsequētia est infallibilis & antecedens patet, subiecta conuertūtur, & sic de copulis & prædicatis.

Dico subiecta non conuertūtur in negatiuis, quia aliquid vere negatur de vno qd⁹ false negat de alio. Sed in affirmatiuis de quocunq; verum est dicere q̄ est asinus hominis de illo verum est dicere est hominis asinus & econuerso. Etiam affirmatiua ista est vera q̄libet asinus hominis est asinus, & hæc falsa cuiuslibet hominis asinus est asinus, esto q̄ hominis distribuatur ad distributionem recti. ¶ Secundo dicitur, non inconuenit duo subiecta esse conuertibilia & aliquid vere de vno enunciari quod non vere enūciatur de alio diuersimodi accepto, patet hic. a homo nō est animal, homo nō est animal vtriusq; subiectū est synonimum alteri.

Secundo argumentor, indefinite illarum conuertuntur, ergo & ille vniuersales cōuertuntur.

Respondetur, hoc argumentū est nullum, quia probaret istas esse conuertibiles omne animal est risibile omnis homo est risibilis, quia indefinite illarum conuertūtur. Sequitur enim bene animal est risibile, ergo homo est risibilis & econuerso. Etiam probaret has equiualere oīs hō est aīal omnis hō est b animal.

Tertio argumentor. Singulares illarū vniuersaliū conuertunt, ergo & vniuersales, añs ꝓbat, q̄a quacūq; singulari istius capta cuiuslibet hominis asin⁹ currit, infert aliquā singularem istius quilibet asinus hominis currit continue idem demonstrando, bene enim sequitur. hominis istius asinus currit, ergo asinus istius hominis currit. Et sequitur hominis iste asinus currit, ergo iste asinus hominis currit semper demonstrando idem.

Ad hoc respondetur, negando antecedens, nulla singularis istius quilibet asinus hominis currit equiualet vni singulari huius cuiuslibet hominis asinus currit. In priore oportet dare singulares sub determiabili. Et ex cōsequenti sub totali extremo, & in secunda sub determinatiōe, quarum nulla alteri equiualet, iste enim non equiualēt iste asinus hois currit, & istius hominis asinus currit, licet secūda nō fuerit singularis simpliciter, est tamen singularis ex parte determinationis, & q̄uis iste equiualent, iste asinus istius hominis currit, & isti⁹ hominis iste asinus currit, eundem hominem & eundem asinum vtrobiq; demonstrādo, nihil contra responsionem cum non sint singulares immediate illarum vniuersalium, sicut nec hæ iste asinus hominis currit & hominis iste asinus currit. ¶ Secundo dicitur, licet quælibet singularis vnius infert vnam singularē alterius dūmodo continue idem demonstretur & econuerso hoc non sufficit, quia captis singularibus omnibus istius quilibet asin⁹ hominis currit, ille non inferunt totā multitudinē singulariū penes quā attēditur illatio isti⁹ cuiuslibet hois asinus currit, quia ad dādas singulares istius q̄libet asinus hois currit, sufficit dare singulares ex parte determinabilis postq̄ accipitur vnica acceptiōe, sed ad dādas singulares sufficientes hāc inferre veram cuiuslibet hois asinus currit, oportet dare istas, istius hominis asinus currit, sorte demōstrato & istius hois asinus currit platōe demōstrato & sic de singulis. ¶ Vnde sub paucis dicit͂ hæc consequētia est nulla q̄libet cathegorica copulatiue quę est antecedēs ifert vnā cathegoricā copulatiue q̄ est cōsequēs, ergo totale antecedēs infert cōsequēs. ¶ Ratio est, q̄a est aliqua cathegorica cōseq̄ntis nō illata ab aliqua cathegorica antecedētis vt verbi causa, ista cathegorica istius hois asinus est asinus demōstrādo platonē nō hn̄tē asinū nō ē illata ab aliqua cathegorica antecedētis. Hoc declarat͂ exēplo, data ista cōsequētia sortes currit & plato currit, & iste asinus currit, ergo hō currit & asin⁹ currit & equus currit. Iā q̄libet cathegorica antecedentis infert vnam consequētis vt patet per ascensum termini distributi, & tamen consequens non sequit͂ ex antecedente vt notū est,

Quarto argumentor, contrarię illarū duarum propositionum conuertuntur, ergo illę cōuertuntur. Antecedens patet, quia istę conuertuntur nullius hominis asinus currit & nullus asinus hominis currit vt correlarię superius retulimus.

Respondetur, consequentia est nulla istę non cōuertuntur omnis homo omne currens est & omnis homo est currens, & tamen earum contrarię conuertuntur vt patet ex dictis in contrarijs.

Quinto argumentor, istę exclusiue cōuertuntur tantum currens est hominis asinus & tātum currens est asinus hominis, ergo vniuersales earum conuertuntur, quæ sunt duæ propositiones quas negauim⁹ ęquiualere.

Respondetur, concedendo illas duas exclusiuas conuerti, quia virtualiter in vtraq; est determinatio accepta vnica, vt patet per exponentes earum, sed de hoc amplius in exclusiuis, nec cuiuslibet hominis asin⁹ currit est vniuersalis alicuius earum, quia in ea est determinatio accepta non vnica. ¶ Ex istis patet has esse impertinentes quilibet asinus hominis currit & cuiuslibet hominis asinus currit, quia si quilibet asin⁹ possessus ab homine curreat prima est vera, & secunda falsa. Si quilibet homo haberet duos asinos quorum vn⁹ curreat & alter quiescat, iam secunda esset vera & prima falsa.

Octauo argumētor principaliter, istę contradicunt quilibet asinus cuiuslibet hominis currit, & aliquis asinus alicuius hominis nō currit, sed hoc est falsum, igitur. ¶ Si dicas nō cōponuntur ex eisdem extremis & recte quidem. ¶ Accipio veram contradictoriam huius affirmatiue, scilicet asinus cuiuslibet hominis non currit, & sunt simul falsæ, quia pono brunellum esse asinum cōmunem sicut in statu innocentie vel in politia Socratis & Platonis secundo Politicorum ab Aristotele recitata, curra t sol⁹ ille, iam negatiue falsitas est liquida, & affirmatiue falsitas patet. Est affirmatiua de subiecto non supponente cum determinatio non supponit. De nullo verum est dicere hoc est quilibet homo, ergo est falsa. Itē ex affirmatiua sequitur quilibet asinus istius hominis currit, demonstrando hominem habētem asinos particulares. Modo hoc est falsum, cum solus brunell⁹ asinus communis currat, consequentia tamen patet per descensum.

¶ Præterea, subiectum affirmatiue ęquiualet huic asinus entis quod est quilibet hō, & hoc totū mediāte illa copula nō supponit, igit.

Ad octauum inter argumenta lidum recte dantur contradictorię. Et nego affirmatiuam esse falsam, & nego vlterius subiectum nō supponere. Dico em̄ qr̄ est determinatio accepta vnica acceptione cum suo determinabili sufficit vtrūq; substantiuum supponere & q̄ totum sit verificabile de aliquo. Modo ly hominis & ly asinus supponunt, & hoc totū asinus cuiuslibet hominis verificat de aliquo, hoc ad suppositionem totius sufficit. Secus est hic asinus antichristi currit, differens a nō ente currit, istud totū de nullo verificatur, nō enti nihil est idem vel diuersum. Idem tamē est hic asinus nō antichristi currit, licet antichristi nō supponit. Similiter Sortes est aliq̄s homo prędicatum supponit & non signum particulare. Non requiritur ergo totale extremum supponere syncathegorematice ad hoc q̄ extrema supponant. Idem patet hic, Sortes incipit videre asinum, posito q̄ nūc nullus sit asinus horam futuram in partes proportionales partiendo minoribus versus nos terminatis in quarum qualibet producetur vnus asin⁹ quē Sortes in illa parte videbit. Hæc est vera Sortes incipit videre asinum, patet per exponentes eam exponendo per positionem de futuro & remotionem de præsenti, ergo totum prædicatum supponit. Incipit enim ampliat ad ea quæ sunt vel immediate post hoc erunt, & tamen de nullo verum est dicere, hoc est vel immediate post hoc erit asin⁹. Idem patet hic, asinus sortis vel chimere currit. Sic hic iste homo currit, determinatio nō supponit, scilicet pronomen iste. ¶ Et quando p̄bas per descēsum illam affirmatiuam esse falsam, dico enim cū est determinatio accepta vnica acceptione cū suo determinabili non est descendendum, est enim distributio immobilis Nec hæc cōsequētia valet quilibet asinus cuiuslibet hominis currit, ergo quilibet asinus alicuius hominis currit, cum antecedens est verum, & consequens falsum. Et quando concederetur affirmatiua falsa (q̄ non oportet) ob argumentum factū non habes aliquid cōtra cōtradictoriarū legē, quia sua contradictoria scilicet negatiua tunc erit vera. ¶ Vnde fit istę simul stant q̄libet asinus cuiuslibet hominis currit & nullius hominis asinus currit.

¶ Et ad vlteriorem rationem quando dicitur subiectum affirmatiue æquiualet huic asinus entis quod est quilibet homo negetur assumptum, quia in vna cathegorema additur determinabili immediate, licet signum particulare interseratur redit in idem, vt asin⁹ alicuius entis quod est quilibet homo, & licet

quilibet homo & ens q̄ est quilibet homo cō
uertant, non tamen loco vnius licet aliud po
nere eadem veritate seruata, pilus & lana q̄
est pilus conuertuntur, tamen haec est vera ar
tifex facit pilum & non lanam quae est pilus.
¶ Suadetur rationabilitas loquēdi dupliciter,
tum primo opposito dato haec negaretur sor
tes differt ab omni animali contra priscos so
phistas & dialecticos. ¶ Tum secundo per hāc
denotatur asinus cōmunis siue a quolibet ho
mine possessus currit & hoc est verum, asinus
per totam illam determinationem restringi/
tur, determinabile principale supponit & to/
tum aggregatum.

Nono argumentor, iste contradicunt
quilibet asinus hominis quilibet asinus est, &
nō quilibet asinus hominis quilibet asinus ē,
& sunt ambe vere in casu, igitur. consequen
tia tenet cum maiore, probatur minor, posi/
to q̄ sit determinatio accepta non vnica acce
ptione hoc ē q̄ hominis determinet ly asinus
posteriori in loco, & q̄ quilibet homo habeat
praecise vnum asinum & nullus sit onager. Ia
affirmatiua est vera, patet ascendēdo sub ter/
mino asinus in primo loco, veritas etiam ne/
gatiue patet, equiualet enim huic non homi/
nis quilibet asinus quilibet asinus est, capiēdo
asinus ī vltimo loco pro subiecto in alia, cum
sint due propositiones eiusdem qualitatis cō
posite ex terminis eodem modo supponenti
bus, sed ista est vera, vt patet per eius contra
dictoriā falsam subtrahēdo negationē, igi.

Ad nonum respondetur negando mi
norem, negatiua est falsa; & ad probationem
nego q̄ equiualet illi date, in illa asinus suppo
nit confuse tātum, in alia autem determinate
¶ Sed contra veritatem affirmatiue argumē
tor sic, bene sequitur quilibet asinus hominis
quilibet asinus est, ergo a hominis quilibet asi
nus quilibet asinus est, ab equiualentibus. Sed
consequens ē falsum, nam bene sequitur a ho
minis quilibet asinus quilibet asinus est, ergo
a hominis iste asinus quilibet asinus ē, & a ho
minis iste asinus quilibet asinus est per descen
sum, consequens ē falsum, ergo & antecedēs.
¶ At dicis, cum ē determinatio accepta non
vnica prius descendendum est sub determina
tione, & postea sub determinabili. ¶ Contra
adhuc consequens est falsum, vt patet intelli/
genti. ¶ Respondetur, concedendo priorē cō
sequentiam negando secūdam, in qua ponis
esse descensum, quia argumentaris virtualiter
a confusa ad determinatam respectu multitu
dinis, obliquus in descensa formaliter & vir

tualiter supponit confuse tantum, & in desce
dētibus virtualiter determinate respectu pre
dicati distributi. Idē enim est dicere a hominis
iste asinus quilibet asinus est, & hoīs iste asinus
qlibet asinus est. ¶ Vtrobiq; em̄ tam in affir
matiuis quam in negatiuis idem est determi
nationem supponere confuse tantum vel de
terminate respectu determinabilis supponen/
tis discrete, ita q̄ suppositio illa cōfusa forma
liter equiualet determinate & de ipso omnino
iudicandum est in omnibus ac si esset determi
nata, vt iste formaliter equiualent a hoīs bru
nellus quodlibet rudibile est & hominis bru/
nellus quodlibet rudibile ē. Similiter iste a ho
minis fauell⁹ nō ē rudibilis, & hoīs fauellus nō
ē rudibilis. Ex quo sequitur, nō refert aliū termi
nū suppōere cōfuse vel determiate determia
bili stāte discrete q̄litercūq; determiatio sup/
ponat vt iste formaliter equalēt cuiuslibet ho
minis brunellus ē rudibilis & cuiuslibet homi
nis brunellus est b rudibilis, contradicunt ei
duabus formaliter equiualētibus, ratio huius
est, propositio in qua ponitur suppositio con/
fusa tantum non potest verificari nisi termino
solum vnicum suppositum habēte. ¶ Primo
illic ascēdas sub predicato, a hominis quilibet
asinus iste asinus est, & a hominis quilibet asi/
nus iste asinus est, & sic de singulis, inchoādo
ab altero extremo distributo, hoc ex dictis est
consequens cum non a determinabili exordi
mur, vt diximus. & primordiū a determina/
tione esset inutile Relinquitur autem proba/
tio in altero extremo, & ita vtrobiq; quando
determinatio accepta non vnica stat confuse
tātum respectu determinabilis distributi aut
stantis confuse tantum distributione in altero
extremo existente. At si determinatio staret
determiate ab ea exordiaris vsquequaq;. Ve
rum si determinabile determinate steterit in
ordine ad determinationem supponentem cō
fuse tantum respectu alterius extremi distri/
buti, tunc potes inchoare a determinabili, pa
tet exemplariter a hominis asinus non est asi/
nus determinabile est princeps vocabulum p
bādi. Ad propositum, ergo redeūdo facto de
scensu sub predicato virtualiter determinatio
stat determinate. Idem enim est dictu a homi
nis quilibet asinus iste asinus est, & hominis q
libet asinus iste asinus est, cum determinatio
stat in valore determinate, quia non ē alia di/
stributio a distributiōe determinabilis sui, sub
ea disiunctiue descendes antequam descēsum
sub determinabili temptaueris. Et illud a po/
steriori cognoscitur, quia descendendo primo
sub determinabili ante determinationem de

scendentes falsas inuenires, & descensam verā, quod ab omni logica est alienum. Nec inconuenit in descensu facto argumentari a confusa ad determinatam cum non sit alia multitudo a distributione determinabilis.

Sed contra veritatem illius propositionis a hominis quilibet asinus quilibet asin9 est argumentor, ipsa infert hanc falsam a hominis asinus quilibet asin9 est a distributo ad nō distributum.

Secundo argumentor, non istius hominis quilibet asinus quilibet asinus est, & nō istius hominis quilibet asinus quilibet asin9 est, & sic de singulis, ergo non a hominis quilibet asinus quilibet asinus est, per ascensum antecedens est verum, ergo & consequens, quod cōtradicit propositioni concesse.

Ad prius negatur consequētia, discurritur a cōfusa ad determinatum respectu multitudinis in ordine ad eundem terminum & ad diuersos. hominis in consequente virtualiter stat determinate. ¶ Idem enim est in affirmatiuis determinationem supponere confuse vel determinate siue alterum extremū distribuatur siue non respectu determinabilis stantis determinate, & propterea nō sequitur a hominis quilibet asinus quilibet asinus est, ergo asinus quilibet asinus est a restricto ad non restrictum. Nam proceditur a confusa ad determinatam respectu multitudinis, inferas a asinus quilibet asinus est.

Ad secundum negatur consequentia nec est ascensus. Sed a pluribus determinatis respectu partium multitudinis ad vnam determinatam respectu totius proceditur. Ad bene ascendendum oportet exordiri a termino a quo sua contradictoria probationem capit. ¶ Vtrobiq; enim a quocunq; termino probatio in vna contradictoriarum exordiū habet ab eodem in altera contradictoriarum initium capietur, sed a prædicato huius a hominis quilibet asinus quilibet asinus est primo ascendimus vt dictum est, igitur sic ascendendum est, non a hominis quilibet asinus iste asinus est, vel non a hominis quilibet asinus iste asinus est, & sic de singulis, ergo non a hominis quilibet asinus quilibet asinus est & tunc sicut consequens est falsum, ita est antecedēs. Et licet in hac consequentia discurratur a pluribus determinatis ad vnam ex parte determinabilis nihil mali est, quia hoc non inconuenit quādo illa suppositio determinata suppositiōi confuse tantum æquiualet, quemadmodum est in proposito. Quantum ad veritatem vel falsitatem non interest determinabile supponere confuse vel determinate in illis ascendētibus. ¶ Nam pro regula seruato determinatio non respicit suū determinabile in contradicendo, nec contra, sed alios terminos. Propterea idem est determinationem stare determinate aut cōfuse respectu sui determinabilis & contra vtrobiq;. Et propterea iste contradicūt eidem, non a hominis quilibet asinus iste asinus est, & non hominis quilibet asinus iste asinus est, scilicet isti a hominis quilibet asin9 iste asin9 est. Idemtidem ista a hominis quilibet asinus quilibet asinus est habet quācunq; istarū pro contradictoria cuiuslibet hominis b asin9 b asinus non est, cuiuslibet hominis asinus b asinus non est. ¶ Ex quo patet in contradictoria huius cuiuslibet hominis b rudibile est currens ly hominis stabit pure determinate. Et ratio huius talis poterit assignari quia nō ascēdimus vel descendimus sub determinabili nisi prius sub determinatione si fuerit termin9 acceptus non vnica. Si vero fuerit vnica sub toto prius ascendimus descendimusve. Ex quo infertur idem est determinabile supponere cōfuse vel determinate respectu sue determinationis & contra qualitercunq; termini supponant. Iste formaliter ęquiualent, cuiuslibet hominis oculus est dexter, cuiuslibet hominis b oculus est dexter, eādem habent contradictoriam hominis oculus non est dexter. ¶ Similiter iste cuiuslibet hominis oculus non est hoc dextrum cuiuslibet hominis b oculus non est hoc dextrum. Pari modo istę ęquiualent formaliter a hominis quodlibet rudibile est currens, hominis quodlibet rudibile est currens. Idemtidem iste negatiue a hominis quilibet asinus non est brunellus aut hic asinus, & hominis quilibet asinus non est iste asinus.

¶ Dixi respectu sue determinationis & cōtra respectu sue determinabilis, quia habēdus est oculus ad terminos alios, propterea iste non ęquiualent a hominis quilibet asinus quilibet asinus est, & hominis quilibet asinus quilibet asinus est, Nec iste, cuiuslibet hominis oculus quodlibet dextrum est, & cuiuslibet hominis b oculus quodlibet dextrū est. ¶ Ex prędictis patet, hęc illatio est inualida nullius hoīs quilibet asinus quilibet asinus est, ergo non a hominis quilibet asinus quilibet asinus est.

¶ Secundo sequitur, si determinatio distribuitur determinabili supponente determinate in aliqua propositione in cōtradictoria illius nō est necessarium ratione illius collationis vt illa determinatio supponat confuse tātum, sed indifferenter potest stare confuse vel determi

nare, vt hominis quilibet asinus currit hæc ꝓ sua cõtradictoria sortitur cuiuslibet hominis b asinus non currit, habendus est itaq; præci/ se oculus ad suppositionem determinationis vel determinabilis cum alio termino. ¶ Ter/ tio sequitur hæc illatio non est in celarene nul lius hominis quilibet asinus quilibet asinus ẽ, omnis a homo est homo, ergo nõ a hominis quilibet asinus quilibet asinus est.

Decimo argumẽtor, cuiuslibet homi/ nis rudibile angeli nullus asinus est, a hominis quodlibet rudibile cuiuslibet angeli b asinus est contradicunt, & sunt ambe vere in casu, er go contradictorijs non repugnat veritas. Sit enim casus ꝙ sortes & Michael angelus possi deant brunellum diuisim & plato cũ Gabrie le fauellum etiam copulatiue possideat, tũ af/ firmatiue veritas patet ascendendo sub ly an geli demonstrando Michaelem, postea ascen/ dendo sub ly asinus demonstrando brunellũ & tum sub ly risibilis vbi suppositio confusa determinate equiualet demonstrando sortẽ, ꝙ autem oportet inchoare ascẽsum sub ly an geli, probatur suum determinabile supponit determinate a quo inchoandus est ascensus ni si contingeret determinatio accepta nõ vnis ca, quia tum prius est ascendendum sub de/ terminatione quam sub determinabili vt hic cuiuslibet hominis b asinus non currit, vbi in choandus est ascensus sub determinatione si/ cut in eius vera contradictoria hominis quili bet asinus currit, nec inconuenit argumentari a pluribus determinatis & cetera cum deter/ minabile non stat determinate respectu deter minationis aut suorũ singulariũ, vt iampridẽ retulimus. Negatiue etiam veritas facile pa/ tet per ascensum. ¶ At forte dicis propter ar gumentum ista est sua contradictoria cuiusli bet hoīs b rudibile b angeli nullus asinus est. ¶ Contra, si per hypothesim sit sortes possi/ dens duos asinos copulatim cum raphaele an gelo nullis alijs existentibus, tum ambe sunt false ve facile est videre.

Respondetur, nulla propositionũ ad/ ductarum affirmatiue contradicit, sed hæc cu iuslibet hominis rudibile b angeli nullus asi/ nus est. Et istud facile patet ex regula in argu mento pręcedẽti recitata rudibile in subiecto affirmatiue distribuitur solũ in ordine ad sup positionem determinatã de ly asinus in prędi cato, nõ enim aspicit suppositionem suę deter minationis. Itaq; in sua contradictoria suppo nere debet confuse tantum. Et notio angeli solum mobilitatur in affirmatiua in ordiẽ ad suppositionem confusam idcirco stabit deter minate. ¶ Ex quo sequitur, contradictoria hu ius cuiuslibet hominis asinus b hominis quis libet asinus est non est vna istarũ alicuius ho minis quilibet asinus cuiuslibet hominis asinꝰ non est. Alicuius hominis quilibet asinus cu/ iuslibet hominis b asinus non est, nec dabis suppositionem mixtam cum hęc est sua recta contradictoria a hominis quilibet asinus cuius libet hominis b asinus non est.

Vndecimo a argumentor, iste contra/ dicunt hominis a asinus non est asinus & cu/ iuslibet hominis quilibet asinus est asinus, & sunt simul vere, igitur. Si enim quilibet homo hẽat duos asinos affirmatiue veritas est me/ ridiana luce clarior. Et veritas negatiue proba tur, platonis a asinus non est asinus, & plato est homo, ergo hominis a asinus non est asinꝰ. ¶ Forte dices, hęc est sua contradictoria cuius libet hominis quilibet asinus est b asinus.

¶ Contra, quolibet homine habente præcise vnum asinum sunt ambe false, vt notum est, igitur. ¶ Item ambe hæ affirmatiue habẽt cõ tradictorias non equiualentes illi, ergo nulla istarum illi contradicit, consequentia est infals libilis, nũq̃ duabus propositionibus non equi ualentibus eadem enunciatio contradictorie opponitur, opposito dato sequuntur contra/ dictoria vera aut falsa, antecedens patet, con/ tradicũt istis a hominis a asinus nõ est asinus, hominis asinus nõ est asinus, quarum neutra equiualet illi, vt ex dicendis liquebit. ¶ Con firmatur iste sunt simul false equum quilibet homo videt & quelibet equum b homo nõ videt, ponendo quemlibet hominem pręcise vnum equum videre, & sunt cõtradictorie, igitur. de affirmatiua notum est, de negatiua patet per suam contradictoriam verã a equũ quilibet homo videt huic equiualentem qui/ libet homo videt equum ¶ Si dicas illam no tionem homo debere stare confuse tãtum eo ꝙ distribuitur in ordine ad terminum stantẽ determinate. ¶ Contra casu quo quilibet ho/ mo a equum videat sunt simul vere, de affir matiua liquet, de negatiua patet per suam cõ tradictoriã falsam equũ q̃libet homo est b vi dens. ¶ Secundo cõfirmatur, caput omnis ho mo habet est vera aut falsa, cum sua contradi ctoria, igitur. antecedens patet, quęrendo eius contradictoriam, si hanc in medium attuleris omne caput b homo non habet, dabũtur am be false. Si vero hanc dederis omne caput ho mo non habet dabuntur ambe vere quolibet homine habẽte idem caput, igitur. quicquid dixeris contradictoria erunt falsa aut vera.

¶ Aſſueui ſuccinctius procedendo aſſumere has quatuor a hominis a aſinus non eſt aſin°, hominis a aſinus nō eſt aſinus, a hominis aſin° nō eſt aſinus ſic ꝙ ſignum preciſe feratur ī terminum propinquum, & hominis aſinus non eſt aſinus. Si enim ponas rudibile vel alium terminum non ſynonimum a parte prædicati in idem redit, ille vtroq; termino participant ordine eodem, nec inter ſe æquiualent, proinde alias atq; alias efflagitabant contradictorias, nec alia via euadē di occurrebat niſi nouas cōditiones recentibus cum impoſitionibus cudere, propterea ſuppoſitionem mixtam non gratis ponere vrgebar. ¶ Haſce quatuor propoſitiones inter ſe minime ęquiualere oſtendere conabimur. Si enim quilibet homo haberet preciſe vnū aſinum prima eſt vera, vt patet per ſuam ęquiualentem quilibet aſinus hominis aſinus non eſt. Et hac hypotheſi ſtante quarta eſt falſa, & in hoc caſu ſecunda eſt falſa, patet deſcendendo primo ſub determinatione ſtante determinate quælibet ſingularis eſt falſa, hęc enim eſt falſa iſtius hominis a aſinus non eſt aſinus, quoniā iſtius hominis quilibet aſinus eſt b aſinus. ¶ Nec prima & tertia ęquiualent, patet, ſit ſolus Sortes inter homines & habeat plures aſinos prima eſt vera, ſed tunc falſitas tertie patet. Nam bene ſequitur a hominis aſinus non eſt aſinus & om̄is homo eſt Sortes, ergo Sortis aſinus non eſt aſinus, in bocardo, concluſio eſt falſa & minor vera, ergo maior falſa. Hic poteſt eſſe euaſio quędam vt ex ſuppoſitione de ly a, patet, tamen egre ipſa eſt rationabilis cū determinabile ſtet determinate & ſit preciſe vnus homo habens aſinos. Idem eſt dicere a ſol non eſt ſol & ſol non eſt ſol quo ad veritatem vel falſitatem. ¶ Sed hic adhuc poteſt euaſio per aſinorum multitudinem. ¶ Falſitas tamen eius ineuitabiliter patet deſcendendo ſub determinabili ſtante determinate, quocunq; aſino demonſtrato hæc eſt falſa a hominis iſte aſinus non eſt aſinus, patet per veritatem ſue cōtradictorie. At ſecunda in iſto caſu eſt vera vt liquidum eſt aſcendendo ſub determinatione, & in eodem quarta eſt falſa vt notum eſt, igitur ipſa & ſecunda non ęquiualent. ¶ Ex his itaq; infertur nec primam & ſecundam inter ſe nec alicui aliarum ęquiualere. ¶ Reſtat igitur dūtaxat non ęquiualentiam tertie cum quarta enodare quod ſic manifeſto. Sint duo homines Sortes & Plato quorum quilibet habeat ꝓprium ſuum aſinum tam quarta eſt falſa Et veritas tertie patet. A hominis iſte aſinus non eſt aſinus, vel a hominis iſte aſinus non eſt aſinus, & ſic de ſingulis, ergo a hominis aſinus non eſt aſinus, & antecedens eſt verum. Quando determinatio ſtat confuſe tantum reſpectu determinabilis ſtātis determinate in negatiua inchoabis aſcenſum a determinabili. Deſcenſus ſuppoſitionis confuſe diſiunctim eſt nedum tenebroſus ſed inutilis, propterea non abs te multi vetitum ſub prædicato huius & ſimilium om̄is homo eſt animal minime deſcenderunt, quia cum diſiunctum habes adhuc ſtabit confuſe tantum, & illic nota eſt inutilitas deſcenſus. Et quando inutilem deſcenſum ſub determinatione primo admittas, poſtea deſcendendo diſiunctiue ſub determinabili diſiuncto ſtante confuſe tantum ſcopum perinde ac ſi primo deſcendiſſes ſub determinabili deprehendes, igitur tertia & quarta nō ęquiualēt. ¶ Vnde fit non eſt idem determinationem ſtare confuſe vel determinate etiam determinabili ſtante determinate modo ponatur diſtributio in altero extremo in negatiuis.

His quatuor propoſitionibus poſitis quæ inter ſe non ęquiualent contradictorias non ęquiualētes dare neceſſum eſt. Et quo ad prime contradictoriam non eſt difficultas tū in ea diſtribuitur terminus in ordine ad duos terminos ſtantes confuſe tantum, & per idē nec eſt difficultas in quarta propoſitione. Sed in ſecunda & tertia difficultas latitat cum cōfuſa determinate non ęquiualeat, quia ſi ſic nō eſſet ambages, ex dictis præcedentibus tunc ſemper confuſa leges determinate ſubit.

Dico ergo quando terminus diſtribuitur ī ordine ad duos terminos quorum alter ſtat determinate, alter vero cōfuſe a parte eiuſdem extremi terminus diſtributus in contradictorio non ſtabit ſuppoſitione ſimplici vna determinata aut confuſa, ſed mixta partim determinate & partim confuſe, confuſe in ordine ad terminum ſtantem determinate & determinate in ordine ad terminum ſtantem cōfuſe, quia [illegible] ſuppoſitionem confuſam quā determinatam oppoſite aſpicit. Et ſi prior terminus ſupponat determinate ſuppoſitionem termini diſtributi in ſua contradictoria vocabo confuſam determinatam, cōfuſam oppoſito modo ad determinatam & determinatā contradictorie ad confuſam, & nominabitur a nota t, præpono terminum e ad inſinuandum ꝙ primus terminus in ſua contradictoria ſtabat determinate, ſub quo primo erat aſcendendum deſcendendumve, & ſecundus confuſe, & ſic contradictoria huius hominis a aſinus non eſt rudibilis eſt hæc cuiuſlibet ho

minis quilibet asinus c rudibile est, in qua rudibile prædicatum supponit mixtim confuse determinate, & si sint plures homines quorũ quilibet habeat pręcise vnum asinum tũc hęc est vera, cuiuslibet hominis quilibet asinus c rudibile est, in qua non inchoabis ascensum a suppositione mixta, sed considerandum est a quo termino in sua contradictoria descensus primitus erat, & sub eodem inchoetur in ꝓpositione in qua terminus supponit suppositione mixta sub descensu ascensum & contra semper cõprehendendo, nunc vno nunc alio promiscue vtor, modo in negatiua ei contra dicenti descensus ab obliquo inchoatur, vt ꝑ notam c est liquidum. Et sic hic descendas cuiuslibet hominis quilibet asinus c rudibile est suppposita constantia, ergo istius hominis quilibet asinus b rudibile est, & istius hominis quilibet asinus b rudibile est, & sic de singulis Ita ꝙ in qualibet singulari prędicatum stet determinate quod in descensa mixtim supponebat, & id rationis est, quia descendẽdo sub determinatione tollitur suppositio determinata in sua contradictoria, quia determinatio quę alias staret determinate tũc singularisabitur, & manet terminus non singularisatus ꝗ in cõtradictoria stabat confuse tantũ, propterea in descendentibus inchoando a determinatione prędicatum stabit pure determinate. Nec prędicato relatiuum idemptitatis applicabis. cũ nõ stetit pure determinate in descẽsa, sed partim confuse, & post hac sub termino rudibile distũctiue descẽde, cum stet pure determinate.

Cęterum si primus terminus confuse steterit, secundus vero determinate (vt dicẽdo a hominis asinus non est rudibilis) terminus distributus in sua contradictoria stabit determinate confuse mixtim, determinate in ordine ad terminum stantem confuse, & confuse in ordine ad terminum stantem determinate, & vocabitur suppositio determinata confusa præpostere ad confusam determinatam. Et quia nomina significant ad placitum hoc denotabo per litteram d. Contradictoria propositionis date erit cuiuslibet hominis quilibet asinus d rudibile est, nec ista equiualebit illi plusꝗ earũ contradictorie negatiue.

Sed contra istud argumentor, negatiua esse vera ponẽdo plures homines quorum quilibet habeat vnum asinum pręcise. Et veritas affirmatiue etiam patet, istius hominis quilibet asinus d rudibile est, & istius hominis quilibet asinus d rudibile est, & sic de singulis (supposita constantia), ergo cuiuslibet hominis quilibet asinus d rudibile est, tenet consequentia per ascensum, antecedens est verum, ergo & consequens ¶ Respondetur affirmatiua est falsa, & consequentia est nulla, nec est ascensus, cum determinatio non est terminus primo probabilis in negatiua, nec erit terminus primo ꝓbabilis in affirmatiua, primo enĩ ascendes sub determinabili distributo quod erat terminus primo probabilis in suo cõtradictorio vt littera d repręsentabat. Et sic ascẽdes cuiuslibet hois iste asin⁹ b rudibile est, & cuiuslibet hois iste asinus b rudibile ẽ & sic de singulis, ergo cuiuslibet hois qlibet asin⁹ d rudibile est, tunc etiã antecedẽs est falsum. Et ratio quare prędicatum in qualibet ascendentis um stabit determinate, est prius vtcunq; dicta sed adhuc luciditatis gratia eam refrico. Nã eo ꝙ ascenditur sub termino in ordine ad quẽ in ascensa stabat determinate manente termino distributo in ordine ad quem stabat cõfuse. Posthac potes descendere disiunctiue sub prędicato stante determinate. Sed suppositionem mixtam descendendo vel ascendẽdo minime attingas ¶ Ex his sequuntur aliqua, primo, non semper quando terminus distribuitur in ordine ad terminum stãtem confuse tãtum ille terminus distributus in contradictoria stabit determinate, nec semper quãdo terminus distribuitur in ordine ad terminũ stantem determinate stabis pure confuse in cõtradictorio. ¶ Vlterius patet, c & d non similem faciunt suppositionem, quia vna determinatã confusam, reliquã cõfusam determinatam facit, quæ multum differunt. Et licet a & b variam suppositionem communiter causant, etamen & d incassum hanc suppositionem faciũt nisi vbi casus prefatus contingit inutile est dicere omnis homo est c animal aut d currens.

Superest iamiam ad formã ratiocinij respondere, concedo nulla illarum propositionum illic in argumento relatarum huic propositioni opponi hominis a asinus non est asinus vt argumentum & iam dicta lucide ostẽdũt, postꝗ suppositio cõfusa illic non equiualet determinate & cum termin⁹ asinus posteriori in loco ad suppositionem confusam necnon determinatam simul distribuatur, partim determinate partim confuse suppositiõe mixta stare necessum est. Et cum prior notio stet determinate stabit terminus asinus confuse determinate, hæc ergo erit sua contradictoria cuiuslibet hominis quilibet asinus est c asinus ¶ Et ita proportionabiliter ad vtramq; confirmationem, dicendum est, contradictoria huius equum quilibet homo videt erit hæc quemlibet

bet equum c homo non videt. Idem tid ē con
tradictoria huius caput omnis homo habet
est hæc quodlibet caput c homo non habet.
Ex his liquere arbitror hanc illationem esse in=
ualidam caput omnis homo habet, ergo ca/
put habet omnis homo, supponendo etiam si
gnum non esse partem extremi, quoniam a
confusa ad determinatam respectu multitu/
dinis proceditur ex parte de ly habens.
¶ Ex istis laboriosi iuuenes in cæteris procede
re possunt. Nec hanc materiam quam nūc cla
re tradere conatus sum ad complexa extēdo,
quia ē tunliter cisternas vlteriores venari, in lo
gica si opus fuerit āplius loq̄mur, de disiūctis
tñ & copulatis suis ī locis mētionē faciemus:
Demum grauiorem post materiā obli
quorum & tędiosum contradicēdi modum
quia primę figure breui appropinquabim⁹ q̄
auditores prisco ritu regenti faciūt ꝓ labori/
bus satis serio sub ymagine ioci argumentor,
Iste contradicūt sortes satisfecit ꝓ figura sor
tes nō satisfecit ꝓ figura, casu quo idē duode
nis ponat̄ in viginti locis & sortes teneat̄ dare
pręcise dimidiū scutū, & det istū duodenū po
sitū in viginti locis, immo vigesies successiue
semꝑ duodeno reseruato in oī datiōe apud te
gētē. Argumētor sic, sortes satisfecit ꝓ figu/
ra, quia solū debebat frācum, & dedit viginti
duodenos in valore. Nā vn⁹ duodenus in bi
nis locis Romę & Parisius locat⁹ duos duode
nos valet & ꝑ cōseq̄ns trib⁹ in locis tres duo/
denos valet, & ꝓportionabiliter secūdū nūe=
rū locorū exibit valor in duodeno, ergo in vi
ginti locis viginti duodenos aut frācum vale
bit, igitur. quod deus idē corpus possit in di/
uersis locis ponere de corꝑe xp̄i in eucharistia
ꝑspicuū ē, & si sacramētaliter id facere valeat
valētiori rōne id pōt circūscriptiue ponendo
corp⁹ vt de. s. Ambro. tradūt q simul medio
lani & turōis in exeq̄is diui martini fuit. Simi
le a nr̄atib⁹ de corꝑe bti Baldredi mēorie ꝓdi
tū ē, q̄ refert cōditū eē ī tri̇bus in locis mille passi
bus secretis vt pote aldhamē tymynghamē
& p̄stonē, negatiuā sic ꝓbo sortes debebat ad
minus decē & septē duodenos & dedit p̄cise
vnum, ergo non satisfecit.
Respōdetur huic argumēto, negādo
veritatē negatiue & distiguo sortē dedisse ni
si vnū duodenū vel ī forma cōcedo, ī valore
aūt nego, ille ei posit⁹ in viginti locis viginti
duodenos vt int̄ argumētādū ꝓbatū ē valet
Hic in cōtradictoriarū calce aī aduertat lector
me nō plures argutias cōtradictoriorū multo
rū more exaggerare q̄a gn̄ati in alijs materijs
scribo, ip̄e duob⁹ ac triginta ānis exactis libellū
cōtradictoriorū edidi q̄ sexaginta argumēta
tiōes hic ide ab oī materia pēdētes fabricat⁹ sū
Ea tēpestate nō suspicabar me singulos diale
ctice locos cōminisci. Posthac singula ydoneis
locis distribui & hucusq̄ de contradictorijs.

De oppositis subcontrarijs.

Subcōtrarie sūt duę particulares qua=
litatis opposite ī q̄bus vulgo ꝑticulari
tates vniuersalitatē exuꝑāt q̄libet vni
uersalitas ī vna erit ꝑticularitas ī alia &
nō ecōuerso oppositio mō ad cōtrarias



Vb particula
ribus indiffini/
te includuntur,
quare iste non
subcontrariant̄
homo om̄e ani
mal est, homo
om̄e animal nō
est, sunt eni am/
be false. Subcon
traria prioris ē hęc hō aīal nō est, ac posterioris
hō aīal est. Iste bene subcōtrariant̄ hō aīal est
hō aīal nō est. Quāto plus est de particularita
te tāto melius subcōtrarietas stipatur, sicut di
stributiōe contrarietas fortificat̄. ¶ Dicit vul=
go, oīs hō est aīal, a hō nō est aīal vbi sunt duę
ꝑticularitates itē bine vniuersalitates, istis for
maliter repugnat falsitas et sunt iam vere. Po
tes tamen teipsum facilius liberando dicere
eas subcontrarias de lege solum, quemadmo
dum iste duę negatiue aliquis homo non est
hoc ens quod est animal, aliquis homo nō est
hoc ens quod non est animal, in istis non sunt
eadem prędicata vt perspicuū est considerāti.
¶ Pari modo dices de his homo currit iste ho
mo non currit. Si tamen cuipiam placuerit di=
cere nulla est oppositio de lege nisi etiā de mo
do enunciandi fuerit cum illo non seriose con=
tendam. Poterit enim non improbabiliter di
cere ad hoc q̄ aliquæ propositiones sint op/
posite de lege requiritur q̄ in illis non inuenia
tur aliquod mendum quod de se sit impediti
uum legis in quibuscunq̄ propositionibus.
Vnde sit hæc, illatio est manca, istis proposi/
tionibus repugnat veritas atq̄ falsitas de for
ma, ergo legem contradictoriorum subeunt,
in antecedente addendum est ad hoc q̄ conse
quium valeat, & nulla in illis menda commis
titur ratione cuius aliquæ aliæ propositiones
possunt verificari aut falsificari, & eodē mō de
legibus aliarū oppositionū est dicendum.
¶ Insuꝑ cōditionē hic ponere solēt terminus

distributus in ordine ad terminum stantem determinate nō stabit in alia determinate aut distributiue, iste non subcontrariantur homini ns asinus quodlibet currens est & hominis q iibet asinus b currens non est.

Contra hanc diffinitionem argumentor, iste subcōtrariantur homo est animal nō quilibet homo est animal, & tamen sunt tot vniuersalitates quot particularitates, cum homo in negatiua distribuitur.

Secūdo, iste sunt indiffinite opposite qualitatis, tantum homo est animal tantum homo non est animal, & tamen non sunt subcontrarie postquam sunt ambe false. ❡ Fortasse dicis, in vtraq; distribuitur prędicatum. ❡ Contra, in negatiua duo signa mobilitātia cadūt sup prędicatū ac sese prępediūt. Et si lubet pone signū distributiuū in affirmatiua tātum homo omne animal est capiendo.

Tertio, tum iste due erunt subcontrarie omnes apostoli dei sunt duodecim, omēs apostoli dei non sunt duodecim capiēdo omnes collectiue, sunt duæ indiffinite quibus nulla conditio ad subcōtrarietatem requisita deesse videtur. ❡ Si dicas eas subcontrarias.

❡ Contra, repugnat eis de forma veritas atq; falsitas, ergo non subcontrariantur.

Primum argumentum facillime euacuatur, porro ea distributio est extraria, quia ex parte propositionis emanat.

Ad secundum respondetur, est in vtraq; quædam vniuersalitas sincathegoreumatica, cum vtraq; copulatiue exponatur. vniuersalitas enim sincathegoreumatica est sincathegoreuma latenter includens coniunctionem copulatiuam aut ipsamet coniunctio, vt sunt omnia signa quæ reddunt propositionē exponibilem copulatiue. Vniuersalitas cathegoreumatica est terminus distributus, ex quibus patet subcontrarie non solum vniuersalitatem cathegoreumaticam, verumetiam sincathegoreumaticam in vtris q; respuunt. At dices, quælibet illarum indefinitarum habet subcontrariam. Respondeo, subcontraria prioris est hæc, non tantum omnis homo non est animal, posterioris vero hæc non tantum oīs homo est animal.

Ad tertium, respondetur propositiones assumpte sunt contradictorie quo ad legem, subiecta singularitatem redolent, cum eadem tempestate non accipiātur pro varijs, absolute tamen subiecta sunt communia, potes etiam dicere subiectum negatiue in valore distribuitur. Porro illa negatiua equiualet huic non omnes apostoli dei sunt duodecim, hæc est indubie vniuersalis in qua qualiter est q; apostoli dei supponit totum subiectum distribuitur, hinc est iste nullatenus contrariantur omēs omnes apostoli dei sunt duodecim non omnes apostoli dei sunt duodecim capiē do omnes priori loco affirmatiue distributiue, secundo loco collectiue.

❡ Dices, habes sæpenumero ergo duas indiffinitas formaliter cōtradictorias vt homo est homo, homo nō est homo, homo est ipsemet, homo non est ipsemet, omēs apostoli dei sūt duodecim, omnes apostoli dei non sunt duodecim, homo qui est omne animal currit, homo qui est omne animal non currit, fortissimus homo contendit, fortissimus homo non contendit, affirmatiue exponendo, multa istorum naturam singularium sapiunt.

❡ Vnde fit, iste nō contrariantur omnes, omnes apostoli dei sunt duodecim, omnes apostoli dei non sunt duodecim capiendo omnes distributiue priore loco ac collectiue posteriori loco.

Quarto, iste non subcontrariātur homo currit & idem homo non currit, & tamen nulla conditio subcōtrariarum eis deficit, igitur. maior patet, repugnat eis formaliter veritas atq; falsitas.

Respondetur, ille subcontrariantur secundum legem, non sunt subcōtrarie de modo enunciandi postquam non est idem subiectum. In simili forma dantur duæ vere propterea non contradicunt, patet. essentia est pater & eadem essentia non est pater, perspicua est veritas affirmatiue. Negatiua patet, quia eius sensus est, eadem essentia diuina quæ est pater non est pater, quia sub essentia diuina ꝗ est pater dabitur singularis vna vera demonstrando filium. Insuper filius non est pater, & filius est eadem essentia diuina quæ est pater, ergo eadem essentia diuina quæ est pater nō est pater. Istud solum probabiliter nunc ponitur. Alias latius speculabimur an ista debeat concedi hæc essentia diuina nō est pater, si ista negatiua sit falsa alie contradicunt secundum legem, sin minus subcontrariantur. Secus est hic, homo non currit & idē homo currit quia si omnes homines currant sunt ambe false.

De oppositione subalterna.

Subalterne sunt vniuersales & parti

culares qualitatis eiusdem. Illationem inter subalternantem & subalternatã hæc oppositio efflagitat.



Hæc pprie non ẽ oppositio, nec eius mẽtionem in perihermenis as Aristoteles facit, cum particularis vniuersalem vsquequoq; imitetur. Sed pro quadrangulari figura ipsa locum occupat, vniuersalẽ vero quæ est alteri⁹ gratia forme illatiua, & particularem illatam, inferens est subalternans, quæ vero infert subalternata, & ille duę sunt propositiones subalterne, quare iste subalternãtur, omnis homo est bipes, homo ẽ bipes, non autẽ iste due sortes incipit esse omnis homo sortes incipit esse homo, prior posteriorẽ minime infert, sit sortes in hoc momento oĩa homo, antea ad hoc instans vsq; fuissent secũ alij homines, tum hæc est vera sortes incipit esse omnis homo vt post hac liquebit, & tamẽ hæc est falsa sortes incipit esse homo, illa distributio est immobilis inepta ad subalternãtem, cauendum est tamen magnopere ne nouitijs hæc foramina aperiantur, assuetiin artibus eos huiusmodi machinis deterrebunt, qui si naliter essent eos superaturi, si doctrinaliter regens processisset.

❡ Ex opposito sequitur hæ non subalternantur cuiuslibet hominis oculus non est dexter, & alicuius hominis oculus non est dexter, cũ procederes a termino stante confuse tantum respectu termini distributi ad terminum stãtem determinate respectu eiusdem termini distributi. Casu quo quilibet homo haberet duos oculos dextros, prior est vera, vt patet per eius contradictoriam falsam, & secũda est falsa. Sed subalternata prior est hæc alicuius hominis oculus non est dexter, aut alicuius hominis oculus dexter non est.

Contra istud argumẽtor, iste sunt subalterne, oĩs homo non est animal & homo non est animal secũdum dicta, sed hoc improbo, a homo nõ est animal non equiualẽs subalternate date subalternatur huic omnis homo non est animal, & dissentaneum est ratio ni dicere duas non equiualentes vni propositioni esse subalternatas.

❡ Similiter homo est animal, subcontrariatur his tribus a homo non est animal, homo nõ est animal, homo animal non est quæ nõ equiualent, quod inconueniens, quod subcontrariatur duabus nouissimis nulli in dubium vertitur, de prima patet quia quæro subcontrariam istius negatiue a homo non est animal.

❡ At dicis hæc est a homo est animal, tũc sic argumẽtor, a homo est animal gratia forme equiualet huic, homo est animal & componũtur ex extremis synonimis, ergo cuicũq; subcontrariatur vna & reliqua eidẽ subcõtrariabitur.

Respondetur, illatum nõ est inconueniens sicut fusius in contrarijs retulimus.

❡ Ex omnibus hincinde recitatis corolaria infero. Primum est hæc consequentia est nulla, Talis propositio est subalternata respectu huius subalternantis, ergo contradicit contrarie subalternantis, ostenditur malitia consequentie in istis omnis homo nõ est animal & a homo non est animal, vbi a homo non est animal subalternatur huic omnis homo non est animal & tamen non contradicit huic omnis homo est animal.

❡ Ex ex illo infertur hic datur oppositio trigona & non tetragona, hoc patet multiphariam, capiẽdo istas in figura omnis homo est b animal, omnis homo non est animal, homo non est animal, homo est animal. Ibi reperitur contrarietas, subcontrarietas, & oppositio subalterna, & non contradictio inter vniuersalem affirmatiuam & indefinitam negatiuam. Potest verificari corrolarium in eisdem locis capiendo quilibet homo omne animal est, aliquis homo non est animal. Possunt etiam disponi vt non detur contradictio ex parte vnius anguli capiendo istas omnis homo omne animal est, omnis homo nõ est animal, homo non est animal, homo omne animal ẽ, ibi est bona contrarietas, bona oppositio subalterna sed nec cõtradictio aut subcõtrarietas.


❡ Tertio sequitur, iste subalternantur nullus homo celeriter currit, iste homo non celeriter currit demonstrato asahele saltem quoad legem. Sed iste non sunt subalterne nullus homo est vafer, hanibal non est vafer quia non participant vtroq; termino. Et datur instantia in simili forma nullus homo currit brunellus non currit.

❡ Nec iste sunt subalterne omnis homo currit & iste homo currit, quia illam' singularem non infert vniuersalis.

❡ Ex hijs omnibus quarto patet, iste non habent contrariarum legem omnis homo currit, & nullum risibile currit, nec iste legem cõs

tradictoriarũ omnis homo currit aliquod rationale non currit. Ratio est, quia in simili forma semper dantur due vere iste sunt eiusdem forme cum duabus secũdis omnis hõ currit, aliquis bos nõ currit. ¶ Quinto patet, has nõ habere legem cõtrariarum omnis homo animal est omnis homo animal non est. In simili forma dãtur due false, patet de istis omne animal est homo omne animal homo nõ est, ponendo solum sortem esse cum multis brutis, & ex hoc facile est videre ꝙ nulla oppositio/ne opponuntur. Ex quo iterum sequitur iste nullam legem seruant a animal omnis homo est a animal non est homo. ¶ Pari forma iste nullam legem subeunt, homo omne animal est & homo nõ est animal, quia sunt ambe false, & dantur due vere in simili forma, animal omnis homo est, animal non est homo ponẽdo vnum hominem in mundo cum brutis. Ex quo etiam sequitur has nullam legem seruare omnis homo est b currens & omnis homo bcurrens non est, quia dantur ille due vere & sic eis deficit lex contrariarum, & dantur due similis forme facilime false ex quo destruitur lex subcontrariarum & ex cõsequente lex cõtradictoriarum pessumit, notum est eas nõ opponi subalterne & hæc de oppositiõibus dixisse sufficiat, pro quarũ vberiori notitia communem figuram subiunximus.

Sequitur prima figura.



De cathegoricarũ triplici materia.

Propositionum triplex est materia scilicet naturalis, contingens & remota.

¶ Pro omnibus materijs hæc regula generalis esto. Omnes propositiones ex terminis conuertibilibus conflate eandem materiam sibi vendicant, quarũ metrũ affirmatiua indicatiui fuerit.



Vperius de oppositionibus generaliter & specíatim locuti sumus. Reliquũ e vt de earum legibus habeatur sermo, q̃ leges & regulę materias præsupponunt, qua de re de materijs propositionum priusha bendus est sermo. ¶ Et notabis materia interdum capitur pro altera parte compositi, & vocatur materia ex qua, interdum pro subiecto cui aliquid inheret, & vocatur materia in qua Illud autem circa quod aliqua potentia versatur materia circa quam appellatur, vt discernere verum a falso, est materia logices. ¶ In ꝓposito autem capitur materia methaphorice pro extremis propositionis cathegorice, quia sicut materia ex qua est principium & finis transmutationis naturalis vt quando aer conuertitur in aquam manet eadem materia in aere & in aqua Sic similitudinarie est ĩ proposito, subiectum est principium & predicatum finis cathegorice ¶ Ex quo patet, materia improprie dicta habet materiam ꝓprie dictam pro altera parte essentiali. Et materia improprie dicta non habet materiã ꝓprie dictam pro altera parte essentiali. Prior pars patet de subiecto scripto & predicato scripto q̃ sunt substantie composite. ¶ Secunda pars patet, de extremis mentalibus & vocalibus. ¶ Sic forma accipitur similitudinarie, & sicut in naturalibus est duplex forma, quędam essentialis quæ dat esse rei, vt anima dat esse animatum. Alia est accidentalis adueniens toti composito, saltem nõ est de essentia compositi data ꝙ alteri parti tantum inhereat. Sic copula est forma essentialis sine qua propositio nõ integratur, & denominat eam cathegoricã vel hypotheticam de presenti vel de preterito. Signa quantificantia sunt forme accidentales ꝓpositionis cathegorice.

¶ Cæterum quando dicimus propositionem esse in materia loco prępositionis de vel ex capimus in, materia propositionis est habitudo prædicati ad suum subiectum.

¶ Et quia tripharium prędicatum habitudinē subiecti respicit. Triplex ē materia scilicet naturalis, contingens & remota, quia vel prędicatum potest competere subiecto & nullatenus de eo negari distributū, & tunc vocatur materia naturalis, vel propositio talis vocatur in materia naturali. Si prędicatū potest adesse subiecto & negari de eodem, tunc propositio est in materia contingenti. Si prędicatum nullo pacto potest ei competere tunc propositio est in materia remota. Et non datur aliqua cathegorica quin est ex aliqua istarum trium, hinc materia triplicatur. Non tamen inconuenit tres aut quatuor propositiones in eadem materia numero esse, vt nō nullus hō est aīal, nec ē maior difficultas de trinitate materie q̄ de numero quinario prędicabilium aut denario prędicamentorum. ¶ Insuper quādo quęritur abs te in qua materia est talis propositio Si affirmatiua de pręsenti fuerit tres regulę sequentes te docebunt, & dum negatiue & propositiones de extrinsecis temporibus extiterint in eadem materia cū illa de pręsenti quādo ex eisdem extremis secum conflātur haud dubie collocabuntur. Quocirca ad affirmatiuam de pręsenti semper deducta ampliatione animus flectendus est. ¶ Vnde fit oppositiones, conuersa & conuertens, equipollentes, de inesse & modales diuise sunt in eadem materia, ratio, habent extrema conuertibilia. ¶ Fūdamentum littere (quem textū vulgo dicūt) patet, quia materia propositionis nihil aliud ē quam habitudo vnius extremi in ordine ad aliud. Et rursus habitudo extremi nihil aliud est quam extremum vnum aliud respiciens, vt prædicatum respiciens subiectum, aut cōtra, ergo vbi sunt extrema conuertibilia eandem esse materiam operepręcium est, tamen hæc consequentia est nulla iste duę propositiones non componuntur ex eisdem extremis, ergo non sunt in eadem materia, licet frequēter consequens sit verum.

Contra hanc maximam siue regulam littere argumentor sic, iste non sunt in eadem materia sortes est omnis homo, sortes omnis homo est, quia secunda est in materia naturali & prior naturaliter loquendo in materia remota, & tamen componuntur ex eisdem extremis, igitur. Naturaliter loquendum est in his diffinitionibus, quia vanum est dicere cristus est homo est materia contingenti supernaturaliter loquendo, & est in materia remota naturaliter loquendo. Naturaliter loqui est more Aristotelis procedere, sed siue homo capitur absolute pro re composita ex materia & forma rationali vel pro illo quod sustentat humanitatem semper est in materia remota, licet in priore sensu sit impossibilis & in secundo contingens.

Respondetur, concedendo maiorem, & negetur minor, non enim componitur ex extremis conuertibilibus, cum homo est prędicatum in vna & omnis homo in alia.

Contra hoc sic argumentor, sortes differt ab ente, & sortes ab ente differt non sunt in eadem materia, quia prior ponitur in materia remota, secunda vero non est in illa materia, & tamen componuntur ex extremis conuertibilibus, quod patet, quælibet pars prędicati vnius est conuertibilis cum vna parte prędicati alterius, & econuerso, ergo prędicata sunt conuertibilia inter se Non aliter probare potes prædicata istarum esse conuertibilia sortes est homo albus sortes est homo albus, subiecta esse cōuertibilia, immo synonima nemo ambiget.

Ad replicam concedo maiorem, & nego prędicata esse cōuertibilia, nec assumptum probat conuertibilitatem, oportet enim sic argumentari quælibet pars prædicati vnius est conuertibilis cum vna parte prædicati alterius & ecōuerso, & vnum totum pro nullo potest accipi quin aliud totum pro eodē accipiatur, ergo prędicata sunt conuertibilia inter se.

Contra dicis, ergo iste non sunt in eadem materia sortes omnis homo est & sortes est homo, cum distributio materiam variat.

Respondetur, negando consequentiam, distributio intrinseca ab extremis proueniens materiam sæpicule variat. At illa quæ aliunde prouenit materię acceptionem minime permutat.

Secundo argumentor, Adam est mortuus & mortuum est Adā, conflantur ex terminis conuertibilibus, & tamen non sunt in eadem materia, igitur maxima illa est falsa.

Tertio, homo est pictus, & homo pictus est homo non sunt in eadem materia, & tamen ex terminis conuertibilibus componuntur, igitur, maior patet, prior est vera, talia sunt subiecta qualia permittuntur ab corū prędicatis in equocis a consilio. In secūda autem prędicatum est analogum per se positū, ergo pro significato principali stat, & sic ipsa est falsa priore existente vera, ergo nō sunt in eadem materia.

Quarto, iste homo est sortes platonē demonstrato non est in eadem materia cum hac homo est sortes, & tamen componuntur

ex eisdem extremis tenendo pronomen iste non esse partem extremi.

Respondetur, ad hæc tria extrema nõ similiter accipiuntur quo ad restrictionem & ampliationem quemadmodum hic, homo ē mulier, aliquis homo est mulier.

Quinto, brunellus est animal si est homo & brunellus est hōi est animal non sunt in eadem materia, cum vna est in materia naturali, & alia in materia remota vt in cõditionatis patebit, & tamen subiecta sunt conuertibilia & pdicata synonima, ergo cõuertibilia.


Ad quintum respondetur, coniūctio si aliter accipitur, nam variam coniunctionē in illis facit vt posthac patebit in conditionatis, & vnum totum est transcendens, non autem reliquum.

Contra principium litteræ iā argumētor, nullarum propositionum triplex est materia, ergo male dictum est.

Respondetur, negando antecedens, istarum propositionum sortes est animal, sortes est sedens, sortes est asinus, triplex est materia, capio terminum materia collectiue nūc pro extremis vnius ꝓpositionis nunc ꝓ multarum propositionum terminis, iste enim equalent. Triplex est materia propositionum & materia propositionum est triplex, da extremα prioris ꝓpositiōis & inuenies ly triplex eē partē extremi in priore cuius veritatem falsitatem vt comitatur ista materia propositionum est triplex, non video quomodo in eius mentali aliud signum distributiuum aut confusiuum inueniatur.

De materia naturali.

Propositio materiæ naturalis est ea cuius prædicatum de subiecto supponēte negari nequit.



Dicitur propositio materiæ naturalis, quia propositio nō ē materia naturalis, licet ipsa sit partes simul sūpte non tamen est sua extrema, dicis de subiecto supponente, hęc enim est in materia naturali Adam non est homo, & tamen illa est verā loquendo de prothoplasto cum est negatiua de subiecto non supponente. Si autem subiectum supponeret hoc vsu non eueniret. ¶ In ista materia est quęlibet propositio in qua prędicatur superius de suo inferiore vel econuerso, licet prędicatum in prędicatiōe indirecta potest negari de subiecto supponente non tamen ecōuerso. Et oculum habeas ad negationem quā do est prędicatio directa tanq̄ directa vt homo est animal, tanq̄ directa vt risibile est animal, licet illa sit vere indirecta secundum artē prędicabilium, quia prędicatur absolutum de connotatiuo, quia tamen de nullo potest prædicari risibile quin de illo prędicatur animal, & de aliquibus alijs voco eam tanq̄ directam.

Ex diffinitione & eius succincta explicatione dicitur, omnes iste sunt in materia naturali, homo est animal, homo est risibilis, homo est viuens, sortes est currens vel non currens, sortes est homo vel nō homo, sortes est homo & non homo, sortes est nō homo & nō homo, vt prior negatio infinitet priorem terminum solum. Si tamen infinitet totum copulatum ipsa est in materia remota, sortes est nō omnis homo naturaliter loquendo, omnis ꝓpositio est particularis, quia ista ꝓpositio particularis est propositio est in materia naturali, ergo & altera, tenet consequentia ex nuperrime dictis, non homo est non asinus prędicatum non potest vniuersaliter negari de subiecto, sortes est non asinus, quādo enim aliqua est propositio in materia remota infinitando vnum extremum redditur materia naturalis & econuerso. Sed quando propositio ex terminis finitis est in materia contingenti infinitādo vnum extremum tota est adhuc in materia contingenti, sortes est homo vel asinus homo est pictus, sortes est quantitas, non homo est asinus prędicatum eni non potest vniuersaliter de subiecto negari, homo est humanitas, ista entia sunt risibilia demōstrando sortem & platonem. Nec post eorum mortē prędicatum negatur de subiecto supponente ꝓ omni illo pro quo ante verificabatur, ipsa em verificabatur pro suppositis sortis & platonis modo illo copulato pro illis personis supponente negatiua non verificatur, non tamē est rationi multum dissentaneum dicere eam in materia contingenti, postq̄ prædicatum potest negari de subiecto supponente pro eisdē rebus pro quibus affirmatiua redditur vera, hæc tamen sortes & plato sunt risibiles illius materie cancellos aufugit.

Contra hanc litteram sic explicatā argumētor, ista ē in materia naturali homo ē

animal,& tamen prædicatum potest negari de subiecto supponente, patet minor, in ista homo animal non est, igitur. ¶ Forte dices(sicut dicendum est)prædicatum distributū nō potest negari de subiecto supponenti, bene autem prædicatum non distributum. ¶ Cōtra, hæc est vera a homo non est animal,& tamē prædicatū distribuitur & subiectū supponit. ¶ Forte dices(sicut dicendum est)prædicatū distributum potest negari de subiecto supponente confuse tantum, nō autem de subiecto supponente determinate aut confuse & distributiue. ¶ Contra, hæc est vera a homo nō est animal vt abs te concessum est,& subiectum supponit determinate, ergo prædicatum distributum potest negari de subiecto supponēte determinate. Consequentia tenet cum maiore,& probatur minor, hoc subiectum in ista homo non est animal quæ est pars huius a homo nō est animal stat determinate,& hoc subiectum in ista homo non est animal est subiectum in ista a homo nō est animal, igitur subiectum in ista a homo non est animal supponit determinate. ¶ Forte dicis(sicut dicēdum est)prædicatum distributum potest negari de subiecto stāte determinate & cum hoc etiam confuse tantum, ita q verificatio prouenit ratione confusionis, sed non de subiecto stante pure determinate. ¶ Contra, hæc est vera homo possibiliter non est animal,& tamen subiectum supponit pure determinate, igitur.

¶ Forte dicis(sicut dicendum est)prædicatum distributum cum ampliatione potest vere negari de subiecto supponente pure determinate, non autem sine ampliatione prouenīente a copula. ¶ Contra, hæc est vera hominis asinus non est asinus in casu iacto in contradictorijs,& tamen est in materia naturali,& subiectum supponit pure determinate seclusa ampliatione, igitur. Similiter ista est vera animal non est homo.

Respondetur concedendo antecedēs, non inconueniēs prædicatum negari de subiecto composito ex determinatione accepta nō vnica in casu. Extra hos casus in prędicatione directa tanquam directa cum subiecto distributo aut pure determinate supponente raren ter aut nunquam nisi opinione fallor occurret instantia. ¶ Ex harum argumentationum solutionibus sequuntur propositiones, quarum quęlibet dempta nouissima quę complete regulam exponit est affirmatiua. Prima erit hęc datur aliqua ꝓpositio negatiua in materia naturali vera, patet de hac homo non est animal nullo homine existente. ¶ Secunda ꝓpositio datur aliqua propositio negatiua vera in materia naturali de subiecto supponente, patet de hac homo animal non est. Post hac quin q; affirmatiuas subiunges cum vna negatiua in omnium calce,& sic habes octo in toto, hęc facio quatenus iuuenculi addiscant,& propositionaliter & argumentatiue ꝓcedere.

Secundo argumentor, secundum dicta hæc esset 1 materia naturali homo est mortuus, prędicatum affirmatur de subiecto sine ampliatione proueniente a copula,& non potest negari de eo vniuersaliter naturaliter pro cedendo. ¶ Si hoc concedas contra, quælibet singularis eius est in materia contingēti, ergo & illa. Primo ista est vera Sortes non est mortuus,& postea affirmatiua verificatur subiecto supponente.

Tertio, Sortes est nō omnis homo erit in materia naturali, sed hoc est falsum cū prędicatum potest negari de subiecto supponente.

Ad secundum concedo hāc homo est mortuus esse in materia naturali vt argumentum suadet,& quamlibet singularem eius in materia contingenti. Concedo tamen prædicatum negari de subiecto pro aliquo supposito,& postea affirmari de subiecto supponēte pro eodem, si hoc ad materiam contingētem sufficiat, tam cum hac & similibus homo est præteritus in materia contingenti locare potes, elige quod malles.

Ad tertium dici potest, Adam est non omnis homo est in materia contingēti, fuit falsa solo Adam inter homines existente, nunc autem vera. ¶ Et proportionabiliter dicatur de hac Sortes est omnis homo, nunc est falsa,& potest esse vera. Sed in omnibus istis secundum veritatem loqui possumus, vel cum addito naturaliter loquendo Aristoteles hanc diceret in materia remota esse Sortes est omnis homo,& hāc naturali in materia Sortes est nō omnis homo,& ita potius cum philosopho loquendum censeo.

Quarto argumētor, hæc homo albus est homo albus est in materia naturali,& tamen prædicatum accidentaliter conuenit subiecto, cum est ratio in se contingēs.

Ad quartum respōdetur, illa est in materia naturali sicut quęlibet alia ex terminis synonimis potentibus supponere mediāte hoc verbo potest, ratio contingēs non potest negari de ratione contingenti, bene autē de sub

iecto rationis contingẽtis vt homo eſt homo albus. Ratio contingens eſt oratio inter cuius partes ſi copula verbalis interſeratur propoſitio contingens efficitur.

De materia contingenti.

Materia contingens eſt illa cuius prædicatum poteſt adeſſe & abeſſe ſubiecto præter ſubiecti corruptionem.



Vbiecti corruptio nõ capitur prime intencionaliter, ſicut nec adeſſe nec abeſſe. Sed præter ſubiecti corruptionem tantum valet ſicut præter hoc ꝙ ſubiectũ deſinat ſupponere. Et adeſſe tantum valet ſicut vere & affirmatiue prędicari. Abeſſe tãtum valet ſicut vere & negatiue prędicari. ℂ In hac materia procedas ſicut in materia pręcedenti, ad affirmatiuam de præſenti oculus habeatur.

Contra hanc diffinitionem argumentor, ex ea ſequitur hãc nõ eſſe in materia cõtingenti domus eſt combuſta, conſequẽs eſt falſum, prędicatum enim non poteſt adeſſe ſubiecto pręter corruptionem eius, quamprimũ eni domui adeſt cõbuſtio, domus corrũpit

Secundo, non poteſt competere ſubiecto ſine ampliatione, ſed ampliatio eſt ſecludẽda, igitur eſt in materia remota, ſicut hęc albũ erit nigrum.

Tertio, ſequitur hanc non eſſe in materia contingenti francus eſt homo, quia prędicatum non poteſt negari de ſubiecto ſupponente, conſequens eſt falſum, ſua conuertens eſt in materia contingenti, ergo & ipſa.

Ad primũ, reſpondetur negando hãc non eſſe in materia cõtingenti. ℂ Et ad improbationẽ nonnulli aſſerunt præter ſubiecti corruptionem nõ debere determinare adeſſe ſed abeſſe, hoc autem nihil eſt dictu, poteſt adeſſe ſubiecto præter eius corruptionem ſecunde intentionaliter, hoc eſt quãdo combuſtio adeſt domui, ille terminus domus non deſinit ſupponere, licet realiter & phiſice domus corrumpatur, hęc enim quando domus eſt incinerata & non eſt in rerum natura eſt vera & affirmatiua domus eſt combuſta, ergo extrema ſupponunt pro eodem.

Ad ſecundum, cõcedo maiorem, & ad minorem dico ampliatio intrinſeca quę eſt ab extremis non eſt ſecludenda ad eſſe in materia naturali vel contingenti, ſecus eſt de ampliatione extrinſeca quæ ex parte copulę oritur. Et ratio eſt, quia propoſitionũ materia ex parte extremorum & non ex parte formę eſſentialis aut accidentalis attenditur. ℂ Ex iſto patet, licet hæc homo eſt aſinus ſit in materia remota, tamen homo eſt apparẽs aſinus vel homo eſt imaginabilis aſinus non eſt in materia remota. ℂ Secundo ſequitur, hæc eſt in materia contingenti ſortes poſſibiliter eſt currens, quia ſufficit prędicatum poſſe negari de ſubiecto ampliatione extrinſeca remota.

Ad tertium, nego aſſumptum, quia in prędicatione directa prędicatum poteſt negari de ſubiecto, ſic hic gallus ẽ riſibilis, quia conuertendo eam in aliqua prędicatione directa prędicatũ poteſt negari de ſubiecto etiam dato ꝙ terminus abſolutus pro gallo ſupponat prędicatum poteſt de illo negari illo termino ſupponente pro omni ente pro quo iam ſupponit, hoc patet ponẽdo omnes homines genitos in gallia eſſe natos in aſia, vel affrica tot non gallis exiſtentibus ſicut nunc ſunt. Iã iſte terminus homo vel riſibile ſupponit ꝓ omnibus rebus pro quibus ante ſupponebat. Sed bene verum eſt ꝙ tunc prædicatum non ſupponit, quia deficit eius connotatio homo gallus ſupponit ꝓ homine connotando ꝙ ſit genitus in tali patria Et ſic de omnibus talibus dicatur homo hibernicus eſt homo, homo picardus eſt homo, homo ſcotus eſt homo.


Contra hanc ſolutionem argumẽtor, ex ea ſequitur hanc homo albus eſt homo riſibilis eſſe in materia naturali, conſequens eſt falſum, homo riſibilis eſt homo albus ẽ in materia contingenti. & componuntur ex extremis conuertibilibus, igitur. ſequela tamen patet, iſta eſt prędicatio directa homo albus eſt homo riſibilis poſtq̃ prędicatur eque connotatiuum de eque connotatiuo & prędicatum non poteſt negari de ſubiecto ſupponente, ergo eſt in materia naturali.

Ad hanc replicam reſpondetur, propoſitio aſſumpta eſt in materia cõtingenti vt inter argumentandum ſufficienter probatũ eſt, & concedo ꝙ in aliqua prędicatione directa prędicatum nõ poteſt negari de ſubiecto, puta quando prędicatur proprium, ſed ſufficit ꝙ prędicatũ poteſt negari de ſubiecto vel econuerſo, dũmodo ſemper maneat prędicatio directa ꝙ contingit in propoſito, quia in iſta homo riſibilis eſt homo albus, prædicatũ

potest negari de su iecto, Quocirca i his omnibus seruandum est quod maxima accidentalitas ponatur a parte prædicati, vt datis istis duobus terminis risibile & album vterque illorum accidentaliter prædicatur de termino absoluto, sed album facit quintum prædicabile respectu termini absoluti, risibile vero quartum, propterea albũ est maio. accidentalitas.

De materia remota.

Materia remota siue propositio materie remote est illa cuius prædicatũ subiecto minime competit.



Vt homo ẽ asinus, chimera est chimera, Sortes est omnis homo, prædicatum enim non potest competere subiecto naturaliter, hanc diffinitionem ex pigrentis claram fusius explicare haud est necessarium.

Contra eam tamen vt veritas plene intelligatur paulisper insitabo, hæc est in materia remota album est nigrum & tamen prędicatum competit subiecto, hæc enim est vera album erit nigrum. ¶ Dices, prædicatum cõpetit subiecto cum ampliatione. ¶ Cõtra, hęc est vera album nõ est nigrum & nulla est ampliatio, igitur ¶ Forte dices (sicut dicẽdũ est) propositio negatiua in materia naturali est vera, & prædicatum competit subiecto, non autem affirmatiua. ¶ Contra hoc argumentor, hæc affirmatiua est vera in qua nulla ponitur ampliatio nullus homo est asinus vel nullus leo est capra, & tamen est in materia remota, igitur ¶ Dices forte hypothetica affirmatiua in materia remota (sicut cuipiam tali debeat materia) est vera, non autem cathegorica. ¶ Cõtra, hæc est cathegorica affirmatiua vera in qua nulla ponitur ampliatio Sortes est vel nõ est asinus, igitur ¶ Forte dicis (& ita dicendũ est) propositio affirmatiua vera in materia remota cum copula disiuncta, nõ autem cum simplici copula ¶ Contra, hæc est vera non tãtum album non est nigrum, & est cathegorica affirmatiua seclusa ampliatione, cum simplici copula, igitur.

Secundo argumentor, ista propositio hæc propositio est in materia remota secundũ hanc significationem per pronomen demonstrãdo propositionem cuius est pars est in materia remota, & tamen prędicatum competit subiecto, igitur. Maior patet, quia vel prædicatum non potest competere subiecto, & sic est in materia remota, vel potest. Si secũdum ponatur quod ei competat, & sic ipsa est vera, & ipsa significat hanc propositionem esse in materia remota, ergo ipsa est in materia remota.

Ad primus istorum sufficienter inter argumentandum ad finem vsque responsum est: Et dicitur in exponibilibus prædicatum materie remote competit subiecto, nõ autẽ alias. ¶ Sed contra hoc argumentor, album & nigrum verificantur de seinuicem extra exponibilia, & constituunt materiam remotam, igitur. Antecedens patet, capiendo casum de scuto cuius vna medietas est totaliter alba, reliqua vero totaliter nigra. Iam hoc scutum est album & nigrum. ¶ Dices, hoc est verum copulatim, non autem copulatiue. ¶ Contra, illud scutum est alba & nigra copulatiue, quod sit alba patet, est hæc al[illegible]a, ergo est alba. Probatur antecedẽs, capio [illegible]am partem albam cũ medietate partis nigr[illegible] ei continuata demonstrando per vnum pronomen, & per aliud pronomen eandem partem albam demonstro cũ reliqua parte nigra etiam ei cõtinuata, vtraque illarum partium est alba, cum plus quã medietas illius sit album, & scutum est sue partes copulatim sumpte, igitur hoc scutum est alba: Et eodem modo probabis hoc scutum esse nigra, igitur. ¶ Respõdetur alba & nigra in plurali numero non opponũtur, sed solum in singulari numero, ergo hæc est in materia remota album est nigrum, hęc autẽ in materia contingenti alba sunt nigra tenendo totum esse suas partes.

Ad secundum argumentum dicitur, ipsa est in materia remota, & propositio est vera. Addendum enim est diffinitioni vel ipsa asserat se esse in materia remota. Ipsam esse in materia remota non arguit ipsam esse falsam, vt patet de hac nullus homo est asinus. ¶ In eadem materia pono has propositiones, hæc propositio est in nulla materia, differens a propositione ponibili in materia est propositio. Hoc est falsum, hæc propositio est impossibilis secundum hanc significationem se demonstrando. Nec hic de reflexiuis (nisi quia obiter occurrunt & sunt facilia & in insolubilium libro vento fortasse traderentur) vt alias retulerim loquar.

Contra hoc argumentor, ex solutione

ista sequitur dabuntur due synonime non in eadem materia contra regulam fundamentalem in principio huius materię positam, patet de proposita, & de hac hæc est in materia remota pronomine priorem demõstrante quę non est in materia remota, sed potius naturali, semper intelligendo secundum hanc significationem. ℂ Respondetur, quando vna earũ se in materiam remotam recalcitrat solum ex sua significantia & non ex repugnantia prędicati ad subiectum, illarũ non est inconueniẽs. Ex his omnibus infertur, aliqua propositio deest secundo adiacente est in materia remota vt chimera est. Aliqua est in materia naturali vt risibile est. Aliqua in materia contingenti vt album est, hoc patet respiciendo ad transcendens inclusum & ponendo terminum connotatiuum a parte prędicati. ℂ Secũdo sequitur, licet hęc sit i materia naturali Iohannes est, hæc tamen est in materia contingenti Iohannes equitans est.

Dubitatur circa materias propositionum an vniuersalis & particularis in materia naturali equaleant. ℂ Respondet affirmatiue. Contra istud argumẽtor, hæ sunt vniuersales & particulares in materia naturali, animal est homo & omne animal est homo (inter particularem & indefinitam non pono discrimen in proposito), & tamen non equiualent, igitur. ℂ Forte dices (sicut dicẽdum est) in prędicatione indirecta non equiualent, bene tamen in prędicatione directa. ℂ Cõtra iste nõ equiualent ens necessario est ens, omne ens necessario est ens, & tamen sunt vniuersalis & pticularis in pdicatiõe nõ ẽ directa in materia naturali, igitur. ℂ Forte dices i modalibus regule non habet verum, idem est cum copula de contingenti ℂ Contra hoc argumentor, iste non equiualent homo fuit animal omnis homo fuit animal. Si hoc sit primum instans esse fortis, & tñ sunt vniuersalis & particularis in materia naturali in pdicatiõe directa nõ modales, igitur. ℂ Forte dices (sicut dicẽdum est) cum ampliatione assumptum non habet verum, bene autem sine ampliatione. ℂ Sed contra vltra hæc omnia sine ampliatione, hæ non equiualẽt animal est rationale omne animal est rationale, & tamen sunt in materia naturali, igitur. cum enim prędicatur connotatiuum de absoluto prędicatio erit directa.

ℂ Forte dices (& ita dicẽdum est) licet hæc sit directa, non tamen est tanq̃ directa, cum animal de plurib⁹ prędicetur q̃ rationale. ℂ Sed contra omnia ista argumentor, iste non equiualent a homo non est animal & omnis homo non est animal, tantum homo est animal, tantum omnis homo est animal, a risibile omnis homo est omne risibile omnis homo est. Similiter nec iste, homo est b animal om̃is homo est b animal. ℂ Dices vniuersalis & particularis in materia naturali non equiualẽt quã do subiectum stat confuse tantum in particulari aut prędicatum determinate in vniuersali, in aliis autem equiualent. ℂ Contra, iste nõ equiualent cuiuslibet hominis asinus est asin⁹ vel cuiuslibet hominis quilibet asinus est asinus & hominis asinus est asinus, & tamẽ sunt vniuersalis & particularis in prędicatione directa tanq̃ directa non modales sine ampliatione vbi nec subiectum stat confuse tantum in particulari, nec prędicatum determinate in vniuersali in materia naturali, igitur.

Respondetur, cum neutra istarum est mere vniuersalis. subiectum enim non vnica vniuersalitate est distributum nihil ad a, potes etiã hic insistere. ens semper est omne ens semper est, cum modis vniuersalibus patuit pat, hic non infratur homo nunc non est animal nullus homo nunc est animal, vtraq; est falsa. ℂ Concludẽdo ergo dico, particularis & vniuersalis in naturali materia in qua prędicatum accipitur pro omni illo pro quo accipitur subiectum seclusa determinatione a parte copule, suppositione confusa tãtũ a parte subiecti & determinata a parte prędicati, cũ copula pręsentis temporis indicatiui modi equiualent. ℂ Ex isto patet hanc esse necessariam omne ens est, cũ huic equiualeat ens est, quę ẽ necessaria, cum sequitur ex necessario deus ẽ, ergo ens est. ℂ Secundo sequitur has cõsiq̃ntias valere homo est, ergo omnis homo est, animal est substantia, ergo omne animal est substantia homo non est corpus, ergo omnis homo non est corpus, album est coloratum, ergo omne album est coloratum. ℂ Tertio sequitur hanc esse impossibilem aliqua res nõ est, patet equiualet huic om̃is res non est vel nulla res est, loquimur enim de equiualentia in consequendo, & non in significando. ℂ Similiter particularis in materia remota non sẽper equiualet vniuersali sue, patet in talibus album fuit nigrum omne album fuit nigrũ, Nec cum verbo de pręsenti, patet non tantũ homo est asinus tantum homo nõ est asinus.

Omnium materiarum breuis epiloge, vel prędicatum potest competere subiecto, vel non potest. Si secundum est in materia remota. Si prius, hoc biphariã, vel nõ po/

tesi negari de ipso supponente, & sic est in materia naturali. Si negari possit, sic est in contingenti. Reflexionem & specialitates de quibus particulatim fati sumus hic generalim loquendo prætereo, ponere naturaliter vel non in diffinitionibus materiarum est de verbo contendere. Duarum materiarum mixtionem haud ponimus, homo est animal audiens rem diuinam in templo, est in materia contingenti absolute, licet eius pars materiam naturalem indipiscatur. Hæc entia sunt risibilia est in materia naturali demonstrando Sortem & Platonem, prædicatum potest negari de illo subiecto, sed non supponente pro omnibus rebus illis pro quibus verificabatur affirmatiua, nullum animal est homo non verificabitur subiecto supponente pro illo pro quo affirmatiua vera reddebatur, sed in his planissime per superioritatem a parte prędicati omnia rimaberis, vt materiam huius omnis propositio est particularis per suam conuertentem indagabis. Et maxime accidentarium a parte prædicati collocato, vt homo est britannus & non contra, homo est gallus, & non e conuerso. Hypothericam tamen dare potes cuius cathegoricę nō sunt in eadem materia, illa enim non est in materia nisi ratione suarū partium.

Sequitur de propositionum legibus siue regulis. Et primo de contrariarum lege.

Contrarię neutiquam esse vere queūt, falsitatem tamen haud abnuunt.



Ex hic nō capitur proo operationis humanę regula, quēadmodū sunt leges solonis & ligurgi athenensibus & lacedęmonijs tradite. At lex im pręsentiarū ciuilium legū est semita intellectū suis in operationibus dirigens. Secunda pars regulę monstratione non eget, quoniam harum contrariarum omne animal est homo nullū animal est homo falsitates in vestibulo sunt notę. ¶ Prior pars a posteriore ostenditur, nā a priore est indemonstrabilis, licet cōtradictionis imaginaria veritas a contrarijs scateat cū contradictoria & veritatem & falsitatē auersantur, & contraria falsitatem non repudient. Ea propter aliquis ambigeret an contraria in veritate coire queant. Quapropter per cōtradictionis inopinabilem veritatem contrariarū veritas paulo tenebrosior enucleatur ¶ Accedendo ad regulę explicationem. Probatur regula sic, quia dato opposito duę contradictorię erunt verę, quod est contra primum principium & omnium sapientum viam. iiij. methaphisicę dicit Aristoteles antiqui philosophi primum prinsipium negabant ore, men/te autem non poterāt. Et sequelam refero, da has duas contrarias veras quilibet homo est animal nullus homo est animal, sed illę duę inferunt has duas aliquis homo est animal aliquis homo non est animal, a subalternante ad subalternatam est bona consequentia & ex vero nil nisi verum sequitur, ergo habentur quatuor ꝓpositiones quadrangulares vere, & per consequens contradictorię verę ꝙ restabat ꝓbandum, & ita vtrobiꝗ probare potes con/trarijs gratia forme veritatē repugnare, vbilibet tamen dari possunt contraria falsa.

Contra hanc legem argumentor, istę duę contrariantur, cuiuslibet hominis oculus non est dexter, & cuiuslibet hominis quilibet oculus est dexter, & sunt simul vere in casu, ergo lex contrariarum male est signata, casu ēm quo quilibet homo haberet duos oculos dextros sunt ambę verę affirmatiue, veritas est nota, & negatiua patet per suę contradictorię falsitatem, alicuius hominis quilibet ocul⁹ est b dexter.

Secundo argumētor, istę omnis deus est deus est nullus deus est deus est sunt duę cōtrarię verę, ergo lex non est sufficienter posita. Antecedens patet, ꝓpositiones verę sunt illę duę contrarię, ergo illę duę contrarię sunt propositiones vere, per conuersionem. Antecedens patet, illę tres propositiones verę sunt illę duę contrarię.

Tertio, omnis homo vel asinus est asinus, omīs homo vel asinus non est asin⁹ sunt simul verę, supposito ꝙ ly omnis cadat precise in priorem partem disiuncti, & sunt contrarię, igitur. ¶ Sed protinus dices cum asinus in neutra distribuitur non contrariantur. ¶ Contra, tunc capio hanc negatiuam omnis homo vel omnis asinus non est asinus, in qua ly asinus distribuitur.

Tertio, istę contrariantur non tantum homo est animal non tantum homo non est animal, & sunt ambę verę, igitur. In vtraque

enim distribuitur subiectum, & prędicatū in affirmatiua ob signorum imparitatem.

Ad primum respondetur, ille propositiones minime contrariantur, hoc liquidū est ex vna conditione contrariarum, nam in ambabus contrarijs nō debet manere suppositio confusa, ita ꝙ si in vna contrariarū distribuatur terminus respectu termini stantis confuse tantum in alia omes termini distribuētur saltem nullus terminus in ea stabit confuse tantum, poterit tamē terminus stare determinate, quare contraria illius negatiue est hæc cuiuslibet hominis quilibet oculus quilibet oculus dexter est, aut cuiuslibet hominis quilibet oculus b oculus dexter est, nam sicut suppositio confusa est productiua veritatis, ita distributiua aut determinata illi obiecta falsitatem procreat.

Ad secundum respōdetur, ille due cōtrarie sunt aliquæ propositiones vere, non tamen sunt due contrarie vere, cum a sensibus contrarijs non emergat veritas.

Ad tertium dicitur, ille non contrariātur, in vtraq; enim est particularitas ex parte sincathegoreumatis vel, cōtraria affirmatiue est hæc omnis homo nō vel asinus est asinus, & cōtraria negatiue est hoc omnis homo nō vel asinus non est asinus.

Ad quartum, superius in contrarijs responsum est.

Contradictoriarum norma siue lex.

Et veritatem & falsitatem extra insolubilia cōtradictorie formaliter recusāt.



On loquimur ī proposito de insolubilib⁹, quia hoc esset materiam īsolubiliū properantius intrare a quo cauendum est, nisi obiter facile reflexiuū (quod vento in insolubilibus traderetur) occurrat. Concedere enī oppositum huius legis est ita grande inconueniens ꝙ ad maius deduci est impossibile, sed cōtra negantem principia nō est disputandum primo phisicorum & a fortiore contra negantem primum pricipiū minime est disceptandum. Licet a posteriori possit ostēdi inerudito vel ꝓteruo casu quo vna contradictoriarum est vera, reliqua est falsa.

¶ Dices, non magis cadit in mente assentire duobus contrarijs quam duabus cōtradictorijs, ergo non debemus ex veritate contrariarum veritatem contradictoriarum inferre tāquam magis inconueniens. ¶ Iam ad hoc in contrariarum lege nuperrime responsum est.

Contra hanc legem vltra dicta in contradictorijs aliq̄s rōnes faciles adhuc adducā In primis forte papa dormit forte non papa dormit cōtradicūt, vel capiatᷣ termin⁹ discretus Leo decimus, & sunt simul vere, cū vtriusꝙ ꝑiacēs sit dubia q̇ᵖ ad illarū veritates sufficere videtur, igitur cōtradictoriarum lex exceptionem patitur.

Secundo argumentor, deus est & homo est animal contradicunt, & sunt simul vere (vt palam est), igitur maiorē colorabo, cōtradicunt his duabus nullus deus est & omīs homo non est animal, ergo contradicunt.

Tertio argumētor, duę singulares cōtingentes simul habent potentiam vt sint vere, ergo vtraq; contradictoriarū potest simul esse vera.

Quarto argumentor, sortes currit & sortes non currit sunt propositiones, & non sunt simul false, ergo sunt simul vere, tenet cōsequentia, quælibet ꝓpositio est vera vel falsa, ergo oēs propositiones sunt vere vel false.

Quinto argumentor, iste contradicūt sortes qui est homo scribit & sortes qui est homo non scribit, & sunt simul vere, ponēdo sortem scribere, veritas negatiue probatur, habet vnam singularem verā immo plures ascēdendo sub termino homo, sic dicendo, sortes qui est iste homo non scribit monstrando platonem, vel sortes qui est iste homo non scribit, & sic de singulis, & isti homines sunt omnes homines, ergo sortes q̄ est hō non scribit.

Sexto argumentor, iste contradicunt omnis propositio vniuersalis affirmatiua est falsa, & aliqua propositio vniuersalis affirmatiua non est falsa & sunt simul false, ponendo inter vniuersales affirmatiuas istam vniuersalem affirmatiuam precise esse cum hac omnis homo est asinus. Iā affirmatiua est falsa, quod probo, quia si est vera ita est sicut ipsa significat, sed ipsa significat omnē vniuersalem affirmatiuam esse falsam, & ita est per te, & cum ipsa sit vniuersalis affirmatiua, consequens est eā esse falsam Et particularis ē falsa, quia significat aliquā vniuersalē affirmatiuā nō esse falsam, & nō est ita, ergo ipsa est falsa.

Septimo argumentor, omne astrũ sortes vidēs est hō & aliquod astrũ sortes vidēs nō est hō cōtradicũt, & sunt simul false. Affirmatiue falsitas est nota, & negatiue falsitas patet, bene sequit᷑, aliquod astrũ sortes vidēs nō est hō, & aliqđ astrũ sortes vidēs est sortes vidēs astrũ, ergo sortes vidēs astrũ nō ē hō, cōseq̄ns ē falsũ ponēdo vnũ astrũ a sorte videri.

Octauo argumētor, iste contradicunt sortes est vel non est, & sortes non est vel est, & sunt simul vere, igitur.

Nono argumētor, deus est, & nō deus est cōtradicũt, & sunt simul vere in aliqb⁹ sensibus, ergo sunt simul vere, & p cōsequēs due contradictorie inuicem sunt simul vere.

Decimo argumētor, iste contradicunt ois hō est hō, nō ois hō est hō, & simul vere, igitur. patet veritas negatiue sic, sortes est hō, & sortes ē nō ois hō, ergo nō ois hō est homo, & veritas affirmatiue est de se lucida.

Vndecimo argumentor, qlibet hō est aīal, & aliqs hō nō est aīal sunt simul vere, & sunt cōtradictorie, igit᷑, eas esse simul veras pbo sic, bene sequit᷑ hoc cōtradictoriũ est verũ (demōstrādo illā q̄ est vera) ergo cōtradictoriũ sui cōtradictorij est verũ, tenet cōseq̄ntia a cōuertibilibus, & vltra cōtradictoriũ sui cōtradictorij est verũ, ergo cōtradictoriũ suũ ē verum, probatur consequentia per eundē locum, quia isti termini conuertuntur contradictorium & contradictorij contradictorium.

Duodecimo argumētor, vtrũ cōtradictoriorũ est verũ, ergo alterũ est verũ, pbo cōsequētiā, ex opposito cōseq̄ntis sequit᷑ oppositũ antecedētis, igit᷑ pbo antecedēs, bene sequitur neutrũ est verũ, ergo nullũ est verum.

Ad primũ, nego maiorē, contradictoria enī affirmatiue est hec, nō forte papa dormit, in qua determinatio negat᷑, forte enī equiualēter est signũ particulare, & videt᷑ tātũ valere sicut cōtingēter vel pbabile est vel aliqđ simile. ❡ Et si pōas platonē dubitare an papa dormiat & ciceronē scire eũ dormire, tūc cicero negatiuā cōcedit, & plato affirmatiuā & bene, ergo duo cōtradictoria bene cōceduntur. ❡ Rñdetur nō cōtradicũt eo in casu, plato habet hūc sensũ, est mihi dubiũ an papa dormiat, cicero vero hūc sensũ habet, nō ē mihi dubiũ an papa dormiat. Illic eī mihi subiectiũ capit᷑ equoce, qualitercūq; bene rñdēt hi ī hypothesi data nūq̄ dabunt cōtradictoria vera ī sensib⁹ cōtradictorijs. ❡ Eodē mō dicat᷑ de his sortes diu fuit asinus, sortes diu nō fuit asin⁹. cōtradictoria eīu illius affirmatiue est hec negatiua vera sortes non diu fuit asinus.

Ad secūdũ, concedo maiorē negata tñ minore, & nō sequit᷑ cōtradicũt alijs duabus, ergo cōtradicũt, nā mutat᷑ relatio extrīseca in intrīsecā, & talis cōseq̄ntia affirmatiue nō valet, nec negatiue valet ex opposito cōsequētis ad oppositũ antecedētis mutādo relationē intrīsecā in extrīsecā. ❡ Qñ eī ponit᷑ relatiuũ eqparātie sine addito respectu duorũ terminorũ copulatī sumptorũ denotat᷑ relatio īter partes copulati, & talis relatio dicit᷑ itrīseca, vt andreas & philipp⁹ erāt vicini, significat᷑ eos fuisse vicinos īter se, & ita dicat᷑ de hac sortes & plato sũt fratres. Et sic dicimus Iacobus minor & xp̄s erāt eq̄les. Aliter aũt cōcipimus in relatiuis suppositiōis & suppositionis, exēplifica de prībus & filijs. Sed in pposito cũ dicimus iste ppositiōes sunt cōtradictorie significat᷑ cōtradicũt inter se, cōtradictoriũ est relatiuũ eqparātie. In antecedēte pter additum de ly alijs duobus denotatur relatio extrinseca.

Ad tertiũ, distinguo hanc vtraq; contradictoriarũ potest simul esse vera, si sit simultas potētie & sic cōcedo, qa tūc simul determinat verbũ possunt, sensus est, due cōtradictorie in eodē instāti vel tēpore habēt potētiam ad hoc q̇ sint vere. Si sit potētia simultatis sic ipsa est falsa, tūc enī aduerbiũ simul determinat esse vere. Et sensus est vtraq; cōtradictoriarũ potest esse vera simul, ita q̇ veritas vnius est veritati alterius pro eodē instāti cōpossibilis, modo hoc est falsum. ❡ Ex quo sequitur ista consequentia nihil valet vtraq; cōtradictoriarũ simul potest esse vera, ergo vtraq; contradictoriarum potest esse vera simul, licet vtraq; cōtradictoriarũ potest esse vera in hoc instāti.

Ad quartũ, negat᷑ cōseq̄ntia. ex cuius negatiōe īfert᷑ hec cōclusio. Aliq̄ sũt ppōes q̄ neq; sunt vere neq; false, imo nec vere & false nec vere vel false disiũctī, tñ ī singulari numero ois ppositio ē vera vel falsa in sensu disiũcto.

Ad q̇ntũ, quidā negaret illas cōtradicere nisi relatiuũ negeᷣ. Sed qa in singularib⁹ (p[ri]mo perihermenias) idē ē p̄pōere & postpōere negationē, cōcedo eas cōtradicere, sed maior neget᷑, illa eī negatiua est falsa, nec pbatio valet ascendendo sub parte implicationis, cum effectualiter est determinatio accepta vnica.

Ad sextum, concedo illas contradicere, etiam cōcedo eas esse falsas, affirmatiua est falsa, quia se falsificat, nec sequitur ita est in re sicut ipsa significat, ergo ipsa est vera, sed oportet addere in antecedente & non se falsificat. Et particularis negatiua ē falsa, quia significat

aliter esse q̄ est in re. Nec est inconueniēs in se falsificantibus dare cōtradictoria falsa, vt in littera inuimus Alias nūq̄ cōtradictoria sunt falsa. Insolubilia semper excipio quia oportet procedere secūdū materiā subiectā. ¶ Contra istud argumentor, ex ista solutione sequitur istas nō participare legē contradictoriarū oīs mulier alba currit aliqua mulier alba non currit, consequēs est manifeste falsum, ergo & antecedens, consequētia probatur, quia in simili forma iste prędicte sunt false. ¶ Respondetur negando propositiones propositas nō participare legē contradictoriarū, & conceditur in simili forma dantur duę false vel dari possunt. Et quādo infertur, ergo ille nō participant legē cōtradictoriarū, negatur cōseq̄ntia. Quia quando dicis contradictorijs formaliter repugnat falsitas, hoc sic intelligitur, nō sunt dāde propositiones in simili forma non insolubiles simul false. ¶ Et eodē mō dicat̄ ī subcōtrarijs aliqua propositio particularis affirmatiua est falsa, aliqua propositio particularis affirmatiua nō est falsa, casu quo ille due sole sint, sunt simul false, affirmatiua quia se falsificat, negatiua quia significat aliter esse q̄ est. Sed de his omnibus remitto ad insolubilia.

Ad septimū, negetur minor, quia negatiua illa est vera, nec cōsequētia valet, vt in sillogismo expositorio patebit.

Ad octauum negetur maior, quęlibet copula verbalis affirmata in vna erit negata in alia, & ecōuerso, & pręter hoc vel ī vna ex parte copule erit & in alia & cōtra, cū cōiūctiones pręcise diuisiue capiātur, aut totū disiūctū copule negetur. Contradictoria huius sortes est vel non est, est hęc sortes non est & est, vt virtus negationis solū in primū verbū cadat, aut hęc sortes nō est vel nō est vt negatio feratur in totū sequēs. Nec incōuenit duas affirmatiuas contradicere in copulis disiunctis & copulatis, sic in hypotheticis.

Ad nonum, respondetur concedendo maiorē si negatio capiatur negāter, & cōcedo cōtradictorie vel cōtradictorie inter se (qd' idē est dictu) sunt simul vere. ¶ Vlterius cōcedo cōtradictorie in sensibus cōtradictorijs sunt simul vere Et cōtradictorie in oībus suis sensibus sunt simul vere. Sed nulle contradictorie sunt vere in sensibus cōtradictorijs. Hę ꝓpositiones patēt, hę propositiones sunt simul vere demōstrādo assumptas in argumēto, & hę sunt cōtradictorie inter se, igit̄. Secunda patet, hę ꝓpositiōes sunt vere, & hę sunt cōtradictorie in sensibus cōtradictorijs, igit̄. Tertia patet, capiēdo ꝓ maiore hę in oībus suis sensibus sunt, vere & ꝓ minore, hę sunt contradictorie, & patet extrema illius affirmatiue supponūt ꝓ eodē, cōtradictorie in oībus suis sensibus sunt simul vere, cōtradictorie existētes in oībus suis sensibus sunt ꝓpositiōes vere. Si cōtradictorie denotat oppositionē cadere in oēs sensus tūc subiectū nō supponit, & ꝑ cōsequens illa est falsa Nec ꝓbatio assumpta ad illā in isto sensu ꝓbādā est valida. Vniuersalis negatiua ꝑ falsitatē sui cōtradictorij lucide dephēdit̄. Sēsus ei eius est, cōtradictoriarū veritas ꝓuenit a sensibus cōtradictorijs, qd' ē falsum, nec iste cōtradicūt aliq̄ cōtradictorie ī sensibus cōtradictorijs sunt simul vere & nulle cōtradictorie sunt simul vere in sensibus cōtradictorijs, ꝓpter diuersum modū appellādi ¶ Eodem modo hęc est negāda, iste sunt vere in omnibus suis sensibus.

Ad decimū, non probatur illa negatiua vera, sed solū capiēdo nō īfinitāter, in quo sensu non contradicit affirmatiue.

Ad vndecimū, respōdetur prima cōsequētia est bona, sed secūda est nulla, & cōcedit̄ istos terminos cōuerti cōtradictoriū & cōtradictorij cōtradictoriū, sed hoc nō sufficit quia extrema totalia nō cōuertunt̄. s. sui cōtradictorij contradictoriū & suum contradictorium.

Ad duodecimū, difficultas est capiendo alterum indefinite vel relatiue, & est consequentialis, propterea non insisto alias de natura illius signi loquuturus.

Regula siue lex subcōtrariarū.

Verum neutiq̄ falsum subcōtrarie admittunt.



Dubitat̄ quare falsitas subcōtrarijs aduersatur. Respōdetur, cōtrarie subcontrarias inferunt, mō si cōseq̄ntia sunt falsa antecedētia sunt falsa, & ita ꝓpositiōes quadrāgulares oēs & ex cōseq̄nti cōtradictoria erūt falsa, ergo subcōtrarijs formalit̄ repugnat falsitas. Subcōtrarie tamē vtrobiq; possunt esse vere, aut saltē due eiusdē forme.

Contra hanc legem argumentor primo sic, homo est animal & homo non est animal sunt subcontrarie, & sunt simul false, igitur. de negatiua notum est, de affirmatiua patet. bene sequitur hominē esse hoc animal (de

monstrando asinum est falsum, ergo hominem esse animal est falsum, ab inferiore ad superius, antecedens est verũ, ergo & cõsequẽs.

Secundo, iste subcontrariantur, hominis quilibet asinus est animal, & hominis asinus non est animal, & sunt simul falsae ponendo quemlibet hominem habere duos asinos, igitur. minor patet, de negatiua notum est, & de affirmatiua patet per suam equiualentem animal hominis quilibet asinus est, & per suã contradictoriam cuiuslibet hominis asinus nõ est animal.

Tertio, iste subcõtrariantur homo necessario currit, homo impossibiliter currit, & sunt simul false, igitur.

Ad primum, nego minorem, quia affirmatiua non est falsa, nec probatio valet, cũ proceditur ab inferiore ad superius secũdum suppositionem materialem. Etiam non oportet quando aliquod antecedens aliquod consequens inferat Si antecedens sit falsum, illud consequens esse falsum.

Ad secundum, negetur maior, subcõtraria illius affirmatiue erit haec, a hominis a asinus non est asinus, ad hoc enim quod aliquae propositiones sint subcõtrarie oportet eas cõtradicere duabus quae sunt contrarie inter se, illud non contingit in proposito, vt patet ex recẽtissime dictis in contrarijs, vel nullam ponas distributionem in negatiua dicendo hominis asinus animal non est. ❡ Dicuntur etiam subcontrarie quia sub contrarijs posite & ab eis illate.

Ad tertium, negetur maior, in vtraque ponitur modus vniuersalis contra subcontrariarum naturam quae vniuersalitatem in vtraque recusant. Sicut vere contrarie in vtraque particularitatem non admittunt.

Ex hisce ternis regulis siue legibus aliqua auctaria inferam. Primum, haec cõsequẽtia est valida ista propositio est vera, ergo sua contraria si sit est falsa, vel vna contrariarum est vera, ergo reliqua est falsa. Antecedẽs istius enthimematis ponit vtriusque contrarij constantiam, secus erat in priori, propterea adiectũ est si sit. Sed in contradictorijs nonnunquam sequitur haec propositio est vera, ergo sua contradictoria est falsa demonstrando hanc nullus homo est asinus, haec enim propositio nõ potest esse sine sua contradictoria, & haec consequentia non valet, haec propositio est falsa demonstrando istam homo est asinus, ergo sua contradictoria est vera, sed inferes conditionaliter, si sua contradictoria sit ipsa est vera, vel sic & redit in idem haec propositio est falsa, & habet contradictoriam, ergo contradictoria est vera ❡ Secundo sequitur, talis modus argumentandi est nullus, talibus propositionibus repugnat veritas de forma, ergo participant legem contrariarum. Sed addendum est in antecedente, & non repugnat eis falsitas de forma. In contradictorijs sic argumentaberis talibus repugnat & veritas & falsitas de forma, ergo cõtradictorie repugnãt, semper loquor in cathegoricis, quia multe hypothetice legẽ contrariarum & contradictoriarum induunt, de quibus impresentiarum non loquor.

❡ Tertio sequitur, si vnum contradictoriarũ est necessarium aliud est impossibile & econuerso. Si a est necessarium, & suum cõtradictorium fuerit contingens poterit ita esse sicut per ipsum significatur, & sic ita erit sicut per duo contradictoria significatur. ❡ Eodem modo sequitur, si vnum contradictoriorum est impossibile aliud erit necessarium, quia si sit contingens interdum non erit ita sicut per vnum eorum significatur. ❡ Quarto sequitur, si vnũ contradictoriorum est contingens, reliquum esse contingens est necesse, quia si c propositio est contingens & d ei contradicens sit necessaria vel impossibilis deducitur ad idem inconueniẽs sicut prius. Et semper loquor extra reflexiua. ❡ Pari forma applicabis regulas cõtrariarum & subcontrariarum, vtpote in subcõtrarijs vna subcõtraria ẽ falsa, ergo reliqua est vera, opposito consequentis cum antecedente dato dabuntur subcontraria falsa contra legem subcõtrariarum. ❡ Finaliter patet has legem contradictoriarum subire, quilibet homo currit aliquis homo nõ currit. Nec ad oppositionem requiritur propositiones esse cõpositas ex extremis omnino synonimis. Nã iste cõtradicũt simpliciter, iste homo currit, ille homo non currit eodem demõstrato, & tamen notum est extremorum non synonimitas. Sed iste non contradicunt iste homo currit, Robertus non currit per pronomẽ demõstrando Robertum, solum enim materialiter repugnant, nec iste cõtradicunt aliquis homo currit nullus homo albus currit, quia formaliter possunt esse vere, iste tamen possunt dici contradictorie omnis homo est omnis homo homo non omnis homo est. Et ratio, quia formaliter repugnãt in veritate & falsitate, & quilibet terminus simplex vnius est synonimus cum alio simplici alterius.

❡ Ex quo (si verũ sit) infero duas propositiões de inesse cõtradicere & tamẽ vnius predicatũ supponit, alterius vero nõ, patet de istis duab.

¶ Secundo infero vltra casus tactos in oppositionibus, duę propositiones contradicũt composite omnino ex terminis cōmunibus, & tamē neutrius prędicatum distribuitur, pater de istis propositis, prędicatum huius omnis homo est omnis homo stat confuse tantũ non dico supponit confuse tantum, & prędicatum secunde supponit determinate & non distribuitur in ordinem ad istam totalem ꝑpositionem. ¶ Tertio infero non omnes ꝓpositiones opposite sunt in eadē materia, hoc ꝓbatur, quia ista omnis homo est omnis homo secundum Aristotelem est in materia remota, & sua contradictoria quam dedimus est in materia naturali. Nec nobis repugnamus in materijs quando diximus omnes propositiones oppositas esse in eadem materia, quia hoc intelligēdũ est qñ sunt eadē extrema, alias nō oportet. Quod declarat in alijs, ista est in materia remota, om̄es anime causabiles sunt causabiles. Et ista in materia naturali, nulle anime causabiles sunt causabiles, & tamen contrariãtur, capiendo omnes collectiue. Si quispiam dicat hanc cōtrarietatem esse de lege tãtum, nō autem de modo enunciandi amplius cum eo non contendo, si secus facerē de re friuola nulliusq; frugis prater meum modum contenderem. ¶ De istis Marcus orat Tullius non orat dicitur realiter contradicunt & de lege & de modo enunciandi. Ratio est, quia alioquin essent duę mentales contradicentes quarum ꝓpositiones subordinate non contradicerent, quod inconueniens reputo. Sed pro dicto aristotelis in diffinitione elenchi. Cōtradictio est non nominis tantum, nec rei tantum, nec synonimi de synonimo. ¶ Notandum est duplicem esse oppositionem quędam est clara & manifesta, alia occulta. Tunc dicitur iste ꝓpositiones omnis mucro est acutus, ensis nō est acutus, non contradicunt contradictione manifesta eo ꝙ voces non sunt similes, bene tamen contradictione occulta.

Subalternarum regula.

Subalternatam subalternans infert, inter quas impropria est aduersitas.



Equitur enĩ formaliter omne animal est homo, ergo animal est hō. Similiter nullus homo currit, ergo aliqs homo nō currit. Cum subalternãs sue subalternate non proprie opponatur, de ea vltra dicta in oppositionibus mentionē facio nullã.

Sequitur de conuersionibus in generali.

Conuersio est consequentia formalis qua de prędicato conuerse subiectum conuertentis, & de subiecto conuerse prędicatum conuertentis efficitur. ¶ Et hæc triphariam scinditur in simplicem, per accidens, & per contrapositionem. ¶ In cōuersione simplici eandem qualitatem cum quantitate seruabis. ¶ Qualitatem (quantitate variata) per accidens conuersio seruat, de conuersione per contrapositionem sequenti littera ad partem loquemur. Quot propositionum genera hac triplici cōuersione conuertuntur hisce versiculis hauries.

Simpliciter feci cōuertitur, eua p acci,
Asto per contra, sic fit conuersio tota,
Asserit a, negat e, stãt vniuersaliter ãbe
Asserit i, negat o, sed pticulariter ãbo.



Ommentarij partē multo maximam notatiũculis dubitationibusq; absoluemus, crebrius tamen argumentationum dilutionibus litterã explicamus. Silentium pithagoricum vicio dam⁹, nexuum excercitatione auditores prōpriores euadũt.

In primis notato hæc tria, conuertentia, conuertibilitas, & conuersio, longo interstitio inter se distant.

¶ Conuertentia relatiuo & correlatiuo cōuenit, vt mox paulo in relatiōis prędicamento dicemus. ¶ Cōuertibilitas nihil aliud est quã termini sic se habētes ꝙ vnus illorum nō potest de aliquo verificari, quin alter eorum de eodem verificetur, esto ꝙ eorum significata adequata essent, quare animal & hō non sunt termini cōuertibiles, esto ꝙ nulla animalia essent in mũdo nisi homines, nec chimera & homo existens asinus quãquam isti termini sic se habent ꝙ nihil potest verificari de vno quin illud de altero etiam affirmetur, tamen si eorũ significata forent oppositum contingeret.

¶ Conuersio secunde intentionaliter attribuitur propositionibus, dixi secunde intentionaliter propter conuersionem aque in vinũ in cana galilee & similes ¶ Vnde iste terminus cõuersio est terminus connotatiuus pro conuersa conuertente & nota illationis supponẽs cõnotando ꝙ de subiecto conuerse fit prędicatũ conuertentis, & de prędicato conuerse subiectum conuertentis Et capitur secunde intentionaliter in star conuersionis ciuiliter dicte, quemadmodum in conuersione reali lapidis pars inferior fit superior, & econuerso Ita in conuersione logicali quod praecedit in cõuersa sequit in cõuertẽte & cõtra. ¶ Vñ cõuersa vocatur antecedens, puta propositio quę conuertitur, & consequens vocatur conuertens, & coniunctio nota illatiõis appellatur, hoc est signũ inferendi, hoc patet, quia illatio est verbale deductum de infero. Si quis quęrit ab te conuerte istam homo est animal, & tu dices animal est homo, non est conuersio cum non est consequentia. ¶ Ex isto sequitur, stat conuersam & conuertentem esse propositiões falsas, & conuersionem esse necessariam, interdũ ꝓpositionẽ necessariã, iterdũ cõsequẽtiã necessariam solum, & non propositionem necessariam Prius patet per notam conditionalem, quia hæc est bona conuersio. Si homo est asinus asinus est homo, vbi consequentia est necessaria & etiam propositio est necessaria, posterius patet in hac rationali homo est asinus, ergo asinus ẽ homo. Sed quãdo dicimus omnis conuersio est necessaria, intelligitur consequentia & non propositio. Et sic omnis cõuersio est necessaria vel impossibilis & nulla contingens, licet conuersa & conuertens sint contingentes vt homo currit, ergo currẽs est homo. Illa cõuersio significat sentẽtia totali currens est homo, sequitur ex ista homo currit, hoc est habitudo ẽ necessaria, & hoc est verũ. Habitudo antecedentis ad consequẽs est antecedens taliter se habens respectu consequentis & non relatio ab extremis distincta.

Notandum est secundo, duplex est cõuersio, quædam proprie dicta, quando de subiecto conuerse fit prędicatum conuertentis & de prędicato conuerse subiectum conuertentis nihil aliud addendo vel remouendo, hoc est secundum se vel suum synonimũ. ¶ Alia est conuersio improprie dicta quãdo de extremo fit extremum cum additione vel subtractione, exemplum nullum animal est omnis homo, non bene conuertitur sic, ergo nullus omnis homo est animal, quia illa est impropria. Nec in istam nullus homo est animal, ga ista est falsa, & quando esset vera non esset cõuersio proprie dicta, sed in hanc conuertitur nullum ens omnis homo ẽ animal, in qua trãscendens est pars subiecti conuertentis, & tamen non erat pars prędicati in conuersa. Nec vnquam sic faciendum est nisi vtcunꝗ necessitas vrgeat, qui secus fecerit anormalam dabit conuersionem. Potes tamen eam conuertere sine addito non omnis homo aliquis homo est limitãdo omnis pro parte extremi, nullus homo est animal, ergo nullum animal est homo masculus, vel melius, nullum animal aliquis homo est, & sic communiter dicitur.

Cęterum non segniter aduertendum est in omni conuersione oportet terminos vniformiter accipi, defectu cuius hæc cõuersio est nulla, nulla essentia diuina est generans capiẽdo generans adiectiue habens pro substantiuo essentia diuina, ergo nullum generans est essentia diuina, quia antecedens est catholicũ, & consequens hereticum, & totus error eo ꝓuenit quia generans difformiter capitur in cõuersa & cõuertente, vnde hæc propositio est distinguenda, nulla essentia diuina est generans, quia vel generans capit substantiue vel adiectiue habens transcendens pro substantiuo quod idem est & tunc illa est falsa, quia sensus est nulla essentia diuina est res generãs qui falsus est, immo aliqua eẽntia diuina puta pater est res generans. Sed si generans habeat ꝓ substantiuo istum terminum essentia tũc prædicatum non supponit, quia de nullo verum est dicere hoc est essentia diuina generãs, essentia enim diuina nec generat nec generatur. ¶ Et eodem modo dicatur de ista generans ẽ essentia diuina, ergo essentia diuina est generans, tenendo generans substantiue in cõuertente sicut in conuersa, consequentia est optima, nec est maior difficultas in istis ꝗ in alijs.

¶ Pari modo dicatur hic homo est species, ergo species est homo, conuertatur sic, ergo species est ly homo.

¶ Sic hic iste monachus est albus, ergo album est iste monachus, si esset vnus ethiops albus monachus conuersa est vera, si ly albus habeat terminum monachus pro substantiuo, & conuertẽs falsa, quia nulla res alba est iste monachus.

¶ Idem erit hic, exercitus est rotundus, ergo rotũdum est exercitus, quia si sic exercitus hominum orbicularis vrbem parisiensem inuadens, antecedens conceditur ponendo prędicatum subiectum pro substantiuo obtinere. Et ita in talibus dicatur quod calefit velociter est currens, ergo currens velociter calefit, quia

care verba. ¶ Alio modo dicitur, ad cōuersio-
nē simplicē requiritur similis qualitas & quāti
tas capiendo quātitatem sicut superius in sua
materia accipimus. ¶ Insuper conuersio voca
ri potest per accidens vno modo quando non
manent eedem proprietates logicales in con-
uertēte q̄ manēt in cōuersa. Alio mō capiēdo
quātitatē sicut supius exposuim⁹ suo in loco.
¶ Ex priori modo dicendi patet, aliqua singu
laris conuertitur simpliciter, vt Sortes est Pla
to, ergo Plato est Sortes. Et aliqua particula-
ris negatiua cōuertitur simpliciter, vt homo
animal non est, ergo animal homo non est. &
sic de omni genere propositionum cathegori
carum aliquę conuertuntur simpliciter. ¶ Eo-
dem modo de omni genere ꝓpositionum ca-
thegoricarum aliquę conuertuntur per acci-
dens, vt omnis homo est Sortes, ergo Sortes
omnis homo est, vel Sortes est hō, quia vtraq;
conuersio est per accidens & bona, nullū ani-
mal est Sortes, ergo Sortes nullum animal est,
vel Sortes animal non est. Homo est Sortes er
go Sortes ē homo. Aliquis homo est animal,
ergo animal aliquis homo est, particularis in
indefinitam mutatur. Tantum homo est ani-
mal, ergo omne animal est homo, vel simplici
ter, ergo animal est homo, & ibi in conuersio-
ne simplici conuersa & conuertens non æqui-
ualent. Animal omnis homo est sic conuerti-
tur per accidens, ergo oīs homo est animal,
non enim inconuenit a termino stante deter-
minatę adipsum stantem confuse tantum re-
spectu multitudinis argumentari. A homo
non est animal, sic conuertitur per accidens oīne
animal homo non est. Homo vterq; istorum
est, ergo vterq; istorum est homo, vel simplici
ter alter istorum est homo. Forte dicis, quādo
vniuersalis affirmatiua conuertitur per acci-
dens, argumentamur a termino stante confu
se tantum ad ipsum stantem determinate, vt
vterq; istorum est asinus, ergo asinus est alter
istorum. Distinguitur, vel deleta multitudi-
ne, & sic conceditur, vel remanente signo di-
stributiuo negatur. ¶ Verum hic est bona cō
uersio per accidens omne animal est currēs, er
go a currens omne animal est. Sic hic animal
non est homo, ergo omnis homo animal non
est, vel oīs homo b animal non est vt sit cō-
uersio mutua. Et quando dicitur particularis
negatiua non potest conuerti simpliciter, nec
per accidens hoc intelligitur oblatis terminis
in communi modo loquendi, quia non seq-
tur animal non est homo, ergo homo non est
animal. Et ita vtrobiq; omnem propositionē
de inesse conuersione mutua cōuertere potes
transmutando extrema similes proprietates
logicales seruando, Et conuertendo proposi-
tiones affirmatiuas de extrinseco tempore, aut
in quibus ponitur ampliatio, aut modus mu
tuo, quando extrema copulam precedunt nō
oportet nisi transmutare extrema sic ꝙ rursus
precedant copulam sicut in conuersa reliquas
proprietates logice seruando. vt sequitur mu
tuo formaliter, oīs homo animal est & fuit,
ergo a animal omnis homo est & fuit. Deus
creans necessario est, ergo creans deus necessa-
rio est. ¶ Negatiue autem in quibus extrema
antecedunt copulā contradictorio modo cō-
uertuntur. Nam si aliquę propositiones mu-
tuo sese inferant, contradictorias earum mu/
tuo se inferre necessum est. ¶ Si vero ambo ex
trema sequātur modum & copulam non dis
simili modo factitandū est, vt mutuo formali
ter sequitur, necessario est deus creās, ergo ne
cessario est creans deus. Fuit Iudas scariotus
omnium hominum ingratissimus, ergo fuit
omnium hominum ingratissimus Iudas sca-
riotus. ¶ Si autem prædicatum precise sequa-
tur copulam ipsum reflectere oportet cū co/
pula & determinatione, aut modo si quis fue/
rit in conuertente cæteris proprietatibus logi
calibus vniformiter manentibus, formaliter
enim & mutuo sequitur. Deus necessario est
creans, ergo creans ꝙ necessario est creās pos
sibiliter est deus. Omnis homo est & fuit cur-
rens, ergo a currens quod est & fuit currens
omnis homo est vel fuit. Homo est & nō fuit
currens, ergo currens quod est & non fuit cur
rens homo est vel fuit. Omnis homo necessa/
rio non est & non est animal, ergo a animal
quod necessario non est & nō est animal, om-
nis homo possibiliter est. Homo immediate
post hoc erit currens, ergo ꝙ immediate post
hoc erit currens, homo est vel immediate post
hoc erit. Opposita harum enunciationum per
oppositam conuertentem conuerte, & omnia
lucidissima erūt. vt homo est vel non fuit ani
mal quæ non conuertitur per regulam præce
dētem, cum contradicat propositioni de copu
lata copula (quæ per regulam conuertitur) in
contradictoriam huius a animal quod non est
& fuit animal omnis homo est vel fuit mu/
tuiter conuertitur, homo possibiliter non cur/
rit in contradictoriam huius a currens quod
necessario est currens omnis homo possibili/
ter est. Nam si aliquod antecedens mutuo ali
quod consequēs inferat, oppositū oppositū in
ferre necessum est, verum quia talium proposi
tionum veritates huiusmodi de copulis hypo-
theticis aut determinatis modo alia ve deter.

minatiōe aliusmodi facilius (vt passim in hoc libro patet) quam per conuertētes cognoscūtur de his non profusius insisto.

Tertio argumentor contra conuersionem simplicem & per accidēs de ista, nullum a est prędicatum, quęrendo eius conuertentem, ponendo a non esse prędicatum in aliqua propositione.

Quarto argumentor, non sequitur, a est risibile, ergo risibile est a, ponēdo a ex parte prędicati significare asinum, & a parte subiecti hoiem, & tñ est cōuersio simplex, igitur.

Quinto argumētor. Si tu Roberte cōuertas mihi hanc, ego sum Iohannes, conuersa est vera & conuertens falsa, ergo conuersio non est bona consequentia.

Sexto argumentor, non sequitur, plures sunt non videntes quam vidētes, ergo videntes sunt plures quam non videntes, quia si esset pręcise vnus cæcus & nouem vidētes conuersa est vera & conuertens falsa, igitur.

Septimo argumētor, non sequitur virgo erit meretrix, ergo meretrix virgo erit, & tamen est conuersio simplex, igitur. maior patet. discursus est a non amplo ad amplum respectu istius termini meretrix, igitur.

Octauo argumentor, inquisitiue de istis, omnis homo præter sortem currit, quilibet homo habens equum equitat illum, quo nam pacto conuertantur.

Nono non sequitur, nullus est homo quin currit, ergo homo quin currit non est homo, cum consequens reputatum non est proprium, igitur.

Decimo, non sequitur, tantum homo est animal, ergo animal est homo, quia nō est conuersio mutua quod ad bonam conuersionem simplicem exigitur.

Vndecimo argumentor, nō sequitur, nullus homo falsē ē animal, ergo nullum animal falsē est homo, antecedens est verum & contradictorium consequentis, ꝙ cōtradictorium consequentis sit verum, patet bene sequitur, hoc aial falsē est hō demōstrādo brunellū & hoc aial est aliquod aial, ergo aliquod anial falsē est homo, antecedens est verum, ergo & consequens, quod erat probandum.

Duodecimo argumentor de talibus, Marcus & Tullius orant, contra negātē principia non est disputandum, tædet anima meā vitæ meę. Domine nunc est tempus legendi, quales habent conuertentes.

Ad tertium, dici potest casum esse impossibilem, postquā vna pars ponit nullum a prędicari alia petente eius conuertentē in qua a prędicatur, & hoc est facile iuuenibus.

¶ Sed contra istud argumentor sic, pono tibi hanc nullum a est prędicatum, nihil aliud ponendo vel casus est possibilis vel non, secūdū non est dicendum vt cōstat, ergo primum. & omne possibile est admittendum, admitte ergo casum, quo admisso propono tibi hāc cōsequētiam nullum a est prędicatum, ergo nullum prędicatum est a. Si neges consequentiā argumentor sic, consequentia fuit bona ante casum, ergo necessaria, modo propter nullū possibile positum est necessarium negādum.

¶ Respondetur, concedendo consequentiam quandocunq; proponitur, quia fuit necessaria ante casum, ergo non est neganda in casu. Et si argumentatis antecedens est verum & cōsequēs falsum Hoc nego, nam hoc repugnat posito cū bene concesso, & causa est, quia fuisti solum obligatus sustinere hāc nullū a est prędicatum & quodlibet sequens ex ea, licet hęc sit falsa nullum prędicatum est a. Exemplum in simili Si mihi poneretur ego nō sum, quod est possibile) debeo ipsum admittere, & ipso admisso concedere me non esse in sancto Andrea Scotię, quia sequitur ex posito negando hanc ego sum in sancto Andrea, non quia falsum sed quia repugnat posito. Sed si sic ponas casum, nullum a est prędicatum & hæc cōuertens scilicet nullum prędicatū est a sit, eiusim possibilitas est nota propter partiū repugnātiam. ¶ Resolutorie igitur dicitur, conuersio ē bona, quia quandocunq; conuertens est falsa sic est conuersa.

Ad quartum dicitur, sic conuertitur risibile est homo, & quamquā vocaliter de extremo nō sit extremum, sit tamen synonimum, quod sufficit, quemadmodum hic ē bona cōuersio. Marcus est orator, ergo orator est Tullius. ¶ Contra istud argumentor, ponendo a a parte subiecti significare hominem, & a parte prędicati asinum cum quolibet suo synonimo, tam solutio præcedens non habet locum ¶ Respondetur, termini mentales non cadunt a sua significatione, propterea conuertatur ꝑ suum synonimum inuariabile. Sed hic dici potest & bene, iste casus non est admittendus in conuersionibus, quia conuersiōes super hoc dependent ꝙ termini vniformiter capiantur in subiecto vnius & prędicato alterius, & istud iuuenibus est facile, sed secundum regulas artis obligatoriæ non satis facit.

Ad quintum, multipliciter responde-

tur. ¶ Primo non potest conuerti nisi a proferente. ¶ Secundo dicitur, tu repetes meam propositionem dicendo, tu domine sic quæris vt tibi hanc conuertam ego sum Iohannes, & illam quam tu profers pro tua conuersa capies, sic conuertendo Iohannes est ego, modo sicut consequens est falsum, ita est antecedens Sed hæc solutio non satisfacit, quia quæro conuertentem huius conuersæ a me prolatæ. ¶ Propterea dicitur tertio Robertus potest sic conuertere, ergo Iohannes est tu. Et licet vocaliter subiectum conuersæ non sit prædicatū conuertentis, est tamen mentaliter quod sufficit vt dictum est. Quādo enim ego & tu accipiūtur pro eadem re sunt termini synonimi, vel sic potest conuerti a Roberto, ergo Iohannes est ego, ita quod Robertus loquatur nomine Iohannis. Et illud consequens est verum sicut & antecedens, quod liceat Roberto loqui in persona Iohannis per pronomē primatiue speciei. patet ex Psalmo. Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. vbi homo celebrās loquitur in persona patris. Idem patet de scriptoribus, vbi Sortes regis secretarius loco regis dicit. Nos Iacobus gratia dei &c. vbi Sortes scriptor loquitur in persona alterius, & ita de talibus dicatur Ego vel tu sum currēs, ergo currens est ego vel tu, Sortes est ego tu vel ille, ergo ego tu vel ille, sum es vel est Sortes, semper tenēdo vniuocationem pronominum & exigentiam verbi vel verborum ad extrema, & nulla prorsus est difficultas.

Ad sextum concedo, non sequitur male conuertitur, oportet capere extrema illius & tunc facile tales potes conuertere. omnis error conuertendi frequenter in dandis extremis latitat. Vnum extremum est non videntes & aliud plures quam videntes, sic ergo conuertitur, ergo non videntes sunt plures quam videntes, aut sic non videntes quā videntes sunt plures, & tum non videntes quam videntes est vnum extremum, & plures res aut homines aliud extremum. Idem et idem ista null⁹ furnus est in pane (cuius posterius extremum est ens in pane) sic cōuertitur simpliciter, ergo nullum ens in pane est furnus, per accidens vero ens in pane non est furnus, quare hæc conuersio est inualida nullus furnus est in pane, ergo nullus panis est in furno.

Et eodem modo hic dicere potes, semper homo est animal, perpetue sunt generationes & corruptiones. Resoluantur, prima sic, omni tēpore homo est animal, vbi potes capere aliquo tēpore hō pro subiecto, & sic cōuertitur per accidens, ergo animal est homo aliquo tēpore, quia non oportet tenere signum vniuersale in conuertente. Dicendo sic, ergo animal semper est homo. Ibi enim a suppositione confusa tantum ad determinatam respectu multitudinis proceditur, potes tamen sic bene cōuertere, ergo a animal semper homo est. Pari forma resoluatur secunda, omni parte magnitudinis dabilis ē aliqua pars minor. hic aliqua pars conuenientius est subiectum, & prædicatum parte magnitudinis pars minor vel res minor, & tunc conuertatur secundum extrema data, & ita de talibus totus Sortes est minor Sorte, infiniti homines fuerunt. illi termini possunt capi syncathegorematice vel cathegorematice, quæ acceptiones ad parua logicalia & exponibilia spectant. Sed sufficit in proposito vt respondens quærat naturam signi positi in conuersa, & secundum hoc inueniet extrema cauendo ne a suppositione confusa tantum ad determinatam respectu multitudinis discurratur, aut contra regulas alias logicales. ¶ Et sic dicatur hic, caput habet homo, si caput habens sit subiectum, sic conuertitur, ergo homo est caput habens, & ita in alijs.

Ad septimum nego quod non sequatur, consequens enim est verum sicut antecedens. ¶ Et vlterius pro conuersione in terminis ampliatiuis duæ regulæ ponentur, quarum prior est Procedendo a magis amplo ad minus siue ab amplo ad non amplum sine distributione ampli non valet consequētia. Ratio, quia magis amplum est superius ad min⁹ amplum & amplum ad non amplum. Modo ratiotinatio a superiore ad inferius sine superioris distributione non valet vt pastilli sunt comedendi, ergo pastilli comedendi sunt pastilli, quia pastilli in conuersa pro pastillis qui sunt vel erunt supponit, & in conuertēte pro pastillis q sunt. ¶ Secunda regula, discurrendo a non amplo ad amplum vel minus amplo ad magis amplum sine distributione, valet consequētia vt bene sequitur. Pastilli sunt cōmesti, ergo pastilli cōmesti sunt vel fuerūt pastilli. Vnde fit cōuersio (de qua est mentio inter argumentandum) est bona. Et hic intellige, partibus cæteris. quare ista consequentia nihil valet, pastillus est, ergo pastillus fuit quādoquam subiectū conuertentis ampliectur. Et ratio est, quia prædicatum non stat vniformiter, sed ista est bona Pastillus est, ergo pastill⁹ est vel fuit in sensu disiunctio. Vbi etiam prædicatum stat ample, istæ duæ multum differūt, pastillus fuit, &

pastillus est vel fuit, quia prędicatum amplia/tur in secunda, nō autē in prima. Ex his regu/lis sequitur hæc, pastillus antichristi est pastil/lus comedendus sic conuertitur, ergo pastill⁹ comœdendus est vel erit pastillus antichristi vbi pastillus comędendus ampliatur in cōuer/tente & non in conuersa. Nec hoc inconuenit vt patet per secūdam regulam, vel potest sic conuerti, ergo pastillus qui est comędendus est vel erit pastillus antichristi, & additur qui ē ad denotandum ꝙ pastillus comędendus de/bet vniformiter stare in conuertente & cōuer/sa. Et pastillus antichristi stat in ordīe ad distī/ctionem copularū. Sic hic, virgo erit meretrix, ergo meretrix quæ erit est vel erit virgo. Nō enim sequitur ex illa cōuersa meretrix erit vir/go, quia dato vltimo instanti esse virginitatis antecedens est verum & consequens falsum. Crudū comędi, quod fuit ergo est vel fuit cru/dum comędens, vtercꝫ istorum modorū suf/ficit, pastilli comęsti, sunt comędēdi, ergo pa/stilli comędēdi sunt vel erūt pastilli comęsti, hoīes occisi sūt occidēdi, ergo hoīes occidēdi sunt vel erūt hoīes occisi. Cādela lucēs ē extī/cta, ergo cādela extīcta ē vel fuit cādela lucēs. Adam est mortuus, ergo Adam mortuus ē vel fuit Adam, vel Adam mortuus qui est, est vel fuit Adam, & qui est, non ponitur tan/quam pars extremi, sed ad limitādum termi/nos vniformiter accipi. Et semper est conuer/sio proprie dicta quia de extremis pręcisis con/uersę conuertentis extrema resultant. Adam est prior antichristo, ergo prior antichristo q ē vel erit ē vel fuit Adam. Antichristus ē po/sterior Abraham, ergo posterior Abrahā qui est vel fuit est vel erit antichristus, homo fuit currens, ergo currens est vel fuit homo vel sic iuxta superius dicta currens quod fuit currēs est vel fuit homo aut homo fuit, & ita de tali/bus dicatur, album vidit nigrum, si album sit rectus in hanc conuertitur vidēs nigrū quod fuit videns nigrum album est vel fuit, si autē ly album sit obliquus in hanc conuertitur, ni/grum quod fuit nigrum album vidit, cerasa erunt comęsta, ergo cerasa quæ erunt comę/sta sunt erunt vel fuerunt cerasa. Creans im/mediate ante hoc fuit deus, ergo quod imme/diate ante hoc fuit deus est vel fuit creans aut creans immediate ante hoc fuit. Et ita in alijs secundum exigentiam ampliationis & superi/us notata dicatur.

Sed contra ista argumentor, nō sequi/tur, Adam est mortu⁹, ergo mortuum quod est, est vel fuit Adam, consequens enim est vna affirmatiua propositio cuius subiectū impli/cat falsum, repugnat enim aliquid esse mor/tuum quod est.

Respondetur negando cōsequens es/se falsum, & nego subiectum conuertētis im/plicare falsum. Sed hæc est distinguenda mor/tuum quod est est vel fuit Adam, vel quod est determinet istum terminum mortuum & sic est vera, Sensus est, mortuū quod est mor/tuum, est vel fuit Adam, vel quod est deter/minet istum terminū existens & sic consequēs est falsum, sed nō est cōuertens illius cōuersę.

¶ Contra hoc argumentor, quia si adam est mortuum quod est, adam est, a propositione de est tertio adiacente ad propositionē de est secūdo vbi nullus est terminus ampliatiuus.

Dicitur consequentiam nihil valere, quia quāquam prędicatum non ampliet, ha/bet tamen amplum modum significādi de se, & mediante copula de pręsenti prędicatur de eo quod non est. Secus si est poneretur a par/te subiecti.

Ad octauum respōdetur, prima sic cō/uertitur per accidens, ergo currens est homo nō sortes, qa ista nō ē ꝓpria currēs est homo pręter sortem, de hoc dicetur in exceptiuis Se/cunda sic conuertitur, aliquis homo equitans illum equū quē habet est homo habēs equū.

Ad nonum, dico in primis dabis eius equiualentem quæ est hæc, nullus est homo q nō currit, q̄ facile sic cōuertitur simpliciter, er/go nullus homo qui nō currit aliqs homo ē, ac per accidens in hanc aliquis homo qui non currit aliquis homo est. ¶ Sic de talibus ma/gistro legente pueri proficiunt, da eius equi/ualentem etiam in consequēdo in talibus ob/scuris, & tunc facile est partes conuertere, licet potes dicere, pueri sunt proficientes illo tēpo/re quo magister legit, si exponatur per dum.

Ad decimum, nego sequelam, quia ad bonam conuersionem simplicem non requiri/tur conuersio mutua.

Ad vndecimum, negatur illationē nō valere, consequens enim est verum, brunell⁹ neqꝫ vere neqꝫ false est homo. ¶ Secundo di/citur, illa est impropria, false non determinat copulam sed totam compositionem. ¶ Tertio sic conuertitur, nihil false animal est homo, fal/se debet determinare terminum in consequē/te quem in antecedente determinabat, & hæc solutio plus placet.

Ad duodecimū, de prima dicitur, con/iunctio copulatiua illepide coniungit vocabu/la synonima, illius cōiunctionis est diuersa cō

ſungere,ſed ſua proprietate admiſſa dicũt alis
qui ad formaliter conuertendum oportet ad-
dere ens vel entia in conuertente,alias conſe-
quentia non eſt formalis.cum antecedens ſit
verum,& conſequens falſum,quia quãquam
ſequatur,deus eſt,ergo ens eſt deus. In ſimili
non ſequitur,populus eſt,ergo ens eſt popul⁹
capiendo in prædicato antecedentis ens ſub-
ſtantiue aut adiectiue habens pro ſubſtantiuo
tranſcendens.Similiter licet ſequatur Sortes&
Plato ſunt,ergo entia ſunt Sortes & Plato.In
ſimili tamen non ſequitur,Marcus & Tullius
ſunt,ergo entia ſunt Marcus & Tullius.Sed
iſtud nihil valet,quia ſi caperent eadem extre
ma vel ſynonima conuerſio eſſet optima.De
iſta Marcus & Tullius orant,conuertẽs eſt orã
tia ſunt Marcus & Tullius.Sic hic. Martus &
Tullius ſunt,ẽrgo entia ſunt Marcus & Tul/
lius,quæ eſt vera,quia duę medietates Tullij
lij ſunt Marcus & Tullius,Tullium eſſe ſuppo
no.¶ Et eodem modo hic.Deus & gubernãs
mundum ſunt,ergo entia ſunt deus & guber
nans mundum,vbi conuertens eſt vera,quia
tres perſone in diuinis ſunt deus & gubernãs
mũdũ. ¶ Et pari forma hic angel⁹ & Michael
ſunt ꝑ ꝓnomẽ demonſtrando Michaelẽ,ergo
entia ſunt Michael & hic angel⁹.Et quẽadmo
dum conſequẽs eſt falſum,ita eſt antecedens.
¶ Quando ſubiectum & prędicatũ ſunt varij
numeri in forma vel in valore copula eſt va-
rianda.In forma,tunc verbum inter ſubſtan
tiua variorum numerorum aptius cum priore
conuenit,vt ſermones ſummi patris ſunt me-
diatio iuſti.ſic conuertitur,mediatio iuſti eſt ſer
mones ſummi patris.Exemplum ſecundi. Ire
amãtium reintegratio amoris eſt,cum verbũ
ſubſtantiuum in fine illorum locetur lepidius
in numero cum poſteriore conuenit,tamẽ in
valore interſeritur,vbi cum pręcedente in nu
mero conueniet,ſic conuertitur. reintegratio
amoris eſt ire amantiũ. Vltra illud Terẽtianũ
cape illud poete.veſtes quas geritis ſordida
lana fuit.ſic conuertiẽ,ergo ſordida lana fuit
veſtes quas geritis,oportet mutare copulam
ſingularẽ in pluralẽ,& econuerſo.vt totum eſt
ſue partes,ergo partes ſui totius ſunt totũ.

Ad alias propoſitiones argumenti di-
citur,habitis extremis nulla prorſus eſt diffi-
cultas.Si nõ ſint extrema clara reſoluãtur,vt
tædet animã meã vitę meę,aĩa mea habet tę-
dium de vita mea,ergo habens tediũ de vita
mea eſt anima mea. De vltima dicitẽ,ly dñe nõ
eſt pars ꝓpoſitionis,ſed eſt oratio ſuſpẽſiua.vt
ſuperius retulim⁹.

Dubitatur quomodo hæc cõuertitur,
conuertens huius conuerſionis eſt falſa,per ly
huius demonſtrando conuerſionem cuius hęc
conuerſa eſt pars.

Secundo dubitatur,de conuertẽte hu-
ius non omnis homo non eſt currens.

Ad prius dicitur,ſic conuertitur,ergo
falſum eſt conuertens huius cõuerſionis.& cõ
ſequentia eſt bona,& antecedẽs eſt verum,&
conſequens falſum.Nec hoc eſt inconueniens
quando conſequens ſe falſificat.

Ad ſecundum,ſcilicet non omnis ho-
mo non eſt currens,capiatur ſua ęquiualẽs,ſci
licet homo eſt currens,& tunc facile eſt eã cõ-
uertere,non tamen nego quin ipſa eſt conuer-
tibilis in propria forma,ergo currens non om
nis homo non eſt.

Ex his in radice ruminatis cõuerſionẽ
ſimplicẽ,& ꝑ accidẽs deprehẽdere vales,null⁹
hõ eſt currẽs,ſic ſimpliciter cõuertiẽ,ergo nul
lũ currẽs eſt hõ,per accidẽs aliquod currẽs nõ
eſt homo. vtraq; harum conſequentiarum eſt
formalis,nec priori ſic vt aliquib⁹ videtur in-
ſtatur nullum mortuum eſt animal,ergo nul
lum animal eſt mortuum,non enim remanet
ſimilis acceptio terminorum in his duabus cõ
ſequentijs,quia mortuum in hac a parte prędi
cati eſt terminus ampliatiuus virtualiter inclu
dens fuit,ſecus eſt in illa ¶ Terſe & nitide ꝓ-
poſitionis extrema(quia hoc potiſſimum in
hac arte ſeruandum eſt)ante conuerſionẽ col-
ligas,quibus habitis conuertere haud eſt diffi
cile,poteſt enim reſpõdens cũ opponẽte in ex
tremis cõuenire anteq̃ cõuerſionẽ aggrediatẽ,
& ſic facile eſt tales conuertere,non eſt ita ꝙ
homo eſt aſinus,nihil eſt homo quin illud eſt
animal,non eſt vero ſimile ꝙ Plato fuit do-
ctior Ariſtotele,quotienſcunq; fuiſti Pariſius
totiens fuiſti homo. De iſtis propoſitionibus
ad equitandum requiritur equus,ad ſalutem
requiritur baptiſmus incipit eſſe calor in hac
aqua non eſt ſpecialis difficultas ex parte con-
uerſionis,nec de iſtis Pariſius & Rome vendi-
tur piper,ter celebraui miſſam,ĩmediate poſt
hoc album erit nigrũ & huiuſmodi. ¶ Demũ
quando enim abs te quęritur conuerſio vni/
uerſalis negatiue vel talis affirmatiue , omnis
homo omne animal eſt,vel alterius quæ po-
teſt plurifariam conuerti,quere qua cõuerſio-
ne vult illam propoſitionem conuerti,& ſecũ
dum hoc reſponde.Potes etiam ad nutũ quã-
cunq; conuerſionẽ ei dare,vt hanc homo om
ne animal eſt trifariam conuertere potes,quã
cũq; trium conuerſionum ei dederis minime

aberrabis, hæc etiam animal non est homo & similis multipharium cõuerti possunt, vt homo animal non est. Secũdo sic homo nõ omne animal est. Tertio sic, conuersione mutua omnis homo b animal nõ est. Quarto sic, oĩs homo animal non est.

De cõuersione per cõtrapositionẽ.

In conuersione vero per cõtrapositionem termini finiti in infinitos & contra mutantur.



Onuersio p cõtrapositionẽ est consequentia in qua de subiecto cõuerse prædicatum cõuertentis fit & ecõuerso saltẽ partialiter mutãdo terminos finitos in infinitos & contra, vt omnis homo est animal, ergo omne non animal est nõ homo, hæc conuersio non est proprie dicta, nec Aristoteles vllam mẽtionem de ea facit quocirca succincte pertractanda est, & nisi Boetius in tractatu de sillogismis cathegoricis & commentatos nõnunq̃ de ea loqueretur, minime de ea vltra litteram mentionem facerem.

Contra hanc litteram argumẽtor sic, non sequitur omnis homo est existens, ergo omne non existens est non homo, & tamen ẽ ibi conuersio per cõtrapositionem, ergo cõuersio per cõtrapositionẽ nõ valet, probatur maior. quia antecedens est verũ, & consequẽs falsum, falsitas cõsequẽtis patet. q̃a est vna affirmatiua cuius subiectum non supponit.

Respondetur sicut communiter dicitur, conuersio per contrapositionem nihil valet quando prædicatum vniuersalis affirmatiue est transcendens vt contingit in proposito Nec tenet quãdo subiectum particularis negatiue non supponit quia non sequitur, chimera non est hõ, ergo non homo non est non chimera, antecedẽs est verum, quia negatiua non pregnans cuius subiectum non supponit & consequens falsum, quia transcendens negatur de suo inferiore stãte determinate. Etiã suum contradictorium est verum, quia omis nõ homo est nõ chimera, vt patet inductiue Idemetidem nõ tenet in terminis diuinis, quia non sequitur, omnis essentia diuina est filius, ergo omnis non filius est non essentia diuina. Antecedens est verum incomplete distribuẽdo subiectum & consequens falsum, quia pater non est filius & tamen non est non essentia diuina.

Contra litteram argumẽtor secundo, extra casus istos, non sequitur hominis asinus non est asinus, ergo non asinus non est nõ hominis asinus, & tamen est conuersio per contrapositionem, igitur. maior patet, antecedẽs est verum quemadmodum dictum est in cõtradictorijs, & contradictorium consequẽtis est verum, scilicet omnis non asinus est nõ hominis asinus vt patet per inductionem. Item prædicatur superius stans confuse tantum de suo inferiore distributo, & est affirmatiua, ergo est vera.

Respondetur, concedendo non sequitur, quãdo subiectum est aggregatum ex determinatione accepta non vnica acceptione cum suo determinabili. ¶ Contra hoc argumentor extra casus istos non sequitur, homo nullus homo est, ergo non homo non est nõ homo, & tamen est conuersio per contrapositionem, igitur. hanc illationem non valere probo, quia antecedens est verum, & consequens falsum, veritas antecedẽtis patet. bertha nullus homo est, & bertha est homo, ergo homo nullus homo est. Et etiam oppositum consequentis est verum, omnis non homo est nõ homo. ¶ Respondetur hoc argumentum nõ cogit, conceditur antecedens esse verum cũ falsitate consequentis. Sic conuerte non aliq̃s homo non est non homo vt maneat similis restrictio, & tum conuertens est vera sicut & conuersa.

Præterea argumentor, non sequitur a homo non est animal, ergo non animal non est non homo, & tamen est conuersio per contrapositionem, igitur. q̃ nõ sequatur patet. antecedens est verum cum contradictorio consequentis omne non animal est non homo.

Ad hoc argumentum potest respõderi, non bene conuertitur, at propositio sic ẽ cõuertenda, a non animal non ẽ non homo, modo hoc est verum, sed consequentie malitia sequenti argumento ostendetur.

¶ Contra omnia ista argumentor sic, non sequitur homo non est lapis, ergo non lapis non est non homo, quia ponẽdo deum destruere omnia alia a se, ita est sicut antecedens significat cum contradictorio cõsequẽtis, immo ponendo illam conuersionem scriptam manere cum deo tunc ista est vera homo nõ est lapis, quia est negatiua de subiecto nõ sup

ponente, & consequens est falsum, scilicet nō lapis non est non homo vt patet per eius cō tradictorium scilicet omnis non lapis est non homo, quia iste non lapis est nō homo demō strando conuersionem & quālibet partē eius, & iste non lapis est non homo quamlibet per sonam in diuinis monstrando.

Respondetur, illa cōuersio nihil valet prout bene ostendit argumentum, sed tunc subiectum negatiue non supponit, verū hoc non tollit argumentū, quia tunc quando sub iectum supponit ostenditur consequētie ma litia. Et ex isto potest ostendi hanc conuersio nem valere nihil, a homo non est animal, er go a non animal non est non homo, ponēdo enim deum destruere omnia alia a se. Ita est si cut significatur per antecedens & cōtradicto rium consequentis, scilicet omne non animal est b nō homo, hoc patet quia nō homo om ne non animal ē, quia essentia diuina, quæ est non homo omne nō animal est, sed in isto ca su antecedens non potest esse verum constāte existente falso, nam antecedente existente vero hæc est falsa non homo oē nō aial est.

¶ Per idem medium argumentor in affirma tiuis, nō sequitur omnis homo est animal, er go omne non animal est non homo, & tamen prædicatum vniuersalis non est transcendēs maior, pbat, qa ponēdo nihil eē in mūdo pter hoīes, antecedēs ē veiū, & consequēs falsum.

¶ Forte dices (sicut dicendum est) hæc conse quentia est bona, quia si animal est non ani mal est, & si homo est non homo est, quia si homo est sua anima est, & per consequens nō homo est, ostendo intentum per hanc om nis spiritus est spiritus, ergo omnis non spiri tus est non spiritus, ponendo enim deum de struere omnia alia a se, & a suis angelis, ita est sicut significatur per antecedens, & tamen nō est ita sicut significatur per consequens.

¶ Hic potest dici prædicatum vniuersalis est transcendens in illo casu quia tunc pro quoli bet supponit, sed hoc non impedit argumen tum vt ante dictum est in particulari negati ua, & ex hoc colligitur nunc consequentia ni hil valet, & sic paucæ sunt consequentiæ bonæ per hanc regulam tenentes vel nullæ, nec hoc imputandum est soli Petro Hispano (vt mul ti faciunt) quia Boetius in tractatu de sillogis mis cathegoricis & cōmentator septimo phi sicorum (vt supra retulimus) & plærisq; alijs locis de hac conuersione mentionem faciunt, verum hoc debebat purgare Petrus vel non haud loquor, non pono hanc conuersionē tā quam consequentiam formalem, sed vt iuue nes sciant cum alijs loqui in excercitatiōe, nec Aristoteles in prioribus de hac cōuersione lo cutus est, quia non deseruiebat suo proposi to ad reducendos sillogismos imperfectos ad perfectos. Verum enim vero ponendo con stantiam in affirmatiuis prędicato terminum oppositum, in negatiuis autem in constantia subiectum capiendo consequentia est bona, sic argumentando, omnis homo est existens, & non existens est, ergo omne non existens est non homo, omnis homo est non currēs, & currens est, aut si velis currens est currens, vt sit propositio de est tertio adiacente, & vt for malis illatio fiat, ergo omne currens est non homo, homo non est animal, & homo est, aut homo est homo, ergo non animal non est nō homo, & ita consequenter in alijs, at tunc nul lo modo tenet consequentia virtute conuer sionis, sed deducitur iste modus argumentan di ex duabus regulis philosophi secundo pe riarmenias ab affirmatiua ad negatiuam prę dicato variato penes finitum & infinitum & contra posita constantia subiecti, & ex conse quenti vbi deficit talis modus argumentan di ibidem tabescit conuersio Nam constantia hic & illic est non difformiter acceptanda, & argumenta quæ ibidem fieri solent in præsen tia haud inepte applicabuntur.

Probatur iam formalitas huius conse quentie omnis homo est currens & non cur rens est, ergo omne non currēs est non homo. Nam bene sequitur, omnis homo est currens & non currens est, ergo omnis homo non est non currēs & non currens ē, & vltra, ergo om ne non currens non est homo & non currens est, & vltra, ergo omne non currens est nō ho mo. de primo igitur ad vltimū sequitur, om nis homo est currens & non currens est, ergo omne non currens est non homo, prima enim consequentia tenet, quia prior pars antecedē tis infert priorem partem consequentis per re gulam ab affirmatiua ad negatiuam & cæte ra, & secunda pars antecedentis est synonima secunde parti consequentis, ergo totum ante cedens infert totum consequens, secunda cō sequētia tenet, quia prior pars cōseqntis ē cō uertēs prioris ātecedētis, & secūda synonima secunde, & tertia tenet, a negatiua ad affirma tiuā cū cōstātia, ergo vltia cōseqntia ē bona.

¶ Simili modo probabis particularem nega tiuam mediante constantia particularem ne gatiuam de terminis oppositis inferre, bene enim sequitur, homo non est currens & ho mo est, ergo homo est non currens, a negati ua ad affirmatiuam & cætera & vltra per cō

uersionem, ergo nō currens est homo, & ulterius, ergo non currens non est non homo per aliam regulam, ergo de primo ad ultimum sequitur, homo non est currens & homo est, ergo non currens non est non homo.

¶ Verumista consequentia nihil valet, omnis homo fuit non doctus & omnis doctus fuit, & caetera. inferendo omnis doctus fuit non homo, ponendo nūq̄ aliquem hominem fuisse antea doctū, licet prius fuerit homo & nūc primum doctus, antecedens est verum & cōsequens falsum, male ponitur constantia, dicese enim oportebit, omnis doctus fuit doctus in constantia. Istam conuersionem inutilē ad modales propositiones de disiuncta copulata ve copula applicare est littora arare. Nam talium seriosa nimis indago iuuenū ingenia cōfundit emolumentiq; nihil affert. Et particularis affirmatiua etiam hoc modo conuerti potest, & vniuersalis affirmatiua ī particularem affirmatiuam, exemplum primi vt homo est animal sumpta constantia, ergo non animal est non homo, nec inconuenit istic argumētari a non distributo ad distributum sicut nec in modo argumentandi a quo haec conuersio suas virtutes indipiscitur. Exemplum secūdi, vt omnis homo est animal, ergo non animal est non homo. Sed vniuersalis negatiua non potest sic conuerti, non enim sequitur nullus homo est currens, & currens est, ergo nullum nō currens est non homo.

Circa conuersiones concludēdo finaliter patet aliquam vniuersalem affirmatiuā conuerti simpliciter per accidens & per cōtrapositionem, vt patet de ista omnis homo omne animal est, quae potest bipharian conuerti simpliciter, tum primo omē animal omnis homo est per locum ab equiualentibus. Tum secundo omne animal est homo remanente cōuersiōe simplici, & ibi est secūdus casus in quo conuertens non infert conuersam. Et tertius casus patet ex antedictis ꝓcedendo a nō amplo ad amplum, nō sequitur albū est vel fuit homo, ergo homo fuit albus, & tamen antecedens est conuertens consequentis. Particularis autem negatiua tripliciter etiam conuertitur, vt patet de hac animal nō est homo, per contrapositionem non est quaestio, simpliciter & per accidens etiam ostensum est. Idem contingit de particulari affirmatiua, homo omne animal est simpliciter sic conuertitur, ergo animal est homo, per accidens omne animal est homo, per contrapositionem non animal est non homo, eodem modo de his sortes omne animal est & sortes non est animal dicatur vt semel de conuersionibus dicam caute in ꝓpositionibus ceteris collige extrema si id ex terminis tue propositionis citra difficultatē fieri poterit. Sin autem in clariorem quam propinque possis eam resolue extremis enim habitis ex antedictis nulla erit difficultas vnamquāq; propositionem conuersione mutua & non mutua conuertere, & haec de conuersionibus dixisse sufficiat.

Sequitur de equipollentijs.

Equipollentia est propositiones vtroq; termino participantes per negationis ꝑpositionē postpositionē vel vtriq; equiualētes. ¶ Vnde fit omēs equipollentes equiualent & non contra.



PRo huius litere intelligentia in primis animaduertas iste terminus equipollentia bipharian accipitur, vno modo prime intentionaliter, & sic tātum valet sicut res equaliter valentes. ¶ Alio modo capitur secunde intentionaliter, & tantum valet sicut propositiones equaliter valentes in illatione vel veritate & falsitate extra insolubilia. Et duobus modis propositiones equiualent, vno modo materialiter vt risibile currit & homo currit. In simili forma dantur duę non equiualentes, scilicet homo currit & rudibile currit. Alio modo propositiones equiualent formaliter quādo mutuo se inferūt in cōsequentia formali. Et tales adhuc sunt bipartite, quaedam equiualent in significando vt sunt propositiones synonime. Aliae sunt propositiones equiualentes in consequendo tantum, quae sunt non synonime formaliter sein uicem inferētes. Istud solum membrum querimus impresentiarum. Vnde propositiones equiualentes per regulas prope diem ponendas non sunt synonime, saltem non oportet, vt datis his duabus non quilibet homo currit, & aliquis homo non currit, in mentali prioris ponitur signum vniuersale, in mentali vero alterius nullū, sic de istis duabus nō hō nō currit & omnis homo currit, in mētali prioris ponuntur duę negationes, in posterio

ri vero nulla. Et si interdum equiualeant in significando, hoc est de per accidens, nec ad equipollentiam est necessarium, vt patet hic mille passus sunt miliare, non mille passus sunt miliare, si ponatur negatio in fronte prioris ipsa equiualet in significando posteriori, sed admissa proprietate si negatio poneretur in fronte secunde aggregatum priori equipollet in consequendo solum, accidentale est ergo eas equalere in significando.

Sequūtur regule equipollētiarū.
Eqpollentias carmē vulgare enucleat.
Pre contradic, post contra, pre postq subalter.

Ternas regulas hic communiter ponere solent, quae omnes ex eodem fonte scaturiūt, qui est iste, omnes propositiões composite ex simili bus extremis eodem modo acceptis quoad suppositionem restrictionem & ampliationē dūmodo sunt eiusdem qualitatis equiualent, hec est radix in omnibus regulis. pria regula. Pre contradic. hoc ēst demus duas ꝓpositiones contradictorias & ꝓponamus negationem vni vt nobis placet, tunc aggregatum ex negatione & propositione cui additur negatio equipollet ꝓpositioni cui ante aduentum negationis contradicebat, vt verbi causa ꝓponamus has omnis mula est sterilis nulla non est sterilis, ille contradicunt, addamus priori negationem dicentes non omnis mula est sterilis, illa equipollet isti mula non est sterilis. Similiter haec non mula non est sterilis isti equiualet omnis mula est sterilis, & hoc tangitur in illo verbo Pre contradic, quod non est sic intelligēdum, aliqu d equipollet suo cōtradictorio, sed quod aggregatum ex negatione & ꝓpositione cui additur equipollet ꝓpositioni contradicenti enunciationi cui additur negatio. secunda regula.

Post contra. hoc est datis duabus contrarijs addita negatione immediate post terminum distributum, vnius tum congeries negationis & propositionis cui additur negatio propositioni cui ante aduentum negationis propositio cui adiuncta est negatio contrariebatur equipollet. ℂ Dicitur hic immediate, quia si mediate sequitur nō prouenit equipollentia, verbi causa iste non equipollent, quilibet homo animal non est, & nullus homo est animal, esto ꝙ deleta negatiōe a priori remanet sufficiens contrarietas, nec iste equipollēt per idē, cuiusl bet hominis oculus nō est dexter, & nullius hominis oculus est dexter, sed equipollens secūde est, cuiuslibet hominis nō oculus est dexter, verum iste equipollent per regulam nulꝰ hō nō currit & quilibet homo currit, ita ꝙ haec consequentia est formalis quilibet homo currit, ergo nullus homo nō currit, quēadmodum contingit semper formaliter argumentari in equipollētijs. ℂ Ex illo patet hāc esse falsam sortes omnis animal nō est, quia infert hanc sortes nullum animal est, sed haec est vera sortes non omne animal ē, quia sequitur ex hac vera per primam regulam sortes aliquod animal non est. ℂ Ex quo vlterius patet hanc esse falsam, omnes scolastici nō venerunt, ponendo aliquos venisse aliquos vero non, & hoc capiendo omnes distributiue, sed non omnes scolastici venerunt est vera in casu illo, & licet hae contrarientur alicuius hominis quilibet asinus est animal nullius hominis asinus est animal ponendo negationē post terminum distributum immediate ī affirmatiua illa non equipollet alteri negatiue. Et ratio est, cetera non manent paria, cum hominis in vna fiet determinate & in altera distribuitur contra fundamentum super quod immobiliter stant regule equipollentiarū. tertia regula.

Pre postq subalter. hoc est datis duabus oppositis subalternis addēdo geminam negationem subiecto vnius, aggregatum ꝓpositionis cum negationibus equipollet altera, vt verbi causa, non homo non ē animal equipollet isti omnis homo est animal. Et rursus, non omnis homo non est animal isti homo ē animal, non nullus homo non est animal, quidam homo non est animal. Nonnullū hominem non videt plato, aliquem hominem non videt plato.

Ex hisce regulis corrolarie sequitur. quādo sunt duo signa negatiua vniuersalia in ꝓpositiōe, primum equipollet signo contrario & secundum contradictorio, vt nihil nihil est equipollet isti quodlibet aliquid est, necessarium tamen est vt vtrumq signum praecedat copulam, quia iste formaliter non equiualent nihil est nihil, & nihil nihil est. dico formaliter, quia iste materialiter bene equiualent, hoc patet. vtraque est necessaria, ꝙ ista sit necessaria, nihil est nihil, probatur, sua contradictoria est impossibilis aliquid est nihil. Et ista est necessaria nihil nihil est, cū equipolleat isti quodlibet aliquid est, quae sequitur ex ista aliquid ē & illa verum ex ista necessaria deus est Sed in simili forma dantur duae non equipollentes

scilicet nulla chimera est nulla chimera & nulla chimera nulla chimera est. prima est necessaria, & secunda impossibilis. ¶ Et ex illo iterũ patet, dabiles sunt duę propositiões equipollentes per omnes regulas, immo hoc frequẽtissime cõtingit, hoc patet capiẽdo istas, nullum animal nulla substantia est quodlibet animal aliqua substantia est. Q̃ equipolleant per primam regulam patet, sequestretur ad intellectum prima negatio, iã remanebũt istę duæ quodlibet animal est substãtia, & aliquod animal nulla substantia est, quæ realiter contradicunt, ergo prępositra negatiõe prouenit equipollentia, & hoc ex parte primę regulę. ¶ Secundo datis eisdẽ propositionibus, sequestretur secunda negatio, iã remanebũt istę quodlibet animal est substantia & nullum animal est substantia, quæ realiter cõtrariantur, ergo postposita negatione erit equipollentia ex parte secunde regulę. ¶ Tertio proponant eedẽ propositiones sequestrata vtraq; negatione, iam remanebũt istę due quodlibet animal aliqua substantia est, & animal substantia est realiter subalterne, ergo pręponendo & postponendo negationem habebitur equipollentia per tertiam regulam. ¶ Quarto ꝓponantur eedem, & capio illam cum duabus negationibus scilicet nullum animal nulla substãtia est, primum signum equiualebit signo contrario quodlibet, secundum signum signo contradictorio aliqua, & habebitur hęc quodlibet animal aliqua substantia est, & hoc per quartam regulam siue correlarium. Et ita in alijs dicas, vt ex nihilo nihil fit si vtraq; negatio capiatur negatiue falsa est, & equipollet isti ex quo libet aliquid fit, quę est manifeste falsa, sed ista ex nihilo nihil fit in sensu quo cõceditur a philosopho primo phisicorũ est negatiua, & prima negatio capitur infinitanter, ita ꝙ sit sensus ex non ente nihil fit. Si autem vtraq; negatio capiatur infinitanter nota est eius falsitas, quia est vna affirmatiua de neutro extremo supponente. ¶ Vnde ad facile cõtradicẽdum hic quãdo sunt plures negatiões, vt nullus homo nullum animal est, nullus homo est nullum animal, vel nullus homo est non omnis homo, vel nullus homo est non nullus homo loco de nullus ponatur aliquis ceteris paribus, vt aliquis homo nullum animal est prime contradicit, & aliquis homo est nullum animal secundæ, & sic de alijs. Si detur aliqua talis omnis homo non omnis homo est, cum omnis non valet nullus etiam non stando in genere, contradictoria istius erit hæc homo omnis homo est, sicut homo ẽ animal cõtradicit huic omnis homo non est animal.

Anteq̃ rationes in has regulas moueã ad quęstionem obiter occurrentem responsabo quę talis est. ¶ Postq̃ loquuti sum⁹ de tñ oppositarum equipollẽtia quare nihil de subcontrarijs & earum equiualentia diximus.

Respondetur, tales aut erunt improprie, vel synonime de quibus nullus dubitat, vt verbi causa homo currit homo non currit subcontrariantur, ponatur negatio post subiectum affirmatiue, iam illa erit synonima alteri. Si autem addas negationẽ isti homo non currit sic dicendo homo non nõ currit, hic erit inutilis negationum repetitio, licet non sit synonimitas cum alia, artificiose tamen non stando in improprietate iste equiualẽt homo currit & homo non non currit, quemadmodum iste non quidam homo non currit & q̃libet homo currit. Alioquin iste due nullus homo currit & quidam homo nõ currit nõ possunt producere equipollentiam per tertiã regulam addendo negationem particulari negatiue, & ratio in omnibus est, quia quandocunq; sunt duę propositiones eiusdem qualitatis composite ex terminis synonimis eodem modo stantibus ille equipollent, hoc in principio assumptum est pro fundamento, sed sic est in omnibus regulis equipollentiarum, patet inductiue, non quilibet homo currit est negatiua cuius subiectum stat determinate, & prędicatum distribuitur. Idem contingit de hac quidam homo nõ currit, nec est aliqua restrictio in vna vel ãpliatio vel aliqđ hmõi qđ nõ sit in alia, & idẽ potest ostẽdi ĩ alijs regulis.

Ex quo principio infero consequenter ad corrolarium superius positum, quando ponuntur tria signa negatiua ante copulam, primum equipollet suo contrario, secundum signum suo contradictorio, tertium ipsũmet, vel signo vniuersali contrario cum negatione postposita, vt null⁹ hõ nullum animal nullo loco videt equipollet isti, q̃libet homo aliquod animal nullo loco videt, vel huic quilibet homo aliquod animal quolibet loco nõ videt, ratio est, sunt ambe negatiue & prim⁹ terminus distribuitur a prima negatione, secundus terminus stat confuse tantum quum in contradictoria distribuatur ad terminũ stãtem determinate, tertius terminus distribuitur, quum ipsum trium signorum virtus attĩgat & ita ẽ in alia, igit. ¶ Sed si fuerit quatuor signa negatiua primũ equipollebit suo cõtrario, secũdũ cõtradictorio, tertiũ cõtrario, quartũ cõdtraictorio, & sic in infinitũ ascẽdẽdo ꝑ

numerum parem, vt nullus homo nullum animal nullo tempore nullo loco videt equipollet isti quilibet homo aliquod animal omni tempore aliquo loco videt, verum ascendẽdo per signorum imparitatem primũ semper equipollet signo contrario, secundum signo contradictorio, de tertio dicatur sicut de primo, de quarto sicut de secundo, & semper vltimum impar sibijpsi equipollet vel signo vniuersali contrario negatione postposita, vt nullus homo nullum animal nullo tempore nullo loco nullum disputãs est equipollet isti. quilibet homo aliquod animal quolibet tempore aliquo loco nullũ disputãs est vel quodlibet disputans non est. Pari forma de hac & similibus dicatur, non homo non animal non tempore non loco non disputans est. Istud ei verum est quando inter signa medias vnum cathegoreuma, non possunt dari certe regule pro omnibus sine magna ꝑplixitate, sed semper respiciatur ad fundamentum & ad terminorum acceptiones nec regule equipollentiarum superfluunt esto ꝙ ex alijs sine eis equipollentes dari possunt, quia hoc non est adeo commode. ¶ Ex his igitur liquidum est quatenus reddatur equipollentia inter nonnullas propositiones per secundam & tertiam regulas nonnunq̃ necessum est postponere negationem tãtum subiecto, vt patet faciendo equipollentiam inter hasce contrarias, quilibet homo est animal nullus homo ẽ animal, aliquando prędicato tãtum, vt patet in istis equipollentibus quilibet homo omne animal est, & quilibet homo nullum animal non est, nõnũquã parti subiecti, vt cuiuslibet hominis nullus oculus est dexter & nullius hominis oculus est dexter. Interdum vero parti prędicati hoc in istis ẽ liquidum, quodlibet rudibile cuiuslibet hominis non asinus est quodlibet rudibile cuiuslibet hoĩs quilibet asinus non est.

Contra omnes regulas & primo cõtra primam argumentor, iste contradicunt oẽs apostoli dei sunt duodecim & aliqui apostoli dei non sunt duodecim, & tamen pręponendo negationem dicendo non omnes apostoli dei sunt duodecim non prouenit equipollentia, ergo prima regula nulla, ꝙ iste non equipolleant non omnes apostoli dei sunt duodecim & apostoli dei non sunt duodecim probatur, secunda est vera, & prima falsa.

Respondetur, distinguo istas contradicere omnes apostoli dei sunt duodecim, & apostoli dei non sunt duodecim, vel omnes capiatur collectiue & sic negatur, vel distributiue conceditur. Si priori modo signum acciptatur, conceditur eas non equipollere & nihil ad regulam. Si secundo modo bene equipollent, & vtraq; est vera.

Contra hoc argumentor, capiẽdo omnes distributiue iste non equipollent non omnes apostoli dei sunt duodecim, & apostoli dei non sunt duodecim, ergo solutio nulla, antecedẽs patet, quia ista non omnes apostoli dei sunt duodecim equipollet huic nulli apostoli dei sunt duodecim. Nam virtus huius signi omnes non potest impediri per negationem præcedentẽ, quod probatur per illud dictum psalmiste Non omnes qui descẽdunt in infernum laudabunt te domine, vel illa valet istam nulli qui descendũt in infernum laudabunt te domine & habetur intentum, vel valet hanc aliqui qui descendũt in infernum nõ laudabunt te domine, & hoc non, quia non est maior ratio de aliquibus quam de alijs. ¶ Item per illud psamographi, timentes autem dominum non minuẽtur omni bono equalet isti timentes autem dominum nullo bono minuentur, & sic habebitur intẽtum. Si dicas ꝙ equiualet huic timentes autem domini num aliquo bono non minuentur. hoc nihil ẽ dictu q̃ nõ timẽtes aliquo bono nõ minuẽt. ¶ Item per illud euangelij nisi abbreuiati fuissent dies illi nõ fuisset salua omnis caro, vbi euangelista loquens de Antichristo volebat dicere, nisi abbreuiati fuissent dies illi nulla caro fuisset salua, quia siue breuientur siue elongentur dies illi aliqua caro non erit salua.

Hijs tribus rationibus motus Laurentius valla dicit omnes distributiue sumptum non potest impediri per negationem præcedentem, & tunc per eum idem esset dicere nõ quilibet homo currit & quilibet homo non currit contra Aristotelem ponentem discrimen inter has non omnis homo est sapiens, & omnis homo non est sapiens. Etiam haberet negare has cõtradicere quilibet homo currit & non quilibet homo currit, cum possunt simul esse falsæ, & multa logicalia propter hoc fundamentum negaret. Nec pro eo est communis modus loquendi, immo magis contra eum non omnis valet quidam non, vt ibi nõ omnia possumus omnes, non omnes arbusta iuuant & cætera & tunc ad illud quod inducit ex sacris litteris, dicitur in sensibus quibus fiunt non omnes capitur loco de ly nulli, sed in sensibus quos faciunt negatur, quod in innumeris locis sacrarũ litterarum ostendi potest, nisi abbreuiati fuissẽt dies illi, nõ ẽ sermo

de antichristo, licet Nicolaus liranus ita dicat filii illic est nominatiuus pluralis, sed hoc non est logice speculationis.

Secundo argumentor, iste cōtradicūt nullo currente crescunt tibi cornua fronte, aliquo currente crescunt tibi cornua fronte, nō tamen equipollent per prępositionem negationis, igitur. minor patet, quia ista est vera non aliquo currente crescunt tibi cornua frōte, vt patet per falsitatem sui cōtradictorij. Et ista falsa nullo currēte crescunt tibi cornua frōte, quia equiualet huic dum nullus homo currit crescunt tibi cornua fronte, & hoc exponēdo temporaliter.

Respondetur, negando istas cōtradicere, & hoc tenēdo eas esse hypotheticas. Sed tenendo eas cathegoricas (sicut superius cum de propositiōe loquutus sum tenui) forte dicere potes, iudicandum est de earum veritatibus acsi essent hypothetice, & sunt ambe false nam sensus istius aliquo currente crescūt tibi cornua fronte est, dum aliquis homo currit crescunt tibi cornua fronte. Et sensus alterius est dum nullus homo currit crescunt tibi cornua fronte, & hoc exponēdo eas per dum, de expositione per si & quia postea patebit.

ℭ Contra hoc argumentor sic, non isto homine currente crescunt tibi cornua fronte platonem demonstrando, & non isto homine currente crescunt tibi cornua fronte demonstrato sorte, & sic de singulis, ergo nullo currente crescunt tibi cornua fronte. Consequentia tenet per ascensum, antecedens est verum, ergo & consequens. antecedentis veritas patet de prima parte, non isto homine currēte crescūt tibi cornua fronte, illa habet hāc contradictoriam isto homine currente crescūt tibi cornua fronte quæ est falsa, ergo alia est vera. Et eodem modo probatur quælibet alia propositio antecedentis vera. ℭ Respondetur negando illam consequētiam, nec est ascensus, quia antecedens est negatiuum, & consequens affirmatiuum, hoc est q̄libet propositio de vno termino singularizato est negatiua, quia negatio aduerbialis posita in principio hypothetice propositionem negatiuam constituit, nominalis vero non. Sed ex illo antecedente debet inferri non aliquo homine currēte crescūt tibi cornua fronte quæ est vera sicut antecedens. ℭ Forte dices negatio nominalis posita in principio cathegorice reddit propositionē negatiuam, sed ista est cathegorica (vt antea tenuimus) igitur ista est negatiua nullo currente crescunt tibi cornua fronte. ℭ Ad hoc respondetur, possumus dicere negatio nominalis non reddit cathegoricā negatiuā quando equiualet hypothetice, quemadmodū est in proposito, sed hoc nō est realiter responderet. ℭ Propterea dico tenendo eam cathegoricam ipsa est negatiua, & concedo istas contradicere, nullo currente crescunt tibi cornua frōte, & aliquo currente crescunt tibi cornua frōte, & negatiua est vera, quia extrema nō supponunt pro eodem, subiectū est cornua, prędicatum est crescentia tibi fronte aliquo currente, & demonstrando hominē extrema nō supponūt pro eodem, & nego illam equipollere isti dum nullus homo currit crescunt tibi cornua fronte, immo equiualet isti, non dum aliquis homo currit crescunt tibi cornua frōte, & ratio est, quia negatiua per affirmatiuā non venit explicanda, & potissimum vbi nō est equipollentia.

Tertio argumentor in secundā regulam, iste non equipollent omne animal idem homini est substantia, & nullum animal non idem homini est substātia, dato φ iste due cōtrariantur omne animal idem homini est substātia, & nullum animal idem homini est substantia, cum prima sit vera & secūda falsa, ergo secūda regula nulla. ℭ Forte dicis (sicut dicendum est) secunda regula vult negationem neganter capi & non infinitanter & idem volunt omnes regule. ℭ Contra hoc argumentor, iste contrariantur cuiuslibet hominis oculus est dexter & nullius hominis oculus ē dexter, & tamen iste non equipollent nullius hominis oculus est dexter & cuiuslibet hominis oculus nō est dexter, ergo secunda regula nō tenet capiendo negationem neganter. ℭ Forte dicis & liquidū est ex nuperrime relatis male interseritur negatio negans. Sed oportet sic dicere cuiuslibet hominis non oculus est dexter, vbi negatio immediate sequitur terminū distributum quia hoc semper requiritur.

ℭ Contra hoc argumentor, iste eq̄pollēt nullus homo sortes est, & quilibet homo sortes non est, & tamen negatio non sequitur immediate terminum distributum, igitur. ℭ Forte dices, hoc non inconuenire quando negationem sequitur vel pręcedit terminus discret⁹, quia termino discreto non refert pręponere vel postponere negationem. ℭ Contra hoc argumentor, iste equipollēt nullus asinus hominis currit, & quilibet asin⁹ hominis nō currit, & tamē ibi sunt termini communes & negatio sequitur immediate terminum non distributum, scilicet illum terminum hominis qui stat confuse tantum.

ℭ Forte dicis (& ita dicēdum est) illę ęquipol-

lent. & negas negationem nō sequi immediate terminum distributum, quia sequitur hoc totum asinꝰ hominis adeo immediate sicut illum terminum hominis. & sic conceditur, immediate sequitur terminum distributum, & immediate sequitur terminum non distributum. ¶ Contra hoc argumentor, istę contrariantur omnis homo omne animal est, & omnis homo non est animal, & tamē nō equiualent ponēdo negationem immediate post terminum distributum, ergo solutio nulla. minor patet, quia istę non ęquipollent, omnis hō mo non omne animal est, & omnis homo nō est animal, quia prima est vera, & secunda falsa. Nec istę ęquipollent nullus homo non est animal & omnis homo omne animal est. cum prima sit vera & secunda falsa.

Respondetur hoc argumentum sufficienter ex antedictis & inter argumētandum est solutum. ponēdo autem negationem post prædicatum distributum redditur equipollētia, vt istę equipollent quilibet homo quodlibet animal non est, nullus homo est animal. Sed ista nullꝰ homo est animal non potest ęquipollere huic quilibet homo quodlibet animal est per additionem solius negationis eodē situ seruato. Istę non equipollent quilibet homo quodlibet animal est, & nullus homo non est animal, cum prima sit falsa & secunda vera. ¶ Immo dabiles sunt duę contrarię sic se habentes vt neutra potest alteri ęquipollere (intelligendo vt pauci quantumcunq; addatur negatio. Hoc patet de istis cuiuslibet hominis asinus non est asinus, & cuiuslibet hominis quilibet asinus quilibet asinus est. Istę tm̄ non equipollent cuiuslibet hominis non asinus nō est asinus, & cuiuslibet hominis quilibet asinꝰ quilibet asinꝰ est. Nec istę cuiuslibet hominis asinus non asinus non est, & cuiuslibet hominis quilibet asinus quilibet asinus est. Istę ergo nullo pacto possunt ęquipollere per simplicē negationem situ eodem seruato, quē in diffinitione equipollentię prætulimus. Sed si ista cuiuslibet hominis asinus non est asinus resoluatur in hanc equiualentem ei quilibet asinus cuiuslibet hominis asinus non est, tunc possumus addere negationem sic dicēdo, quilibet asinus cuiuslibet hominis non asinus nō est, quę ęquipollebit isti cuiuslibet hominis quilibet asinus quilibet asinus est. Propterea sanior solutio in vno verbo est ꝙ in omnibus regulis oportet intelligere cętera paria, quia tediosum esset, ꝓpositiones resoluere, & longe melius ista intelliguntur per fundamētum ante positū. Aliud paradigma potes ī copulatis accipere, istę em̄ contrariantur & non equipollebūt per quamcunq; postpositionem negationis omne risibile & rudibile omnis homo & asinꝰ sunt, omne risibile & omne rudibile omnis homo & nullus asinus sunt. Simile in subalternis contigit, istę non possunt equipollere per adiunctionē negationum secundum tenorem tertię regulę omnis homo omne currens est, & omis homo est currens. Cuiuslibet hominis quilibet asinus quodlibet currēs est, hominis quilibet asinus est currens. Sed dices, istę solum subalternātur de lege, cum ambę sint vniuersales. Quocirca rem ipsam prosequendo talia non magne frugis missa facio.

Quarto argumentor, istę contrariantur omnis homo est animal & non a homo est animal, & tamen non ęquipollent per postpositionem negationis immediate post terminū distributum, ergo regula nulla. Q; istę contrariantur, patet, quia vna est vniuersalis affirmatiua, & alia vniuersalis negatiua oībus seruatis ad cōtrarietatē requisitis, ergo cōtrariant. Q; non ęquiualeant patet, ista est vera omis homo est animal. & ista est falsa non a hō nō est aīal, quod est notum, tenendo non est verius cōtradicere quā toti ꝓpositioni &c.

Respondetur, concedendo has contrariari non a homo est animal & omnis homo est animal, sed per postpositionem negationis non prouenit ęquipollentia, vt argumentum bene ostendit. Idem potest induci in subalternis affirmatiuis & negatiuis. In affirmatiuis istę sunt subalternę omis homo est animal & a homo est animal, & tamen pręponendo & postponendo negationem sic dicendo non a homo non est animal non resultat ęquipollētia cum hac omnis homo est animal. In negatiuis istę subalternantur, nullus homo est animal & a aliquis homo non est animal, & tamē istę non ęquipollent, nonnullus homo nō est animal, & a aliquis homo nō est animal, quia secunda est vera & prima falsa, vt patet per veritatem suę contradictorię nullꝰ homo nō est animal. Idem patet de multis cōtrarijs quo ad legem, istę contrariantur homo non est animal, & omnis homo omne animal est. Similiter istę nullꝰ homo currit & istę homo currit. Sed hæc duo vltima exempla non procedunt cōtra communem expositionem postquā subiecta non distribuuntur. Potes intrepide asserere regulam non esse validā quando remota prima negatione reliquum non contradicit alteri propositioni. Verum quum fundamentum

& basis regularum in omnibus his abesset vanum est alias quaerere solutiones.

Quinto argumentor, iste contrariantur, nullum animal esse hominem est verum, & omne animal esse hominem est verum, & tamen addendo negationem affirmanui sic omne animal esse hominem non est verum nõ prouenit equipollentia, probatur sic, ista ẽ falsa nullum animal eẽ hominem est verum, & illa vera omne animal esse hominem non est verum, quod probatur sic, sequitur ex vero, ergo est vera, antecedens probatur, bene sequitur omne animal esse hominem est falsum, ergo omne animal esse hominẽ est non verũ, & ex consequenti sequitur omne animal esse hominem non est verum. Prima cõsequentia tenet ab inferiore ad superius, quia omne falsum est non verum. Secunda tenet ab affirmatiua ad negatiuam praedicato variato penes finitũ & infinitum. Et vltra, ergo bene sequitur omne animal esse hominem est falsum, ergo omne animal esse hominem non est verum, quicquid sequitur ad consequens bone consequẽtie sequitur ad eius antecedens.

Respõdetur, primo ad istas duas nullum animal esse hominem est verum, & omne animal esse hominem est verum eas distinguo, vel in ista omne animal esse hominem ẽ verum hoc totum omne animal esse hominẽ capitur materialiter, & eodem modo hoc cõplexum nullum animal esse hominem ꝓ eorum dictis vel propositionibus, & tunc nego ꝙ sunt contrarie. Tum primo sunt ambe indefinite. Tum secundo sunt ambe affirmatiue Tum tertio non componũtur ex eisdem subiectis, vel omne animal esse hominem capitur materialiter pro illo complexo, & nullum significatiue, vel econuerso, & tunc non componuntur ex eisdem extremis, vel vtrumq; signum capitur significatiue, & sic cõcedo eas contrariari. Si vniformiter sit distributio, quia in ista nullum animal esse hominem est verũ hoc signum nullũ potest distribuere illud dictum pro ipsomet dicto & tunc illa est vera, quia illud dictum nõ est propositio, vel potest distribuere dictum pro propositione cuius est dictum, & tunc illa est falsa, & eodem modo de affirmatiua dicatur. Sed procedamus in secundo sensu concedendo istas cõtrariari, & cõceditur iste equipollent, omne animal esse hominem non est verum, & nullum animal esse hominem est verum, & nego primam sequi ex vero, & ad probationem qua argumentaris omne animal esse hominem est non verũ, ergo omne animal esse hominem non est verum, concedo consequentiam, & nego antecedens. sensus antecedentis est, omnis talis ꝓpositio animal est homo est non vera, modo hoc est falsum. Et quando ratiocinaris, illa iterum sequitur ex vero sic discurrendo, omne animal esse hominem est falsum, ergo omne animal esse hominem est non verum, quicquid sit de bonitate consequentie nego antecedẽs, sensus antecedentis ẽ, omnis talis propositio animal est homo ẽ falsa, modo hoc est falsum Si totum in primo antecedẽte omne animal esse hominem capiatur pro illa propositione omne animal est homo illa est vera, & non ꝓcedit argumentum, quia ex ea nunquam infertur omne animal esse hominem non est verum in sensu quo contrariatur isti nullum animal esse hominem est verum. Ex isto solui potest argumentum in reliquis sensibus.

Sexto argumentor, iste contrariantur omnis propositio vniuersalis affirmatiua in qua ponitur negatio est falsa, & nulla propositio vniuersalis affirmatiua in qua ponitur negatio est falsa, & tamen iste non equipollent nulla ꝓpositio vniuersalis affirmatiua in qua ponitur negatio non est falsa, & omnis propositio vniuersalis affirmatiua in qua ponitur negatio est falsa, ergo secunda regula nulla, ꝙ iste non equipolleant, patet, ponẽdo nullas esse propositiones alias ab istis cum earum contradictorijs prima est vera, & vniuersalis affirmatiua cum duabus negationibus est falsa, quia illa vniuersalis significat idem cũ ista omnis propositio vniuersalis affirmatiua in qua ponitur negatio est falsa, tunc sic vel ita ẽ sicut ipsa significat, vel non ita est. Si secundũ ipsa est falsa Si primum sic argumentor, ita est sicut ipsa significat, & ipsa significat omnem propositionem vniuersalem affirmatiuam in qua ponitur negatio esse falsam, & cum ita esse per te sequitur ipsam esse falsam, & prima est vera, quia ita est sicut ipsa significat, & non se falsificat, vt patet intelligenti.

Respondetur, propositiones date bene contrariebantur. Et post ponendo negationem producebatur equipollentia, & conceditur vnam esse veram & aliam falsam, quia se falsificat, sed ita est in re sicut per veramq; significatur, quod ad equipollentiã sufficit, qa in insolubilibus non inconuenit dare duas synonimas quarum vna est vera & alia falsa, ergo a fortiori duas equipollentes. Sed extra insolubilia non est possibile dare duas equipollentes quarum vna est vera & alia falsa.

¶ Potest hic fieri argumentum ex istis quilibet asinus cuiuslibet hois non currit, & quilibet asinus nulli9 hois currit. Sed soluit ex dictis in quātitatibus & qualitatibus ꝓpositionū respiciendo semper ad eadem extrema. Plura sunt argumēta contra secūdam regulam q̄ contra primā. Et id causę est, quia vna ꝓpositio constratur valde multis non equipollētibus, vt patet de hac nullius hoīs asinus currit, q̄ cōtrariaē omnib9 his. Cuiuslibet hominis quilibet asin9 quodlibet currēs est, cuiuslibet hoīs quilibet asinus est currēs, cuiuslibet hoīs asinus est currēs, alicuius hoīs quilibet asin9 quodlibet currēs est, alicuius hoīs asinus quodlibet currens est, & adhuc alicuius hoīs quilibet asinus est currēs. Et multis alijs modis per variationē suppositionis confuse tm̄ in determinatā, q̄ istę contrariantur nullius hoīs asinus currit, & alicuius hoīs asinus quodlibet currēs est, saltē secūdum legē qd̄ sufficit nobis Probaē, eis nō repugnat falsitas de forma, sed eis formaliter repugnat veritas, qd̄ ꝓbaē sic. Nā da opposi tum sunt simul vere, & tūc sic argumētor. Bene sequiē, nullius hoīs asinus est currēs, & alicuius hoīs asinus quodlibet currēs est, ergo alicuius hoīs asinus est currēs. Consequentia est bona, quia vna pars copulatiue infert consequēs, ergo tota copulatiua idem infert. & antecedēs est veiū per aduersariū, ergo cōsequēs stabit in veritate cū eis, & cōsequēs realiter cōtradicit vni parti illius copulatiue vt notum est, ergo negās eas cōtrarias dabit cōtradictoria vera ¶ Et eodē modo ꝓbaē istas contrariari alicuius hominis quilibet asinus est currens, & nullius hominis quilibet asinus est currens, nullus homo est animal, & aliquis homo omne animal est, aliquis homo non est animal, & quilibet homo quodlibet animal est. & ratio est, quia in eis est plus semper de vniuersalitate quam particularitate.

Septimo argumentor contra tertiam regulā, istę sunt subalterne tm̄ oīs hō est animal, & tm̄ hō est animal, & tamē nō equipollēt per preppositionē & postpositionē negationis, ergo tertia regula nulla Cōsequētia tenet cū maiore, & minor patet, quia istę nō equipollent, tantum oīs homo est animal, & non tantum homo non est animal. quod probatur sic. Prima est falsa, patet per eius vniuersale in terminis trāspositis quę est hęc omne animal omnis homo est, & secunda est vera, vt patet per eius contradictionam tantum homo non est animal, quę est falsa, & non proceditur in insolubilibus, ergo non equipollent.

Respōdetur, propositiones assumpte erant bene subalterne, & concedit ꝓpositiōes date non equipollent, quia cętera non seruantur paria, quia in vna est terminus vniuersalis hoc est signū vniuersale, & in alia signū particulare, quia postq̄ tm̄ non negaē in prima ꝓpositio exponenda est copulatiue, & in alia negatur, ꝓpterea exponenda est disiūctiue. Sed si cōseruentur cętera paria bona erit equipollentia, tātū oīs homo est animal habet hāc equipollentē tantū non homo nō est animal.

Ex omnibus his regulis notādum est, hypothetice eqpollent sicut cathegorice, quia datis istis duabus contradicentibus homo est animal & deus est, oīs homo nō est animal vel null9 deus est. præponatur negatio vni cū aggregatiē ex ꝓpositione & negatione cui addē tur alteri equipollet. Et ratio est, quia nunq̄ duę ꝓpositiones nō equipollētes vni contradicūt. ¶ Sequitur secūdo, duę ꝓpositiones equiualentes contrariantur eidem, & tamē vna illarū equipollet illi p postpositionē negatiōis, non autē reliqua. patet, non a homo currit & nō homo currit. contrariaē huic, quilibet hō currit cui non hō non currit equipollet, nō autē non a homo non currit. Idem ridē in subalternis, nā istę non a homo currit & non homo currit, equiualentes subalternantur huic, a hō non currit preponendo & postponendo negationem priori equipollēt istę postq̄ contradicūt eidem, non autē posteriori. ¶ Tertio sequitur, dantur duę ꝓpositiones contrarie, quarū vna equiualebit alteri postponendo negationē & non contra. Nā istę contrariantur qlibet homo est b currēs & non homo est currens. & si negationem postponas subiecto prioris equipollebit secunde, qd̄ tamen si feceris posteriori nequaquam priori equipollebit. ¶ Pari forma in subalternis tuipse factitabis. Varia paradigmata pro hisce auctarijs tam in obliquis quā copulatis possunt in præsentia adduci Tedio sam prolixitatem abnuēs in aliquibus solum exemplificamus quibus habitis ad alia patēs est aditus. Verum hæc in cōtradictorijs haud quaquam contingunt, quia nunquam aliqua enūciatio contradicit duabus non equiualentibus, secus est in contrarijs aut subalternis. De modalium equipollentia suo in loco fratim dicetur, & hæc de equipollentijs dicta sufficiant. Impresentiarum paulo ꝓlixius quam consueuimus hanc materiam prosequuti sumus, quoniam de ea in logica a nobis non est habendus sermo.

Sequitur de modalibus.

Propositio modalis est propositio cuius principalior pars copulæ aliquo istorum modorum, necesse, impossibile, contingens & possibile determinatur, vel in cuius fronte vel tergo similis modus ponitur.



Liqua notabilia prælibabim⁹, dein diffinitionē explicabim⁹, demū aliquas ambages litterā cōcernentes mouebimus. Quātū ad primū te nō fugiat geminā esse propositionem quandam de simplici inherētia copule, quam de inesse vulgo appellitāt, Sed tunc de inesse contra modalem seiugatur propositiones de fuisse & fore iuxta includit, nonnunq̄ propositiones de extrinsecis temporibus teijcit, quarum veritates falsitatesq; metitur, vt sua in materia (deus cœpta secundet) patebit. ❡ Secundo, te non prætereat modus a quo propositio modalis denominationē vēdicat multiphariam accipitur. Primo pro mēsura vt illic omnibus adde modum, modus ē pulcherrima virtus. ❡ Secundo, pro carmine quemadmodum capit Boetius. Flebiles heu mœstos cogor inire modos ❡ Tertio, pro accidente sicut capit Donatus eum in indicatiuum imperatiuum & cætera diuidens. Sed nō capitur sic in ꝓposito. ❡ Alio modo capitur vt tantum valet sicut determinatio, & sic q̄libet dictio quæ aliam determinat est eius modus, & sic adiectiuum nominis & verbi puta aduerbium est modus. Insuper capitur mod⁹ pro termino verificabili de tota propositione inquantum propositio, vt est vniuersale, particulare, scitum, opinatum, affirmatiuum, negatiuum, dicitur inquātum propositio est, ꝓpter tales terminos, nigrum, vox, qualitas, q̄ licet verificentur de tota propositione, non tamen inquantum propositio est, quia propositio non dicitur nigra, quia propositionaliter significat, sed quia habet nigredinem quæ eā denominat nigram. ❡ Ex quo patet, soli termini secunde intentionis sunt modi isto modo Præterea adhuc capitur modus pro termino verificabili de tota propositione & cū hoc habente similem terminum ponibilem a parte copule. Similem dico id est similiter habentem in rebus sicut modus in propositionibus vt possibile, necesse, possibile ē modus in hac vltima acceptione, quia in eius diffinitione a parte copule ponit terminus sic cōueniēs reb⁹ ad extra, sicut modus secunde intentionaliter propositionibus, hoc patet propositio dicitur esse possibilis eo q̄ qualitercūq; per eam significatur esse, ita possibile est fore, & ita in alijs. Ecce in diffinitione modi conuenientis toti ꝓpositioni hoc est secunde intentionaliter capti ponitur possibile a parte copule. sic rebus cōueniens sicut modus secundæ intentionaliter captus propositionibus conuenit. Ex quo liquidum est isti termini possibile, contingens, īpossibile, necesse. Sunt modi de quibus impræsentiarum est principaliter tractare.

Hoc præmisso accedendo ad propositionis modalis diffinitionem, ꝑ duas particulas eā diffiniuimus ad includēdas diuisas & cōpositas. ❡ Vel vltra litteram sic diffiniatur, ꝓpositio modalis est propositio habens modū a parte copule in qua propter positionem vel postpositionem negationis vel negationum redditur equipollentia & oppositio sicut in ꝓpositionibus de inesse. Ista diffinitio solum cōuenit modali diuisæ quæ communiter dicitur modalis sine addito. Si placet vt cōueniat vna diffinitio his & illis adiungas vel habens modum vltimo modo dictū a parte subiecti vel predicati. ❡ Isti termini possibile necesse & huiusmodi duobus modis capiuntur vno modo secunde intentionaliter, & tunc possibile ꝓ propositione possibili, & necesse pro propositione necessaria supponit. ❡ Alio modo capitur prime intentionaliter saltem non secunde intentionaliter, & hoc biphariam vno modo syncathegoreumatice quādo principaliorem partem copule determinant, neutiq̄ cathegoreuma significatione syncathegoreuma significatione modificat vt sortes possibiliter currit, sortem possibile est esse currētem, cum rectis ponuntur aduerbialiter non autem cū accusatiuo. Alio modo capiūtur cathegoreumatice, & sic necessarium pro solo numine, & contingens pro creatura qualibet accipitur, & sic has cōcedas sortes necessario est productus & sortes contingenter est procreatus. Si necessario sit ablatiuus in priore vtraq; est nota. Secundo sequitur, contingens est quod deus non est. Tertio sequitur, in lumine naturali hæc est concedenda necessarium est q̄ de⁹ nō est, capiendo necessarium & contingēs nominaliter res est peruia. ❡ Demum notato, quādo modus ponitur in hypothetica potest modificare totam cathegoreumatice vnica mo

dificatione, vel quālibet eius partem, vel vnā partem tantum. vt contingēs est papam dormire vel nullum papam dormire. Si contingēs modificet totam disiunctiuam vnica modificatione, ipsa est falsa. Si priorem partem tantum vel veramus, ipsa est vera. Si hanc distingues, impossibile est hominem esse asinum & deum esse. Si modus vtramq; partem modificet, ipsa est falsa. Si totam copulatiuam vnica modificatione, aut priorem partem tantum, ipsa est vera. Si priorem partem tantum modificet, sensus est, hęc est impossibilis homo est asinus & deus est. Illud dictum deum esse pro ꝓpositione cuius est dictū accipitur.

Circa litteram dubitatur quanam via potiorem partem copule deprehēdemus.

Secundo ambigitur, an talis sit cōgrua Sortē possibile esse currentem.

Tertio petit, an istę sunt modales, Sortes potest, Sortes est possibilis, Sortes potest currere.

Postremo ambigit, an modus sit pars copule in modalibus.

Ad primum dicitur, infinitiuus est potior pars copule cum sunt accusatiui, vt Sortē possibile est non esse currentem, vbi prædicta propositio est mere negatiua, quia pars copule quę vnit extrema negatur, copula tamē minus principalis est indicatiui. In cathegoricis deinesse copula principalis est modi indicādi, in modalibus sępenumero infinitiui modi. Sortes possibiliter est currens, hic ly est est principalior pars copule cum rectos vniat. ¶ Quo fit hæc est affirmatiua Sortes est impossibiliter currens, vel Sortes est non possibiliter currens. ¶ Potes dare tales, Sortes possibiliter est vel necessario nō est, cuiꝰ copula habet quinq; vocabula. Et licet hęc sit affirmatiua secundū ea quæ diximus in qualitatibus propositionū deinesse, Sortes possibiliter est vel nō necessario est. cū hoc totū possibiliter est vel affirmatur, tamen secundum materiam occurrentem eo ꝙ vna verbalis pars copule affirmatur, altera vero negatur cōmuniter tales mixte qualitatis appellamus.

Ad secundam dubitationem vbi petis, an hęc sit congrua Sortem possibile est esse currentē. Dicitur affirmatiue, patet, est in vsu omnium artistarum admissa propositio, modo verum & falsum pręsupponunt congruū. primo Periarmenias. ¶ Sed est difficultas quid reddit suppositū huic verbo est, quia hoc non potest accusatiuus Si dicas non requiritur habere suppositum, cum est copula minus principalis. ¶ Contra, ergo hæc erit congrua Sortem possibiliter est esse currentem, quod diceret nemo. ¶ Respondetur, vno modo totum hoc possibiliter est esse, est vnum verbum impersonale cuius suppositum est accusatiuꝰ vel sustentaculū eius. ¶ Secundo dicitur, nō oportet dare copule minus principali suppositum hoc totum Sortes qui currit est suppositum huic verbo mouetur in hac Sortes qui currit mouetur. Nec oportet laborare pro supposito illius copule minus principalis currit, quia possibile in proposito est vnum purum syncathegoreuma non materialiter captum. Nec ꝓpterea est consequens hanc esse congruā Sortem possibiliter est esse currentem, non ꝓpter ea quia desit suppositū huic verbo est, sed quia nec grammaticorum nec artistarum vsus tales admittit. Nec maior est quęrenda ratio, peritorum vsus grammatice est principium vel dicere oportebit non inconuenire syncathegoreuma syncathegoreumatice tantum reddere suppositum verbo quod est copula minꝰ principalis, aut totum dictum Sortem esse currētem sicut hic Sortem esse currētē est possibile, elige quod tibi plus placuerit.

Ad tertiam dubitationē aliqui negant hanc esse propositionē Sortes potest, sed quia hoc nihil est, dicitur nulla istarum trium propositionum de virtute sermonis est modalis, non diuisa quia copula vel potior pars eiꝰ nō modificatur, nec composita, quia illi termini sunt ampliatiui & prime intētionaliter capiūtur, sed tamen ex vsu hanc Sortes potest currere capimus loco huiꝰ Sortes possibiliter currit, & sic modalis diuise naturā idipiscit.

Ad quartam dubitationē dicitur modus cum determinat principaliorem partē copule efficitur pars secum, nec est vis, licet extrema ampliat, quando suppositio signi cadit in plura non efficitur pars cum aliquo vno eorum, secus est de ampliatiōe, impossibiliter in hac homo impossibiliter est asinus non est pars copule, distribuit enim prædicatum, scito dicēdum esse videtur ipsum non esse in mēte, sed valet non possibiliter. Et licet aliqui teneant necesse non poni in mente. Sed valet nō possibile non, non sic opinamur fundamentū cui hęc positio innititur est falsum, vtpote, ad hoc ꝙ propositiones aliquę equipolleant, requiritur synonimitas copularum, quod fundamētum dico falsum, quia quemadmodum duę propositiones equipollent quę nullo modo sunt synonime, vt superius in equipollentijs diximus, ita in proposito dicēdum est, suf

ficit conuertibilitas. ¶ Ex isto patet ad propositiones esse oppositas non requiritur synonimitas copularum, patet hæ contrariātur omnis homo necessario currit, omnis homo impossibiliter currit, & priori contradicit homo possibiliter non currit, & tamen non habēt copulas synonimas, vt patet ex dictis. Nec hoc est mirum, quia hoc contingit de propositionibus mixte copule de simplici inherentia, vt sortes est vel non est, sortes non est & est, vbi & est pars copule in vna & vel in alia, nec ad oppositionem est necesse extrema esse synonima vt in oppositionibus a nobis dictum est.

De modali composita.

In modali cōposita in vno extremorū dictū, in altero vero modū collocant.



On refert siue modum in fronte siue in tergo ponit̄ vtraq; istarū est modalis cōposita, sortē ē currere ē possibile, cōtingens est antichristū fore. ¶ Vlterius scito duplex est modalis scilicet diuisa quę est propositio cuius copula secundum se vel suam partem aliquo istorum quatuor modorum determinatur, & dicitur diuisa quia mod⁹ mediat inter partes dicti & eas diuidit. Alia ē composita, quæ ideo dicitur composita quia partes eius componūtur, & ad idem extremum se applicāt, vt sortem currere est possibile, vbi sortem currere ē dictū, & licet modus in calce propositiōis totam modalem denominet, non tamen aliqd̄ signum facit suppositionem āte se, nisi de per accidēs, vt si per additionem eius facit terminum supponentem personaliter stare materialiter. ¶ Cæterum modalis composita a diuisa sic discrepat, nam modus faciēs modalem compositam non ampliat quia si aliqua ꝑpositio est contingens vel possibilis secunde intentionaliter ipsa est, si nulla talis sit in rerum natura sortes currit, ista est falsa, sortem currere est possibile, at modus faciens modalē diuisam ampliat nisi restringatur. ¶ Secundo, vn⁹ terminus cathegoreumatice & alter syncathegoreumatice capitur vt patet ex dictis.

¶ Tertia differentia, in modalibus compositis alij termini a copula & modo tenētur materialiter, non autem in diuisa, multiplex est etiam aliud discrimen vt ex dicendis & dictis notum euadet. ¶ Ex his patet ꝑpositionē nō esse distinguendā de virtute sermonis an sit diuisa vel composita, tamen ob clariorem intelligentiam & ob pluralitatem in modo opinādi distinguimus tales stans possibiliter est sedēs, vel capitur in sensu composito, & sic ipsa est falsa naturaliter loquendo & impossibilis, in sensu diuiso ipsa est necessaria, & tamē ꝓpositio de virtute sermōis est vera, & capitur in sensu diuiso, non flectes oculum asserentibus modum in principio facere sensum cōpositum in fine vero diuisum nec oppositum asserentibus, communem logicam pro assertionibus friuolis non derelinquas. Ecce quid est propositio de inesse, quid modalis composita, & diuisa, & an eadem potest esse diuisa & composita facile ex dictis & hæc sortē currere possibiliter est possibile deprȩhendere potes.

Contra ista argumētor, modalis composita non est modalis, ergo hæc partitio est nulla.

Secundo, hæc propositio sortes necessario possibiliter currit sub nullo membrorū includitur, nō sub cōposita vt liquet, nec sub diuisa cum verbum a nullo mō modificetur.

Ad priorem rationem respondetur communiter hæc vocatur diuisio analogi in sua equiuocata.

Ad secundum dicitur, illa data est diuisa, necessario potest cadere in copulam ante pro parte modificatam, & sic illa ē vera, & verbum a possibiliter determinatur.

De modalium qualitate & quantitate

Qualitates & quantitates in modalibus perinde ac in eis de inesse apprȩhenduntur.



Ieni modalis diuise copula vel eius principalior pars negęt ipsa ē negatiua, infinitiuus cū obliquis positus vt dictum est est copulę pricipalior pars, sortes potest non currere est affirmatiua, sortes possibiliter nō currit est negatiua, & etiam modalis negatiua, licet modus non negetur cum est modalis propositio & negatiua, quis tamen potest ad nomē luctādo dicere ad modalem negatiuā nō satis est ꝑpositionem esse negatiuam & mo

dalem, ſed præter hoc negatio modi requiri-
tur. Si vero nõ negetur ipſa eſt affirmatiua de
quantitate ex parte ſubiecti perinde atq; ꝓpo
ſitio eſſet pura deineſſe dicatur, quare iſta eſt
vniuerſalis om̃is homo poſſibiliter currit, hęc
vero particularis aliqs hõ neceſſario currit. Iſti
tamẽ modi neceſſe & impoſſibile ſi non negẽ/
tur ſũt modi vniuerſales, cõtĩgẽs & poſſibile
negent̃ ſunt modi particulares, neceſſe habet
affinitatẽ cũ ſigno vniuerſali affirmatiuo, q͂a
ſicut in ꝓpoſitiõe vniuerſali denotatur prędi
catũ cõpetere ſubiecto ꝓ quolibet ſuo ſuppo
ſito. Sic ad veritatẽ ꝓpoſitiõis in qua ponitur
neceſſe denotat̃ prędicatũ cõpetere rei ſignifi
catę per ſubiectũ ꝓ qualibet differentia tẽpo
ris. Ad veritatem iſtius a de neceſſitate eſt b
oportet illdꝰ quod poteſt eſſe a ſit b, fuit b, erit
b, & nõ põt nõ eẽ b, tamẽ nõ oportet a eſſe b,
vt patet in hac creans neceſſario eſt deus q̃ eſt
vera etiã deo nõ creãte. Idẽtidẽ hęc hõ impoſ
ſibiliter eſt aſinus denotat nec hoiem eẽ aſinũ
nec fuiſſe nec fore aut poſſe eſſe rudibilẽ. Ad
veritatẽ huius a poſſibiliter eſt b ſat eſt verifi
catio alicuius differẽtie tẽporalis ſub diſiun/
ctione. Vnde fit aliquã ꝓpoſitionẽ eẽ vniuer
ſalẽ ex parte dicti vel potius ſubiecti & modi
ſimul, aliquã eſſe vniuerſalẽ ex parte alterius
tãtũ, hoc exẽplariter detegit̃ oĩs homo neceſ-
ſario eſt aĩal, oĩs hõ poſſibiliter currit, hõ ne/
ceſſario mouetur. Sed talis cõſequẽtia eſt nul-
la, hęc propoſitio eſt vniuerſalis ex parte mo/
di, ergo eſt vniuerſalis.

Cæterum ſi fuerit modalis compoſita
ſua qualitas eſt ꝑſpicua cũ ſit ſimpliciter dein-
eſſe. Sed quo ad q̃titatẽ, hęc & ſimiles ſunt in-
definite omnẽ hominẽ eſſe animal eſt neceſſe,
ſubiectũ inibi eſt hoc totũ omnẽ hominẽ eſſe
animal pro illo dicto & ſimilibus, & propoſi/
tione cuius eſt dictum ſupponẽs, ergo eſt ter/
minus communis, ſuper illum terminum to/
talem nullum cadit ſignum, & cum omnis in
definita per additionem ſigni competẽtis po
teſt eſſe vniuerſalis, particularis, & ſingularis,
hæc erit vniuerſalis om̃e ly omnem hominẽ
eſſe animal eſt neceſſe, & hæc ſingularis hoc ly
omnem hominem eſſe animal eſt neceſſe, & ſi
militer particulariſatur. Idemtidem ſortẽ cur-
rere eſt poſſibile eſt indefinita, & ſic fit vniuer-
ſalis omne ſortem currere eſt poſſibile, aut ad
dendo ſignum materialitatis dicendo omne
ly ſortem currere eſt poſſibile & ita in alijs.

De modis cognoſcendi veritatem modalis compoſite

Modalium compoſitarum veritates ꝑ
officiãtes, & extremorum ſuppoſitio
nem inſtar aliarũ deineſſe venaberis.



HOc eſt compoſitarũ ve-
ritates aut falſitates biphari
am explorãtur, vno modo
per officiantes, alio modo ꝑ
extremorũ ſuppoſitionem.
¶ Forte dicis hominẽ eẽ ani
mal eſt contingens non eſt propoſitio, nec ali-
qua ſimilis, ergo male dictũ eſt, antecedẽs pa
tet. illi tres termini ſecundũ acceptionẽ mate-
rialẽ nõ ſe habẽt ſicut determinatio & deter/
minale, ergo nõ faciunt terminũ cõplexũ, ho-
minẽ ſubordinat̃ ſuo cõceptui ſimplici cathe-
goreumatico, ſic eſſe & ita animal. ¶ Reſpon/
det̃ hoc totũ capit̃ materialiter ꝓ vno termi/
no, ad totũ & nõ ad partes habẽdum eſt obtui
tus, vt in ſuppoſitione materiali dicemus.

Officiare modalẽ compoſitã nõ eſt ali
ud q̃ loco dicti ponere ꝓpoſitionẽ cuius eſt di
ctũ cũ hoc cõplexo talis ꝓpoſitio cęteris inta
ctis relictis, vt hoiem eẽ aſinũ eſt ĩpoſſibile ſic
officiat̃, talis ꝓpoſitio hõ eſt aſinus eſt ĩpoſſibi
lis, neceſſe eſt deũ eſſe, aliquod neceſſariũ eſt ta
lis ꝓpoſitio deus eſt, vtriũq; cõtradictoriorũ
cõiungẽtiũ eſſe verũ ẽ poſſibile, talis ꝓpoſitio
eſt poſſibilis vtriũq; cõtradictoriorũ cõtingẽ-
tium eſt verum, modo hoc eſt falſum.

Secũdo modo modaliũ cõpoſitarũ fal
ſitates & veritates per extremorũ ſuppoſitio
nẽ (ſicut in alijs) cognoſcũtur, deũ eſſe ens eſt
neceſſe eſt affirmatiua cuius extrema pro eo/
dẽ ſupponũt, nã pro qualibet neceſſaria prędi
catũ, & ꝓ tali deus eſt ens ſubiectũ ſupponit,
ergo extrema pro eodẽ ſupponunt. Sic hęc eſt
affirmatiua vera hoiem eẽ aſinũ ẽ ĩpoſſibile.

Tertio etiã modo, modalis cõpoſite ve
ritas per deineſſe cognoſcitur. Nam licet mo-
dalis compoſita ſit pure deineſſe, adhuc ſinceri
us eius veritatem depręhendes modum me
taliter tollẽdo, reliquos terminos omnes cũ ſi/
gnis intactos relinquẽdo, & ſecundũ illud qđ
ſupeſt poſſibilitatẽ ĩpoſſibilitatẽve iudicabis.
vt poſſibile ẽ ſedẽtẽ eſſe nõ ſedẽtẽ, huius vlti
mata deineſſe ẽ hęc ſedẽs ẽ nõ ſedẽs, q̃ eſt ĩpoſ
ſibilis, ergo & altera ſecũdũ illã ſignificationẽ.
Poſſibile eſt oẽ ens eſſe deũ, huius deineſſe eſt
hęc, omne ens ẽ deus, modo hoc eſt poſſibile,
ergo tota alia hoc ſignificãs ẽ vera. Hoiem eẽ
aſinũ eſt ĩpoſſibile ſua deineſſe ẽ hęc hõ eſt aſi
nus, q̃ eſt ĩpoſſibilis, ergo alia hoc ſignificãs ẽ
vera. Et ꝓpterea veteres dialectici, & nõ fru/
ſtra ſolũ modales cõpoſitas & nõ diuiſas ĩeſſe
poſuerũt, oẽs ei terminos vt iacuerĩt ĩeſſe pone
bãt. ¶ Nec potes deſcẽdere ꝓ q̃libet ſub ter-

mino ens in hac oē ens eē deū eſt poſſibile, qa hoc dictū ſolū ſupponit pro ſe & ꝓpoſitione cuius eſt dictū, demōſtrabis ſolū illud pro quo totū ſupponit. Nec partes eius plus tangas ꝗ̄ partes huius ſortes vel plato eſt vnū diſiūctū, vel partes ſubiecti huius homo eſt animal.

De modis cognoſcendi veritatē modalis diuiſe de poſſibili.

Modalis diuiſa de poſſibili per extremorū ſuppoſitionē, deſcēſum, ſillogiſmū, ſenſuſq; explicationē denudatur.

CVm per notitiā vnius oppoſitorū aliud cognoſcitur, de impoſſibili loqui eſt ſuperuacaneū. ¶ Patet quadruplex regulæ particula. Prio hęc eſt vera hō londini poſſibiliter eſt romæ, ſubiectū enī ꝓ quolibet hoīe poſſibiliter ſupponit, & prędicatū ꝓ oī tali, ergo extrema ſupponit ꝓ eodē, hō malus poteſt eſſe bonus, hō ſedēs poſſibiliter eſt nō ſedens negatiōe ꝓhibēre oēm ſuppoſitionē ſui termini finiti eſt falſa ſin autē eſt vera ſic hęc eſt vera ſortes poſſibiliter eſt pōtifex maximus. ¶ Pro exēplo aliarū triū partiū capies has falſas ſortes oīs hō poſſibiliter eſt, ſortes poſſibiliter ē oīs hō, licet modales cōpoſite eis reſpōdētes nō ſunt falſe, nā deſcēdēdo ſub illo termino hō qlibet ſingularū vna dēpta ē impoſſibilis, ꝑ ſillogiſmū hoc etiā cognoſces, nā bene ſequit̄ in darij ſortes oīs hō poſſibiliter eſt, plato eſt hō, ergo ſortes plato poſſibiliter ē, cōcluſio eſt falſa & minor vera, ergo maior falſa. ¶ Sic hāc noſti falſam, oē aīal poſſibiliter eſt hō, addat̄ ei minor, brunellus poſſibiliter eſt aīal, īferas ergo brunellꝰ poſſibiliter ē hō. ¶ Exēplū quarti, archimagirus poteſt eſſe rex. q eſt aut poteſt eē archimagirus poteſt eſſe rex, cū cōmuniter loq̄ntibus poteſt pro poſſibiliter eſt vtor, ſicut in multis ſimilibus loquor vt plures.

Ad cuius veritatē ſi affirmatiua extiterit ſat eſt & exigitur de ineſſe poſſibilitas ſecūdum terminorū exigentiam.

HEc enim eſt vera homo poſſibiliter currit nā eius de ineſſe ē poſſibilis, & quia ſubiectū ſtat determinate vnius ſingularis poſſibilitas ad illius poſſibilitatē ſufficit. Oīs hō poſſibiliter ē in hac domo eſt vera, quia quælibet ſingularis de ineſſe eſt poſſibilis, nō ēt requirit̄ earū cō poſſibilitas. Similiter hęc eſt falſa ſortes poſſibiliter eſt oīs hō quæ cognoſcit̄ ex regula pręcedēti & habebit plures de ineſſe ꝓpter diſtributionē quarū quęlibet vna dēpta ē impoſſibilis ¶ Vnde fit, ſortes ē oīs hō quę eſt cōtingens nō eſt ipſius de ineſſe. ¶ Inſuper ſcito, negatiue veritas aut falſitas de poſſibili per affirmatiue qualitatem depręhenditur.

Quæ modalis diuiſa de poſſibili ſit neceſſaria ꝗ̄ vero īpoſſibilis

Omnis modalis diuiſa vera ē neceſſaria, & falſa impoſſibilis.

SOrtes poſſibiliter currit eſt neceſſaria ſiue ei ſortes currat ſiue nō ſemper eſt in potētia ad currēdū, dato etiā ꝙ ei pedes abſcindātur, hæc aūt falſa eſt impoſſibilis ſortes poſſibiliter eſt aſinus. Sed hæc eſt neceſſaria ſortes poſſibiliter nō currit. ¶ Et ſi vna propoſitio eſt neceſſaria ſua cōtradictoria eſt impoſſibilis & ecōuerſo, ergo ꝓpoſitionis de impoſſibili & neceſſario neceſſitas aut īpoſſibilitas ex his nota euadet.

Contra hanc regulā argumentor, antichriſtus poſſibiliter eſt hō q eſt, capiēdo qui ē reſtrictiue eſt cōtingēs, & nunc falſa, cū prędicatū ſolū ſupponit pro hoīe nūc exiſtēte, & ſi antichriſtus foret eēt vera, ergo regula nulla.

Reſpondetur, regula intelligitur niſi vnum extremorum reſtringatur per qui eſt, quod eſt aut huiuſmodi, ſub quo ramo includitur relatiuum terminum referens in propoſitione contingenti, vt in hac homo currit & ſortes poſſibiliter eſt ipſemet, ly ipſemet referente notionem homo in propoſitione cōtingenti poſitam, nunc ipſa eſt vera, at nullo homine exiſtente ipſa eſt falſa, in relatiuis virtualiter implicationis copula includitur, vt in ſecunda cathegorica huius ſortes poſſibiliter ē homo qui currit. ¶ Contra hoc argumētor, bene ſequitur, antichriſtus poſſibiliter eſt homo præſens, ergo antichriſtus poſſibiliter eſt homo qui eſt, extrema conuertuntur & copule, ergo illę propoſitiones conuertuntur. Sed prior eſt neceſſaria, ergo & ſecunda. ¶ Reſpōdetur, prędicata illarū non conuertuntur. Iſte enī equiualent antichriſtus poſſibiliter eſt homo qui eſt, & antichriſtus ē homo qui eſt. Et ex illo ſequitur has equiualere antichriſtus impoſſibiliter ē homo qui eſt, & antichriſtus nō eſt homo qui eſt, patet. per hanc regulam vniuerſalem. Si duæ propoſitiones equiualeāt earum contradictorie equiualebunt.

¶ De hac hæc impoſſibiliter eſt neceſſaria alibi in inſolubilibus ſumus loquutum an ipſa ſit vera & non neceſſaria.

Regula inter modalem compoſitam & diuiſam de poſſibili.

Modalem diuisam ĩ veritate modalis
composita de possibili cum termĩo di
screto imitatur, dummodo propositio
dicto modalis composite respondens
diuise deinesse extiterit.



Vm hanc veram
habes sortes possibi
liter currit hanc verã
ꝓprius habebis sors
tem currere est possi
bile, non ꝙ ille equi
ualeant, quoniam di
uisa est necessaria, &
composita cõtingẽs
vt ex dictis per officiantes & terminorũ sups
positionem liquet, hæc enim naturaliter loq̄n
do ē vera hominem esse animal est necesse, &
hęc diuisa falsa homo necessario est animal. Si
militer hęc est vera & necessaria, sortes niger
possibiliter est albus, & composita ei respõdẽs
falsa scilicet sortẽ nigrum eẽ albũ ē possibile.

Contra istud primo sic argumentor,
ista diuisa ē vera sortes possibiliter est in instã
ti futuro, & tamen hæc est falsa sortem esse in
aliquo instanti futuro est possibile. Ista enĩ est
impossibilis quæ est propositio respondẽs di/
cto modalis composite sortes est in instãti fu
turo, quia ponit idem instãs esse præsens & fu
turum, quod est impossibile secundum mo/
dum loquendi de instantibus.
Secundo sic, sortes possibiliter currit
est necessaria, hæc autem contingens sortem
currere est possibile, cum nulla tali propositio
ne sortes currit existente est falsa, & nunc ve
ra, ergo regula nulla.
Tertio argumentor, hæc diuisa est ve
ra ista possibiliter sunt simul vera, duobus cõ
tradictorĳs contingentibus demonstratis, &
illius composita respondens est falsa, igitur.
Ad primum respõdetur concedo illã
modalem diuisam, compositam negando, nec
contra regulam argumentaris, quia ista sortes
est in instanti futuro nõ est deinesse illius mo
dalis diuise vt dicere proponimus propositio
nes inesse ponendo.
Secundum argumentum est nullum,
non enim dicit regula illas quouismodo equi/
ualere vt inter explanãdum litterã diximus,
sed modalis composita modalis diuise verita
tem falsitatemq; emulatur quando proposi/
tio respondens dicto modalis cõposite est de
inesse modalis diuise.
Ad tertium dicitur. Si illa sustineatur
vera in terminis pluralis numeri proceditur,
propterea nihil ad a. Ista possunt esse vera nõ
habet hãc deiesse ista sunt vera. Sed debet po
ni inesse per duas singulares inconiunctim ac
ceptas, quarum vtraq; est possibilis, & hoc suf
ficit. Et si ly simul determinet verbũ possunt
aut possibiliter sunt videtur illa concedenda,
quia sensus est ista duo contradictoria habẽt
potẽtias vt simul sint vere, quia in tempore
vel momento quo vna potest esse vera, alia
etiam potest esse vera, tametsi veritas vnius
veritatem alterius haud compatiatur.
Contra hoc argumentor, ergo hęc est
cõcedẽda sortes possibiliter currit & nõ currit.
Secundo, tunc isti possibiliter sunt an
gelus, demonstrando michaelẽ cũ gabrielẽ.
Respõdetur ad prius distinctione: vel
aduerbium possibiliter hoc totũ currit & nõ
currit determinet & sic negatur. Si autẽ verã
uis partem separatim determinet, & sic cõce
ditur, cuius sentẽtia est sortes possibiliter cur
rit & possibiliter non currit.
Ad secundum, non sequitur in termi
nis pluralis numeri vltra possibilitatem sue
deinesse requiritur extrema supponere ꝓ ea/
dem vel eisdem, vel sic dabimus deinesse, hic
angelus est angelus & hic angelus est idem an
gelus. Sed de hoc resolutorie ponendo propo
sitiones inesse patebit. Si modalis diuisa in ar
gumẽto assumpta fuerit falsa regula paucio
res exceptiones patitur.

De modo cognoscendi veritatẽ
modalis diuise de necessario.

Modalis diuise veritas de necessario
deinesse necessariam secũdum exigẽ
tiam terminorum efflagitat. ¶ De af
firmatiuis loquor quoniã negatiuarũ
veritates ꝑ affirmatiuas cognoscunt.

Ixi secundum exigentiã termi
norũ, si fuerit distributio oim singu
larũ necessitas exigit, quãdo stat di
screte aut determinate vnius necessitas suffi/
cit. Nulla ꝓpositio affirmatiua est necessaria
necessitate logica siue absoluta nisi extrema
ꝓ numie capiant, vt sunt hę oẽ ens ē. Spũs ē,
quare hęc ē cõtingẽs ois creatura ē, deducta
ampliatione quia hę sunt necessarie sortes ne/
cessario est sortes possibilis, similiter spectrum
hũanũ necessario ē hõ ymaginabilis, pallefre
dus necessario possibiliter currit. ¶ Ex regula
sequitur has esse falsas antichristus necessario
erit, aĩa antichristi necessario erit, hęc enim est

contingēs hæc anima erit demonſtrādo ani-
mam antichriſti. Nā ſua productio poteſt im
pediri. Hæ tamen ſunt vere creans neceſſario
eſt deus, cū hęc eſt neceſſaria hoc eſt deus deo
demonſtrato. Sortes neceſſario eſt homo poſ
ſibilis, cū hæc eſt neceſſaria hoc eſt homo poſ
ſibilis, aut ſortes eſt homo poſſibilis. ſed hęc ē
falſa deus neceſſario eſt creans, in cuius expli-
catione ſemper debet neceſſe cadere in conno
tatum termini creās vt ſimilis appellatio ma-
neat in explicante cum explicato, patet. hæc ē
contingens deus eſt creans vel hoc eſt creans.
Contra, hæc eſt vera anima antichri-
ſti neceſſario erit, ergo male dictum eſt, ante/
cedēs patet, deineſſe eſt neceſſaria poſt poſitio-
nem rei ineſſe, cum anima a nullo agenti crea
to corrumpi poſſit, ſecundum verbum euan-
geliſte.. Nolite timere eos qui occidunt cor/
pus, animam autem occidere non poſſunt, &
loquamur in lumie naturali ſicut philoſophus
locutus eſt, falſitas conſequentis patet. cum pro
ductio antichriſti poteſt impediri ab agente
aliquo ita quod non producatur, igitur.
Reſpondetur, negādo hāc anima an-
tichriſti neceſſario erit. nec ſua deineſſe eſt ne-
ceſſaria vt diximus, non ſequitur, non poteſt
non falſificari vel corrūpi poſt poſitionē ineſ-
ſe, ergo nō pōt falſificari. Nec ſequit, ē neceſſa
ria p hoc tēpore demōſtrando tēpus poſt pro-
ductionem illius, ergo eſt neceſſaria. Neceſſe
eſt modus vniuerſalis pro omni tempore ne
ceſſitatem denotans.
Ex his patet hāc eſſe falſam, anima an-
tichriſti in hoc tempore neceſſario erit, demō
ſtrando tempus quo pducetur, patet per cō
tingentiam ſue deineſſe. ¶ Secundo ſequitur
hanc eſſe veram, deus neceſſario ē creans vel
non creans, cum ſua deineſſe eſt neceſſaria in
ſenſu diſiuncto. hanc ſemper ſoleo concedere.
Sed contra hoc dicis, illic vna pars nō
ſupponit ſcilicet non creans, propterea diſiun
ctum cum parte ſupponente cōuertitur, mo
do hæc eſt falſa deus neceſſario eſt creans.
Reſpondetur, quando neceſſario ca-
dit ſuper totum diſiunctum & non ſuper par
tes, probanda eſt illa aut improbanda per to/
tum, & per eius deineſſe & nullatenus p vnā
partem. Neceſſe eſt ſortem languere vel non
languere ex poſtpredicamētis poſita eius exi
ſtentia concedunt nominales paſſim, & ſi om
nes eſſent ſani altera pars non ſupponit, & ta-
men totum diſiunctum non cōuertitur cum
parte ſupponente, non enim explicanda eſt
ampliatio ratione partium acceptarum vni/
ce niſi ratione totius, ſic potes explicare deus
neceſſario eſt creans vel non creans quod eſt
vel fuit vel erit vel neceſſario eſt creās vel nō
creans, vt ly quod totum prędicatū referat.
Pie memoriæ Iheronimus pardo a tri
gita exactis annis ſic me ipugnat, bene ſequi
tur (ait) deus neceſſario eſt creans vel non cre
ans, ergo actus creandi vel non creandi neceſ
ſario competit deo, conſequens eſt manifeſte
falſum, vt patet per deſcendentes ſub toto.
Reſpondetur hoc ſpiculum eſt facile
ſolutu, ſi teneretur ly neceſſario confundere a
parte poſteriori a confuſa ad determinatā pro/
ceditur reſpectu vniuerſalitatis. Sic licet ex il-
lo antecedente inferre, ergo neceſſario actus
creandi vel non creandi competit deo.
Secundo dicitur, ſi actio creandi cape
ret pro deo creante illatio eſt bona, illatumq;
verum, nec ex hac ſequitur, ſortes neceſſario
eſt albus vel non albus, deineſſe enim iſtius ē
contingens, ex qua etiam ſequitur ſortes ne/
ceſſario eſt.

Sequitur de oppoſitioni-
bus modalium.


Neceſſe & impoſſibile modos vniuer
ſales in volarū ſupercilijs locabis, ſub
quibus poſſibile & poſſibile non mo-
dos illis ſubalternatos inter ſe ſubcon-
trarios trahes. In his oppoſitionē om-
nem cum dictis in deineſſe deprehen-
dere potes.




N pollicis radice
neceſſe, & in indicis baſi
impoſſibile pone, ſub q
bus diametraliter poſ-
ſibile & poſſibile nō col
locabis, tūc ſicut neceſ/
ſe & poſſibile ſubalter/
ne opponunt, ſic ipoſſi
bile & poſſibile nō, & p dicta in oppoſitiōibus
deineſſe oēm oppoſitionē ſuis in angulis of/
fendes. Reliqua ad bonam oppoſitionē requi
ſita integre ſeruabis, quare hæ non contradi/
cunt a homo impoſſibiliter eſt animal & om
nis homo poſſibiliter ē animal, ſunt ambe ve
re. Contradictoria prioris eſt hæc omnis ho/
mo poſſibiliter eſt b animal Et contradicto/
ria huius omnis homo poſſibiliter eſt animal
eſt hæc homo impoſſibiliter eſt animal. quare
omnis homo neceſſario currit & omnis homo
impoſſibiliter currit contrariantur. Idem tidē

sortes necessario currit, & sortes possibiliter non currit contradicunt, homo possibiliter currit, & hō possibiliter nō currit subcōtrariant. In modalibus compositis quo ad oppositionem non est aliter procedēdum quam in illis de inesse. Iste enim contrariantur omne ly omnem hominem currere est possibile, & nullum ly omnem hominem currere est possibile. Priori enim contradicit hæc aliquod ly omnem hominem currere nō est possibile, & posteriori hæc aliquod ly omnem hominem currere est possibile. Et iste subcontrariant omnem hominem currere est possibile & omnē hominem currere non est possibile. Et iste cō/tradicunt hoc ly omnem hominem currere ē possibile & hoc ly omnem hominem currere non est possibile. Hic erunt duæ figuræ paruæ prior pro modalibus compositis cum terminis communibus, posterior pro modalib9 diuisis ex terminis communibus & singularibus in qua virtualiter erunt duę figuræ, ita q̄ propositiones extrinsece ex terminis communibus comparētur solum inter se, & propositiones ex subiectis singularibus parte circuli interiori contentis inter sese quoad species oppositionum præcise cōparentur & omnia sunt clara. Alia magna figura omnium modaliū explicatiua in logica ponetur.

Sequuntur figuræ modalium.





Contra ista argumentor, iste cõtradicunt ex dictis, sortes necessario est sortes possibilis, sortes possibiliter non est sortes possibilis. & sunt simul false, ergo dicta nulla. cõsequẽtia tenet cum maiore, minor probatur. prædicatum affirmatiue supponit præcise pro re cõtingente, ergo ipsa est falsa, alioquin dabis mihi modum sustinendi hanc veram sortes necessario est albus, falsitas negatiue ẽ peruia intelligenti significationem prædicati.

Respondetur, concedo illas contradicere, negatiua est falsa, & licet prædicatũ affirmatiue pro re contiugẽti supponat. hoc nõ infert ipsam esse falsam, pro re contingẽti possibili supponit, subiectoq; necessario competit ratione amplæ acceptiõis, vt sortes necessario est sortes si est sortes, secus est in alia. ℂ At dicis. seqtur bñ sortes necessario ẽ sortes possibilis, ergo sortes necessario est. ℂ Respondetur. consequentia est nulla, quẽadmodum non sequitur Adam est homo mortuus, ergo Adã est, prædicatum consequẽtis haud quaq̃ est superius ad prędicatum antecedentis. ℂ De his deus necessario est creans, in omnẽ suam partẽ quodliber cõtinuũ potest esse diuisum in logica ad longum futurus est sermo. Iccirco im pręsentiarum non multiplico argumenta.

Sequit̃ de eqpollentijs modaliũ.

Si modorum naturam cum his (quę in propositionibus de inesse de equipollentibus relata sunt) cognoueris, modalium equiualentes in promptu habes.



Diximus necesse & impossibile esse modos vniuersales, repete versiculum. Pre contra dic a.i.modos & omnia sunt clara. Istud practicetur, non necesse valet possibile non, nõ impossibile, possibile, pre contradic. necesse non, impossibile. Impossibile non, necesse post contra, per tertiam regulã equipollentiarum non necesse non, possibile, non possibile non, necesse valet, reliqua ad eqpollentiam propositionum de inesse requisita obserua, & omnia sunt lucida.

Solent tamẽ carmina vulgaria ad hoc deseruientia poni.

Primus amabimus est, edentuliq; secundus.
Tertius Iliace, purpurea reliquus.

Pro quorum modorũ intellectu scito omnes propositiones in eodẽ rotulo collocatos ęquiualere, pone semper possibile primo loco. contingens in secundo, Impossibile in tertio. Et necesse in quarto.

E dictũ negat, I q̃ mod ũ, nihil A, sed V totũ. Capiamus propositiones equipollẽtes in amabimus, sic dices. Sortes possibiliter currit, Sortes contingenter currit, Sortes non impossibiliter currit, Sortes non necessario non currit. Et sic de alijs rotulis. Res est facilis & perparum vtilis. Sed istic oportet semper seruare extrema synonima & similem acceptionem terminorum. Quare iste non equipollent, Sortes necessario currit & Sortes non possibiliter currens non est.

ℂ Istæ regulæ equipollentiarum non tenent in modalibus compositis, non enim sequitur in amabimus, Sortem currere est possibile, ergo Sortem currere non est impossibile. eadem propositio plures est possibiles & ĩpossibiles. & viceuersa non sequitur, nam negatiua nõ pregnans formaliter nõ infert affirmatiuam. Et ita in alijs facile est contemplari in compositis per hosce rotulos non valere equipollentiam.

Sequitur de modalium conuersionibus.

Et primo de possibili.

Propositio de possibili affirmatiua in vnam de possibili conuertitur, quo fit ex opposito consequentis propositio de impossibili in aliam de impossibili transit.



Sequitur eni bene homo possibiliter currit, ergo currens possibiliter est homo per cõuersionem simplicem. possibile iuxta a tergo & a fronte ampliat, & hæc conuersio est simplex. ℂ Similiter sequitur per accidens, sortes possibiliter est animal, ergo animal possibiliter est Sortes. Et si aliqua consequentia est bona ex opposito consequentis sequitur oppositũ antecedentis, & impossibile opponitur possibili vt ex dictis iampridẽ patuit, igitur hæc consequentia est bona omne currens impossibiliter est Sortes, ergo Sortes impossibiliter est currens. ℂ Eodem modo de contingenti generaliter capto sicut de ly possibile est dicẽdum.

De conuersione modalis de necessario.

Affirmatiua de necessario in vnam de possibili & non de necessario secundũ exigentiam quantitatis mutatur.



Equitur bene, creãs necessario est deus. ergo de⁹ possibiliter est creans. Terminus saltem precedens necessario debet verificari mediante copula de possibili. Sed nõ sequitur ex hoc antecedẽte. ergo deus necessario est creans, cum antecedens est necessarium, & consequentis deinesse est contingẽs. ¶ Sequitur etiã per accidens, omnis Phoebus aut Mercurius necessario est planeta. ergo aliquis planeta possibiliter est Phoebus aut Mercurius. Sed non sequitur vniuersaliter, antecedens reputaret Aristoteles verum, & consequens falsum.

An propositio negatiua de possibili cõuertatur, & de omnium modalium cõuersione mutua.

Propositio de possibili negatiua perinde ac particularis negatiua deinesse haud conuertitur.



On eni sequitur, Deus possibiliter non est creans. ergo creans possibiliter nõ est deus, cum omne creans necessario est deus.

Sed contra hoc argumentor, bene sequitur, currens possibiliter nõ est homo. ergo hõ possibiliter non est currens. ¶ Similiter sequitur, creans possibiliter nõ est deus. ergo deus possibiliter nõ est creans. ergo regula nulla.

Respondetur, neutra consequentia tenet virtute cõuersionis, sed solum gratia materiæ sequitur, quia consequens vtrobiq; est necessarium.

Cęterum si similem acceptionẽ terminorum cęterasq; Logicales proprietates ęquiualentibus appropriatas seruare volueris reflectendo prædicatum cum copula & modo in conuertente omnes modales mutuiter conuertere potes. vt Sortes necessario currit. ergo currens quod necessario est currẽs possibiliter est Sortes. Sortes possibiliter non currit. Ergo nullum currens quod necessario est currens, possibiliter est Sortes. & ita in alijs. Conuertẽdę sunt opposito modo negatiuę ad affirmatiuas. Nam contradictorię propositiones cõtradictorias sortiuntur conuertentes, ex dictis in conuersionibus omnia hęc clarent.

Demum Modalis composita cum copula non modificetur non aliter quã alia propositio deinesse conuertitur, vt deum esse est necesse. ergo necesse est deum esse, necessario creans est deus cum modus in principio locatus modalem compositam procreat sic conuertitur, creãs est deus necessario. Si tamen necessario capiatur pure sincathegoreumatice, & modus in totum sequens cadat, ita q; illa valeat hanc necessario est creans deus, vbi creans est subiectum, & deus prędicatum, ex dictis in conuersionibus facile est eã cõuertere.

De contingenti specialiter capto.

Contingens specialiter captum in oppositam qualitatem conuertitur: hoc est affirmatiua negatiuæ æquipollet. Ipsa exponitur per possibile & possibile nõ copulatiue, si modus nõ negetur Si vero negetur, disiunctiue per contradictorias exponentes elucidabitur. Sed si contingens terminus cõmunis anteeat, vt ens contingenter est deus: Primo illam resolue, quia a primo vocabulo ꝓbatio primordiũ incipiscit.



on loquimur de contingẽti prime intentionaliter pro ec contingenti, aut secundę intẽtionaliter pro propositione cõtingẽti, cathegoreumatice enim in illis acceptionibus accipitur. Sed in proposito syncathegoreumatice pro determinatione copulę accipitur. ¶ Dicitur contingẽs specialiter captum. quia contingens generaliter captum conuertitur cum ly possibile, & easdem leges cũ eo subit. ¶ Contingens vero specialiter sumptũ nec ęquipollentiam aut oppositionẽ vllam cum alijs modalibus sortitur. sed suo in regno omnia solitarie regit. Istę nõ ęquiualent, ens possibiliter est deus, & ens contingenter est deus. Nec istę cõtradicunt, omne ens necessario est deus, & aliquod ens contingenter nõ est deus, cum sint ambę falsæ.

¶ Insuper scito, Quando contingens non negatur, siue propositio sit negatiua, siue affirmatiua, copulatiue exponenda venit per possibile, & possibile non. vt Sortes contingenter currit, Sic exponitur. Sortes possibiliter

currit & Sortes possibiliter nō currit, sortes cōtingenter non currit sic exponitur, sortes possibiliter non currit & sortes possibiliter currit. Contradictoriae illarum debēt exponi per cōtradictorias exponentes vt sortes non cōtingenter currit sic extricatur, Sortes impossibiliter currit vel Sortes necessario currit. Et in cōtradictorijs seruetur si contingens in vna affirmetur in alia negetur, & econuerso. & ita proportionabiliter in contrarijs subcontrarijs secundū earum naturas dicatur, quare iste nō subcōtrariant, ens cōtingēter est deus, & ens contingēter nō est deus, cum sint ambe false, sed subcōtraria prioris est ens nō cōtingēter est deus, & subcontraria secundae est ens non contingenter non est deus.

Notādum est vlterius, si fuerit propositio de cōtingēti & alio modo vel copula de inesse exponat, ꝓpositio ratione huius termini cōtingēs cęteris intactis, vt deus contingēter est vel necessario est. Sic exponit, deus possibiliter est vel necessario ē & deus possibiliter nō est vel necessario ē, sic ꝙ virtus negatiōis non cadat in secūdā copulam & ita in aliqs dicatur.

Ex istis infero ꝓpositiones quarū prima ē. nulla ꝓpositio de cōtingēti extremis nō restrictis ē cōtīgēs (extra relatiuas ītelligo) hoc patet, qlibet talis vel ē necessaria vel impossibilis, q̄admodū sunt ꝓpositiōes de possibili & possibili nō, ista ē vera & necessaria sortes cōtingēter currit siue currat siue nō, & sua cōtradictoria falsa, & īpossibilis, & ista īpossibilis sortes cōtingēter ē possibilis q̄admodū & ista sortes cōtingēter potest currere, quia secūda exponēs ē falsa & īpossibilis, sortes possibiliter nō ē potēs currere. de talibus sortes cōtīgēter & possibili. ē currēs dicit sunt de possibili & cōtingēti copulati & sic habebūt cōtradictorias mixti opposito mō, de talib⁹ tātū hō cōtingēter currit, oīs hō pręter sortē cōtingēter currit dico apte expositio inchoāda ē a primo termio vt tātū hō contingēter currit, hō cōtingēter currit & nullus nō hō contingēter currit, q sunt falsę ¶ Secūda ꝓpositio, qlibet affirmatiua de cōtīgēti equalet negatiue de cōtingēti dūmodo cōtingēs in vtraq; affirmat cęteris paribus a parte ante. nā formaliter sequit, sortes cōtingēter currit, ergo sortes contingēter nō currit. Et ecōuerso, patet. est conuersio ī oppositā qualitatē, puta, affirmatiua in negatiuā & cōtra cōuertitur. Probatur etiā equiualentia, illę duę equiualent vni tertię, puta copulatiue quae eas exponit, ergo equiualent inter se. consequentia est cōmunis animi conceptio. Hic dicitur a parte ante. quia iste nō equiualent, animal contingentec est homo & omne animal contingenter non est homo, cū prior sit vera & secunda falsa. Et ratio est, quia si aliquod pręducatum est contingens respectu alicuius potest affirmari & negari de illo, ergo si aliqd cōtingētec alicui adest, illud etiam cōtingenter abest. ¶ Ex ista secunda propositione sequūtur alię. Et sic tertia propositio in ordine. Propositio negatiua de contingēti equiualet affirmatiue de eodē contingenti negato. Iste formaliter equiualent. nullum ens cōtingenter est deus, nullū ens contingenter nō est deus. hoc probatur, quia earum contradictorie gratia forme equiualent ex propositione pręcedenti, ergo & iste. Et ex hoc sequitur, nō bene sonat dicere eas eē cōtrarias. ¶ Quarta propositio. cōtingit in cathegoricis formaliter argumētari a non distributo ad distributū gratia forme, sequitur enī sortes contingēter est animal, ergo sortes contingēter nō est animal. Sed cū pręducatum negatiue distribuatur immobiliter, copulatiue descendere neq;. Propterea haec sortes contingēter non est, nō equiualet huic sortes omne ens contingenter non est, tum ob aliam appellationē. Tū quia in secunda ē distributio mobilis. ¶ Quinta ꝓpositio. dabilis ē aliqua propositio affirmatiua vera cuius nullū extremū supponit. patet de hac nulla chimera cōtingēter nō est chimera, vt patet per falsitatem sui contradictorij. ¶ Sexta propositio. dabilis est aliqua propositio negatiua falsa cuius nullū extremū supponit, patet de hac chimera contingenter nō est chimera, quae infert hanc falsam chimera contingenter est chimera. ¶ Septima propositio, sortes contingenter est non asinus. probatur per exponentes eius, sortes possibiliter est non asinus, & sortes possibiliter non est nō asinus, secunda exponēs probatur per falsitatem sui contradictorij. scilicet sortes necessario est nō asinus, quia vniuersaliter sequitur sortes necessario est non asinus, ergo sortes necessario est. ¶ Octaua propositio, haec consequentia est nulla, sortes contingenter est non asinus, ergo Sortes contingenter non est asinus, probatur. antecedēs est verum vt liquet ex propositione praemissa, & consequens est falsum. cum hanc infert Sortes contingenter est asinus, Sed ex illo antecedente inferendum est hoc consequens negatiuum Sortes possibiliter non est asinus. ¶ Nona propositio, haec cōsequentia est nulla. sortes contingenter nō est sortes, & sortes cōtingēter ē, ergo sortes cōtīgēter est nō sortes, quia antecedens est verū,

& consequens falsum. Et si vis cauillare de cōsequente accipe hanc consequētiam, hic angelus contingenter non est angelus, & hic angelus contingenter est, ergo hic angelus contingenter est non angelus. ¶ Decima propositio, Deus & Sortes contingenter sunt. hoc patet, capiendo & complexiue, quia Deus & Sortes possibiliter sunt, & Deus & Sortes possibiliter non sunt. Secunda exponens patet per falsitatem huius omnia quæ sunt deus & Sortes necessaria sunt. ¶ Vndecima propositio, hæc cōsequentia nihil valet. Sortes contingenter nō est homo, ergo Sortes contingenter non est iste homo, quocunq; alio a se demōstrato, potes tamen inferre copulatiue cum possibiliter non.

Contra ista argumentor, ex isto sequitur primo, duæ affirmatiuæ contradicerent, cōsequens est falsum extra copulas hypotheticas, igitur. sequela patet, iste contradicunt ens contingenter currit & nullum ens contingenter currit, sed hæc secunda formaliter equiualet illi nullum ens contingenter non currit, ergo hęc contradicet illi affirmatiue. cum etiam componantur ex eisdem extremis quibus de forma veritas aut falsitas repugnat, & opposita qualitas non ponitur ,ppter aliud, nō sunt eiusdem formæ cū ly possibili vllo modo. Nā istę nō sūt eiusdē formæ ens possibiliter nō est deus, & ens contingenter non est deus. Tum primo non est eadem qualitas equiualenter. Tum secundo vna negatiua est pregnans, altera vero non. Tum tertio contingenter est syncathegorema alterius naturæ quam possibiliter.

Secundo argumentor, sequitur hanc esse concedendam ens contingenter est deus. patet eius per exponentes, consequens est falsum, nihil contingenter est deus. ¶ At forte dices secunda exponens erit hęc idem ens possibiliter non est deus. ¶ Contra disiunctiua illi copulatiue contradicens est falsa, scilicet omne ens impossibiliter est deus, vel omne ens necessario est deus, quæ exponit hanc nullum ens contingenter est deus, igitur.

Ad priorem istarum rationum concedo illatum in materia contingenti, licet aduersarius diceret ista vniuersalis affirmatiua non contradicit alteri sed equiualet contradictorio alterius, sed is non respicit ad radicem oppositionis, & quare ponitur opposita qualitas. Item virtualiter est opposita qualitas, vt patet in exponentibus. ¶ Similiter duę propositiones negatiue contrariantur & subcontrariantur, hoc etiam copulatiue intelligo. Istę enim contrariantur quodlibet ens contingēter nō est ens, & nullum ens contingenter est ens. Si tamen intrepide affirmas ad oppositionem de opposito modo enunciandi requiritur aduersa qualitas formaliter, tum eas oppositas de lege tantum cōcedere necessum est. ¶ Ex his patet in vtraq; contradictoriarum totale prædicatum distribuitur, patet de istis contradictorijs Sortes contingenter non est animal, Sortes non contingenter est animal.

Ad secundum recte responsum est, quod secunda exponēs erit hæc, idem ens possibiliter non est deus, & hoc oportet in secunda exponente istius nullum ens contingenter est deus. vt capiatur vera contradictoria copulatiue quæ est hæc disiunctiua, omne ens impossibiliter est deus, vel omne idem ens quod possibiliter est deus necessario est deus. Et hic iterum potest esse replica ad probandum relatiuum in disiunctiua referre restricte. Sed de hoc in relatiuis. Potest etiam dici hæc nullum ens contingenter est deus, exponitur per vnā propositionem de disiunctiua copula sic, nullū ens possibiliter est & possibiliter non est deus. Opposito modo ad istam ens cōtingenter est deus, quæ sic exponitur, ens possibiliter est, & possibiliter non est deus. ¶ Satius est tamen illam primo resoluere ratione termini ens stantis determinate, & dare singulares, & illas exponere, quia illi sunt primi termini ratiōe quorum propositiones probande, improbādeve veniunt.

Ratiões plures in logica posuero quas hic breuitatis causa pertranseo. ¶ Demum de equipollentijs cum istis terminis verum & falsum nichil locutus sum, quia faciunt solū modales compositas, & non equipollentiam, sicut modi de quibus diximus hęc Sortes falsæ est asinus est affirmatiua valens hanc talis est falsa Sortes est asinus.

De conuersione propositionis ex contingenti.

Propositio de contingenti in vnam de possibili, & non in vnam de cōtingēti conuertitur.



On enī sequitur, deus contingēter est homo, ergo homo contingenter est deus, cum antecedēs est verum, & cōsequēs impossibile, nihilo tamen secius

bene sequitur deus contingēter est homo, er
go homo possibiliter est deus, ꝙ patet. bene
sequitur deus contingenter est homo, ergo
deus possibiliter est homo. A tota copulati/
ua ad alteram eius partem equiualenter, & cō
sequens ex dictis infert hanc hō possibiliter ē
deus conuersiue, igitur. ℭ Proportionabili/
ter in negatiuis dicatꝰ semper quādo sunt plu-
res negationes dando equipollentes in quibꝰ
est paucitas negationum. Potes etiam omnes
tales conuertere conuersione mutua, negati/
uas opposito mō ad affirmatiuas vt supra.

Potest quispiam circa prędicta dubita
re an ꝑpositiones de contingenti specialiter
capto sint cathegorice vel hypothetice.

Respondetur, sanior est positio tenen
do eas cathegoricas, quāquam facilius est re/
spondere ad multa argumenta de contingen-
ti tenendo eas hypotheticas vt frequēter cō
tingit in exponibilibus, sed illud non conclu
dit. Aliæ proprietates logicales alijs clatis ꝑ
positionibus conuenientes exponibilibus etiā
competunt. Quod sint cathegorice sic ostēdo, ca
pta ista sortes est currens, capio contingēs se/
orsum vel contingenter, & quæro an sit syn/
cathegoreuma tantum, cathegoreuma tan/
tum, vel mixtum, si est mixtum ex possibile
& possibile non, nulla erit mentalis vltimata
in qua ponitur contingens quod non est dicē
dum Nec ē cathegoreuma, ergo oportet di/
cere ꝙ est vnum purum syncategoreuma eq
ualens tamen in consequēdo sicut possibile &
possibile non, & sic erunt solum quatuor ter/
mini mentales, sed omnis hypothetica ad mi
nus habet septem terminos, igitur propositio
nes de contingēti specialiter capto sunt cathe/
gorice & hęc de contingenti specialiter capto
introductorie dixisse sufficiat.

Sequitur de hypotheticis.

Propositio hypothetica est propositio
habens plures cathegoricas, aut plura
complexa ꝑpositionalia per aliquam
coniunctionem coniunctas.



Omplexū ꝑ-
positionale ē qd'
solitarie sūptū
non est proposi/
tio, cuius tn̄ ver
bū si i verbū idi
catiui modi mu
taretur efficeret
propositio. ℭ Er
go non omē cō
plexū ē cōplexū ꝑpositionale, patet de ly hō
albus cui deest verbū. ℭ Secūdo sequitur, cō
plexū propositionale habet aliquid loco sub/
iecti & prędicati, cum nihil ei deest nisi mutatio
verbi ad hoc ꝙ sit propositio. Et solum in cō
ditiōali & expletiua inuenitur, nec vnq̄ in alia
hypothetica nisi cōditionalis aut expletiua es
set eius pars. ℭ In hypothetica enim duę sunt
partes, scilicet materiales, & tales sunt propo-
sitiōes vel complexa propositionalia, interdū
cathegorice, nonnunq̄ hypothetice, vna enī
hypothetica potest ex multis componi Aliæ
sunt partes formales vt copule hypothetice
& cathegorice, sed hypothetica copula est for
ma principalis, & copula verbalis forma mi/
nus principalis, quemadmodum subiectū est
pars minus principalis materialis hypotheti/
ce, & sic de prędicato. hypothetica ergo habet
plures cathegoricas vel plura cōplexa propo
sitionalia vel saltem vnum complexum pro-
positionale & aliam cathegoricam, hoc dixe-
rim propter hęc & similes, si sortes currit sor/
tes moueretur.

Contra litteram argumentor, propo-
sitio hypothetica non est ꝑpositio, patet idē
est propositio & propositio vna, sed hypothe
tica non est propositio vna, cum plures conti-
neat cathegoricas, igitur.

Rēspondetur, negando propositionē
hypotheticam nō esse propositionem vnam,
est enī coniunctione vna, & ex cōseq̄nti vna.

De speciebus hypothetice.

Eius species sunt septem. scilicet condi
tionalis, illatiua, promissiua, expletiua
siue aduersatiua, rationalis, causalis, co
pulatiua, & disiunctiua.

PEr conditionalem promissi-
uam conditionalis votiua intell/
gitur, & non differunt nisi sicut ꝑ-
missio simplex & votum, nā om/
ne votum est promissio, & non contra, quid
natura voti efflagitet ad hoc vt quempiam ad
aliquid obstringat altioris est inqsitionis. An
temporalis & localis sint species hypothetice
in hypotheticarum calce patebit.

De conditionalibus.

Conditionalis est hypothetica per no
tam si notificata. & propositio siue cō-
plexum propositionale immediate se
quens ly si est antecedens, reliquū ve-

ro consequens. ¶ Ad veritatem propositionis conditionalis illatiue capte, sufficit & consequētij bonitas, & ad eius falsitatē consequentie malitia. ¶ Quo sit nulla conditionalis in qua ly si illatiue capitur est cōtingens propositio, sed omnis impossibilis aut necessaria. Eius contradictoriam per negationis præpositionem dabis: quæ illationem non valere denotat, aut per expletiuā ex antecedente & consequentis contradictorio conflatam.



Aec cōiūctio si triphariam in vsuartisiarū accipi solet. Vno modo illatiue & sic reddit propositionem conditionalem illatiuam. ¶ Secūdo modo promissiue, & sic conditionalem promissiuam efficit. ¶ Tertio modo cōditionatim, & ita propositionem cathegoricam de conditionato extremo constituit hęc per ordinem persequemur.

At dices hęc in vno sensu est conditionalis, nullus homo legit Parisius nisi ipse sit asinus, & tamen copula nō est ly si igitur.

Respondetur, adhuc in valore ponitur si, quia nisi sic sumptum valet si non. ¶ Sed dicis nisi realiter ponitur in mente, & sic dabitur conditionalis vera, mala consequentia. patet de hac, nisi Sortes est animal Sortes nō est homo, nam omnes illam concedunt esse veram, sed malitia consequentie ostenditur oppositum cōsequentis, scilicet Sortes est homo stat cum antecedente Sortes est animal. Itaq; dabitur conditionalis vera cuius antecedens est verum & cōsequens falsum, patet in pręctacta.

Secundo dabitur cōditionalis falsa cuius antecedens ac consequens sunt propositiones conuertibiles. patet, hæc est conditionalis affirmatiua nisi Sortes non est homo Sortes non est risibilis, & antecedens cum consequente conuertitur, eius falsitas ostenditur. Nam ipsa huic equiualet, si Sortes est homo Sortes non est risibilis. Dictioni nisi inest proprietas negandi copulam & terminum positum post copulam, & cum ante copulam negatio aduerbialis ponatur, copula non negabitur in ordine ad illam conditionalem, & prædicatū stabit determinate.

Consequenter dicetur, regula intelligitur in conditionalibus denominatis a ly si & non nisi, in hac veritas propositionis nō cōuertitur cum bonitate consequentie, in illa autem vtrobiq; conuertitur. ¶ Sed si nisi mentaliter si non valeat hæc illata sua cum basi sul cimento ruinoso innituntur. Si tamen in mēte inueniatur, omnia sunt intelligenda per equiualentiam, nisi equiualet saltem in consequendo si non, nisi Sortes est animal Sortes non est risibilis, si Sortes non est animal Sortes non est risibilis, Sortes non est animal in valore est antecedens, cum quo non stat oppositum consequentis. ¶ Cęterum propositio quę immediate sequitur si, est antecedens secunde intentionaliter & nominaliter, licet interdum realiter sit consequens & participaliter, vt in hac animal currit si homo currit. ¶ Cum idem ad veritatem propositionis conditionalis & ad bonitatem consequentię sufficiat, patet, correlarium litere nullam conditionalem esse contingentem, omnis cōsequentia est necessaria aut impossibilis in sensu disiuncto, & cum conditionalis veritas aut falsitas consequētie qualitatem emuletur, patet quamlibet esse impossibilem necessariam ve. ¶ Contradictorium cōditionalis sicut & consequentie cuiuslibet datur pręponendo negationem toti, que consequentiam denotabit non esse bonam, vel dabitur per aduersitiuam, quę est etiā hypothetica denotans compossibilitatem ex contradictorio consequentis & antecedente. In hypotheticis sępius vna propositio affirmatiue & negatiue contradicit, & ex consequente affirmatiua & negatiua equiualēt formaliter, neutiquam duę ꝓpositiones non equiualētes (vt sepicule meminimus, vni propositioni contradicunt.

Dices aliqua conditionalis est contingens, patet de hac, aliquod animal est, & si Sortes est ipsummet Sortes est asinus, asinis existentibus ipsa est vera, referat ipsummet animal in priori cathegorica, tunc aliqua singularis est vera qua demonstratur brunellus, istud animal est, & si Sortes est ipsummet Sortes est asinus, quia sensus est. Si Sortes est brunellus Sortes est asinus illic loco relatiui reciproci cuius antecedens est terminus discretus ponitur suum antecedens, & posito casu ꝙ terminus Sortes sit inter animalia, conditionalis est falsa, tunc non habet nisi vnam singularem quę

est falsa, q̃ mõstrat sortes, scilicet istud animal est, & si sortes est ipsummet, sortes est asin⁹, qa tũ sensus erit, si sortes ẽ sortes, sortes est asin⁹.
Respondetur, illud non incõuenit vt aliquibus placere video, quando talis cõditio nalis est cathegorice probabilis, aliqua est so/ lum hypothetice probabilis, quando capitur antecedens ac cõ equens vt iacet, at omnis ta lis est necessaria impossibilis ve, tũc autem est aliquo modo cathegorice probabilis quãdo per ascensum ostenditur anteq̃ eatur ad habi- tudinem antecedentis ad consequens. ¶ Sed dicimus terminos immobiles in conditionali bus, & ascensum in eis inutilem, hæc enim est falsa, si animal currit hõ currit, & tamen hæc est vera, si hoc animal currit (sortem demon/ strando) homo currit, quæ nullatenus antece dit ad aliam, ascensus ac inferioritas hic nõ ex planant veritates propositionum. Nam aliæ sunt viæ venandi valorem consequentiarum ex qb⁹ patet ꝓpositio ꝓposita esse ipossibilis.
Contra veritatem conditionalis illati ue iamiam argumentor, ponendo hanc si sor tes currit sortes mouetur, significare hominẽ esse asinum. Iam consequentia est bona, & cõ ditionalis falsa, igitur. maior patet, antecedẽs non potest esse verũ consequẽte existẽte falso.
Secundo argumentor, ex dictis sequi- tur hanc conditionalem esse veram, si sortes moueretur sortes curreret, sed consequens est falsum, igitur. quod sequatur patet sic, antece dens non potest esse verum, cum ipsum nul/ lo modo erit propositio, ergo non potest esse verum consequente existente falso.
Tertio sic, hæc conditionalis esset fal- sa, si animal currit homo currit. ¶ Sed contra, animal stat determinate, & ascendendo habet multas singulares veras, ergo ipsa conditiona lis ex vero sequitur.
Quarto, ex dictis sequitur hãc esse fal sam, non si homo currit risibile currit, cum cõ ditionali vere contradicat. ¶ Sed contra, equi ualet huic veræ. Si nullus homo currit nullũ risibile currit, quia sunt eiusdem qualitatis & termini synonimi supponunt eodem modo, & nulla conditio ad equiualentiam requisita deest, igitur.
Quinto, ex dictis hæc si homo currit animal currit ẽ necessaria, & huic falsæ equiua let si animal currit homo currit, cum sint eius dem qualitatis compositæ ex terminis synoni mis eodem modo supponentibus, ergo dicta nulla. ¶ Dices ad variationem antecedentis, aut consequentis variatur tota conditionalis.

Contra, quilibet terminus vniuoce & vniformiter capitur, igitur.
Sexto, tunc hæc erit conditionalis ve- ra, aliqua propositio ẽ vera si sua contradicto ria est vera, cum sensus erit, si contradictoria propositionis est vera aliqua propositio est ve ra, ergo tunc aliqua propositio est vera, & sua contradictoria est vera, ab equiualentibus.
Ad primum, concedo illud, In omni- bus intelligimus in conditionali, aut copulati ua, aut disiunctiua, significante iuxta significa tionem suarum partium.
Ad secundũ, nego sequelam, & ad pro bationem concedo illud antecedens nunquã posse esse verum, cum nunq̃ erit ꝓpositio aut secum synonima, sat est si verbum eius in ver bum indicatiui mutaretur, ꝙ tũc antecedẽs erit verum consequente existente falso, sic hic si homo curreret & sortes esset homo, sortes curreret consequentia nihil valet, quæ est con ditionalis cuius complexa propositionalia cõ iunctio copulatiua vnit. In conditionali ex ca thegoricis respondentibus cõstat antecedẽs potest esse verum consequente falsificato, & il lud sufficit ad consequentiæ malitiam.
Ad tertium, concedo illam cõditiona- lem esse falsam, & concedo notam si nihil fa/ cere ad suppositionem, quocirca animal illic stat determinate, & sic termin⁹ homo, verum ad ascẽsum ex nuperrime relatis patet respõsio.
Ad quartum, concedo illam conditio nalem negatiuam esse falsam, & nego eam al teri equiualere, quæ est conditionalis affirma tiua, cum nota non negetur, ista autem nega- tiua equiualet huic, non sequitur, si homo cur rit risibile currit, vel huic quis hõ currit nullũ risibile currit, vel non est ita si homo currit ri sibile currit. ¶ Ex isto sequitur duas affirmati/ uas contradicere, sed quia hoc correlariũ cre- brius in hypotheticis in vsu venit, ponit alia propositio, aliquis terminus stat determina/ te in vtraq; contradictoriarum qui non est de terminatio acceptarvnica, patet in conditiona li, & in aduersatiua ei opposita ¶ At dicis tũc cathegorica hypothetice contradicit in men tali viciata ꝙ inconuenit. ¶ Secundo hæc erit falsa, quamuis sortes currit plato nõ disputat sorte nõ existente, quia est affirmatiua de subs iecto non supponente. ¶ Respondetur ad pri us negãdo illatum, hæc aduersatiua est hypo thetica, quamuis est coniũctio expletiua & co pula inter duas cathe oricas, aut duo com/ plexa propositionalia. ¶ Ad secũdum nego illam esse falsam, sua contradictoria conditio

nalis est falsa, illa propositio presupponit vnum falsum, scilicet hanc esse cathegoricam quam dicimus hypotheticam licet prior cathegorica sit falsa illa aduersatiua est vera.

Ad quintum respondetur, si equiuoce capitur sicut coniunctio copulatiua aut disiunctiua quando propositio distinguitur penes sensum disiunctiuum aut copulatiuum, vel sicut sillatiue & promissiue captum.

Ad sextum, concedo illatum in conditionali relatiuum irrestricte referri, in copulatiua vero restricte, propterea illa conditionalis est concedenda, at copulatiua interimenda, verum hoc ad materiam relatiuorum attinet, ca/ propter hac in materia receptui cano.

Sequuntur regule conditionalium.

Tripharium in conditionali formaliter argumentaberis. Primo, a tota conditionali affirmatiua in sensu quo est conditionalis cum positione antecedentis ad positionem consequentis. ¶ Secundo, a tota conditionali cum contradictorio consequentis ad contradictorium antecedentis. ¶ Tertio, a conditionali ad disiunctiuam ex contradictorio antecedentis & consequente conflatam. ¶ Sed ab antecedentis contradictorio vel consequentis positione consequentia est nullo. ¶ Ad expletiue veritatem fai e partium compossibilitas vt quamuis rubibile currit nullum risibile mouetur.



Prima consequentia erit vna rationalis cuius antecedens erit vna copulatiua cuius prior pars erit conditionalis, & posterior pars vna cathegorica ponens antecedens, licet ipsum sit complexum propositionale, & consequens conditionalis erit consequens rationalis, vt si sortes curreret sortes moueretur, sed sortes currit, ergo sortes mouetur, proportionabiliter de alijs regulis loqui potes. ¶ Dicebat affirmatiua, quare haec illatio est nulla non si equus currit bos currit, sed equus currit, ergo bos currit, cornipede currente & boue quiescente antecedens est verum, & consequens falsum, etiam cum si & non nisi progredimur, tu non es homo nisi tu es animal, sed tu es animal ergo tu non es homo, antecedens est verum, & consequens falsum.

¶ Et dicitur in sensu quo est conditionalis propter tales. Impossibile est te currere si tu potes currere, sed tu potes currere, ergo impossibile est te currere. Si impossibile determinet totam conditionalem, tunc illa est cathegorica vera, est enim affirmatiua cuius extrema supponunt pro eodem, tu curris si tu potes currere est mala consequentia, ergo impossibilis propositio. Nec tunc est argumentatio per regulam, si enim determinat precise te currere, tunc sensus est si tu potes currere impossibile est te currere, & tunc consequentia est bona, & si cum consequens est falsum ita est antecedens pro maiore, quia maior est conditionalis cuius antecedens est necessarium, & consequens falsum, ergo mala consequentia, & ex consequente falsa propositio, bonitas malitiaque consequentie, veritas falsitasque propositionibus accommodantur.

¶ Similiter hic procedes, si sortes currit necessario mouetur, sed sortes currit, ergo sortes necessario mouetur, si necessario determinet precedens, conditionalis est vera, sed tunc dicendum est in minore sortes necessario currit. Si determinet mouetur conditionalis est falsa, si totam conditionalem modificet, haec est vera, tamen a tota conditionali ad necesse totam modificantem illatio est manca, haec enim consequentia est inualida, si sortes currit sortes mouetur, igitur, necessario si sortes currit sortes mouetur, antecedens est necessarium, & consequens contingens. Non tamen eo inficias quin argumentum reputatur validum & formale a toto conditionali cum constantia propositionis iuxta partium significatum repraesentantis ad modalem compositam de necessario, vt si sortes currit sortes mouetur, & haec propositio taliter significans est, ergo necessario si sortes currit sortes mouetur.

¶ Paradigma secunde regule vt si homo currit animal currit sed nullum animal currit, ergo nullus homo currit, in simili forma instare nequis.

¶ Exemplum tertiae regulae, vt si equus cursitet aial cursitat, ergo aial cursitat vel nullus equus cursitat. Ratio regule e hec. Nam si aliqua consequentia est valida oppositum antecedentis

tis & consequens disiunctiuam necessariã cõ/
stant Nec dicitur propterea conditionalis ali/
quid ponere, licet disiunctiuam nõnihil ponẽ/
tem inferat. Quando cõmuniter dicunt con/
ditionalem nihil ponere, loquentes intelligũt
ad veritatem conditionalis nõ requiritur po
sitio antecedentis in re, vt hæc est vera si tar/
dus asellus vol-ret haberet pennas. ¶ Ex his
facile exempla in duobus modis ratiotinandi
nouissimis ac malis consequẽtijs tuipse dabis.
¶ Vlterius scito aduersatiue veritas per possi
bilitatem copulatiue ad quam reducitur meti
tur. Et si copulatiua fuerit ĩpossibilis, ipsa erit
falsa, & impossibilis. ¶ Ex quo patet, omnem
aduersatiuam esse impossibilẽ vel necessariã.

Cõtra primã regulam hoc argumẽtũ
adducere possum, si hęc cõditionalis est vera
hõ est asinus, sed hæc conditionalis est vera,
ergo homo est asinus, verum de hoc in conse
quentijs loquar, propterea eo relicto.

Contra secundam regulam argumen
tor, ex ea sequitur discursum a non distributo
ad distributum valere de forma, cõsequẽs est
falsum, igit, se q̄la regulã intelligenti est praua.

Secundo, cõtra tertiam regulam argu
mentor, non sequitur, si homo currit ani/
mal currit, ergo nullus hõ currit vel animal
currit, cum antecedens sit necessarium & con/
sequens contingens, patet. vtraq; pars est cõ
tingens & partes non contradicunt nec sub/
contrariantur, igitur.

Tertio argumentor, probando conse
quentiam a contradictorio antecedentis esse
bonam, nam bene sequitur si homo est asinus
homo est rudibilis sed nullus hõ est asinus, er
go nullus homo est rudibilis, antecedens nõ
potest esse verum consequente existẽte falso.

Quarto, bene sequitur si homo currit
risibile currit sed nulꝰ homo currit, ergo nul/
lum risibile currit. ¶ Forte dices sequitur solũ
gratia materie sicut ratio pręcedens ¶ Cõtra
sequitur de forma, si homo est homo est, sed
nullus homo est, ergo nullus homo est, & simi
liter cũ cõseq̄ntis positione argumẽtari potes.

Ad primum, dicitur consequẽtia a nõ
distributo ad distributum non solum in con/
ditionalibus valet de forma, verumetiam in
alijs varijs logice partibus, vt in ascensu expo
nibilibus & cætera, vt suis in locis latius a no
bis dicetur.

Ad secundum, nego illationem nõ va
lere, consequens est necessarium, vt patet per
sui contradictorij impossibilitatem legem eni
subcontrariarum participat.

Ad tertium, dicitur solũ sequitur gra/
tia materie.

Ad quartũ, sufficienter inter argumẽ/
tãdũ ad finem vsq; responsum est cõcedo eni
in terminis synonimis consequentiam valere
de forma non autem in alijs.

De conditionali promissiua.

Ad conditionalis promissiue verita/
tem sat est si ponatur ita eẽ sicut signi/
ficatur per vocatum antecedens ita si
cut significatur per consequẽs fuerit,
consequẽtie tñ valor minime exigit.



Ec conditio/
nalis ꝓmissiua si
ue votiua est cõ
ditionalis illati/
ue simia ¶ Di/
cebam vocatũ
antecedens, nẽ/
pe cõditionalis
promissiua non
habet verũ an/
tecedens, quia antecedens proprie dictum est
pars consequentie, habet tamen antecedentis
simiam, propterea nõ requiritur ita esse sicut
significatur per propositionem sequentem si,
sed sat est & requiritur si hoc ponatur, tũc po/
netur ita esse sicut per aliud cõplexum signi/
ficatur, vt si veneris ad me dabo tibi equum,
si illa sit vera requiritur si ad me venias equũ
habebis, non exigitur tuus aduẽtus. Illa ergo
bipharium verificatur, vno modo te venien/
te ad me donantem tibi equum, secũdo te nõ
accedente, & tamen si aduentasses equum im
petrasses, & sic illud vulgare in omni cõditio
nali verum habet conditionalis nihil ponit.

Ex isto conditionalis promissiue affir
matiue veritatem & falsitatem depręhende/
re potes, & per consequens in negatiuis pro/
portionabiliter, vt nõ si veneris ad me dabo
tibi equum, cuius explanatio fieri solet, dato
q ad me venias non habebis equum, aut ita
est q me aduenies & non dabo tibi equum,
falsificatio affirmatiue negatiuã verificat op/
positam, & econuerso, & hoc in omnibus pro
supposito habeto. ¶ Ex quibꝰ patet, omnem
conditionalem promissiuam cuius antecedẽs
est impossibile aut consequens necessarium es
se verum. Immo vtrobiq; si non potest ita es
se sicut significatur per antecedẽs quin ita erit
sicut significatur per cõsequens ipsa erit vera.
¶ Vlterius patet conditionalem illatiuam in

ferre conditionalem promissiuam ex eisdem terminis conflatam & non econuerso, patet. discurritur enim a propositione habente pauciores causas veritatis ad propositionem habentem plures. ¶ Amplius patet aliquam cõditionalem promissiuam esse contingentem, vt si habeas librum recitabis horas. Aliqua ē necessaria, immo vtrobiq; si antecedens fuerit impossibile aut consequens necessarium conditionalis est necessaria, vt si sortes habeat librum leget horas aut non leget horas. Et loco coniunctionis disiunctiue interserendo coniunctionem copulatiuam dabitur conditionalis promissiua impossibilis. ¶ Caeterum si numen mihi reuelaret sortem nunquam visurũ constantinopolim tracie h;e conditionalis est vera si sortes videat cõstãtinopolim faciam eum chimeram. Impossibilitas vocati consequentis ac antecedentis possibilitas illam nõ falsificat. sat est conditione posita in antecedēte ponetur consequens, hic autem ob breuiloquium vocatum consequens ac antecedens voco. Propositio sequens immediate si est in dura vestes antecedentis. ¶ Et ex his vlterius patet, datur conditionalis promissiua vera cuius antecedens est verum, & consequens impossibile, patet. vnus genius promittit alteri si quolibet die futuro eum diligat parificabit eum deo si quolibet die ꝑmittentem diligat verificat antecedens, verum cum tota multitudo illorum dierum nunquam finietur (suppono perpetuitatem mundi, aut nomen diei ad quamcunq; durationem extendo) posito antecedente ponetur consequēs, proinde vere promittit. ¶ Vnde fit, saepe numero nobis est incerta veritas istius cõditionalis, deus autem illius veritatem agnouit.

Contra ista argumentor, haec cõsequēda est mala. Si veneris ad me dabo tibi equũ, ergo est impossibilis, propositio potest ita esse sicut significatur per antecedens quando non erit ita sicut significatur per consequens.

Respondetur, negando prçsuppositum, quia nullo modo est consequentia, semper nota in consequentia capitur illatiue.

¶ Secundo, nulla est consequentia contingēs, sed conditionalis promissiua est contingens. Si sortes veniat ad me & dem illi equum, illa est vera. Si veniret non habito equo ipsa est falsa, ergo contingens. ¶ Contra, si ly si capiatur illatiue cum eisdem complexis esset consequentia, & propositio de si promissiue capta est synonima cum conditionali illatiua, quia omnes partes dempta si sunt synonime (hoc supponitur) & si eodem modo capitur, cũ nõ videatur ex parte cuius distinctio oriatur inter si illatiue & promissiue captum, igitur. ¶ Respondetur, si capitur equiuoce, quando enim capitur illatiue denotat consequentie bonitatem, non autem quando capitur promissiue, ergo aliqualiter aliter significat propter aliam & aliam denotationem consequentialem & non consequentialem. Nec haec quãuis veneris ad me nõ dabo tibi equum, illis duabus cõtradicit nisi equiuoce capiaẽ terminus quãuis, ita ꝙ alium & alium sensum contradictorium tota propositio nanciscatur.

Nunc contra veritatem conditionalis in qua ly si capitur promissiue argumentor, ponatur casus, sortes custodiat põtem super dicdam, & veniat plato facultatem pertrãseũdi petens renuēte sorte, tandem sortes importunis praecibus platonis victus dicat, si prima propositio tua fuerit vera pertransibis pontē, si falsa, praecipitabo te in aquam, & dicat plato proijcies me in aquam, isto casu dato (qui possibilis esse videtur) sequitur contradictio, ergo minus bene dictum est, sequela ꝓbatur, quia vel sortes permittit eum transire põtem vel non. Si primum, ergo plato dicit verum, ergo illa de futuro habebit vnam de praesenti veram, sortes proijcit platonem in aquam & sic non pertransibit pontem. Si dicas, non ꝑtransibit põtem, ergo dicit falsum, & proijcietur in aquam, quod si concedas ¶ Contra, illa de futuro habebit vnam de praesenti verã, ergo est vera. & per consequens non proijcietur in aquam sed pertransibit pontem.

¶ Respondetur, admittendo totum casum sortis, at tunc quando quaeritur de propositione platonis, an dixerat verum vel falsum pertransibit pontem vel non, dicitur hoc est in potestate sortis, si sortes ꝓijciat platonem in aquam dicit verũ, sed illę non simul stant ꝙ hoc sit primum dictum platonis tu ꝓijcies me in aquam stante casu sortis, ꝓpterea casus sortis puta eius cõditionalis debet sic intelligi. Si primum dictum tuũ fuerit verum pertransibis pontem si falsum prçcipitabo te in aquam, & hoc nisi tuum dictum habeat reflectionem in oppositum quia si plato dixisset istam homo est asinus, poterat sortes sine argumento proiecisse eum in aquã, si dixisset deus est libere pertransiuisset, & si dictum sortis nõ sic interpreteẽ nõ est rõnabile, imo cũ ꝓpter ua respõsiõe platõis ĩpossibilitat se, nã ad casũ & dictũ platõis simul sequiẽ cõtradictio manifesta, & mãebitꝑplex⁹. Obligator sic respõ

deret dando q̄ sortes illam dicat, & tūc quā do quæritur an propositio platonis sit vera, dicitur hoc spectat ad voluntatem sortis, & si dicas volo q̄ submergaꝰ in aqua a sorte, tūc dicitur esse vera, & quando infers, ergo pertrāsibit pontem negetur consequentia, quia consequentia est impossibilis, & extra casum non valuit, ergo neq̄ adhuc valet. ¶ Et eodē modo respondeꝰ ad hoc casum qui est apud Aulum gellium in noctibus atticis libro quinto capite decimo. Quidā auditor s. euatlus adijt prothagoram sophistam acerrimum volens ab eo erudiri ea conditione, q̄ vnam summā pecuniæ daturus esset euatlus, cuius medietatem persolueret in principio aliam daturus in fine hac lege interiecta si primā causam lucretur quæ coram iudicibus in eū agitaretur, cōuenit prothagoras. In fine ꝓ reliqua pecunia discipulum coram iudicibus vocauit, & exillo procedebat argumētū posiq̄ euatlus erat patronus illius causæ, quia si amisisset causam nō tenebatur quicq̄ impartiri prothagori, patet ex conuētione, si lucratus fuisset iā amisisset prothagoras, quia pars opposita, & sic nullo modo tenebatur soluere prothagore, verū pro se argumētatus est prothagoras, vel euatlus lucraretur, & tum per conuentionem tenebatur soluere prothagori, si autē amitteret iā lucraretur prothagoras quia aduersarius.

Hæc argumenta dicit Aulus Gellius sunt reciproca, & eodem modo dicatur ad illū sicut ad præcedentem casus enim debet moderari sic, si ego lucror primam causam dabo tibi reliquam pecuniam non aliter nisi prima fuerit reciproca in oppositū. Sed vtrum sophista dolo malo hanc causam de contracto pro altera parte pecuniæ & nō aliam agitaret, vel ne, præsentis haudquaquā speculationis, Val la sua inuocata dyalectica partem negatiuam prothagoro in hoc gratis veram ait, iudicesq̄ q̄ reprehendit, eo q̄ rem iniudicatam propter rationem iuuenis reliquerunt, verum in hoc ei non assentior, pro neutra parte iudices sententiam ferre poterant propter argumēta reciproca in oppositum, vt ex deductiōe argumenti liquidum est. ¶ Et pari passu disputabis de hac, si sortes dicat barthe, si prima propositio prolata abs te fuerit vera capiam te in cō iugem & nō aliter, & dicat bartha primo hāc sortes nō capiet me in vxorem. Similiter si prima propositio tua fuerit falsa capiā te in vxorem, & si vera non capiā te in vxorem, & dicat primo hanc capiam te in vxorem. Plures similes casus in logica videbis.

Sequuntur propositiones decō ditionatis extremis.

Pro conditionatis est specialis difficultas inter artistas non spernēda, Pro cuius vberiori intelligentia nonnulle regule perstringuntur.

Prima regula.

Conditionati suppositio per reductionem propriam ad conditionalem cognoscitur, illius antecedēs dictionem inferentem pro prædicato, consequēs illatum eodem pro extremo habebit, pronomine demonstratiuo pro vtriusq̄ subiecto assumpto, rem pro qua tale conditionatum supponere putatur demonstrante. In conditionalis antecedente conditionati copulam, in consequente vero copulam principalem seruabis, & si cōditionalis vera extiterit, conditionatum pro tali supponebat.



Erminus immediate sequēs dictionem si est inferens, præcedens coniunctionem illam est illatus, terna dictio est concurrens siue extranea. Paradigma te hoc ipsum manifestum fuerit, sortes est animal si est homo, homo inibi est notio inferēs, animal est dictio illata, sortes terminus concurrens siue concomitans.

¶ Dubitas, an animal si est homo pro lapide supponit, demonstra lapidem, ac dicas si hoc est homo, hoc est animal, & quia illa conditionalis est vera, istud conditionatum pro lapide accipitur. Pari forma ambigis si hoc conditionatū sortes si est nō sortes supponit pro platone, demonstrabo platonem dicēs, si hoc est non sortes hoc est sortes, & quia hæc conditionalis est falsa, scio præfactum conditionatum neutiquam accipi pro platone, quinimmo pro solo sorte supponit. Conditionatum ex terminis contradictorijs vbi dictio illata est singularis est terminus singularis.

¶ Cæterum conditionatorum quatuor sunt ordines. Primus notionum conuertibiliũ, vt homo si est homo, homo si est risibile. Secundus est ex inferiori ac superiori conflatum vt animal si est homo. Tertius ex disparatis resultans, vt homo si est asinus. Nouissimus ex impertinentibus emergens, vt album si est dulce. quibus prælibatis ponuntur regulę suppositionis conditionatorum indices.

Secunda regula.

Quodlibet conditionatum cuius vocabulum inferens illatum vniuersaliter infert (verbo incluso affirmato) trãscendens exuperat.

Vt homo si est risibile nedum quolibet de possibili verificatur verumetiam ad ymaginabilia diffunditur, sic animal si est homo, nã chimera est animal si est homo, & brunellus ẽ animal si est homo, & quum hæc est falsa chimera est ens, hæc quoque vera chimera est animal si est homo, sequitur transcẽdẽs quoad significationem & acceptionem transcendit.

¶ Quo fit perspicuum est homo si est chimera pro omnibus accipitur, non autem chimera si est homo. ¶ Secundo sequitur, conditionatum sępenumero pro aliquo accipitur pro quo nec terminus inferens necessario capitur. ¶ Tertio sequitur, si terminus inferens nullatenus mediante copula de possibili sit verificabilis conditionatum est transcendẽs, patet cum dictio inferens ad quodlibet antecedit, nam sequitur bene chimera est, ergo ens est, ex impossibili sequitur quodlibet, plato si nõ est plato minime est transcendens, pro nullo accipitur, tamen plato si est non plato pro platone sumitur, hæc enim est vera, plato est plato si est non plato, deus si non ex deus pro numine accipitur, hæc enim est falsa iupiter ere tensis est deus si nõ est deus, est enim ambitiosus iupiter cum cerbero in orco sepultus, hęc enim est vera verbum si non est deus est deus, substantia si non est accidens pro solo deo sumitur, homo si non est homo pro nullo accipitur. ¶ Primum ordinem conditionatorum & nonnihil de secundo hæc regula amplectitur, restat pro alijs regulas stabilire.

Tertia regula.


Conditionatũ secundi ordinis in quo terminus superior est inferẽs non est vsquequaque transcendens.

Patet homo si est animal non supponit pro brunello, verum si superius pro nullo accipi queat, totum est transcendens, vt hæc chimera si est chimera. nam quocunque demonstrato verum est dicere hoc est hæc chimera si est chimera, patet per reductionem ad conditionalem veram, scilicet ad hanc, si hoc est chimera hoc est hæc chimera. In alijs autẽ terminis absolutis vel intrinsece connotantibus tale conditionatum accipitur pro omni illo pro quo superius accipi nequit, at pro omni illo pro quo inferius accipi potest. ¶ Ostendo paradigmate, nempe ea probatio est doctrinalis, homo si est animal supponit pro lapide, quia pro eo terminus animal neutiquam sumitur, hæc enim est vera, hic lapis est homo si est animal, vt patet per reductionem eius ad conditionalem. Etiã hæc est vera sortes est homo si est animal.

¶ Idem est hic, rationale si est sensibile, album si est coloratum pro omni illo accipitur cui color aduersatur, nam angelus est albus si est coloratus, cui albedo repugnat, color vtique illi aduersatur, candorem ab olore ac nigredinẽ a coruo deus adimere valet. Immo alterum naturaliter ademptum ipse in borialis britanniæ regni varijs locis videri. Pariforma haud est difficile creditu vt cignus meridionalibus in oris ater aut saltem ad nigredinem in colore tendens inueniri possit.

Quarta regula.

Cõditionatum tertij quartive ordinis pro omni illo accipitur pro quo nõ potest accipi terminus inferens.



Patet exẽplis vt homo si ẽ asinus pro omni illo quod nõ potest esse iners asellus supponit. Itaque pro nullo stolido asello accipitur, attamen pro homine accipitur, etiam pro asello bipede tota in classe rudissimo. Idemtidem album si est currens pro omni illo quod currere nequit modo in propositione ponatur (sic in alijs intelligas) supponit.

¶ Ecce quonam pacto potes deprẽhẽdere vt

ritates propositionum de conditionato prędicato. ¶ Et si fuerint de conditionato subiecto converte propositionem, & fiat de cōditionato prędicato, vt si quęratur de veritate huius animal si est homo est brunellus, convertatur illa, & fiat de cōditionato prędicato sic dicendo, brunellus est animal si est homo, quæ est vera, ergo altera est vera, cum equivalent.

¶ Et si ex parte vtriusq; extremi fuerit conditionatum pan forma cognoscitur, vt homo si est animal est animal si ē homo, capiatur aliquod suppositum subiecti, fortes lignum vel lapis (suppositum enim cognoscitur per primam regulam) ponendo illud conditionatū a parte prędicati videndo pro quo verificatur, & capto sorte ista est vera sortes est animal si est homo, & continebatur sub subiecto stante determinate, igitur vera est alia homo si ē animal est animal si est homo, deus si est omne ens est sortes, converte illam sic sortes est deus si est omne ens, cuius conditionalis est, si sortes est omne ens, sortes est deus. ¶ Sic ergo cognoscuntur affirmatiue de conditionatis extremis, remotis syncathegoreumatibus, hoc est distributione, singularizatiōe, modo, & signo exponibili, quæ regulanda sunt per ceteras regulas logicales, vt in argumētorum solutionibus quo ad multo maximam partem clarebit. ¶ Quatenus omnia sint manifestiora paululum erga regulas insistimus.

Ex regulis signanter prima sequitur hāc esse falsam animal est homo si est animal, patet sua equivalens & mensura veritatis cōditionalis ad quam reducitur est falsa, ergo & ipsa. antecedens patet, per hanc conditionalē si animal est animal animal est homo depręhenditur. ¶ Forte concedis illam esse falsam. ¶ Sic argumentor, omnis propositio sequens ex vero est vera, illa est huiusmodi, igitur. minor patet. bene sequitur. hoc est homo si est animal, forte demonstrato, & hoc est animal, ergo animal est homo si est animal, antecedens est verum, ergo sequitur ex vero, quod erat probandum.

Respondetur, negando falsitatem illius, silogismus expositorius ex veris deduct⁹ eius veritatem monstrat. Non quelibet propositio in ꝓprijs terminis ad conditionalem est reducibilis, quando enim terminus communis pręcedens conditionatum stat confuse tantum vel determinate sufficit vnius singularis veritas. Et si totum subiectum vnica distributiōe distribuatur, copulatiua omnium singularium requiritur ad veritatem illius. In proposito capiemus vnum singulare animalis, sortem vel platonem, & vna inventa vera (vt inter ratiocinandum fecimus) sufficienter veritatem illius indefinite concludimus.

Contra hoc argumentor, tunc hāc dabis veram sortes albus est albus si est coloratus, consequens est falsum, ergo & antecedēs maior patet. subiectum ē terminus discretus, & reducitur ad hanc conditionalem veram. Si sortes albus est coloratus, sortes albus est albus. ¶ Si eam concedas, tunc argumētor, bene sequitur, sortes albus est albus si est coloratus, & sortes albus est sortes, ergo sortes est albus si est coloratus, expositorie, conclusio est falsa, ergo aliqua præmissarum, & nō minor. ergo maior.

Respondetur, quando subiectum est terminus connotatiuus, licet fuerit singulare cōnotatio oblitteretur absoluto remanente, reducitur iccirco ad hāc cōditionalē si sortes est coloratus sortes est albus, quę est falsa. Alias terminus discretus absolutus tenendus est.

Contra, ergo hæc erit vera sortes est sortes si est entia, quia sua conditionalis est vera, si sortes est entia sortes est sortes. Sed hoc est falsum, nam bene sequitur, sortes est sortes si est entia, & sortes est hic binarius, ergo hic binarius est sortes si est entia, cōclusio est falsa, & minor vera, ergo maior falsa.

Respōdetur, terminus absolutus rem compositam significans, quoad multas proprietates naturam dictionis cōnotatiue emulatur. Capietur (præsertim quando terminus inferens est pluralis numeri & collectiuus) ꝓ neminem demonstrās omnes partes sortis, aut a pro omnibus partibus sortis instar disiunctiue supponens in reductione ad eius conditionalem, vt si hæc entia vel hic numerus est entia, hic numerus est sortes. Licet numerus sit terminus connotatiuus, nihil refert, cum pro entitatibus sortis qualitercunq; se habentibus supponat.

Contra, ex his sequitur hanc esse veram, chimera est animal si est homo, cōsequens est falsum, est enim affirmatiua de subiecto non supponente, ergo est falsa, sequela patet, per reductionem in hanc si ista est chimera est homo, ista chimera est animal quæ est vera.

Respondetur, hanc opinionem ponē do non clare explanabam an subiectum illius supponat, hinc ex meis auditoribus varij cū eorum sequelis diversa placita de hac suppositione tutabantur, quia Paulus venetus dicebat hæc conditionata omnem terminum tam a

rergo quam a fronte ampliate, illam positionem prorsus rejeci. Alienum est sane concedere hanc brunellus est homo si est animal, cuius concessio sua ex opinione sequebatur. Ita Iohannes Buridanus concessit hoc conditionatum animal si est homo equivalere huic, animal existens homo, hoc nulla ratione fulcitur acceptioni conditionati nihil ponentis aduersatur, quocirca illud repudiaui conformans me tantum quantum poteram communi hominum conceptui, innitens conditionali tanquam fonti dicendorum, ad quam varios modos cum regulis coaptaui. ¶ Sed omnibus equa lance ponderatis dicimus illud conditionatum non ampliatiuum absolute, quia tunc nullum terminum a sua ampliatione actiua reijceret. Verum conditionatum ampliat notiones sua in latitudine inclusas, hoc est extendit eas quatenus sumantur pro aliquibus quibus non competit copula propositionis. Et licet competat chimere, cum hec est vera, chimera est animal si est homo, abstinui tamen in eius verificatione a copula de imaginario ne lector hallucinaretur existimans conditionata prorogari ad imaginabilia absolute, & incideret in concessionem huius & similium, brunellus est homo si est animal ¶ Itaque cape alienum vocabulum in verificatione subiecti huius chimera est animal si est homo, vel b faciente terminum fiare vniformiter in verificatione & suppositione. Nec peregrinum est conditionatum nihil ponens ampliare vocabula cadentia in ambitu sue conditionalis vere & non omnia indifferenter, quemadmodum aliqui dicerent ly ad aliquid in ordine ad terminos ampliatiuos ampliatiuum, vt ad has dictiones prius & posterius, non autem respectu caeterorum non ampliatiuorum, licet subiectum huius homo qui est potest esse, vel homo in hac homo qui est potest currere non amplietur ob restrictionem, potest tamen simpliciter ampliat, nec vllum terminum de se sua ab ampliatione renuit. ¶ Notio illa dicitur cadere infra limites conditionalis alicuius conditionati, quando conditionatum potest verificari de tali termino sic accepto aut de re significata per talem terminum, vt iste terminus homo dicitur cadere infra limites huius conditionati aut potius sue conditionalis substantia est creatura Nam illud conditionatum verificatur pro re vt pote homine pro quo talis terminus verificatur. ¶ Verum, terminus dicitur non cadere infra limites aut latitudinem alicuius conditionati quando conditionatum pro nullo supponit pro quo talis terminus supponit, vt ly homo non dicitur cadere infra ambitum huius conditionati asinus si est homo, nam pro nullo homine pro quo ly homo verificat hoc conditionatum asinus si est homo verificatur. ¶ Dicere autem conditionatum habere amplum modum significandi respectu aliquorum terminorum & non simpliciter ampliare, idem in sententia est, licet in verbo diuersitas existat. ¶ Ex isto patet, hunc sillogismum esse nullius momenti chimera est iste Sortes si est Sortes, hircoceruus est iste Sortes si est sortes, ergo hircoceruus est chimera. ¶ Quidam ex meis recitans me in materia de differt, dicit me hanc consequentiam negare, & rationem mee negationis etiam recitat, quae est hec, proceditur a termino habente amplum modum significandi ad terminum non habentem amplum modum significandi, quia ille terminus chimera in antecedente ponitur respectu conditionati quod habet amplum modum significandi, postquam supponit pro re non existente sed imaginabili dumtaxat, & in consequente ille terminus chimera non stat ad aliquem talem terminum, & illud impedit eque bene bonitatem consequentie, sicut ille terminus chimera poneretur respectu termini simpliciter ampliatiui in antecedenti, in consequente vero non. Insultans sequentem in modum ait. Saluo tamen meliori iudicio videri meo ista consequentia est bona, chimera est iste Sortes si est Sortes. hircoceruus est iste Sortes si est Sortes, ergo hircoceruus est chimera. Et suppono quod semper demonstretur idem, quia alias non esset apparentia in consequentia, antecedens enim illius consequentie est impossibile propter minorem. ¶ Sane si ponderasset hanc arguuolam in questionibus aut reparationibus, coram me alapa lusi tamen fuisset cesus, inficior illam consequentiam esse syllogisticam. Forma argumentandi non est validior quam haec, currens possibiliter est iste homo, album possibiliter est iste homo, ergo album est currens. Gloriole labes nonnunquam aliquos infestat, vt in minutulis cecutiant. Iuuenilibus tamen mendis ignoscendum est, erat eo scribente etate viridis citra dolum, ingeniosus, quem vnice dilexi.

Sed contra ista argumentor, ex dictis sequitur omnem propositionem de conditionato fore necessariam vel impossibilem, & nullam contingentem sine restrictione, cum sola reductio ad conditionalem sufficiat.

Secundo argumentor, chimera est sortes si est Sortes, ergo chimera est iste Sortes si est Sortes, vel chimera est iste Sortes si est Sortes, & sic de singulis, presupposita constantia, consequens est vna disiunctiua cuius quelibet pars est falsa, igitur.

Tertio, bene sequitur, iste sortes si est sortes est chimera, & iste sortes si est sortes est chimera (semper demonstrando chimeram) ergo chimera est chimera, expositorie, conclusio est falsa, ergo aliqua præmissarum & par ẽ ratio vtriusq;, ergo vtraq; est falsa.

Quarto, sensus huius sortes si est sortes est chimera est falsus, scilicet iste, aliquid de quo verum est dicere q̃ est sortes si est sortes de illo verum est dicere q̃ est chimera, quod est falsum.

Ad primum, respondetur concedendo illatum, & in hoc maxime cum sua conditionali conuenit & originis naturam sapit.

Ad secundum dicitur, admittendo discensum negatur quamlibet singularem esse falsam Immo illa est vera in qua demonstras chimeram, illic enim extremis non repugnat supponere pro eodem quantum est ex parte significatiõis extremorum. Immo supponũt, licet pro nullo ente. vt post hoc dicetur.

Ad tertium, nego consequentiam, nõ enim est sillogismus expositorius, proceditur enim ab amplo ad amplum sine distributione ampli, aut sic, & in idem redit, argumentũ est a termino posito respectu termini habẽtis amplum modum significandi ad ipsum sine tali respectu locatum, Habere enim amplum modum significandi nihil aliud est quam facere aliquem terminum supponere pro quolibet suo significato quem proprie significat, siue significatum sit, siue non sit. ¶ Ex isto patet hãc illationem esse inualidam, nulla chimera est chimera, iste sortes si est sortes est chimera, ergo iste sortes si est sortes non est chimera ¶ At dicis illę præmissę sic dispositę inferunt aliquam conclusionem de forma, & nullam nisi illam chimera est chimera, igitur. ¶ Respondetur, ex illis concludere potes chimera ymaginarie est chimera, aut chimera est chimera si est chimera, vel Pone a vel b ꝑ copula vel ex parte eius ad denotandum similẽ acceptionem terminorum in conclusione sicut in præmissis (vti prius retulimus in verificatione subiecti huius chimera est sortes si est sortes) sic q̃ termini ita extẽse in conclusione sicut in præmissis capianť dicẽdo chimera b chimera.

Ad quartum, dicitur ille nõ est sensus illius, sed iste de aliquo quod est iste sortes si ẽ sortes non repugnat dici chimera repugnantia acceptionis terminorum si signata forent, vel eius sensus erit iste saltem de materia sortes si est sortes ymaginarie est chimera

Quinto argumentor, sequitur hãc esse veram chimera si non est chimera est sortes si est sortes, cum conditionalis ad quam reducitur sit vera, scilicet si ista chimera si non est chimera ẽ sortes ista chimera si non est chimera est sortes, falsitas tamen eius patet. repugnat subiecto ꝑ aliquo accipi, ergo est falsa.

Respõdetur, propositio assumpta est falsa, nec illa reductio est sufficiens, cum enim non possumus inuenire singularẽ subiecti conuertenda est propositio, & capienda est singularis prędicati, & post hac fiat reductio ad cõditionalem. ¶ Et si neutrum extremum supponat non habebit conditionalem, sed propositio ratione non suppositionis extremorum est falsa. Si vtrumq; extremum conditionatum supponat cape singulares ex parte subiecti (sicut ante retulimus) vt sortes si est sortes est plato si est plato, demonstrando sortẽ sub sumptum sub subiecto. Dices sic, si hoc ẽ plato hoc est plato.

Sed contra istud argumẽtor, sequitur hanc singularem esse veram, sortes est iste plato si est plato singularizando totum pro plane, patet per hanc conditionalem si sortes est plato sortes est iste plato, sed consequẽs ẽ manifeste falsum, cum extrema non supponant pro eodem.

Respondetur, negando veritatẽ illius nec reductio ad conditionalem veram sufficit verificare propositionem cuius conditionatum singularizatur vnica singularizatione pro vno discreto supposito, verum quandocunq; totũ accipiť vnica acceptiõe nõ per cõditionalem sed aliunde veritas ẽ indaganda.

Gratia cuius considerabis, quando totum conditionatum accipitur vnica acceptione ita q̃ ratione totius & non partis propositio est probanda, tunc vel totum distribuitur vnica distributiõe, & tum ad eius veritatem cuiuslibet singularis veritas exigitur, quare hæc est falsa omne sortes si est sortes ẽ plato, vel totum supponit determinate aut confuse & sic vnam singularem esse veram sufficit, idcirco hæc est falsa aliquod sortes si ẽ sortes qd'libet animal est. Si enim totum vnica singularizatiõe singularizetur requiritur q̃ extremis posse supponere ꝑ eodem minime repugnet quantum est ex parte significationis extremorum. Ista propositio est vera chimera est iste sortes si est sortes chimeram demonstrando, verum illa extrema supponere pro eodem ẽ impossibile, sed quia hoc eis non repugnat ex modo suę impositionis aut significationis veritas illius cõcludiť. ¶ In istis aũt cõiũctio manebit affirmata in vtraq; contradictoriarum.

Quando autem cōditionatum diuersis acceptionibus accipitur, ita ꝙ ratione partium ꝓpositio est ꝓbanda sufficit ad eius veritatē & exigitur conditionalem ad quam reducitur immediate aut mediate esse veram, quando terminus concurrens est communis aut connotatiuus resoluendus est vt dictum est superius, quando etiam terminus illatus distribuitur, descendendum est prius antequā reducatur ad conditionalem, vt omne animal si est homo est risibilis, quę est vera.

Contra ista argumentor, sequitur ex his duos terminos contradictorios verificari de eodem singulari. Probatur, Iste due sunt vere ex dictis, iste Sortes si est Sortes est album, & iste Sortes si est sortes est non album, per ly iste demonstrando antichristum, veritas prioris est nota, cum non repugnet extremis supponere pro eodem. Et patet aliter, ascendendo sub subiecto cōuertentis hęc singularis est vera, hoc album est Sortes si est Sortes, quia hęc indefinita est vera albū est sortes si est sortes, ergo aliqua eius singularis erit vera & nulla nisi illa in qua demōstras antichristū, igitur. Et pari forma alterius veritas elucidabitur, hec enim est vera hoc non album est Sortes si est sortes antichristum demonstrando, ergo aliquam habebit singularem veram sub predicato, & nullam nisi illam in qua demonstratur antichristus, igitur duo termini contradictorij verificabuntur de eodem singulari.

Secundo argumentor contra dicta in hoc argumēto, bene sequitur Sortes si est Sortes est chimera si non est chimera, ergo chimera si non est chimera est Sortes si est Sortes, antecedens est verum, ergo & consequens. Consequentia tenet per conuersionem, & antecedens patet. Conditionalis ad quam reducitur est vera, scilicet si iste Sortes si est Sortes non est chimera iste Sortes si est sortes est chimera, consequens est necessarium.

Ad prius respondetur, concedere terminos contradictorios de eodem verificari respectu termini habentis amplum modum significandi, aut in ꝓpositionibus nihil ponentibus in re inconuenientis affert nihil. ¶ Aliter tamen & forte verius respondeo, negando terminos contradictorios verificari de eodem. Ista enim est falsa iste Sortes si est Sortes est non album. Repugnat enim predicato supponere mediante copula habēte similem modum significandi cum conditionato, cum terminus contradictorius mediante illa copula supponit pro illo ꝓ quo supponit subiectum, modo ad veritatem ꝓpositionis de singularizato conditionato requiritur ꝙ nō repugnet extremis supponere ꝓ eodem mediante copula habente talem modum denotandi qualem conditionatum sortitur.

Ad secundum dicitur, cōuersio est bona, sed nego veritatem conuertētis pariter & eius singularis, nec est reducibilis ad conditionalem tenendo terminum connotatiuum aut habentem amplum modum significandi, sed ille mutandus est in terminum absolutum nō habentem amplum modum significandi pro eisdem supponentem, aut in pronomen idem demonstrans.

Sexto argumentor. Ex dictis sequitur duo cōtradictoria esse vera, sed hoc est impossibile, igitur, sequela tamen patet. Iste contradicunt omnis Sortes si est Sortes est ens, aliquod Sortes si est Sortes non est ens, vt notum est. & veritas negatiue patet. Iste Sortes si est sortes nō est ens chimera demonstrata patet per sue cōtradictorie falsitatem, ergo Sortes si est Sortes non est ens. Iam probatur veritas affirmatiue. Tantum ens est Sortes si est Sortes, ergo omnis Sortes si est Sortes est ens, illationis valor est perspicuus, ab exclusiua primi ordinis ad vniuersalem in terminis transpositis. & antecedens patet, ens est Sortes si est Sortes, & nihil non ens est Sortes si est Sortes, ergo tantū ens est Sortes si est Sortes. Consequentia tenet ab exponentibus ad exponibilem. prioris exponentis veritas est nota. Probatur secunda, suū oppositum est falsum, aliquod non ens est Sortes si est Sortes, nam nulla singularis sub predicato est vera. patet, si enim esset aliqua maxime esset ista non ens est iste Sortes si est Sortes, demonstrando chimeram. sed hoc est falsum, patet, bene sequitur aliquod non ens est iste Sortes si est Sortes, ergo ens vel nō ens est iste Sortes si est Sortes, a parte disiuncti ad totum disiunctum, & vltra ens vel non ens est iste Sortes si est Sortes, ergo ens est iste Sortes si est Sortes, illationis valor est per locum a cōuertibilibus, disiunctum enim ex cōtradictorijs cum transcendente conuertitur. Tum sic argumentor, ens est iste Sortes si est Sortes, ergo iste Sortes si est Sortes est ens, & per cōsequēs q̄libet singularis huius vniuersalis est vera oīs Sortes si est Sortes est ens, ergo & ipsa vniuersalis, q̄d monstrandum erat.

Respondetur ad hoc argumētum negando hasce duas propositiones esse simul veras, affirmatiua enim est falsa, & admissis consequentijs cōmunicias veritatem oppositę po

sterioris exponentis. Et vlterius nego hoc cō sequitum ens vel non ens est iste sortes si ē sortes, ergo ens est iste sortes si ē sortes. Nec vbilibet disiunctum ex contradictorijs cum transcendente ad cōuertibilitatem dicitur, de quo libet tamen possibili verificatur transcendens de quo verificatur tale disiunctum & ediuerso, modo iste sortes si est sortes pro re impossibili supponit. Si demonstrasset antichristū, cōcedo istam ens est iste sortes si est sortes, ens ei illic supponit pro quolibet suo significato, & per consequens pro antichristo, non tamen ꝓ chimera, quia ipsam neutiq̄ repręsentat.

Sed contra ista argumētor, hæc est falsa sortes si est sortes non est ens, patet. cōditionalis ad quam reducitur est falsa, scilicet si sortes est sortes sortes non est ens.

Secundo, hæc singularis est vera iste sortes si est sortes est ens, demonstrando chimeram, ergo male dictum est, antecedens patet. nō repugnat extremis illius supponere ꝓ eodem, cum extrema idem significant.

Ad prius respondetur negando falsitatem illius negatiue, cuius veritas non est cognoscenda per conditionalem affirmatiuam. Sed negatiuarū veritates aut falsitates de cōditionato per affirmatiuarum qualitates quā optime cognoscuntur, vt homo non si est animal est asinus, per hanc deprehenditur omnis homo si est animal est asinus distribuēdo priorem partem solum, quando enim conditionatum diuersis acceptionibus accipitur negandā est cōiunctio in altera oppositarum, & partes conditionati seinuicem quo ad suppositionem minime aspiciunt, posiq̄ virtualiter sunt in diuersis ꝓpositiōibus, sed in ordine ad alios terminos supponunt.

Ad secundum, dicitur negando antecedens, & ad eius probationem iterum nego antecedens, si significatum de ly chimera foret ad ymaginationem ipsum solum supponeret pro re impossibili, aut impossibili modo se habente, at ens pro nullo tali ex suo significato supponeret solum entia possibilia absolute repręsentat, sicut huic termino plato in hac falsa iste sortes si est sortes ē plato chimeram demonstrando pro alio a platone supponere repugnat. Repugnat igitur extremis quantū est, ex parte significationis terminorum ꝓ eodē accipi. Secus esset si ens ampliaretur ad quicq̄, vt hic, chimera ymaginarie est ens.

Receptui demum in hac senticosa materia canendo dicimus. Quando si reddit ꝓpositionem de conditionato extremo vbiubi terminus concurrens est suppositum copulæ conditionati, quando autem terminus illatus reddit suppositum illi verbo propositiōes nō inepte in sensu conditionali capiuntur, & sunt mentaliter conditionales, vt Gabriel est suæ partes si sunt vnite, quę videtur inepta in sensu conditionato, & ita potes propositiones cū si a parte subiecti distinguere, vt sortes si ē sortes est plato, quia vel sortes terminus illatus reddit suppositum verbo conditionati, & tūc propositio est conditionalis vera Nam sensus est, sortes si sortes est sortes est plato, ita q̄ equaleat huic conditionali in significando si sortes est sortes sortes est plato. Si autem terminus concurrens plato sit suppositum verbo ꝓpositio est de conditionato subiecto & vera, ad hancq̄ conditionalem reducitur, si plato ē sortes plato est sortes, vt semel dicam penes modum concipiendi varium variantur propositiones secundum substantiam. Nam vna & eadem vocalis potest & cathegorice & hypothetice cōcipi, quocirca ipsa cathegorica ac hypothetica cēsetur, nec ad hoc vllum sequitur inconueniens vt sepicule antea meminimus.

De propositione rationali.

Rationalis est propositio hypothetica cuius nota principalis est ergo aut equiualēs. Ad cuius veritatem si affirmatiua fuerit vltra consequentie valorem antecedentis consequentisq̄ veritas exigitur. Per affirmatiue qualitatē negatiue veritas falsitasve lucide deprehenditur.



X littera ligdum est hanc rationalem esse falsam terra est, ergo oceanum est, ob consequētie malitiam. ¶ Secundum auctarium, homo est asinus, ergo homo est risibilis est falsa, patet. antecedens ē falsum. ¶ Tertio patet. licet omnis rationalis sit propositio aliquam denominationem suscipit hæc consequentia quam abnuit hæc propositio, consequentia in secundo correlario est bona & necessaria consequentia, & falsa & impossibilis propositio. ¶ Quarto patet, rationalis equiualet conditionali cum positione antecedentis, vt homo currit, ergo animal currit,

equivalet huic, si homo currit animal currit & homo currit.

Contra hoc argumentor, hæc consequentia est necessaria Tantum patet est, ergo chimera est, & hæc consequentia est hęc propositio, ergo hęc propositio est necessaria, expositorie. sed antecedens est verum, ergo & consequens.

Secundo argumentor, hæc consequētia est bona, & vera propositio, sortes est, ergo non deus est, & consequens est falsum, ergo male dictum est.

Ad prius respondetur, negando consequentiam, nec est sillogismus expositorius, quia non concluditur maior extremitas de minore, sic oportet cōcludere hęc propositio est necessaria consequentia.

Ad secundum respondetur, si non capiatur negantes, nec consequentia, nec illa cationalis est vera. Si infinitanter consequētia est bona, & consequens verum.

Dubitaē quomodo, ergo, ideo, & igitur, differunt.

Respondetur relinquēdo peregrinas acceptiones a proposito, usquequaq; capiendo terminos ipsos illatiue, ergo & igitur minoribus adhibentur clausulis, Verum artista sepicule, ergo vtitur extra conditionales causalesq;, & quando inferendum truncat tunc igiē cōcludere solet. Insuper ideo & igitur sunt auctaciorū note. Idem, itidem & iste, iccirco, quo fit, quare, vnde fit, itaq;, vnde, manifestū est, fit, eam ob rem, & cętera id genus.

De propositione causali.

Vltra rationalis proprietates causalis illationis causam est lagitat.



Ausalis est propositio hypothetica cuius nota principalis est quia, vt Sortes est risibilis quia Sortes est rationalis.

¶ Cæterū duo (vt meminimus) ad veritatem propositionis cationalis cequiruntur, videlicet, cōsequentie valor cum extremorum veritate. Hic autem dicunt oportere antecedens vltra illa importare causam quare ita est sicut per consequēs significaē, vt dies est quia sol lucet sup orizonta. Lux solis super orizontem est causa diei, sic interpositio terre inter solem & lunam est causa eclipsis phębes, quia homo est rationalis homo est risibilis. In antecedēte ponitur aliquis terminus importās causam quare prædicatum consequentis subiecto conueniat, & hoc est antecedens importare causam consequentis. Interdum autem in antecedente ponitur terminus importans causam proprie dictam nonnunquam solum importans aliquam prioritatem & causam imperfectā, q̄ cognoscitur secundum materiam subiectam.


¶ Propositio quæ immediate sequitur quia est antecedens. Alia propositio siue precedat ly quia siue mediate sequatur est consequens.

¶ Ex quo fit causalis affirmatiua rationalem ex eisdem terminis, necnon cōditionalem, copulatiuam, & disiunctiuam affirmatiuas inferre, & est eis subalternans secundum legem. probatur, semper proceditur a propositione habente pauciores causas veritatis ad propositionem habentem plures. Et ex opposito consequentis ad oppositum antecedentis negatiue procedere potes ¶ Vlterius in causali antecedens non est causa essendi consequentis, nec causa quare consequens est verum, sed antecedens importat causam quare ita est sicut significatur per consequens, & quid hoc sit nuperrime est dictum. ¶ Vlterius dicitur causalis (cui vna trium conditionum ante relatarū deest) est falsa. Et ex consequente cognoscitur quando negatiua contradictoria est vera aut falsa, nam quod vnum oppositorum verificat aliud falsificat & viceuersa. ¶ Vlterius patet, hæc causalis est falsa quia deus est, mundus est, licet deus mūdum produxit, quia ista conditionalis est falsa si deus est, mundus est. Sed tales interdum admittūtur vere, quia pater est, filius est, quia ibi conditionalis est vera, & antecedens habet aliquam prioritatē respectu consequentis. ¶ De rationato extremo, & causato, necnō aduersato, proportionabiliter ad conditionatum respectum ad causalem rationalem expletiuamq; habendo dicatur, vt ista est vera Sortes est risibilis quia est rationalis, nempe in hanc veram reducitur quia sortes est rationalis sortes est risibilis, Sortes est risibilis ergo est homo. ad hanc reducitur sortes est risibilis, ergo sortes est homo. Sortes est studiosus quamuis Plato per plateas cursitet. Si ly quamuis coniungat Plato per plateas cursitet cum hoc toto sortes est studiosus, tūc est hypothetica conditionali contradicens, vt superius dictum est. Si autem ly quamuis coniungat Plato per plateas precise cum ly stu

diosus, tunc est cathegorica priori hypotheticæ reducibilis, cuius prædicatum ē hoc totum studiosus quamuis plato per plateas cursitet, verum ob istorum raritatem fusius in his nō insisto. ¶ Demum, temperatum vt animal dū dormit pro animali dormiēte solū accipitur.

Sequitur de copulatiua.

Copulatiua est hypothetica cum nota copulatiua signata. Ad copulatiue affirmatiue veritatem iuxta significationem partium significantis satis est & exigitur vtramq; partem principalem esse veram, & ad eius falsitatem alteram partium esse falsam sufficit.



Ote copulatiue sunt &, ac, ast, ac, q;, atq;, nec, & similes. Sed nec i principio valet non, post primo dū valet & nō, vt nec sortes currit nec plato disputat valet hāc, sortes non currit & plato non disputat.

Insuper, quādo sunt plures copule cōiunctionales potes tuam propositionē distinguere secundum copule assignationē, vt si homo currit animal currit & deus est vel homo est animal, quę est distinguenda, vel si sit copula principalis, & tūc ē cōditionalis, vel & sit copula principalis & tunc est copulatiua, aut vel sit copula principalis & tunc est disiunctiua, & sic omnes tales sunt distinguende secundum q; vario modo apte potest signari copula. Dicitur apte propter hanc & similes sortes currit & si homo est, animal est, quamq̄ in ea ponatur copula cōditionalis & copulatiua nō potest esse conditionalis.

¶ Quando autem sæpicule reperitur coniunctio copulatiua, vt in ascensu, iste homo currit & iste homo currit & iste homo currit & sic de singulis potes vbilibet principalem stabilire copulam, & quicquid copulam assignatā præcesserit est copulatiue altera pars principalis, quod vero sequitur posterior. ¶ Dicitur in littera affirmatiue, quia ad veritatem negatiue hoc non requiritur, ista enim est vera, nō homo est asinus & deus est, & tamen nō vtraq; pars eius est vera. ¶ Dicitur etiam iuxta significationem suarum partium significantis, cum copulatiua distīguitur a qualibet sua cathegorica immo ab omnibus simul sumptis, hęc potest significare chimerā esse vera, q; parte existente vera. ¶ Dicitur adhuc principalem, quia stas partem minus principalem esse falsam copulatiua existente vera, vt patet hic, si hō est asinus hō est rudibilis & deus est.

Præterea si modus vel syncathegorema feratur super totam copulatiuam ratione cuius propositio primo probatur, & nō in partes copulatiue, tum non sufficit vtriusq; partis veritas ad copulatiue veritatem, hæc enim est falsa. Contingenter nullus homo est asinus & deus est, & hæc vera, impossibiliter homo est asinus & nullus deus est modo cadente in totam copulatiuam vtraq; tamen parte existente impossibili.

Cæterum multę propositiones sunt distingnende penes sensum cathegoricum & hypotheticum, in vno sensu reperiuntur vere, in alio false, vt scribatur illa in pariete nullus deus est & homo est asinus, tunc in sensu cathegorico aliquod impossibile est & homo ē asinus, quia hoc impossibile est demonstrando illam copulatiuam & illa est hoc impossibile & ista propositio homo est asinus, vbi hoc totū homo est asinus capitur materialiter, si sit hypothetica est falsa.

Contra ista argumētor, sequitur ex dictis hanc esse veram, omnes homines sunt asini, vel homines & asini sunt asini.

Respondes, in sensu copulatiuo ipsa est vera, & id causæ est, ipsa est vna copulatiua cuius vtraq; pars est vera, tunc enim quicqd antecedit coniunctionem & est vna pars principalis, & quod sequitur est altera pars principalis In sensu tamen disiunctiuo ipsa est falsa, quia in illo sensu est disiūctiua cuius quælibet pars est falsa. ¶ Contra hoc argumentor, hæc propositio in sensu copulatiuo est vera, & hęc propositio in sensu copulatiuo est hæc propositio in sensu disiūctiuo, ergo hæc ꝓpositio in sensu disiūctiuo ē vera ¶ Dices illa cōclusio ē vera, & sequit̄ ex illis pręmissis. Itē sensus eius est, hæc propositio in sensu disiunctiuo est propositio vera, modo hoc est verum, quia ē copulatiua vera, sed hæc propositio non est vera in sensu disiunctiuo, ratione appellationis duorum terminorum cōnotatiuorum a parte eiusdem extremi locatorum, nam veritas eius non emanat a sensu disiunctiuo. ¶ Contra hoc argumentor, ab hoc sensu copulatiuo vel ab hac copulatiua hęc veritas emergit, &

hæc copulatiua eſt hęc diſiũctiua, ergo ab hac diſiunctiua hæc veritas emergit. ¶ Reſpondetur ſicut ſuperius, a diſiũctiua hæc veritas ſcatet, quia a propoſitione quæ eſt diſiũctiua, ſed non ſcaturit hæc veritas a diſiunctiua.

Contra, ex dictis ſequitur eandē propoſitionē eſſe verā & falſam quod incōuenit.

Reſpondetur, non inconuenit in propoſitione ad placitum ſignificante, inconueniret autem in mentali vltimata. Inibi quælibet propoſitio ē vera tantum aut falſa tātũ.

Contra vtrumꝗ membrum ſolutiōis argumentor, & ponit in mente, ſimiliter vel, ergo illa ē diſtinguenda penes hoc ꝙ & ſit copula pricipalis aut vel, & ſi ſic erit falſa veraꝗ.

Secundo, idem inconueniēs ſequitur ad vocalē eē verā & falſam ſicut mētalē, ergo id male conceſſum eſt, antecedēs patet. ſequitur contradictio, bene enim ſequitur, hæc propoſitio eſt vera, ergo ita eſt ſicut hæc propoſitio ſignificat, pari forma, ipſa eſt falſa, ergo nō eſt ita ſicut ipſa ſignificat. Sed iſta conſequentia contradicunt, ergo & antecedentia ſaltem contradictionē implicāt. ¶ Forte negas vtrāuis conſequentiam. ¶ Contra, ergo vtriuſꝗ illationis ſtabunt antecedentia cum contradictorijs conſequentium, & ſic propoſitio dabitur nec abſolute vera nec falſa, quod non eſt concedendum.

Reſpondetur ad prius cōcedēdo vtrāꝗ coniunctionem poni in mente, ſed vna ſua pte natura ē præcipua, & ſi & ſit copula neutiquam eſt ſynonima cum & in alia in qua vel eſt copula, immo ſpecie diſtinguntur, quæ varietas prouenire poteſt ex varietate obiectorum, nam cum & ſit copula principalis coniũgit inter propoſitiones, cum autem ſit copula minus principalis coniungit ſolum inter terminos, & ſic alia & alia eſt mentalis ſi & ſit copula principalis & vel ſit copula pricipalis ratione varietatis coniunctionum. Conſequentia prior eſt bona, cuius conſequens eſt affirmatiuum, & poſterior negetur, cuius conſequēs eſt negatiuum, ſed infertur cum hoc annexo non eſt ita ſicut ipſa ſignificat in ſenſu quo eſt falſa, & ratio negationis in alijs plerisꝗ locis a nobis eſt dicta.

Secundo principaliter argumentor, hęc copulatiua eſt vera. Si homo eſt aſinus homo eſt rudibilis & deus eſt, & tamen vna pars eius eſt falſa, igitur. ¶ At dices ſi & ſit copula principalis, ipſa ē vera, & vna pars minus pricipalis eſt falſa ſolum, & illius falſitas (vt nuperrime retulimus) propoſitionem copulatiuam (modo partes principales ſunt vere) minime falſificat. ¶ Contra, homo eſt aſinus eſt pars magis principalis illius conditionalis, & illa cōditionalis eſt pars principalis illius copulatiue igitur. ¶ Videsꝗ illius illationis tenuitatem.

De copulatiua negatiua:

Copulatiue negatiue veritatem falſitatem ve copulatiua affirmatiua oppoſita enodat:



Liqui dicunt copulatiuam negatiuam ad placitum ſignificantem ſubordinari diſiũctiue mētaliter, quod latius alibi tanꝗ̃ a vero alienum refellimus, vt in logica patebit. At ponendo copulatiuas negatiuas mentaliter (vt veritas monſtrat) facillima eſt littere traditio. Cum abs te queratur de veritate falſitate ve copulatiue negatiue præpropere obtuitum ſuper affirmatiuam ei contradicentem flecte, vt ſi quiſpiam roget ſuper qualitate huius non homo eſt animal & homo eſt aſinus. Dicas eam veram, quia ſua contradictoria eſt falſa, & per hoc ſequitur hanc eſſe falſam, non homo eſt animal & deus eſt, quia ſua contradictoria eſt vera, & nulla eſt copulatiua negatiua quin illi ad intellectum copulatiuam affirmatiuam contradictoriam aſſignabis:

¶ Secundo modo veritatem copulatiue negatiue dabis per diſiunctiuam illi equiualentem, hoc eſt per diſiunctiuam ex partibus cōtradictorijs illius copulatiue conflatam, vt nō homo ē animal & deus eſt, equiualet huic nullus homo eſt animal vel nullus deus eſt. Nō homo eſt animal & homo eſt aſinus equiualet huic vere, nullus homo eſt animal vel nullus homo eſt aſinus.

De impoſſibilitate copulatiue.

Si altera copulatiue pars ſit impoſſibilis, totam impoſſibilem cenſebis, nimirum ipſa debilioris partis naturam ſedulo imitatur.



Vare hæc copulatiua ē impossibilis homo est asinus & deus est. ¶ Pars necessaria ē fortissima, quia longissimo interstitio a falsitatis extremitate decedit. Impossibilis debilissima, & verū contingēs fortius quam falsum. ¶ Vnde sit hæc est contingens, sortes currit & deus est, a contingentia vnius partis. ¶ Secundo patet, si oēs partes copulatiue essent necessarie dēpta vna parte principali contingēti, illa copulatiua tota esset contingens.

De possibilitate copulatiue.

Ad eius possibilitatem duo copulatiua efflagitat vtriusq; partis possibilitatem earūdemq; compossibilitatem.



Rior conditio ex prędictis liquet. Secunda pars patet, hæc copulatiua est impossibilis sortes currit & sortes nō currit, qa partes illic inter se cōtradicūt, & tamē vtraq; pars est possibilis. Idemtidem hæc copulatiua est impossibilis q̄libet homo currit & nullus homo currit, quibus veritas de forma repugnat. Similiter hæc copulatiua est impossibilis homo est asinus & sortes currit. Nam prior pars scilicet homo ē asinus hāc minime compatitur sortes currit, siquidē impossibile cuilibet propositioni aduersatur, sed necessarium contingēti minime repugnat, vt statim in vna dubitatione dicetur. Hic est, ista simul stāt hoc est deus deū demonstrando & solus asinus demonstratur. Similiter hæc copulatiua est possibilis sortē currere est possibile & sortem non currere est possibile, immo vera, non ponetur inesse per hāc sortes currit & sortes non currit, sed per illas duas inconiunctim, postquam modus non determinat totam copulatiuam sed partes, patet sortes possibiliter currit est necessaria pariter & hæc sortes possibiliter non currit quæ p̄ partes inconiunctim inesse ponentur.

Contra istud argumentor, hæ partes sunt possibiles demonstrādo hasce sortes currit sortes non currit, & hæ partes sunt copulatiua, ergo hæc copulatiua est possibilis.

Secundo argumētor, sortes currit est compossibilis huic plato disputat, sic hæc sortes non currit, ergo sunt compossibiles.

Tertio argumentor, omnis homo currit & sortes est homo & sortes non currit ē impossibilis, cum ex contradictorio consequentis bone illationis & antecedente conficitur, & nulla pars alteri repugnat, cum quęlibet cathegorica illius stat cum alia, ergo aliquid aliud præter recitata ad copulatiue possibilitatē requiritur.

Quarto, non sortes currit, & sortes nō currit (vt negatio prior feratur in totum sequens) est possibilis, & partes inter se contradicunt, ergo male dictum est.

Quinto, si impossibile cuilibet propositioni repugnat idem sibiipsi aduersabitur.

Ad primum dicitur, minor ē falsa, ea concessa solū sequitur hæc copulatiua est partes possibiles.

Ad secundum, nego consequentiam, est compossibilitas intrinseca in consequente, & extrinseca in antecedente, & affirmatiue talis consequentia est nulla. Sicut nō sequitur a & b sunt equalia c & d, ergo sunt equalia.

Ad tertium respondetur, sortes non currit vni propositioni repugnat scilicet toti copulatiue quæ est antecedens & nulli cathegorice eius. ¶ Vnde pro fecūdiore eius intelligentia ponētur propositiones, quarum prima est, quælibet cathegorica illius copulatiue quamlibet alteram eiusdem secum in veritate compatitur, hoc iam inter argumētandū dictum est. ¶ Secūda propositio ex hac seq̄ns est, quælibet cathegorica illius copulatiue alicui parti est compossibilis. ¶ Tertia ꝓpositio, quælibet cathegorica illius copulatiue alicui parti repugnat, hoc probatur, quia ista oīs homo currit repugnat duabus cathegoricis simul sumptis. Secūda cathegorica repugnat prime & tertię. Tertia vero aduersatur prime & secunde. ¶ Et ex illo sequitur, non quęlibet pars illius copulatiue cum qualibet cathegorica eiusdem stat, licet quælibet pars quæ est propositio cum aliqua cathegorica stet.

¶ Secundo patet, interdum vna propositio contingens vni cathegorice est incompossibilis, & tunc claret incompossibilitas, interdum vna cathegorica non est incompossibilis alicui cathegorice, sed quælibet cathegorica est incompossibilis vni multitudini cathegoricarum, vt continuum diuiditur in hāc partem, & idē continuū diuiditur in hāc partē & sic de singulis, capiēdo infinitas singulares p̄ equalē tiā demōstrādo q̄libet partē cōtinui ad ymaginationem. Iam nulla cathegorica illius copulatiue alicui cathegorice repugnat, imo nec

aliquibus cathegoricis finitis, sed qualibet cathegorica toti multitudini aliarum cathegoricarum est incompossibilis.

Ad quartum respondetur, nos loquimur de copulatiua affirmatiua, & argumentatio assumit de copulatiua negatiua.

Ad quintum respondetur, nulla propositio nō impossibilis sibiipsi aduersatur, sed impossibilis cuilibet repugnat.

Dubitatur de veritate illius assertiōis nunq̄ necessarium contingenti repugnat.

Respondetur, extra reflexionē assumptum in dubio est vtrobiq; verum.

Cōtra hoc argumētor, iste repugnāt solus asinus demōstratur, & hoc quod demōstratur est deus, & tamen secunda pars est necessaria, demonstrando deum, quia cōuertitur cum hac iste deus est deus, postq̄ prędicata cōuertuntur, copule, & subiecta, q̄ illę repugnāt probatur sic, vna pars infert cōtradictorium alterius, ergo repugnant. Consequentia est liquida, & antecedēs patet, quia bene sequitur, solus asinus demonstratur, ergo hoc quod demonstratur non est deus, hoc patet quia bene sequitur, solus asinus demonstratur, ergo nihil aliud ab asino demonstratur, & per consequens deus non demonstratur. Et melius currit argumentum inferendo nullus non asinus demonstratur, quia hęc est necessaria deus est non asinus, & hęc contingēs deus est aliud ab asino, & hoc capiendo ly asinus absolute, hoc addo, quia deus potest assumere asinum.

Respondetur, concedendo illas non simul stare. Solus asinus demonstratur & hoc quod demonstratur est deus. Et nego secundam partem esse necessariam. Nec cōuertitur cum ista iste deus est deus, nisi conuertibiliter vt nunc, quia non sequitur hoc est deus, ergo hic deus est demōstratus. Ista coherēt hoc necessario est deus, & tamen id demonstratū impossibiliter est deus, probatio non sequitur, hoc necessario est deus, proinde hoc quod demonstratur possibiliter est deus demonstrando creaturam. Itaq; oppositum consequentis est antecedenti compossibile. ❡ Contra hoc argumentor sic, ista est impossibilis hoc quod demonstratur non est deus, ergo sua contradictoria est necessaria, si sic, probatur antecedens, quia bene sequitur hoc quod demonstratur non est deus, & hoc quod demonstratur est essentia diuina, ergo essentia diuina nō est deus, cōclusio est impossibilis, & minor vera, ergo maior est impossibilis. ❡ Respōdetur, concedendo consequentiam & impossibilitatem consequentis, & conceditur minor vera, sed non sequitur propterea maiorem esse impossibilem. Sed totum antecedens esse impossibile propter nullius partis impossibilitatem, sed solum propter partium incompossibilitatem. ❡ Sed contra hoc argumentor, tunc per idem ista erit contingens. omne demonstratū est asinus, quia equiualet isti contingenti solus asinus demonstratur, sed probo quod non sit contingens immo impossibilis, bene sequitur omne demonstratum est asinus, ergo hoc demonstratum est asinus demonstrando deum vel coelum, consequēs est impossibile, ergo & antecedens. ❡ Respondetur negādo consequentiam, quia opus est constantia, & cōstantia cū illa vniuersali erit copulatiua impossibilis, iste non simul stant omne demonstratum est asinus, & hoc demonstratum est, demonstrādo coelum, sed qualibet pars est contingens.

❡ At tunc quęris demonstrando coelū nunquid ista est contingens omne demōstratum per pronomen hoc est asinus.

❡ Dicitur q̄ sic. ❡ Postea quęris quid demōstratur per pronomen hoc. ❡ Dicitur cęlum, sed tota copulatiua est impossibilis. Nec cōcessi hanc copulatiuam, nec quamlibet partem eius, sed solum secundam & primam possibilem, sicut illa est possibilis omne currēs est homo esto q̄ solus asinus currat.

❡ Vnde fit aliqua est vniuersalis vera subiecto supponēte, & tamen nō sortitur singularē veram cum pronomine demonstratiuo vt hic, omne non demonstratum est non demōstratum.

De dubietate copulatiue.

Si vna pars copulatiue fuerit scita alia q̄ anceps ipsa integra est dubia.



Hoc sequitur ex prefatis, copulatiua debiliorem partē insequitur Insequi in proposito ē denominationem prestare, modo pars scita etiā si contingens fuerit apud assentientem est fortior. ❡ Vnde fit, hęc ē mihi dubia deus est & papa dormit ❡ Si vtraq; pars est scita tota quoq; est scita. Hęc ē a me scita deus est & hęc copulatiua est falsa. scio ita esse sicut per vtrāq; partē significatur;

quens in illo sensu est pars copulatiue, si tamē vniformiter capiatur, consequentia est bona.

Ad secundum, concedo illationem esse nullam, non enim discurritur ad partē principalem, sed ad minus principalem.

Ad tertium dicitur, si actus ignorantis cadat in totam copulatiuam & non in partes, antecedens est cathegorica, & sic non proceditur per regulam, si autem ignoratio cadat in partes consequentia est bona, & sicut consequens est falsum ita est antecedens.

Ad quartum respondetur, sermo est de copulatiua affirmatiua.

Ad quintum dicitur, antecedēs in sensu copulato est verum, non autem in sensu copulatiuo, in qua acceptione consequens est inferendum.

Ad sextum respondetur haec propositio habet tres sensus, vel necesse cadit in totum aggregatum, & tunc ipsa est cathegorica falsa, cum sit affirmatiua cui⁹ extrema nō supponunt pro eodem, nam necessarium non supponit ꝓ illa copulatiua, vel necesse potest determinate priorem partem, vel vtramuis, ex hoc facile obiectionem eluere vales.

Contra secundam partem regulae argumentor, bene sequitur homo est asinus, ergo homo est asinus & sortes currit, & tamen argumentamur a parte copulatiue ad totam copulatiuam, igitur. ¶ Respōdetur distinguēdo argumētum esse validum, vel gratia materie, & sic conceditur, vel formaliter sic negatur. Materialiter sequitur, quando vna pars vtramq; infert, vt in exemplo argumentationis, vel hic homo ē animal, ergo homo est animal & deus est, sortes currit, ergo sortes currit & homo currit.

Contra formaliter sequitur, homo currit, ergo homo currit & homo currit. ¶ Similiter, homo est homo, ergo homo est homo, & omnis homo est homo. Respondetur, in terminis synonimis sic captis formaliter sequit. Et ita vtrobiq; quando vna pars vtrāq; formaliter infert. ¶ Demum a copulatiua ad disiunctiuam est bona illatio & formalis reliquis intactis mutando coniunctionem copulatiuā in disiunctiuam, & per consequens negatiue ex opposito consequentis infertur formaliter oppositum antecedentis.

Sequitur de propositionibus copulatorum extremorum, & prius de copulatis complexiue sumptis.

Veritas affirmatiue de extremo copulato (modo coniunctio complexiue sumatur) penes terminorum suppositionem instar aliarum cathegoricarū mēsuranda venit. ¶ Ad hoc enim q; copulatū pro aliquo supponat sat est & exigitur quamlibet eius partem pro illo accipi, vel vnam partem pro toto, reliquam vero pro illius integri portiōe, vel vnam partē copulati pro parte alteramq; ꝓ illius totius residuo sumi.



Vppono istā regulam quam ī suppositionibus pono, omnis affirmatiua cuius extrema supponunt pro eodē est vera. Quare hęc est vera sortes est materia & forma, sortes est a & b sit a vna sortis medietas, b vero altera. patet in vtrauis extrema supponunt ꝓ eodem, & sunt affirmatiue, ergo vere, quarū veritatibus cognitis inficiatiuarum falsitates in lucem prępropere prodeunt, & ita inducti/ue in alijs inuenies ¶ Caeterum ternas regulas particulares huius littere posterior pars olet, quarum prima est. Quādo vtraq; pars copulati ꝓ toto supponit totū copulatū ꝓ toto accipitur, vt animal & homo pro sorte supponit. ¶ Secunda regula partialis quādo vna copulati pars pro toto supponit, & reliqua pars pro parte illius totius illud copulatum ꝓ toto supponit, siue id totum sit vnum per se, siue totum aggregatiue vt sortes est sortes & suum caput, sortes est homo & suus nasus. Totus exercitus & campiductor pro tota phalāge accipitur. ¶ Paradigma tertię partis, materia & forma ꝓ toto composito supponit, sortes est materia & forma, sortes est nasus ac reliqua pars, sortes est medietas superior ac inferior, sortes est pars anterior & posterior, sortes est pars sinistra & dextera.

¶ Si autem copulati altera pars non supponat, neq; totum communiter pro aliquo vel aliquibus supponit vt subiectū huius brunellus & antichristus sunt homo & asinus.

Quibus ex regulis aliqua correlaria eliciunt primo. Iste sunt cōcedēde sortes ē homo & nō homo, quia homo & anima, sortes est non homo & non homo, quia materia & forma, falsum tamen est dicere sortes est non

sus disiunctiue dubitando cathegoricas. Concedo tamen Sortes est hoc nesciens hanc propositionem, demonstrãdo partem quã nescit. Idem iidem Plato est hoc nesciens hanc demõstrando eam quam nescit. Ex quibus non sequitur sortes est Plato sunt nescientes hanc copulatiuam, vel non scientes hãc copulatiuam propter negationem cadentem in totum in cõsequente, negatio autem in antecedente sigillatim cadit, ꝓpterea non sequitur.

Tertia ꝓpositio, Sortes & Plato sciunt septem artes liberales, casu quo Sortes precise triuiales, & Plato quadriuiales intelligat, subiectum enim supponit pro Sorte & Platone, & prædicatum scientes septem artes liberales pro eisdem, hic binarius ad quamcunq; propositionẽ illarũ. vij. artium nouit responsare, & nesciunt respondere ad ignota, sicut sortes & Plato habẽt hos septem caballos, casu quo Sortes habeat tres, & Plato. iiij. ¶ Secundo pater propositio, septem artes liberales sciuntur in isto casu, ergo ab aliquo vel ab aliquibus, & nõ nisi ab istis, hoc suppono (& de puris viatorib⁹ loquor) igit. ¶ Tertio sciẽtes. vij. artes liberales sunt isti, ergo cõuersiue isti sciunt. vij. artes liberales, assumptum ex casu est notum. ¶ Vlterius ponendo istos duos docere simul cum sic, scilicet ꝙ Sortes sciat in fine omẽ illud quod Plato sciuit a primordio, & econuerso. tũc iste sunt cõcedende Isti sunt regentes istorum, isti sunt discipuli istorum, vterq; istorũ est doctior in fine quam erat in principio, quia addiscit aliquid de nouo, & tamẽ isti nõ sunt doctiores quam a principio. Nec sequitur Sortes & Plato sunt doctior & doctior quã erant in principio, ergo ipsi sunt doctiores quam a principio erant, ad hoc enim ꝙ aliqui sint doctiores quam erant alias exigitur ꝙ doctrina quam nunc habent exuperet doctrinam quã alias habuerũt. Vterq; istorum scit plura quã sciebat, sed isti copulatim non sciũt plura quã sciebant. Supponamus cum erant propositiones in numero finito ab vtroq; illorum scite, vel saltem ab vtroq; illorum ꝓpositiones in numero finito scite. (In talibus nõ est immorandum) ꝙ Sortes sciuerit. xl. propositiones, & Plato. lx. in fine quilibet eorum sit centum, licet iam in illis sint ducente, hoc non est ad ꝓpositum, de synonimis non loquimur, ab initio sciebant centum copulatim. In fine etiam tot sciunt, & nullam propositionem amplius quam a principio. ¶ Eodẽ modo quilibet eorum potest esse indoctior quã antea, & tamen illi duo copulatim sciunt tot propositiones sicut ante sciebant, mutando casum, sint. viij. ꝓpositiones quarum quamlibet Sortes & Plato scit, & vnus obliuiscatur quatuor & etiam alter quatuor alias, & tamen sciunt illi duo illas octo ꝓpositiones sicut prius.

Quarta propositio, a, b, c, & d, videtur a sorte, & tamen c, & d, non videntur ab illo, significet a, & b, duas medietates fortis exteriores visas. C, autem & d, partes occultas, ad vidẽdum totum sat est extremales partes cernere, sicut ad videndum cumulum satis est superficiales partes videre.

Quĩta propositio, hoc granum & hoc granum & sic de aliis replent saccum & valẽt scutum, licet nullum discretum repleat saccũ. Sic isti notabiliter leserunt vicinum, & nullus eorum notabiliter eum lesit, posito ꝙ quilibet abstulit solum vnum granũ, sed multa sunt ablata ab exercitu.

Sexta propositio, aliquo minore te & quolibet maiore te tu es maior, nam tu es maior aliquo quod est minus te & quolibet maiore te. Item isto tu es maior demonstrãdo Iacobum minorẽ te, & iste est minor te & quolibet maiore te, igitur. ¶ Similiter aliquo maiore te & q̃libet minore te tu es minor. ¶ De hac Sortes & Plato ferunt hoc scãnum quod neuter eorum ferre potest & aliis (quas post terga metentium impresentiarum ne nimia ꝓlixitate lectori sim fastidio cõsulto relinquo) secũdo Periarme. numine ꝓpicio loquemur.

De oppositionibus in copulatis complexiue sumptis.

Copulatum complexiue sumptũ vnicam acceptionem sortitur quãdo a totali copulato perinde atq; esset terminus simplex probatio improbatiove nõ curando de partibus sumitur. Per oppositum non vnicam suppositionẽ copulatum habere dicitur quãdo per partes & non totum propositio probatur. Cõstat itaq; ex diuersa copulati acceptione cõtradictorias esse variãdas.



Oc est descendẽdo aut ascẽdendo si vnicam acceptionẽ copulatum habeat partes nequaquã attingas. Sed sub toto procede, illas tamen cum copulatum nõ vnicam acceptionẽ

habet toto neglecto linceis luminibus intuaris, istud ex proxime sequentibus magis clarebit ¶ Ex quo patet, non est idem dictū copulatum complexiue acceptum & copulatum vnica acceptiōe sumptū, immo hoc ē illi īferius.

Caeterum quando & complexiue sumitur in vtraq; contradictoriarum manebit vt sortes & brunellus sunt brutum has habet contradictorias, sortes & brunellus non sunt brutū, non sortes & brunellus sunt brutum, idem est negare coniunctionem praeponendo negationem toti vel copulae solum, homo & asinus sunt animalia, contradicit huic omnes homo & asinus non sunt animalia, & ita in alijs affirmatiuis vbi nulla est distributio facile est contradictoriam cuiq; propositioni signare Si autem distributio ponatur & copulatū vnica acceptione capiatur, rursus nulla est difficultas, dummodo conditiones contradictionis obseruaueris, vt omnis homo & asinus sunt b animalia huic contradictorie opponitur, a homo & asinus non sunt animalia, vt a confundat totum copulatum. Si autem aliter fiat puta termini accipiantur alijs acceptionibus, ad partes oculum flectas, & non ad totū primo, sed ratione partium, & ad totum per accidens, vt in hac om̄is homo & asinus omnia animalia sunt, cum asinus stet confuse tātum, termini distributi in contradictoria stabunt determinate. Et sic si propositio negatiua fuerit vt omnis homo & asinus non sunt aīalia. ¶ Et cōsidera an propositio habeat duos sensus quorum alter est verus, alter vero falsus, tunc eodem modo in sua contradictoria procedendum est, vt patet in hac sortes & brunellus est animal capiendo ex vsu & complexiue & diuisiue. Om̄es angelus & Michael sunt angeli, illic adiectiuū pluralis nūeri, distribuit totū copulatū qd' virtualiter est pluralis nūeri, licet angel⁹ nō distribuatur, substātiuū enī vnius numeri non potest distribui ab adiectiuo alterius numeri (vt supra retulimus) signū ter si ei immediate addatur, quia hoc de praedicato huius concederetur nullus homo est animalia, bene tamen potest substantiuum vnius numeri distribui a termino qui nō est illius numeri. ¶ Ex isto patet hanc esse veram omnes angelus & Michael sunt angeli, quia sensus est de quibuscunq; verum est dicere sunt angel⁹ & Michael de illis verum est dicere sunt plures angeli, & per consequens angeli, haec autē est falsa omnis angelus & Michael sunt angeli. Nam bene sequitur, omnis angelus & Michael sunt angeli sed Michael est angelus, ergo Michael & Michael sunt angeli, conclusio est falsa, & minor vera, ergo maior falsa. Tūc sic istae duae vniuersales vel potius propositiones cū signis vniuersalibus non equiualent, sed prior est vera, posterior vero falsa, ergo idem erit i contradictorijs earum. Contradictoria prioris erit aliqui angelus & michael non sunt angeli, vt copulatum capiatur vnica acceptione sicut copulatum ī affirmatiua, quia hoc ad bonam contradictionem (ex littera) requiritur. Contradictoria secūdae erit haec, angelus & michael non sunt angeli, vt partes diuersis acceptionibus capiantur, quae est vera cum habeat singularem veram ascendendo sub ly angelus, hic angelus & michael (demonstrando michaelem) non sunt angeli, cum partes illius negatiuae diuersis acceptionibus capiantur, sufficit sub parte copulati conscendere, sed haec singularis vera non infert contradictoriā prioris, sed oportet sub toto copulato prio ascendere cum vnica acceptione accipitur, dicēdo ista aliqua q̄ sunt angelus & michael nō sunt angeli, vel haec quae sunt angelus & michael non sunt angeli, opposito modo ad singulares prioris vniuersalis plures demonstrando, modo omnes tales singulares sunt false. Nec est difficultas vlla in mentalibus plusquā hic aliquod animal non fuit in archa Noe, quae cōtradictorie opponitur his duab⁹ omne animal fuit in archa Noe, omne animal non fuit in archa Noe, vt in vna sit distributio pro generibus singulorum, & in alia pro singulis generum, vel essentia diuina nō est pater quae duabus propositionibus contradicit, quarum subiectum vnius incomplete distribuitur, alterius vero complete ¶ Vnde sit haec consequentia nō est in bocardo angelus & michael nō sunt entia & omnes angelus & michael sunt entia, ergo entia non sunt entia, capiendo praemissas in sensibus concedendis, medium enim in maiore non habet vnicam acceptionem, & tamē in minore vnicam acceptionem habet, & sic ī praemissis difformiter accipitur. ¶ Eodē modo dicatur de his om̄ia duo & duo sunt duo, & duo & duo nón sunt duo. Si enim subiectū in affirmatiua distribuatur, tunc subiectū vnica acceptione accipitur, & ipsa est falsa, eo q̄ praedicatur inferius de suo superiore distributo Illud copulatum est superius ad eius partem in supponendo. Et in negatiua subiectū accipitur vnica acceptione, significans aliqua entia quae sunt duo & duo non sunt duo, & hoc ē verum, patet de tribus aut quatuor angelis. Si enim prior pars copulati distribuatur solum, tunc subiectum diuersis acceptionibus

accipit, & ipsa est vera, significans quibuscumque duobus & aliquibus duobus datis, de illis verum est dicere quod sunt duo & hoc est verū, admittendo coniunctionem indifferenter inter eadem sicut inter diuersa cōiungere. Et sic omnes tales sunt vere, om̄ia duo & duo sunt tria, omnia duo & duo sunt .iiij. & non ascēdendo in impartibilibus, eius contradictoria erit hęc aliqua duo & omnia duo non sunt .iiij. quę est falsa. ¶ Cum istis stant hę propositiones, omnia duo & duo nō sunt duo, om̄ia duo & duo non sunt tria, patet per falsitatem cōtradictoriarum aliqua duo & omnia duo b duo sunt. Nec sequitur omnia duo & duo nō sunt duo, ergo hęc duo & duo non sunt duo, procedit enim a cōfusa ad determinatam respectu multitudinis.

His prelibatis dicitur vniuersaliter in copulatis contradictio est sumenda & alie oppositiones sicut in ceteris propositionibus. probatio primo Periar. dicit Aristoteles cuilibet affirmatiōi est vna negatio oposita, & ecōuerso. Cum ergo quęlibet propositio de copulato sit propositio, habet contradictoriam, illa enim est ei icōpossibilis de forma hoc ex primo Periar. & .iiij. Metaphisice patet, nam oppositiones alie omnes in his basibus infallibilibus stabiliuntur. ¶ Circa oppositionem contradictoriam aliis sepicule surda aure pertransitis extra oppositionum specialem materiam solum insisto, quoniam ea est communissima qua radicitus intellecta sine difficultate conformiter in aliis quilibet suopte ingenio consequenter loquetur.

Contra istud argumentor, a homo & asinus non sunt animalia est propositio de copulato, & tamen non habet cōtradictoriam. igitur, minor patet. si erit hęc omnis homo & omnis asinus sunt animalia, iam sunt ambe vere. Si detur hęc omnis homo & omnis asinus sunt b animalia. ¶ Contra ponendo solū Sortem esse inter homines cum multis asinis sunt ambe false. patet, incipiendo probationem primo a termino stante determinate.

Respondetur neutra istarum propositionum assignatarum propositioni date contradicit, sed in sua opposita erit suppositio mixta, & quia prior terminus steterat confuse tantum, secundus vero determinate vocabitur determinata confusa in contradictoria sicut diximus superius in obliquis, & si prior terminus stetisset determinate & posterior confuse, vocata erit confusa determinata, a quibus litteris hę suppositiones significantur etiam illo in loco habunde est relatum ¶ Verum enunciatio illa in qua est suppositio mixta est sic probanda. Primo semper ascēdendum est sub distributione respectu cuius terminus supponit confuse, & tum maneat determinate terminus qui mixtim supponebat, quia suppositio mixta non est reperibilis sine duplici distributione, substracta autem distributiōe respectu cuius supponit confuse manebit talis terminus supponens pure determinate respectu alterius distributionis. ¶ Et si terminus distribuatur in ordine ad tres terminos quorum primus stat confuse tātum alii duo determinate, terminus ille distributus in contradictoria in ordine ad primum terminum stabit determinate & confuse tantum in ordine ad alios duos, & sic stabit vnica determinata & duplici confusa, & denotabitur a nota e. ¶ Et si terminus distribuatur in ordine ad .iiij. terminos quorum primus stat confuse tātum & tres alii determinate, tūc ille terminus distributus in cōtradictoria in ordine ad primum stabit determinate, & in ordine ad alios tres confuse tantum, & denotabitur a nota f. ¶ Et si terminus distribuatur in ordine ad tres terminos quorum duo primi stant determinate & tertius confuse tantum, tunc in contradictoria talis supponit suppositione mixta duabus confusis & vnica determinata, & denotabitur ab aliqua littera hoc representante, puta g, gratia exempli, oppositū huius homo & angelus et quilibet asinus sunt substantie erit hęc, quilibet homo et quilibet angelus et g asinus non sunt substantie, sic quod ille terminus super quem fertur talis littera denotatur stare duabus confusis respectu primarum distributionum, et vnica determinata, sic quod ablata altera duarum primarum distributionū, terminus ille stabit mixtim vnica cōfusa et vnica determinata, et ablatis ambabus stabit pure determinate. ¶ Sic itaque ascēdendum est in illa propositione iste homo et quilibet angelus et c asinus nō sunt substātie &c. ergo quilibet hō & quilibet angelus et g asinus nō sunt substantie, et ita cōsequenter secundū multitudinem et mixtionem suppositionum facilitabis, applicando litteras secundum ordinem alphabeticum. ¶ Ex isto sequitur terminum supponere cōfuse in ordine ad aliquem terminum non est nisi denotare eandem notionem in sua opposita stetisse determinate, vel quod primo esset propositio probanda ratio neitilius termini, hinc est a distributiōe ad quā mixte supponēs stat cōfuse ascēsum auspicamur, & ratio huius est, vbilibet ab eodē vocabulo i cōtradictoriis propositiōes probāde veniūt.

¶ Ex hisce potest facillime deprehendi cuiusli bet propositionis contradictoria in qua vna varie determinate ac confuse inueniuntur, vtrutina periculate probationis apice & per quos terminos propositio prius posteriusve probanda venit. Subinde enunciationem opposite qua lit atus accipito, adduisq; signis eandem probationem representantibus, oblata enim hac qs libet homo & angelus b homo & quilibet angelus sunt, sic contradices, d homo & quilibet angelus quilibet homo & d angelus non sunt, in qua ab eisdem sicut in altera probationem acceptabis. In priori propositione tertius terminus erat primo probandus, post hac primus & vltimus ad libitum, & demum secundus. Sic in posteriori propositione in qua d denotat in vtroq; loco illos terminos in contradictoria distributos ad duos termios quorum prior fletit cõfuse, secũd⁹ vero determinate.

Demum vnum non silenter pertranseundũ hic dicam, circunspectus tegens non permittat suos iuuenes fodere propositiones improprias cum multiplicatare obliquorũ copulatorum & disiunctorum, & hac suppositio ne passim coram se disputare, ne in materia inutili tempus omne dilapident, & ex consequẽte necessaria in artistarũ vsu negligantur. Auditores mei Parisius (quorum aliqua pars superstes est) nouerunt cum hæ propositiones primo in medium sine regula villa a maioribus stabilita occurrerunt, & in omnibus reparationibus & disputationibus alijs ingeniosi iuuenes tales quisquilias in medium adduxere, ea propter consulto illa disputatione interdixi.

Dubitatur, finaliter an in hac sortes & plato est vnum disiunctum termini capiantur materialiter.

Respondetur, & capitur significatiue, & totum subiectũ materialiter respectu prædicati secunde intentionis, dato q; illa duo cathegoreumata capiantur significatiue parum refert, vt hic omnis homo albus est quid cõplexum. Similiter hic omnis homo est totum in quantitate.

Sequitur de copulatis diuisiue sumptis.

Si autem & affirmatum diuisiue sumatur, alterum extremum vtriq; parti copulati conuenire necessum est. Quare copulatiua i quam reducitur illius veritatis falsitatis ve mensura infallibilis erit.


Roide & duplicater primo capitur, vno modo copulatiue, alio modo copulatim. Et hoc fit biphariam, vno modo cõplexiue, de qua acceptione iam pridem loquuti sumus, alio modo diuisiue, de quo in presentia sermonẽ proferre cõgruit.

Hoc autem interest inter copulatũ cõplexiue sumptum & diuisiue captũ, illo modo captum requirit verbum pluralis numeri. ¶ Sed diceret aliquis quando partes accipiuntur præcise pro vna re singulari, quare nõ potest copulatum reddere suppositum verbo singularis numeri sicut terminus simplex talem rem significans. Dico in primis impropriissime coniunctio inter eadem nectit, teste Despauterio & alijs grãmaticis, hoc pene ab omnibus ẽ receptum, nos autem artistarum vsu nunc ea inter diuersa, nunc inter eadem, sed rarius vtimur, pluralitatem lubentes seruamus, quatenus & diuisiue captum ab eodẽ complexiue capto sequestremus, sed proprietate talium admissa vt antea diximus paruipe fert siue hoc siue illud in talibus dicatur. In cõmuni modo loquendi dicimus etiam hic angelus & michael sunt angeli, (michaelẽ monstrando) esse falsam, et ergo esi ppositio, & per consequẽs copulatum suppositũ verbo pluralis numeri reddit. ¶ Secundo, copulatũ hoc modo acceptum nec distribuitur nec particularizatur aut singularizatur ab adiectiuo singulari, nihilq; facit ad suppositionem termini sequentis, & etiam in vtroq; contradictoriorum manebit, quando enim vnicam acceptionem copulatum habet non plus obscurat propositionem quam vnus terminus simplex loco eius positus, quando vero complexũ nõ habet vnicã acceptionẽ, sed partes diuersimode capiunt per ascẽsum descensumq; sub partibus (sicut superius retulimus) eodẽ modo vt in alijs comprehenditur.

Verum copulatũ diuisiue sumptũ terminum sequentem confundit, & in eius contradictoria & in vel formaliter aut virtualiter murabitur. Virtualiter dico, nam & negatum valet vel affirmatũ, vt statim dicetur, verbum etiam singularis nũeri appetit, quare hanc distingues, duo angeli & quatuor angeli sunt sex. Et itelligo a parte subiecti signis

ter in rectis, nam a parte prædicati verbũ singulare has acceptiones haud segregat. vt Sortes est Sortes & sua manus, neq; hic, regis ac regine palafridus est candidus.

Accedendo ad littere explanationem dicitur, veritas propositionis affirmatiue de copulato diuisiue capto per veritatem falsitatem ve copulatiue ad quam reducitur mediate vel immediate mensuranda est. Si enim ad copulatiuam veram reducatur est vera, vice uersa si in falsam reducatur, ipsa quoq; falsitatis est particeps. Quare hæc est vera Sortes & Plato est homo, quia copulatiua illius metrũ est vera, scilicet Sortes est homo & Plato est homo. & hęc falsa Sortes & chimera nõ est homo, prior pars copulatiue est falsa cuius cardinem reuoluitur quaten⁹ sua qualitas enucleetur ¶ Aliqua immediate in copulatiuam redigitur vt Parisius & Romę venditur piper. aliqua mediate, vt animal est homo & brutum. primo da singulares subiecti. asinus brunellus & fauellus est, asinus est brunellus, & idem est fauellus, vel potius da ante omnia singularia subiecti, iste asinus vel iste &c. Sit hic, homo et asinus est b animal da singulares ex parte prędicati stantis determinate, quibus datis in copulatiuam eius qualitatem mensurantem reducatur. homo & asinus est hoc animal, & homo & asinus est hoc animal quocunq; demonstrato illa est falsa. Piper venditur Parisius & Romę falsa, non regulabitur per hãc piper vẽditur Parisi᷒, & piper venditur Romę Da singularem primo termini piper. Et ita vtrobiq; quãdo terminus stat determinate respectu & diuisiue sumpti prius dabis singulares quam illam reduxeris. ¶ At in hac hominis gradarius & canis currit, dicestius hominis gradari⁹ & canis currit, & postea in copulatiuam reducatur. ¶ Sed quando talis terminus stat confuse tantum reducitur ante descensum, vt Parisius & Romę venditur piper, album & nigrũ est Sortes & Plato, capiendo & diuisiue a parte vtriusq; extremi, a priori vocabulo accommodatior est resolutio, sic dicẽdo. Album est Sortes & Plato, & nigrũ est Sortes est Plato.

Hac in materia norma traditur, quando in aliqua enunciatione plura copulata aut plura disiuncta diuisiue capta ponuntur, vel vnum copulatum & vnum disiunctum. Talis propositio est regulanda priorem per notionem, & postea per secundum copulatum aut disiunctum reducetur. vt data hac propositione quilibet homo & ali⁹ homo aliquis homo vel vterq; homo est. Primo ratione copulati in copulatiuam reducatur, & postea vtraque pars copulatiue ad disiunctiuam ratione disiuncti diuisiue sumpti reducetur. Si vero signũ exponibile in fronte est situm gratia illius edisseratur. vt tantum homo est currens & laborans. Cum autem copulatum vnicam acceptionem vendicet, per acceptionem copulati statim illius qualitatem offendet. vt quod est equus & asin⁹ aratrum trahit, quod est homo & risibile sillogizat.

Cæterũ cõtradictoria & diuisiue sumpti per vel diuisiue captum dabitur. Coniunctio & diuisiue sumptum negatum ęquiualet ly vel affirmato, loquor de equiualentia in cõsequendo. Veritas propositionis vel diuisiue sumpti per disiũctiuam copulatiue aduersam ad quam reducitur mediate vel immediate regulabitur. Omẽ animal est homo vel brutũ, nõ immediate reducitur in disiunctiuam, sed singularibus datis in disiunctiuã reducetur.

Insuper in copulatis & disiunctis diuisiue captis ad contradicendum dicitur vna pars copulati non respicit suppositionem partis eiusdem copulati Nec vna pars disiuncti diuisim sumpti suppositionem alterius partis aspicit, sic ꝙ si vna pars talis copulati distribuatur altera parte stante determinate non oportet in illius contradictorio illam partem distributam stare confuse, haud secus de disiuncto diuisiue sumpto dicatur. Illius causa est, quia ille due partes copulati equiualenter diuersis enunciationibus ponuntur, eo ꝙ illa propositio est in hypotheticam vlterius reducenda. Paradigmate hoc ipsum explanatur, accepta hac enunciatione quilibet homo & b homo, quilibet homo & homo est, semper capiendo & diuisiue, ly homo ĩ priore parte subiecti nõ respicit suppositionem determinatam secunde partis subiecti, qua de re non oportet ꝙ cõfuse tantum in suo contradictorio supponat. Attamen suppositiones terminorum in copulato prædicati respicit, & quia in pręfacte propositionis prædicato vna suppositio confusa tantum ponitur. quocirca ly homo distributum in priore parte copulati subiecti est suppositioni determinate obnoxium, & termin⁹ homo in prædicato mobilitatus, quia vnam suppositionem determinatam in subiecto respicit, & non respicit suppositionem cõfusam tantum in prædicato existentem ideo stabit confuse, reliquas sanctiones contradictoriarũ obseruando. quas ob res contradictoria ꝓpositiõis memorate fuerit ista, aliquis homo vel quilibet homo, aliquis homo vel quilibet ho-

mo non est. Similiter contradictoria huius In
aliquo viculo & Parisius venditur omne pi/
per, vt omne non sit pars extremi est hæc. In
quolibet viculo vel parisius quodlibet vendi
tum e piper non est, haud secus in vel diuisiue
capto practicabis, de quo incidenter in copu/
latorum materia loquor, quia cum his copula
tis oppositionem construit, modo oppositio/
rum eadem est disciplina, vnum sine alio non
capitur.

Hoc preludio antemisso calamum ad
propositiones ipsas ex quibus hæc tempestas
emersit reduco. Quarum vna est Parisius &
Romę venditur piper. In sensu hypothetico
perspicua est eius veritas, verum copulato in
sensu plærique fluctuarunt dicentes illam non
posse eo in sensu saluari veram, idcirco veteres
sophistas at me illorum semita gradientē ta/
xarunt, cathegorico tamen in sensu illam ve
ram cum maioribus concedo.

Contra cuius veritatem sic argumen
tor, illa est vna affirmatiua cuius alterum ex
tremum non supponit, scilicet Parisius & Ro
mę ens venditū, suppono nihil in vtroque lo/
co vendi, & appellationem rationis quam ali
qui venditioni accommodant secludamus,
quomodo venditio actum interiorem impor
tet in appellatione rationis (si in mentem oc
currat) dicere proponimus. His præmissis ra
tionem continuo, Parisius & Romę ens ven/
ditum mediante copula illius propositionis
minime supponit, igitur.

Secundo, eius contradictoria est vera,
scilicet non Parisius & Romę venditur piper,
nam bene sequitur, non Parisius & Romę vē
ditur hoc piper, & non parisius & rome ven/
ditur hoc piper & sic de singulis, ergo non pa
risius & romę venditur piper, tenet consequē
tia per ascensum, sed antecedens est verum, er
go & consequens.

Prior ratio nō nihil difficultatis im bi
bit, eo inficias coniunctionem eē partem sub
iecti, virtus eius in illo extremo non est exhau
sta, sortes & brunellus est animal, illic animal
confunditur confuse tātum, quare nota agit
in predicatum, si totum copulatum confun/
dat, illius confusionis particeps est cōiunctio,
nam coniunctio est pars totius enunciationis
& non pars subiecti. ¶ At insultas, tunc sub/
iectum realiter erit sortes brunellus, quæ non
sunt terminus complexus, postquam non est
illorū debita vnio. ¶ Respōdet, cōiūctio & ne
ctit illa duo simul, & ī verificatiōe delēda ē no
ta vniuersalitatis, capiendaque vel, sic verificās
do hoc est parisius vel romę ens venditum,
hoc est sortes vel brunellus, hoc coloratur, nā
propterea & dicitur capi diuisiue perinde ac si
varias leges coniunctionis disiunctiue emule
tur. Accipe analogiam subiectum huius qui/
libet homo est animal supponit, in cuius ve/
rificatione subducitur signū quilibet, demon
strando sortem dicimus hoc est homo vel ali
quis homo.

Expiscaris adhuc consequēter vel nul
latenus ponitur in mētali illius, quia tum ha
beret vel ac & pariter, quod est indignum au
ditu, proīde subiectum erit sortes brunellus
realiter.

Hoc difficultatem subolet, respōsatur
& realiter est pars subiecti, sed in verificatiōe
est delenda. ¶ Sed quia vltra partes copulati
sua virtus pergit. Aliter dicitur, subiectum ē
illi duo termini sortes brunellus, & illi indebi
te applicantur sine aliquo medio, & redderent
orationem non intelligibilem, non quod mediū
sit pars illius aggregati, & sic quodammodo
sunt duo subiecta quæ sine medio nō possunt
eidem prædicato subijci, propterea in verifi/
catione oportet imponere vel. ¶ Secundo, di
co vel est pars subiecti equiualenter quoad ve
rificationem suppositionis. Et ly & expostu/
lat prędicatum competere vtrique parti copu
lati, quare hæc est falsa parisius & chimere vē
ditur piper, dato quod extrema supponāt pro eo
dem. ¶ Tertio, & diuisiue sumptum gemini
est vigoris, cuius altera pars est partes copu/
lati nectere, & in hoc valet vel, & erit verifica
tio per vel, & sic hęc ē indefinita sortes & bru
nellus est animal. Aliam vēdicat sibi vim cō
fundendi terminum remotum, cuius signifi/
catum denotat competere vtrique parti copu
lati aut triplici parti, vt Parisi⁹ rothomagi &
romę venditur piper, quo in vigore non est
pars subiecti, cum eius vigor in prędicatum
diffunditur. Si quid melius tibi in mētem suc
currat effundito. ¶ Non opinor cum eis asse
rentibus hāc valere mentaliter in vtroque isto
rum locorum parisius & Romę venditur pi/
per. Hoc eēt magnificat in matutinis. Ad sal
uandum vetus illud sophisma non placet as/
firmare totum extremum non supponere ca/
piendo verificationem per &, & saluare eam
veram. ¶ Ex isto soluere potes dubium in ter
minis & quantitatibus an subiectum illius pro
positionis sit terminus communis aut singu/
laris. ¶ Et consequenter de quantitate illius pro
positionis. ¶ Ad prius dicitur nec est singula
ris nec communis, quia non est debita vnio

subiecti de se, sed bina sunt subiecta. ¶ Secun/
do, per verificationem cum ly vel est termin⁹
cōmunis. Es per hoc ad eius quantitatem re/
spondere potes. Potes etiam si velis ratiōe cō
iūctiōis vniuersalis, vocare eā vniuersalē. & p
portionabiliter suā cōtradictoriā particularē.
Ad secundam rationem nego verita-
tem sue contradictorie non Parisius & Romę
non venditur piper, quæ valet hanc Parisius
vel Romę non venditur piper. ¶ Vno mo/
do dicitur piper stat confuse tantum in nega
tiua, & in neutra cōtradictoriarum distribui/
tur, illud copulatū diuisiue sumptū est specia-
le signū suppositiōis, quare vocabulū seqns ta
liter in negatiua suppōit qliter ī affirmatiua:
Aliter dicitur, distribuitur ly piper, ve
rum ascensus datus est erroneus, mendum
ingens illic committitur, nam a pluribus de/
terminatis respectu partium multitudinis ad
vnam determinatam respectu totius procedi
tur ex parte copulari negati quod affirmato
disiuncto equiualet. Iste equiualent non parisi
us & romę venditur piper, parisius vel romę
non venditur piper vt iamdudum dictū est.
¶ Forte replicabis aliquo mō est ascēdendū,
& nullo alio modo, igitur. si enim ascenderes
sub illo termino parisius & romę ens venditū
quælibet singularis erit vera, nam non parisi⁹
& romę hoc ens vēditum est piper, patet per
sui oppositi falsitatem, & nō videtur sub quo
alio vocabulo ascendere potes, igitur. maior
patet, hoc totum parisius & romę ens vendi
tum est terminus cōmunis, ergo sub eo ascen
dere est licitum ¶ Respōdetur, teipsum inanis
ter fatigas, nonne coniūctio est terminus pri-
mo probabilis, contradictoria enim eius ante
omnem ascensum in copulatiuam ratione co
pule copulandi reducitur. Pari forma hæc ne-
gatiua ratione cōiunctionis disiunctiue in for/
ma vel in valore in disiunctiuam oppositam
immediate reducetur.

¶ Tertio argumentor, nullum piper
venditur parisius & romę, ergo non parisi-
us & romę venditur piper, tenet consequen
tia ab equiualētibus, sunt enim eiusdem qua-
litatis, componuntur ex terminis synonimis
eodem modo supponentibus & cætera prio-
ris veritatem ascensus explicat.
Quarto, Parisius & Romę vēditur pi
per, ergo piper venditur parisius & romę, te/
net consequentia per conuersionem, sed conse-
quens est falsum, vt per descensum patet, er/
go & antecedens.
Tertia obiectiūcula est nulla, In prio-
ri est distributio opposita suppositioni deter/
minate, quę est mobilis. In posteriori vero est
distributio opposita suppositioni confuse tā/
tum post speciale signum quę est immobilis.
Etiam a suppositione confusa tantum ad de/
terminatam ex parte totius disiuncti discurri
tur, hæc nullum piper venditur parisius & ro
mę equiualet huic quodlibet piper parisi⁹ vel
romę non venditur, & altera equiualet huic
parisius & romę non venditur piper.
Ratio quarta est vanida, a suppositio-
ne confusa tantum ad determinatam proce/
ditur, sic conuertatur piper venditur parisius
vel romę, vt omīs homo est animal, ergo ani
mal est homo, adimendo signum vniuersale
in conuertente. ¶ Dices bona est hęc conuer
sio omīs homo est animal, ergo a animal om
nis homo est, ergo pari iure hæc parisius & ro
mę venditur piper in hanc conuertetur a pi/
per parisius & romę venditur.
Sed contra hoc argumentor, contradi
ctorium consequentis est verum, ꝙ sic patet.
nullum piper venditur parisius & rome, omē
a piper est piper, ergo nulliū a piper vēditur pa
risius & romę, antecedens est verum, ergo &
consequens, & sic hæc erit falsa a piper vendi-
tur parisius & romę.

Bipheriam respōdetur, vno modo cō
cedendo hanc conuersionem omnis homo est
animal, ergo a animal omīs homo est, sed ista
nihil valet parisius & romę venditur piper, er
go a piper venditur parisius & romę Tū quia
non est similis suppositio confusa tantum, in
vna post speciale signum, non autem in alia,
cum confusa per elementum a valet determi/
natam, a piper venditur parisius & romę, vē
ditum stat determinate ¶ Secundo dicitur cō
cedendo illam conuersionem parisius & romę
venditur piper, ergo a piper venditur parisius
& romę, nec sillogisatur in celarent, equiualē/
ter proceditur a suppositione confusa tantum
ad determinatam respectu termini distributi.
Nam in ista piper venditur parisius & romæ
est distributio respectu termini stātis determi
nate, ea propter suo in contradictorio in valo
re est suppositio confusa. In hac vero a piper
vendit parisius & romę est in valore distribu
tio in illo copulato respectu termini stantis cō
fuse tm̄, & p cōseqns suo in cōtradictorio eq
ualēter est suppositio determinata illo in copu
lato. ¶ Ecce parisius & romę vendit piper re/
bus nunc stantibus Et ponendo piper non vē
di alubi nisi Parisius vel Romę. Etiam conce
dendum est, parisius & romę piper non ven/

ditur, cōtradictoria huius parisius & romę pi per non est venditum, est hæc Parisius vel Ro mę quodlibet piper b venditū est. Sed ex ista Parisius & Romę piper non venditur mini/ me infertur Parisius vel Romę piper non venditur, proceditur a confusa ad determinatam ex parte dictionis piper in ordine ad prędica/ tum distributum aut saltem partem eius. Et reducitur ad hanc copulatiuā illa negatiua in qua piper stat confuse tantum Parisius a pi/ per non venditur, & Romę a piper nō vēdit.

Alia propositio est, Sortes & brunel lus est animal, quæ ex prędictis ad hanc copu latiuam veram reducitur, sortes est animal & brunellus est animal.

Contra cuius veritatem sic argumen tor, bene sequitur, sortes & brunellus est ani/ mal, ergo animal est sortes & brunellus, sed consequens est falsum, ergo & antecedens, cō/ sequentiam dupliciter probo. Tum primo est conuersio. Tum secundo proceditur ab equi/ ualentibus, nam illæ duę ad copulatiuas equi ualentes reducuntur, ergo equiualent. Ante/ cedens patet, prior reducitur ad hanc sortes ē animal & brunellus est animal. & secunda ad hanc animal est sortes & brunellus est sortes, modo hæ duę copulatiuę equiualent.


Respondetur, hęc ex dictis diluuntur facilime.

Copulatorum breuis epilogus. Si cō iunctio & inter propositiones coniungat hy/ potheticam cōstituit. Si inter terminos cathe/ goricam efficit, & hoc bipharium, quia vel co pulas verbales nectit, & tum reddit proposi/ tionem cathegoricam de copulata copula. de qua preproperε loq̄mur, vel partes extre/ morum & hoc dupliciter. Primo potest capi complexiue, & tum nihil facit ad suppositio/ nem alicuius termini, nec variatur in vel in cō tradictorio, verbumq; pluralis numeri de ri/ gore expetit, & isto modo acceptum adhuc reddit copulatum difforme, quia vnica acce/ ptione sumptum, & varijs suppositionibus ac ceptum. ¶ Si autem coniunctio diuisiue su/ matur confundit terminum sequentem, aut saltem copulatum eius ratione confundit, vt in suppositionibus (si deus cœpta secundet) re feremus, verbum etiam singularis numeri re quirit. Et cum propositio in qua & diuisiue su mitur copulatiuę equiualeat, sua contradicto ria disiunctiuę equiualebit qua & in vel mu/ tabitur, nam & diuisiue sumptum negatum equiualet vel affirmato.

¶ Demum in voce, aut in scripto in hisce ac/ ceptionibus coniunctio equiuoce capitur, cui varij actus specie discrepantes in mente respō dent, & hactenus de coniūctione copulatiua.

Sequitur de disiunctiuis.

Disiunctiua est hypothetica cuius no ta principalis est vel, aut ei equiualēs. Ad cuius veritatem alterā partem es se veram necessum est.



Onsequēs est post copulatiuas ac propositiones de copulato ex/ tremo, de disiun ctiuis ac proposi tionibus de nota disiuncta sermo nem facere, vel in proposito hy potheticam disi/ iunctiuam constituit. ¶ Dicitur in littera aut ei equiualens, nam aut ve & similes coniun/ ctiones etiam disiunctiuam efficiunt.

¶ Ad disiūctiuę affirmatiuę veritatem signi ficantiam solum a partibus suscipientis vnius partis veritas sufficit, vt ægiptij schitas præ/ cessere aut nilo ciei sunt anxie vetusti.

¶ Si detur ei extranea significatio a partium significatu, ipsa potest esse falsa, vna parte ve ra, vel vera, vtraq; parte falsa, quare hæc dis/ iunctiua est falsa, homo est asinus vel hæc dis iunctiua est falsa demonstrādo per pronomē totam disiunctiuam. Sed de hoc in libello in/ solubilium latius dicemus.

¶ Vnde fit, si disiunctiuę vtraq; pars sit ve/ ra, ipsa etiam erit vera.

¶ Secūdo patet. Si disiunctiuę vtraq; pars fue rit falsa, disiunctiua erit falsa.

Contra hanc litteram argumētor, hæc disiunctiua est falsa, si animal currit homo cur rit vel homo est asinus, & tamen vna pars est vera, homine currente, igitur.

Secundo, hæc est vera non homo est asinus vel tartarus est affer, patet per sui con tradictorij falsitatem, & tamen vtraq; pars eius est falsa, igitur.

Ad priorem rationem, concedo illam disiunctiuam falsam, vna pars minus princi/ palis est vera, quæ illam disiunctiuam non verificat.

Ad secundum, concedo illam disiunctiuam veram, littera intelligitur de disiunctiua affirmatiua capiendo partes vt iacent.
¶ Secundo dico vtramque partem veram in valore nullus homo est asinus vel nullus tartarus est affer.
¶ Dubitas quid causæ ē quod copulatiua ad eius veritatem vtriusq; partis veritatem exigit, & disiunctiua vnam tantum.
¶ Respondetur, illud ex natura illarum coniunctionum & communi hominum cōceptione originem trahit. Cum mendatium colorate proferimus sub disiunctione agnitum verum subiungimus, & tunc mox nobis assentitur, patet exemplariter. Lupi antiquitus loquebantur vel deus est, huic tamen omnes dissenuūt deus est & lupi apud maiores fabant.

De necessitate & possibilitate disiunctiue.

Ad disiunctiue necessitatem alteram partem esse necessariam sat est, aut eā contradictorijs ex partibus subcontrarijsve esse conflatam. Ad eius possibilitatem vnius partis principalis possibilitas sufficit & exigitur. Si enim vtraq; pars sit impossibilis ipsa impossibilis erit.


Vare hæc disiūctiue sunt necessarie scilicet est affer vel deus est, sortes currit vel sortes nō currit. ¶ Ex hoc sequit̄ aliquam disiunctiuam esse necessariam cuius nulla pars est necessaria, & sic cuiuslibet partis vigorem transcendit.
¶ Pro maxima seruato, fortiorē partem opposito modo ad copulatiuam disiūctiua emulatur. Idem patebit hic, hoc continuum non diuiditur in hanc partem vel hoc continuum non diuiditur in hanc partem, & sic de singulis demonstrando ad ymaginationem omnē partem a continui, tota ista disiunctiua est necessaria, vt patet per impossibilitatem sui contradictorij, & tamen nulla cathegorica illius est necessaria, immo ꝙ amplius est, nulla disiunctiua ex duabus vel quibuscūq; finitis cathegoricis conflata est necessaria. Sed disiunctiua composita ex partibus infinitis est necessaria. Et sic dicere potes aliquam partem hui9 disiunctiue esse necessariam.

Caeterum disiunctiua est contingens quando vna pars eius est contingens, & altera impossibilis, vel vtraque pars contingens, modo in falsitate non repugnēt, quare ista nō est contingens sortes currit & sortes non currit. ¶ Ad assentiendum disiūctiue requiritur alteram eius partem esse scitam, vel ꝙ sciantur partes in falsitate repugnare, aut ꝙ sciatur disiunctiua sequi ex scito in bono consequio cognito esse bono, quare crebrius scitur tota disiunctiua cuius qualibet pars ambigitur, Patet hic. Ponufex maximus est in cubiculo vel nullus antistes summus est in cubiculo, scio enim eius contradictoriam esse impossibilem, & per consequens scio eam esse necessariam, & priorem partem dubito, & ex consequente posteriorem dubitare est necessum, quia dubitato vno contradictoriorum, dubitandum est & reliquum.
¶ Dicitur vel ꝙ sciatur disiunctiua sequi ex scito in bona consequentia & caetera, bene enī sequitur, iste homo non loquitur demonstrando tacentem, ergo aliquis rex nō loquitur vel iste non est rex, scio ex opposito consequentis sequi oppositum antecedentis, ergo scio consequentiam esse bonam, & scio antecedēs huius consequentie, ergo scio consequens, quia si aliqua consequentia sit bona scita esse bona & antecedens est scitum, consequens est scitum, cuius partes dubito, vt supra tactum ē in copulatiuis. Et ex his facile cognoscitur quid sufficit ad ignorandum disiunctiuam.
¶ Insuper hæc est credita a me deus fecit mundum vel homo est asinus, hæc autem opinata deus potest producere infinitum magnitudine vel homo est asinus. Nam vna pars est impossibilis & altera opinata, ergo tota disiūctiua est opinata.
¶ De disiunctiua negatiua aduerso modo dicatur proportionabiliter ad illa quæ in copulatiuis retulimus.

Contra ista argumentor, dabitur disiunctiua necessaria cui hæc diffinitio non cōuenit, patet de hac. sortes non currit vel homo mouetur, neutra eius pars est necessaria, nec ipsa est composita ex partibus contradictorijs subcontrarijsve, sua necessitas per sui cōtradictorij impossibilitatem claret, scilicet sortes currit & nullus homo mouetur.

Respondetur, optime necessitas per impossibilitatem sui contradictorij deprehenditur, sicut necessitas disiunctiue datæ.

¶ Quare omnis disiunctiua ex partibus contradictorijs conflata est formaliter necessaria, nãm in simili forma nõ est dabilis disiunctiua cõtingens. Idem contingit in disiunctiua ex subcontrarijs composita, vt homo currit vel homo non currit, quae non potest falsificari, patet per contradictoriorum formalem impossibilitatem. Ista disiunctiua sortes nõ currit vel homo mouetur legem subcontrariarum subit, & ita vtrobiq; cum inferiori negatiua & superiori affirmatiua vt sortes non est albus vel sortes est coloratus.

Contra haec argumentor, ista disiunctiua non est necessaria hoc est falsum vel hoc non est falsum vtrobiq; per pronomen demõstrando hanc affirmatiuam hoc est falsum, patet. vtraq; pars eius est falsa, & nullum falsum est necessarium, ergo male dictum est.

Respondetur, illa disiunctiua est formaliter necessaria, non potest aliter esse quam illa disiũctiua significat, nec in simili forma, verum ipsa est falsa, nec hoc inconuenit quando partium altera se falsificat. Nam ita esse sicut illa pars significat, infert ipsam esse falsam, & sua contradictoria negatiue significans, significat aliter esse quam est. Nec hic redam ante boues colloco, isolubilia facilia obiter occurrẽtia consulto inserendo, quae alias more floccorum vento peritent, minerua pollentes in arcionbus oblectamentum suscipiunt, & ante insolubilium libellum aliqua in vestibulo degustant, rudiores vero quisquilijs delectãtur.

Secundo, qualibet pars disiũctiue ex oppositis conflate est fallisicabilis, ergo & ipsa disiunctiua ex oppositis conflata est falsificabilis, consequentia tenet, quia nullam necessitatem contrahit nisi ab illis partibus & antecedens lucet.

Tertio, haec disiunctiua non est verior sua parte sortes currit, sed sortes currit est cõtingens, ergo illa disiunctiua est contingens.

Quarto, tota causa veritatis illius disiunctiue est contingens, quia potest aliter euenire, ergo effectus est contingens, nam ad causę contingentiã effectus contingentia sequtur.

Ad secundum, nego consequentiam, disiunctiua ex contradictorijs conflata tessere & foelici comparatur, vbi vtrobiq; rectus est casus, beato omnia dextere eueniunt, cursus sortis hanc disiunctiuam verificat, eandem denominationem sua quies illi communicat.

Ad tertium, concedo maiorem, nulla propositio est verior alia, quia vera propositio non est verior falsa, nec verior alia vera, omne verum est equaliter verum, illa denominatio in impartibili figitur, vt anguli recti omnes pares dicuntur, verum enimvero talis disiũctiua est infallibilius sinceriusq; sua parte vera, cum de parte in partem sua veritas proficiscatur, atq; totius latitudinis veritatẽ extra insolubilia egredi nequit.

Ad quartum dicitur, quando effectus omnes suas vires ab vna causa contingẽti nã ciscitur, effectus est contingens, sed a falso cõtingenti effectus denominationem necessitatis partim indipiscitur. ¶ Ex quibus patet, aliquod verum puta verum necessarium plus facit ad necessitatem quam falsum, nõ tamen vniuersaliter illud est verum, patet. hęc est necessaria sorte currente sortes currit vel sortes non currit, haec tamen est contingens sortes currit & plato disputat, vtraq; parte existente vera.

Quinto, ponendo sortem currere, tota veritas huius disiunctiue est veritas huius sortes currit, sed illa est contingens, ergo & tota disiunctiua est cõtingens. Non alias est tota haec disiunctiua vera, nisi quia sortes currit.

Respondetur, maior est falsa, veritas totius disiunctiue est tota disiunctiua, & sicut tota disiunctiua distinguitur a sua parte, ita veritas totius a veritate partis, non tamen eo inficias veritas quae est pars illius disiunctiue ẽ contingens.

Sexto argumentor, sortem currere est contingens, & sortem currere est sortem currere vel sortem non currere, ergo sortem currere vel sortem non currere est contingens, cõsequentia tenet expositorie, & antecedens est verum, ergo & consequens.

Respondetur, praemisse sunt multiplices, ly contingens potest capi prime intentionaliter prout tantum valet sicut res contingens, vel secundę intentionaliter pro propositione contingenti. Si contingens in maiore capiatur prime intentionaliter, tũc cõcedo maiorem, quia sensus est, sortes currens est res cõtingens, cum subiectum supponat personaliter. Etiam maior est concedenda si contingẽs capiatur secundę intentionaliter, quia sensus est, sortes currit est propositio contingens. In priori sensu est singularis, & in secundo indefinita. Et ad minorem eam distinguo, vel omnes termini capiantur significatiue, & tunc ẽ sensus, sortes currens est sortes currens vel sortes nõ currẽs, & hoc est verũ, vel ambo termini capiunt materialiter ꝓ ꝓpositiõib⁹ quarũ sunt dicta, & tũc minor est falsa, q̃a sensus est

hęc propositio sortes currit est hęc propositio sortes currit vel sortes non currit, modo hoc est falsum. ¶ Et si dicas bene sequitur, sortem currere est sortem currere, ergo sortem currere est sortem currere vel sortem non currere, a parte disiuncti ad totum disiunctum vel inferiore ad superius. ¶ Ad hoc dicitur, in terminis materialiter sumptis consequentia nihil valet, secundum illam significationem disiunctum non est superius ad suam partem, immo ei disparatum, procedēdo semper significatiue conceditur antecedens cum consequente, & capiendo contingens prime intētionaliter. Si semper secunde intētionaliter ꝓcedatur quicquid sit de forma argumentandi minor est falsa, sicut & conclusio. Si termini difformiter capiantur erit fallacia equiuocationis. ¶ Potes tales distinguere sortem currere vel sortem nō currere est contingēs secundæ intentionaliter capiendo contingens, si vel capiatur significatiue & alię partes materialiter & sic illa est vera. Si vel capiatur materialiter sicut alię partes, illud non est disiunctum secūdum illam significationē, sed dictū supponēs materialiter pro tali propositione sortes currit vel sortes non currit, & sic ipsa est falsa. Sensus est capiendo vel significatiue, talis propositio sortes currit vel talis ꝓpositio sortes nō currit est contingens. Quemadmodum hic sortes vel plato est vnum disiunctum, si vel capiatur significatiue vel coniunctionaliter, sic illa est falsa, & sensus est, talis terminus sortes vel talis terminus plato est vnum disiunctum. Si capiatur materialiter ly vel cum alijs terminis illa propositio est vera, nec vt sic est vnum disiunctum, quia vel non est coniūctio secundum illam significationem. Sed totum supponit pro disiuncto. ¶ Et ex illo potest solui aliud argumētum quo quispiam argumētaretur. Idem est significatū huius sortes currit, & huius disiunctiue sortes currit vel sortes non currit, sed vnum significatum est contingens, ergo & reliquum.

Respondetur, sortes currit nihil aliud significat nisi sortem currere, & insuper sortē currere est sortes currens, & illud est significatum disiunctiue nunc, sed si sortes non curreret, sortem non currere esset significatum illius disiunctiue. Sed fateor ꝙ eadem res successiue est sortem currere & sortem nō currere, puta sortes. ¶ Et ex illo posses dissoluere aliud argumentum quo probaretur ꝙ isti termini conuertuntur, quia om̄e quod est sortem currere est sortem currere vel sortem non currere & econuerso. hoc est verum nunc actu, sed nō oportet econuerso, quia si sortes quiescat hæc est falsa omne quod est sortem currere vel sortem non currere est sortem currere.

Septimo argumentor contra prædicta. Propono tibi hanc disiūctiuam sortes currit vel hæc disiūctiua scripta in pariete est platoni dubia, posito ꝙ plato multum eruditus consideret circa illam disiunctiuam (posita dubitatione circa priorem partem) iam quæro vtrum disiunctiua scripta sit platoni dubia.

Si dicas ꝙ sic argumentor, omnis disiunctiua cuius vna pars est scita a platone est totaliter scita, disiunctiua proposita est huiusmodi, ergo est totaliter scita, patet consequentia cum maiore, probatur minor. plato scit ita esse sicut secunda cathegorica significat, ergo ipsa est a platone scita. consequentia tenet ex terminis laxando vocabulum scire, & antecedens patet, quia secunda cathegorica est platoni dubia, quod probo, non est impossibilis. ¶ Forte dicis est scita ab eo. ¶ Contra hoc argumentor, est scita a platone, ergo est vera. Et vltra, ergo ita est sicut ipsa significat, sed ipsa significat hanc disiunctiuam esse platoni dubiam, & ita est per te, ergo ipsa est platoni dubia, & per consequens non est scita.

Licet hactenus pauca admisi insolubilia, quia argumentum non est difficile & peculiare est proposito ipsum in præsentia alias ne forte obliuioni traderetur inserui.

Respondetur, illa disiunctiua est platoni dubia, & vtraque pars est ei dubia, & nego secundam partem ab eo sciri. Et ad probationem in qua consistit totum argumentum, plato scit ita esse sicut illa significat, ergo illa ē scita a platone, nego consequentiam. Sed ad bene argumentandum oportet addere in antecedente, & non repugnat illam partem sciri a platone, quæ consequētia est bona, & quēadmodum consequens est falsum, ita est antecedens. ¶ Contra hoc argumentor sic, limito tibi terminos, dicatur enim propositio scita quādo quis scit ita esse sicut ip̄a significat, hoc est possibile, tunc reduco argumentum vt supra. ¶ Tum secundo, non repugnat illam disiunctiuam sciri a sorte, ergo nec a platone. ¶ Forte dices, non repugnat vnam disiunctiuam sciri ab vno eorum propter priorē partem, propterea semper addo stante dubitatione prioris partis. ¶ Tum tertio dubitato vno contradictoriorum dubitandū est & reliquū. Sed copulatiua huius disiunctiue contradicens

nõ est platoni dubia, immo scita ab eo esse falsa, ergo haec disiunctiua est scita ab eo esse vera, & per consequens est scita.

¶ Respondetur, non admittendo limitationem in termino, pro nunc quia in hoc stando multi finxerũt hãc hypotheticã. ¶ Secũdo dici potest nõ incõuenit aliquã ꝓpositionẽ eẽ alicui dubiã, & tñ ipse scit ita eẽ sicut illa significat. Hoc ex prędictis est clarum, & si propositionem talem vis vocare scitam eadem propositio est scita & dubia ad illum sensum, verum dubia assensum nequaquam tunc excludit. ¶ Ad secundam, conceditur antecedens, negatur consequens cum consequentia propter repugnantiam in terminis. Ecõuerso potest dari disiunctiua quam sortes non potest scire & plato eam potest scire, patet de hac disiunctiua homo est asinua vel haec disiunctiua est sorti dubia.

¶ Advltimũ dicit, plato scit copulatiuã cõtradicentem illi disiunctiue esse falsam. Et conceditur ꝙ disiunctiua est scita vera, nam illa disiunctiua est vera, esto ꝙ prior pars sit falsa, qa non se falsificat, & nõ sequitur plato scit hanc disiunctiuam esse veram, ergo hanc disiunctiuam scit, & non oportet semꝑ dubitato vno contradictoriorum dubitetur & reliquum, licet nunquam sit instantia nisi quando dubietas est reciproca, vt in proposito.

Prima regula disiunctiuarum.

Circa disiunctiuas nonnullæ regulæ ponuntur. Quarum prima est, ab altera disiunctiue parte ad totam affirmatiue est bona illatio, & non viceuersa.



Ene enim sequitur sortes currit, ergo sortes currit vel plato disputat, sed non sequitur econtrario. ¶ Vnde fit, a disiunctiua negatiua ad alterã partem principalem negatiue est bona consequentia, patet. si aliqua consequentia est bona, ex opposito consequentis oppositum antecedentis sequitur.

Contra regulam argumentor, non sequitur, sortes differt ab asino, ergo sortes differt ab homine vel asino, & tamẽ disceptatur a parte ad totum, igitur.

Respondetur, si procedas disiunctiue consequentia est bona, si autem a parte disiuncti ad totum quid ad a.

Secundo, nõ sequitur, sortes currit, ergo contingenter sortes currit vel sortes non currit, supposito ꝙ ly contingenter determinat totam hypotheticam ĩ sensu diuiso ita ꝙ feratur in copulam coniunctionalem denotãs contingentiam ita existendi sicut ista disiunctiua significat sortes currit vel sortes nõ currit, & tamen proceditur per regulam.

Respondetur, hoc argumentum ex dictis in copulatiuis est solutum disiũctiua istic probationem aliũde quam a suis partibus nã ciscitur.

Contra aliam regule partem argumẽtor, bene sequitur, sortes currit vel homo currit, ergo sortes currit. ¶ Similiter sequitur, homo est asinua vel sortes currit, ergo sortes currit. ¶ Tertio, bene sequitur, homo currit vel deus est, ergo deus est.

Respondetur summatim, quando cõsequens illatum sequitur ad vtramq; partem disiunctiue illatio est bona, nõ autem alias, & hoc est gratia materie solũ. Si vna pars sit formaliter impossibilis tunc illatio est formalis, vt sortes currit & sortes non currit vel plato disputat, ergo plato disputat, aut sic vterq; istorum est b alter istorum vel sortes currit, ergo sortes currit. ¶ Idẽ est si illata pars formaliter sit necessaria. ¶ Circa formalitatem hic, homo ẽ homo vel homo est homo, ergo homo est homo, vel ponendo pro vna parte disiunctiue omnis homo est homo vos non demorabor, nã ex aliubi narratis hoc est ꝑpertitũ.

Secunda regula.

A tota disiunctiua cũ vnius partis destructione ad alterius positionem formalem illationem ponunt.



Ntecedẽs in hoc hypothetico sillogismo ẽ vna copulatiua cuius prior pars est vna disiunctiua, & secunda contradicit vni parti illi⁹ disiunctiue. ¶ Destruere autẽ vnam partem disiũctiue nihil aliud est quam eius oppositum accipere, tunc necesse est ponere siue inferre reliquam partem. ¶ Patet regula. Si non sequatur Sortes currit vel Plato disputat, & Sortes nõ currit ergo Plato disputat, tunc oppositum consequentis cum antece

dente ſtabit,& ſic Sortes non currit & Plato nō diſputat ſtabit cum hac diſiunctiua,quod liquet eſſe falſum. Si antecedens non capiatur in ſenſu diſiunctiuo cōſequentia eſt nulla,per hoc potes formare ſillogiſmū tuipſe.

Contra hanc regulam argumētor,nō ſequitur omnis ꝓpoſitio eſt cathegorica vel hypothetica.ſed non omnis propoſitio eſt cathegorica,ergo omīs propoſitio eſt hypothetica,& tamen procedit̃ per regulā,igit̃.

Secundo argumentor,non ſequit̃ homo eſt aſinus vel manꝰ mea eſt clauſa,ſed nulla manus mea eſt clauſa,ergo homo eſt aſinꝰ, & tamen proceditur per regulam,igit̃.maior patet,tempore maioris claudēdo manum & tempore minoris eam aperiendo,antecedens eſt verum,& conſequens falſum.

Tertio argumentor,non ſequitur,ſortes eſt aſinus vel ſortes non eſt aſinus.ſed ſortes non eſt aſinus ergo Sortes eſt aſinus,& tamen diſcurritur per regulā.igitur.

Quarto,non ſequitur omnem hominem currere a ſignificat vel homo eſt aſinus. ſed aliquem hominem nō currere a ſignificat, ergo homo eſt aſinus,& tamen proceditur a tota diſiunctiua &c.igitur.maior patet,ponēdo a ſignificare hanc copulatiuam omnis homo currit & aliquis homo non currit. Iam cōſequens eſt falſum,& antecedens verum,omnem hominem currere a ſignificat,poſtq̃ totam copulatiuam ſignificat,partes eius etiam repręſentat,& ex illo reddit̃ veritas minoris.

Quinto argumentor,nō ſequitur,ſortes ſcit ꝙ Plato diſputat vel Plato non diſputat,& Plato diſputat,ergo Sortes ſcit ꝙ Plato diſputat,ponendo ſortem neſcire vnā partem diſiunctiue & Platonem diſceptare. Iam antecedens eſt verum & conſequens falſum, & tamē per regulā ꝓceditur,igitur.

Ad primum reſpondetur,ſi ipſa ſit cathegorica,conſequentia nihil valet,nec per regulam diſcurritur.ſi autem diſiunctiua,conſequētia eſt bona.ſed ſicut cōſequēs eſt falſum, ita eſt antecedēs ꝓ vtraq; ſua parte.

Ad ſecundum,negetur minor,cū nō importetur idem tempus per vtriuſq; copulam,nullo modo contradicunt.Si enim cum eodem tempore copule ſignificent,conſequētia eſt bona.ſed ſicut conſequens eſt falſum, ſic eſt antecedens. ¶ At dicis ex hac ſolutione poſt prolationem vocalis mee non potes mihi contradicere. ¶ Reſpondetur,nō ſequitur, referes enim tue propoſitionis copulam ad tēpus prolationis copule mee propoſitionis.

¶ Forte vlterius dices,vna eſt vniuerſalis negatiua,alia indefinita affirmatiua,quibus nulla conditio ad bonam cōtradictionem requiſita deeſt,ergo contradicunt. ¶ Reſpondetur, aſſumis falſum iam reiectum.

Ad tertium dicitur,male concluditur, oportet inferre ſortes non eſt aſinus.

Ad quartum reſpondetur,non proceditur contra regulam,minor eſt affirmatiua de dicto negato. Dicas pro ea ſed nō omnem hominem currere a ſignificat,ſic ꝙ negatio feratur in totum ſequēs.& ſit ſenſus a nō ſignificat aliquam talem omnis homo currit.& tū conſequentia eſt valida,quia quemadmodū conſequens eſt falſum,ita eſt antecedens pro minore.

Ad quintum diſtinguo maiorem,vel illud verbum ſcio cadit in totam diſiunctionem tunc maiorem concedo,ſed minor tunc eſt falſa. Eſt ſolum cathegorica de diſiuncto extremo,ſi in vnam partem cadat & diſiunctiuam faciat.conſequentia eſt bona,& ſicut conſequens eſt falſum ita eſt antecedens.

¶ Vnde tales diſtinguēde veniūt,Plato ignorat ꝙ nullus homo eſt aſinus & Iohannes ſtudet,ſi actus ignorandi cadat in totum,& non in partes,illa eſt vera.eſt enim cathegorica cuius prædicatum eſt hoc totum ignorās ꝙ nullus homo eſt aſinus & Ioanānes ſtudet, vel actus ignorandi cadat in vtrāq; partem,vel in vnam partem tantum,& ſecundum hoc facile procedere potes.

Tertia regula.

Copulatiua affirmatiua & diſiunctiua affirmatiua ex partibus contradictorijs conflate contradicunt,licet vtriq; per negationis ante lationem contradictum fuerit.



X hac litera(quē textum nuncupāt) ſequitur copulatiuā negatiuam & diſiūctiuam affirmatiuā ex partibus contradictorijs compoſitā illi copulatiue affirmatiue equiualere. Patet eidem ꝓpoſitioni cōtradicunt.Ex quo iterum correlarie ſequitur inter tales, diſcurſus eſt mutuus,haec enim conſequentia eſt bo

na, non a homo non est animal & quilibet homo est b currens, ergo omnis homo est b animal vel a homo non est currens, & ecōuerso. cōditionum superius relatarum in oppositionibus haud sis immemor, alioqui facile circūuenieris.

Dubitatur iam circa dicta an negatio praecise copulam coniunctionalem siue hypotheticam neget.

Respondetur, hic digladiātur artiste, aliquibus partem affirmatiuam quaestei tenētibus, alijs oppositum asserentibus. Nunc partem destructiuam sustinebimus.

Dicimus ergo negationem aduerbialem in fronte hypothetice positam omnes copulas & verbales & coniunctionales sequentes (si non ponatur obex) negare. ¶ Alioqui dabuntur duo contradictoria in quibus erit terminus distribubilis non existēs determinatio accepta vnica in neutra contradictoriarū distributus. ¶ Pari forma in vtraqꝫ idem terminus distribuetur, patet manifeste in istis nō homo est animal & deus est, nō omnis homo est animal & omnis deus est, & earum oppositis. ¶ Secundo, negatio est malignantis nature, ergo agit in totum quod sequitur illius ꝓpositionis cuius est pars, non enim videtur ratio ꝙ ageret in propinquum non agēdo in distans. ¶ Tertio, intellectus sua ex foecunditate potest negationem ferre tam in copulam cōiunctionalem quam cathegoricalem, quo facto aduersariorum sagittas eneruare oportet, non plures nunc apponam rationes. ¶ Dixi aduerbialem, quoniam nominalis negatio nō cadit vltra cathegoricam in qua ponitur, nullus homo est animal & deus est, est copulatiua affirmatiua, cum coniunctio quae est copula principalis non negetur. ¶ Dixi etiam in fronte hypothetice positam, nam negatio etiā aduerbialis inter partes prioris cathegorice locata solum copulam verbalem illi⁹ cathegorice negat, & ipsa negatio immediate ante copulam cōiunctionalem posita eam negat cū toto residuo vt homo est animal non & deus est, extrema secunde cathegorice distribuuntur, quae est negatiua & vniuersalis, & tota copulatiua est negatiua, disiunctiue equiualens. Nō nego tamen quin negatio aduerbialis potest praecise negare copulam prioris cathegorice sicut negatio nominalis vt non sortes currit & deus est est affirmatiua si negatio solum habeat primam cathegoricā pro obiecto, sed suppono negationem vltra priorem cathegoricam cadere. Volo dicere si copulam coniunctionalem negatio in fronte hypothetice posita neget copulas cathegoricales etiam negabit, pariterqꝫ oēs terminos distribubiles mobilitabit, nam tunc totam copulatiuam affirmatiuam pro obiecto habebit. Oppositum responsionis istius in logica sustinebitur.

Contra istud argumentor, sequeretur secūdam cathegoricam huius, non homo est animal & deus est esse vniuersalem negatiuā sed oppositum patet, subiectum nō distribuitur a signo quod est pars eius, ergo nō est vniuersalis. ¶ Idem tandem copula non negatur a signo quod est pars illius propositionis, ergo nō est negatiua. ¶ Si dicas sufficere copulam negari a negatione quae est pars totius propositionis. ¶ Contra, tunc sequeretur praeiacentem huius nullus homo ē animal esse vniuersalem negatiuam, contra superius dicta in q̄ditate & qualitate propositionis.

Ad hoc argumentum respōdetur, cōcedo illam esse vniuersalem negatiuam, quia copula negatur, & subiectum distribuitur a signo quantificante & qualificante illam propositionem. Non est sic de praeiacente istius nullus homo est animal, quia nullus quantificat & qualificat totam propositionem, & nō eius partem, de parte iudicandum est ac si non poneretur negatio vel esset separata ab ea. Etiā distribui a signo quod est pars propositionis non sufficit ad propositionem vniuersalem, haec enim est particularis non omnis homo ē animal, & subiectum distribuitur a signo qd⁹ est pars illius, sed non a signo quantificante illam, vnde dico nunquam in cathegorica propositio quantificatur aut qualificatur nisi a signo ꝙ est pars eius nec hypothetica qualificatur nisi a qualificante eius partes cathegoricales postquam in eas cadit, & est pars totius ꝓpositionis cuius ipse sunt partes pręcipue, stat tamen hypotheticam esse negatiuam, priori cathegorica affirmatiua, aut contra. ¶ Secundo dico subiectum secundę cathegorice copulatiue de qua fit mentio negatur a negatione quae est pars eius equiualenter, quia cum positio communis dicat negationem aduerbialē negare omnes copulas sequentes, erit idē dictu ac si esset negatio nominalis bis posita semel in secunda cathegorica & semel in prima limitando etiam ꝙ neget copulam coniunctionalem.

Secundo argumentor, ex isto sequitur aliqua propositio mentalis vltimata necessaria simpliciter efficietur impossibilis. Et idē idē impossibilis in mēte efficietur necessaria,

Sed ista sunt a ratiõe aliena, igitur. Sequela patet, pono Sortem habere hanc mentalem Sortes est animal & deus est. Constat secundam cathegoricam esse simpliciter necessariã, deinde præponat toti negationem aduerbialẽ, tũc peto vel illa eadẽ secunda cathegorica est impossibilis vel non, si prius propositum, si secũdum cum non negatur copula secunde cathegorice contra opinionẽ. Et ex isto facile ostendas aliam partem argumenti.

Respondetur negando sequelam, illa cathegorica quæ prius erat necessaria manebit necessaria, sed negatio in valore addita propositionis alietatẽ facit, illa copulatiua valet hanc Sortes non est animal non & null⁹ de⁹ est, imaginando negationem aduerbialem solum agere in copulam principalem. Iam secũda cathegorica est nullus deus est virtualiter, & deus est, est necessaria sicut antea. ¶ Sed insultas precise est vna negatio in tota illa hypothetica quæ negat copulam istius deus est, ergo illa est falsa, cum prædicatum negetur de subiecto ¶ Dicis copulam negari nõ arguit illam falsam, quia indubie copula prelacentis huius nullus deus est negatur, & tamen illa est necessaria, cum affirmatiue significet significatione totali. ¶ Contra hoc argumentor, secũda cathegorica ill⁹ hypothetice negatiue est falsa & impossibilis, & nihil est pars ei⁹ quod non erat pars eius in affirmatiua, ergo eadẽ propositio quæ prius erat necessaria efficietur impossibilis. Ingenue fateor hoc solum vnũ argumentum dignum est vt oppositum sit etiam probabile nec citra scrupum ipsum dissoluemus, nihilo tamẽ minus dico in valore negatio nominalis additur, quia intellectus fert negationem illam in copulam coniunctionalẽ atq; in copulam cathegoricalem, sicut dixim⁹ in casu quo eam stipare laborauimus. In illa hypothesi intellectus remouet esse a deo, & p consequens est alia enunciatio quam preerat. Item illa negatio in fronte erit pars vtriusq; cathegorice potissimum in valore, quia negat animal ab indiuiduo, & existẽtiã a deo.

Tertio argumentor, sequeretur duas propositiones mentales esse synonimas, & tamen in vna earum ponitur vnus termin⁹, cui non respondet terminus synonimus in alia. Sequelam probo sic, secunda cathegorica huius copulatiue negatiue non homo est animal & deus est, est synonima cum hac propositione nullus deus est. nam ille due propositiones cõstituũtur ex extremis omnino synonimis. Similiter & copulis stantibus eodem modo, quia ille propositiones sunt synonime, attamẽ in secunda ponitur signum vniuersale negatiuum, & nullum tale ponitur in secunda cathegorica illius copulatiue, igitur.

Euacuatio rationis præcedentis hanc etiam euacuat.

Quarto argumẽtor, sensus huius nõ homo est animal & deus est, est iste non est ita q homo est animal & deus, hic copule cathegoricales non negantur, ergo nec negantur in alia.

Dico illum sensum capiẽtes intẽdunt negare quicquid illa affirmatio affirmat, quo circa ratio nihil concludit.

Superest de cathegoricis disiunctis loqui, & prius de disiunctis cõplexiue sumptis.

Enunciationis de disiuncto extremo vel complexiue sumpto veritas atq; falsitas per subiecti prædicatiq; acceptionẽ (more cęterarum propositionũ de extremis incõplexis) indagatur



Ropositio in qua ponitur coniunctio vel est distinguenda, aut coniunctio disiũgit inter propositiones, & sic est hypothetica. Si inter terminos, hoc bifariã, quia vel capitur complexiue, aut diuisiue vti superius deseruimus de copulatis. Hæc distinctio in propositionibus ad placitum significantibus locum habet, non autem in mentalibus vltimatis in qbus omnia sunt sincera sine hac distinctione, multo tamen maior est affinitas inter vel complexiue & diuisiue sumptum q̃ inter mentales huius vocalis non deus est capiendo non in vna neganter & in alia infinitãter. aut hic omnes apostoli dei sunt. xij. capiendo omnes distributiue & collectiue.

De vel complexiue sumpto.

Tum vel complexiue tenetur quando totale disiunctum vnica acceptiõe sumitur, vel quando nulli parti disiuncti sed toti aliud extremum conueniẽter denotatur.


Arij vario mo-
do de vel complexi
ue loquuntur, sum-
marim dicitur tunc
vel capitur comple-
xiue quādo totū ex
tremum secum im/
plicitum vnicam ac
ceptionē sortit, ita
ꝙ propositio in qua ponit vel probāda ē ra-
tione illius perinde ac si esset alius terminus sim
plex, sub illo ascenditur descenditurqꝫ vnica
singularizatione totum respiciente, vel enim
non est terminus primo probabilis, cum col
lectionem spiret non inconuenit eam in vtra/
uis contradictoriarum affirmari, puta non est
necessarium negationem eam anteferri.
¶ Exempla sunt tam a parte subiecti quā prae
dicati omnis homo vel asinus est asinus, vbi
totum accipitur vnica distributione, a homo
vel asinus nō est rudibilis, supposito ꝙ signū
feratur in totum disiunctum, iste homo vel asi
nus currit, pronomie singularizante totum,
aliquis homo vel asinus currit. Tantum pro
positio est cathegorica vel hypothetica, om/
ne animal est homo vel brutum. ¶ Per oppo
situm tunc vel diuisiue capitur, quando dis/
iunctum diuersas acceptiones vsurpat, ita ꝙ
non ascenditur aut descenditur sub toto dis/
iūcto sed sub partibus, vt hō, vel a equus cur
rit. Tunc vel in vno affirmatum in alio nega
bitur, vt supra in copulatis est relatum.
¶ Quando vtraqꝫ pars stat discrete aut de/
terminate non magnopere interest siue dica/
tur sumi complexiue siue diuisiue. Hinc talis
est distinguēda, sortes vel antichristus nō est
homo, si disiūctum capiatur diuisiue est vera,
nam in disiunctiuam veram reducitur. Si cō/
plexiue est falsa, nam sua contradictoria ē ve/
ra scilicet, omne quod est sortes vel antichri/
stus est homo, nam de nullo affirmatur subie
ctum, quin prędicatum stans cōfuse tantum
de illo prędicetur. Singularizando subiectum
istius pro sorte haec singularis est falsa, iste ho
mo vel antichristus non est homo. Ex quibus
perspicuum est hanc esse falsam omnis homo
vel asinus est homo capiendo vel complexi/
ue, tunc enim subiectum complete distribui/
tur, & pro pluribus supponit quam prędica/
tum, propterea ipsa est falsa. Item haec est fal/
sa omne a est asinus, cōuertatur a cum illo dis
iuncto, ergo & illa de disiuncto non est vera,
sub toto subiecto ascendes singularizando ip
sum vnica singularizatione, & praecise suppo
nit p demonstrato, qualibet singularis in qua
disiunctum singularizatur pro asino est falsa.
Nec magnopere interest de suppositione par
tium illius disiuncti. ¶ Insuper, disiuncti sup/
positionem penes eius partes signis semotis
depręhendes, quarum suppositionem mini/
me transcendit. Ex quibus sequitur hanc esse
falsam omnis homo vel asinus non est asinº,
sicut haec omne animal non est homo, est enī
negatiua in qua negatur inferius distributū
de superiore supponente distributiue. ¶ Secū
do patet hanc esse falsam, iste homo vel asinº
est asinus sorte demonstrato, cū extrema non
accipiantur pro eodem, subiectū pro solo sor
te accipitur, cui prędicatum minime cōpetit.
¶ Tertio, liquidum est hanc esse veram, omīs
homo vel chimera est homo, nam prędicatur
conuertibile stans confuse tantum de suo con
uertibili distributo. ¶ Quarto, haec est falsa,
omnis homo vel asinus omnis asinus est, pari
ter & haec animal omnis homo vel asinus est.

Contra dicta sic argumentor, istae con
tradicunt omnis homo vel chimera ē homo,
homo & chimera non est homo, capiendo vel
complexiue, & sunt simul verę, igitur, affirma
tiua est iampridem concessa, & subiectum ne
gatiue non supponit, ergo ipsa est vera.

Respondetur, negando illas contradi
cere, nunquam in contradictorijs subiectum
in vna supponit & non in alia praesertim me/
diante copula de pręsenti, vel cōplexiue sum
ptum non mutabitur in & in altera contradi
ctoriarum, sed vtrobiqꝫ stabit vel, & per con
sequens ipsum negatum non valet & affir/
matum. ¶ Sed hoc impugnatur biphariā, vel
est particularitas, ergo tunc in vtraqꝫ contra/
dictoriarum manebit eadem particularitas.
¶ Si dicas eam soluere vniuersalitatem, ergo
tunc in vtrauis manebit vniuersalitas ꝙ nō
est minus inconueniens quam repudiatum.
¶ Item illa negatiua est vera, patet dupliciter
Primo, disiunctiua ad quam reducitur est ve
ra. ¶ Tum secundo, ista chimera non est ho/
mo, ergo homo vel chimera non est homo.
¶ Respōdetur, propositiones datae optime cō
tradicunt, vel complexiue sumptum non est
particularitas nec uniuersalitas proprie capiē
do, hinc non est veritas in duobus contradicto
rijs. Tamen vel diuisiue captum habebit & in
altera cōtradictoriarum hoc districta sanctio
ne est cautum. Illius negatiue veritatem ne/
go, non reducitur ad disiunctiuam a qua sua
nebula clarescit, nihil commercij cum disiun/
ctiuo retinet, stat fixa eius probatio inter ca/
thegoricas, & quia negatur prędicatum sup/

ponens pro omni illo pro quo supponit subiectum stans determinate, hinc ipsa est falsa.
¶ Secunda consequentia est nulla sine constantia, disiunctum locum superioris respectu partis vendicat ex eius acceptione, licet disiunctū in præsentia gratię materię cum parte cōuertatur. Sic explicabis talium propositionū sensus, oīs homo vel chimera est homo de quocunq; verum est dicere q̄ sit homo vel chimera, de illo verum est dicere ē homo. quare hāc protinus falsam intueris, omnis homo vel chimera est chimera. homo vel chimera non est homo. de aliquo de quo verum est dicere q̄ est homo vel chimera de illo verum est dicere non est homo, qui sensus falsus est. Tamen a homo vel chimera non est homo, sua cōtradictoria est falsa, scilicet, omnis homo vel chimera est b homo. cōuerte illam, & post hac sensum extrica, vel descende primo sub termino stante determinate, & omnia erunt clara.
¶ Ex istis constat, a propositione de disiuncto distributo ad copulatiuam sine partium constantia non valet argumentum, bene autem econuerso. prius patet, non sequitur oīs homo vel asinus est asinus, ergo oīs homo est asinus & omnis asinus est asinus, quoniā nullo homine existente antecedens contradictorium consequentis in veritate compatitur, ponendo tamen constantias consequentia est bona, vt bene sequitur omnis homo vel asinus est asinus, & homo est, & asinus est, ergo omnis homo est asinus, & omnis asinus est asin⁹. Posterior pars exemplariter declaratur, bene enim sequitur omnis homo currit, & omnis asinus currit, ergo omnis homo vel asinus currit.

Sequuntur regulę disiunctorum. Prima.

Propositio de disiuncto affirmatiua se mota distributione: singularizatione, ampliatione, & rationis appellatione disiunctiue equiualet.



I quispiā hanc regulam inficietur, impune concesserit a esse b vel c, & non esse b, nec c. Sermo est hic de vel cōplexiue capto (de vel diuisiue capto nemo ambigit quin equiualeat disiunctiue) Cuius veritas etiam per disiunctiuam vltra prædicta cognoscetur, ita q̄ disiunctiua sue veritatis norma fuerit, sed non vsquequaq; ille inveritate conueniunt. ¶ Eapropter aliqua additamēta regulam condiunt. In negatiuis non est equiualentia, sortes vel chimera non est sortes, in sensu disiuncto vel complexiue capto est falsa. Si superius recte deseruimus, & disiunctiua illi respondens est vera. ¶ Secundo, omne animal est homo vel brutum in sensu disiuncto, non autem in sensu disiunctiuo. an cum signo collectiuo instari possit suo in loco si memores fuerimus videbitur. ¶ Tertio, iste homo vel asinus est asinus singularizando totum pro Sorte est falsa disiunctim, vera disiunctiue. ¶ Quarto, hæc est vera in sensu disiuncto sortes iuuenis disputat, disputauit, vel disputabit in Sorbona, ponendo eum nunc fractum annis, qui nec eo in collegio nunc disputat nec prius disputauit, sed iam grauis annis post hac disputabit. veritas illius in sensu disiuncto per suas resoluentes claret. hoc disputat, disputauit, vel disputabit in Sorbona, & hoc est fuit vel erit sortes iuuenis, ergo sortes iuuenis disputat disputauit vel disputabit in Sorbona, & illius disiunctiue falsitas est perspicua. nam illius trinitatis quælibet pars est falsa, at due cum cōiunctione (quarum vtraq; est falsa) altera partium disiunctiue fuerit.
¶ Quinto, fiat me cognoscere sortem absq; hoc q̄ cognoscam Sortem vel Platonē, possum sortis conceptum habere absq; hoc q̄ illius disiuncti notitiam in mente habeam.
¶ Vnde fit, sortes vel Plato est homo equiualet huic Sortes est homo vel Plato est homo, & si illa disiunctiua falsa fuerit, altera de disiūcto protinus falsa conspicitur. Opposito dato licenter concedam sensu disiuncto sortem esse hircoceruum vel vnam harpiarum, disiunctiuam negando. & sic omnis via manifestan de disiunctiue pessumibit.

Contra regulam hoc sale conditā argumentor, hæc est vera Sortes vel Plato est vnum disiunctum in sensu disiuncto, & falsa in sensu disiunctiuo, ergo regula nulla.

Respondetur, in suppositione materiali subiectum non redolet disiunctum, licet pro disiuncto accipiatur. ¶ Secundo, loquimur in suppositione personali.

Secunda regula.


Propositio negatiua de disiuncto prefate ꝓpositioni inimica copulatiue affirmatiue equiualet.



Xemplo enucleatur, sortes vel plato est homo disiunctiue equalet ex precedenti littera, & haec non sortes vel plato est homo contradicit illi de disiuncto, ergo equiualet huic copulatiue sortes non est homo, & plato non est homo, q̄a copulatiua & disiunctiua ex partibus contradicentibus constate cōtradicūt, ergo disiūctiua negatiua copulatiue affirmatiue (vt nuperrime retulimus) equipollet ceteris eodem modo stātibus, vtrobiq; si vna contradictoriarum disiunctiue equiualeat reliqua copulatiue equiualebit. ¶ Aliud exēplū, non homo vel asinus ē asinus huic nullus homo est asinus & nullus asinus est asinus equiualebit. ¶ Dicitur praefate propositioni inimica, hoc est proportionabiliter ad regulam precedentem, id est, quando contradicit propositioni de disiuncto quae disiunctiuā p̄cṡe valet. ¶ Ex his habes negatiuam de disiūcto distributo vnica distributione copulatiuam affirmatiuam inferre & cōtra, vt bene sequitur nō homo vel asinus est asinus, ergo nullus homo est asinus & nullus asinus est asinus, vel sic omnis hō vel asinus non est asinus, ergo omnis homo non est asinus, & omnis asinus non est asinus & econuerso.

De propositione de disiuncto vel diuisiue sumpto.

Propositio de disiuncto vel diuisiue sumpto penes disiunctiuam ad quam reducit veri falsiq; fulcimētū vsurpat.



Vltimulta hic languide ponunt, at omnib⁹ hinc inde trutinatis propositionem de disiūcto diuisiue capiendo vel dico disiunctiue equiualere, quando autem partes non habent vnicam acceptionem per quam descenditur ascenditurq; sed particulatim discurrere oportebit cū vtrobiq; vel diuisiue capitur. ¶ Ex his infero hasce propositiones esse veras, omnis homo vel asinus est asinus, omnis homo vel omnis asinus est asinus, signo semper in priorem partem cadēte, duę partes subiecti hic distribuuntur nec totum habet vnicam suppositionē, omnis homo vel asinus omne animal est, duae primę p suas disiunctiuas innotescunt, & tertia etiam per suam disiunctiuam directe detur quę ē hęc omnis homo om̄e animal est vel a asinus omne animal est, modo secunda pars istius disiūctiue est vera. Patet ratio huius regulę, propositio de copulato & diuisiue sumpto copulatiue equiualet, ergo propositio de disiuncto vel diuisiue capto disiunctiue generatim equiualebit, tenet consequentia a conuenienti similitudine. Item alij confundunt vel complexiue cū ipso diuisiue sumpto & regulas manes fodiūt. hic modus est facilis & hoīs cōceptui amicus.

Caeterū ad contradicendum cū vel diuisiue sumpto non sis eorum immemor quae in copulatis diuisiue sumptis retulimus, ex ibidem dictis & oppositionum cōditionibus generalibus facile erit (vt opinor) contradictorias in hisce disiunctis assignare. Verum hoc cū primis linceis luminibus conspicias, videlicet notio distributa in vna propositione in ordine ad ly vel oppositam suppositionem suo in cōtradictorio sortietur. Ita q̄ si vel stet determinate in priori oportet terminum distributum in ordine ad ipsum stare confuse in posteriore. At si vel stet confuse in priore notio distributa in ordine ad ipsum stabit determinate in secūda. Eapropter haec propositio homo vel a asinus non est animal, non habet hanc pro contradictorio omnis homo & asinus est a animal, vt ly a solum denotet vnam suppositionem confusam & non duas. At si a elemētum duas suppositiōes cōfusas significet vnā ad priorem partem disiūcti, & aliā ad ly vel, & vnam suppositionem determinatam respectu secunde partis disiuncti, tum bene erit sua cōtradictoria, vel accipe aliam litteram alphabeticam secundū dicta in copulatis hoc significātem. Ratio est, quia animal in negatiua distribuebatur in ordine ad duas suppositiones determinatas, scilicet in ordine ad priorē partem disiuncti & ad ly vel, & vnica determinata in ordine ad secundam partē disiūcti. Ideo oportet in affirmatiua contradicēte ly animal supponere dupliciter confusa in ordine ad illos duos terminos, & vna determinata in ordine ad posteriorem partem disiuncti, & ita in alijs factitandum est.

Contra dicta argumentor. Si vel generatim disiūctiue in proprijs terminis seruata suppositione & proprietatibus logicalibus

equiualeat, ipsa erit disiunctiua, & non cathegorica de disiuncto, contra dicta.
Secundo, haec est vera omnis propositio est cathegorica vel hypothetica in sensu cathegorico, & tamen disiunctiua ad quã reducitur est falsa, ergo male dictum est.
Tertio argumentor, si dicta essent vera sequitur hanc esse veram aliquis homo nõ vel brunellus non est animal, patet per disiunctiuam ad quam reducitur, aliquis homo est animal vel brunellus est animal. Item equiualet vni vere, ergo ipsa est vera, equiualet enĩ huic, aliquis homo & brunellus est animal, ẽ enim affirmatum valet vel negatum & caetere proprietates logicales manẽt, ergo equiualent, falsitas tamen illius sic probatur, bene sequitur, aliquis homo non vel brunellus non est animal, supposita constantia, ergo aliquis homo non vel brunellus non est hoc animal monstrãdo sortem, vel aliquis homo nõ vel brunellus non est hoc animal demonstrando brunellum, & sic de singulis, quaelibet singularis est falsa, vt liquet per equiualentes de copulato & oppositorum veritates, bonitas tamen illationis p tet per descensum disiunctiuum sub termino animal stante determinate, igitur.
Quarto, tunc haec omnis homo vel ois asinus est asinus est vera, vt dictum est, & sua contradictoria equiualebit disiunctiue, ergo ipsa erit vera, & sic contradictoria dabuntur vera, quod auditu est alienum.

Ad primum, nego cõsequẽtiam, vna propositio cathegorica saepius equiualet hypothetice in consequendo, patet in exponibilibus &, de & diuisiue sumpto & saepicule de vel complexiue accepto.

Ad secundũ respondetur, vel illic aut potius totum disiunctum capitur complexiue, cum praedicatum solum vnicam suppositionem habet scilicet confusam tantum, distingues eam in sensu hypothetico, vel cathegorico capiendo vel complexiue. In priori sensu propositio est falsa, in posteriori autem vera, in quo sensu non immediate reducitur ad disiunctiuam, verũ a primo signo vti in aliis fit illius propositionis probatio quae per ascensum est capienda, quoniam signũ illud in totum sequens fertur, & hoc pro norma in plaerisque seruato, & tum singulares disiunctiuis equalebunt. ¶ Sed dicis ponamus signum b vel aliud signum a parte praedicati ita quod disiũctũ capiatur diuersis acceptionibus, dicendo. omnis propositio est cathegorica vel b hypothetica tunc non satisfactum est argumento, cũ disiunctiua est falsa, & propositio de disiũcto vera. ¶ Respondetur, replica est pacui valoris quoniam totum disiunctum adhuc supponit confuse, licet altera pars stet determinate.
¶ Secundo illo admisso, non est immediate ꝑ banda propositio per disiunctiuam, sed a primo signo per ascensum, cum ipsum in totũ sequẽs ferat̃ vt dictũ ẽ, cõiũctionẽ vel cõfundit.
Ad tertium respondetur, propositio assumpta est vera, sed disiunctiue minime equiualet vt probatio innuit licet eam inferat, hoc patet per eius equiualentem, & amplius in solutione ad quartum clarebit, & ad improbationem concedo descendentes omnes falsas vt clare per earum equiualentes citius quã per contradictorias liquet, verũ eam illationẽ inficior, prius est descendendum sub termino homo vt patet per eius equiualentem in qua homo stat determinate & animal confuse tãtum & tum singularibus datis propositio est in copulatiuã immediate reducibilis, cum & virtualiter est terminus primo pcobabilis.
Ad quartum nego sequelam, cũ vna propositio disiunctiue equiualeat, sua contradictoria generatim copulatiuã adequate valebit, sua contradictoria erit haec, non omnis homo vel oĩs asinus est asinꝰ, vt hęc illi equalẽs, hõ nõ vel oĩs asinꝰ est asinus, & vtraque valet hanc in consequendo homo nõ est asinus, & asinus non est asinus, vel negatum quãdo diuisiue capitur mutabitur in & (vt saepe dictũ est) alias in vtraque contradictoriarum esset vna particularitas sincathegoreumatica, quã partes disiũcti variis acceptiõibꝰ accipiunt vel suũ impiũ exercet, quia sub totiꝰ imperio nõ includit, in optimates disiũcti impiũ seiungit, cuiꝰ partẽ ĩmodicã vel sibi vẽdicat, disiũctũ cũ denominationem ab eo accipit.
Cõtra ista argumẽtor, totũ subiectum hic suppõit oĩs hõ vel oĩs asinꝰ ẽ asinus, & nec supponit cõfuse nec discrete, ergo determinate, & ex cõsequenti vnicã suppositionẽ habet.
Preterea, vel quaelibet ꝓpositio de disiuncto vel diuisiue sumpto equalet disiũctiue & sic negatiua disiũctiue equalebit contra dicta, vel aliqua & aliqua nõ, & quaeritur abs te ratio. ¶ Forte dicis, propositio de disiuncto affirmatiua vel diuisiue sumpto disiunctiuã equevalet, & sua cõtradictoria copulatiuam valebit. ¶ Contra, si quaeratur abs te de veritate huius sortes vel chimera non est homo, non poteris ad hoc respondere, vel eundum est ad vnã obscurã copulatiuã oppositã in nubibus aeris tenebrosam quaerendo veritatem.


Respondetur ad priorem, concedendo totum antecedens, negando consequentiam, sed oportet addere in antecedente & vnicam suppositionem habet, modo hoc est falsum. Simile patet in subiectis talium cuiuslibet hominis asinus est currens.

Ad secundam argumentationem dicitur, quælibet propositio de disiuncto de vel affirmato & diuisiue sumpto disiunctiue equiualet, vt sortes vel chimera nō est homo, quę verificatur pro hac parte chimera non est homo, voco vel affirmari quando negatio ipsum non pręcedit, licet ppositio negatiua fuerit. ¶ Contra hoc argumentor, nullus homo vel asinus non est homo, est affirmatiua vbi vel negatur, & illic nequis per ista dicta de eius veritate falsitate respondere, igitur.

¶ Respondetur in suo contradictorio, homo vel asinus non est homo vel nō negatur, quę equiualet disiunctiue vere homo non est homo, vel asinus non est homo, ergo ista sua cōtradictoria affirmatiua equiualet huic copulatiue ex partibus oppositis conflate, omnis homo est homo & omnis asinus ē homo, quę est falsa.

De ppositionibus copulatae ac disiunctae copule.

Propositionem de copulata copula si & affirmetur per copulatiuam, & si cōiunctio negetur per disiunctiuam (ad quam reducitur) metieris. Proportionabiliter enūciationem de copula disiuncta resoluas.



Veritas huius sortes est & fuit currens per hāc copulatiuā deprehenditur, sortes est currēs & sortes fuit currens, & hęc ei cōtradicens nō sortes ē & fuit currens equiualet huic, sortes non est currens vel sortes non fuit currens. Idem tidem sortes est vel fuit albus valet hanc sortes est albus vel sortes fuit albus, non sortes est vel fuit albus, sortes non est albus & sortes non fuit albus.

¶ At si subiectum talis de disiuncto distribuatur, Imprimis distributio subtrahatur, postq hac in disiunctiuam reducatur, ista enim ē falsa in sensu disiuncto, omnis homo est vel fuit vel erit currens, ponendo quemlibet existentem currere, & illi qui non cucurrerunt vnquam sint mortui, subiectum autem verificatur de homine qui nūquam currebat, cui prędicatum haud competit. Etiam cum minore vera, & illa vniuersali, sequitur falsum in Darii, ergo hæc maior est falsa, bene enim sequitur omīs homo est fuit vel erit currens. Adā est fuit aut erit homo, igitur Conclusio est falsa, & minor vera, ergo maior falsa, & tamen disiunctiua hæc est vera omnis homo est currens, vel omnis homo fuit currens, vel omīs homo erit currens. Oportet primitus dare singulares omnes sub termino distributo, & demonstrando mortuos qui non cucurrerunt, ille singulares erunt falsę.

¶ Insuper si subiectum connotatiuum fuerit, oportet vltimate iu resoluendo capere terminum absolutum hæc propositio hoc albū fuit vel erit nigrum in sensu disiuncto est vera, dato q sortes fuisset albus & nūquam niger, sed nunc primum niger, & imposterū niger, quia hoc fuit vel erit nigrū, & hoc est fuit vel erit album, igitur. Sed si terminus connotatiuus in disiunctiua ad quam reducitur caperetur, illa disiunctiua esset falsa, hæc enim est falsa hoc albū fuit nigrū vel hoc albū erit nigrū, secūda pars ē affirmatiua de subiecto nō supponēte ex casu, & hęc est falsa, hoc album fuit nigrum. Ita vtrobiq omnes termini resolubiles pręcedentes copulam resoluātur antequā fiat reductio, volo dicere ad hoc q propositio sit vera vbi terminus connotatiuus pręcedit copulam complexam, opus est vtramq resoluentium esse veram quarum veritates per hypotheticas ad quas reducunt proculdubio cognoscuntur, quare hæc est falsa, album est vel fuit deus, ob secunde resoluentis falsitatem & ita in alijs locis vbi de resolutiōe loquor intelligo. Ista enim ex acceptionibus terminorum liquent. ¶ Verum termini post copulam vniformiter in hypothetica & propositione de complexa copula manebunt.

Cæterum ad contradicendum in his propositionibus conditiones communes oppositionum seruabis, quælibet autem partialis copula in vna affirmata in alia negetur & contra, necnon vel vtrobiq in & mutabis & contra. ¶ Ex quibus liquet coniunctiones impręsentiarum diuisiue solum capi. Nam & cōplexiue sumptum pariter & vel in vtraq cōtradictoriarum inuariatū manebit. Et sic est in istis, apparenter contradictoria verifica

his ac falsificabis, Plato est & non fuit albus, Plato non est & fuit albus, sunt ambe false, si sortes nūc albus ante hoc etiam fuerit albus, ¶ Ex quo patet, cum posterior est affirmatiua. negatio non in plus copule fertur quā in priorem copulam verbalem.

Sed contra ista argumentor, reducendo hanc ad disiunctiuam sortes qualificatus est vel fuit vel erit currens retinendo terminū connotatiuum non dabitur disiunctiua vera propositione cathegorica de disiuncta copula falsa nec contra, ergo non opus est resoluere terminos etiam precedentes copulam.

Respondetur, si sortes non currat nec vnquam cucurrisset sed imposterū curret, & fuisset qualificatus, & nec sit nec erit qualificatus de potentia dei, deus enim tollere potest omnem qualitatem ab eo forma materiā informante, tunc propositio de disiuncta copula est vera, & disiunctiua falsa.

¶ At forte replicabis de ista sortes albus est fuit vel erit albus illic retinendo terminum connotatiuum, vna non potest esse vera, reliqua existente falsa ¶ Dico licet poterit fieri quod intendis dummodo idem terminus precedit & sequitur disiunctum, melius tamen & tutius est regulam vniuersaliter seruare. sicut in conditionatis incipit & desinit & in plerisq; alijs materijs facimus.

Secundo argumentor, hęc est vera sortes impossibiliter est & fuit asinus, patet per sui contradictorij falsitatem, & tamen copulatiua ad quam reducitur ē falsa. Sortes impossibiliter est asinus & sortes fuit asinus.

Respondetur, si impossibiliter feratur in totum copularum, illa propositio est probanda per deinesse, & non immediate per copulatiuam. Si autem feratur in priorem partē solum, tunc recte copulatiua data suam falsitatem indicat. Cuius cōtradictoria est sortes possibiliter est vel non fuit asinus, vt possibiliter solum feratur in copulam de pręsenti quę est vera, vt patet per disiunctiuam ad quam reducitur. ¶ Ex his facillime propositionis veritas (in qua varia copulata aut disiuncta mutuo etiam difformiter aut vniformiter capta ponuntur) depręhenditur, vt sortes vel plato est & fuit sortes & pars eius, capiendo disiunctum complexiue & copulatum diuisiue aut econuerso probationis inchoamentum a primo termino capiendo, & post hac a reliquis suis ordinibus.

De localibus & temporalibus.

Demum cum locales & temporales cathegoricas reor circa hypotheticarū species vel a complico.



Adamus non fuit vbi Habrahamus fuit in vita, si esset hypothetica haberet pro prima cathegorica hāc Adamus non fuit in aliquo loco, quę est falsa, ergo & tota illa copulatiua quę tñ vera reputaē. Similiter hæc Dauid nō fuit quādo Moyses fuit, q̄ tamen concedi solet, Ponendo tamen eas cathegóricas optime earum veritates saluātur, quia sunt duę negatiue quarum extrema nō supponunt pro eodem, ergo sunt vere. Non enim apparet quo modo aduerbium quando vel vbi coniunctionem mentaliter includat. Item ista est cathegorica sortes non fuit in aliquo loco in quo plato fuit, ergo & ista quam explicat sortes non fuit vbi plato fuit.

¶ Eodem modo iste sunt cathegorice Sortes non est talis qualis est Plato. Goliath non est tantus quantus Og rex Basan.

At forte dicis, Adam non fuit vbi Habraham fuit in vita, resoluitur in hanc Adam in aliquo loco fuit, & in eodem loco adequato Habraham non fuit. ¶ Hoc non valet, cū vbi & quando negātur, talis resolutio non sufficit. ¶ Sed contra dices, tunc apparenter disiunctiuis, & earum contradictorie copulatiuis equiualent, & sic non erunt false, & per consequens non potes ex illo concludere eas esse cathegoricas.

Respondeo, non possunt demonstrationes pro hac parte vel illa adduci, qui vult dicere eas hypotheticas mentaliter vel equiualere hypotheticis in significando (quod idē est) consequenter dicere potest.

¶ Sed non sic dico argumētum tuū nō valet.

¶ Tum primo, negatio includitur inter partes priora cathegorice in mente (conditionaliter loquor), ergo non sunt hypothetice negatiue, & per consequens nec contradictorie ad alias affirmatiuas remota negatione, ergo disiunctiuis minime equiualent.

¶ Tum secundo, argumentum tuum probaret hanc hypotheticam sortes non currit qui mouetur, cuius oppositum superius diximus.

¶ Si dicas illa solum equiualet disiunctiue in consequendo. ¶ Sic dicam in ꝓposito.

Et ita concludo, temporales & locales equiualent hypotheticis in consequẽdo, & nõ in significando, vt quando Sortes fuit in stu/dio Plato fuit in taberna, subiectum est Plato et prędicatum existens in taberna quãdo sortes fuit in studio, huic copulatiue equiua/let, Plato aliquo tempore fuit in taberna & in eodem sortes fuit in studio, & sua contradicto ria disiunctiue equiualebit.

Demum nunc succincte circa hypo/theticarum species epilogemus. Septem sunt species hypotheticarum vtpote, Conditiona lis illatiua, promissiua, aduersatiua, rationa/lis, causalis, copulatiua, & disiunctiua. Condi/tionalis nihil ponit, hoc est ad eius veritatem nec antecedentis aut consequentis veritas exi gitur. Sic de expletiua cuius veritas & falsitas optime per conditionalen affirmatiuam ei cõ tradicentem deprehenditur Rationalis & cau salis ponunt ita esse sicut significatur per ante cedens & consequens, & aliquid aliud. Condi tionalis illatiua, rationalis & causalis sunt cõ/sequentie. Aliæ autem species non sunt con/sequentie, patent hæc in figura.

Hypothetica.
- Consequentialis:
  - Conditionalis illatiua.
  - Rationalis.
  - Causalis.
- Nõ cõsequẽtialis.
  - Cõditionalis pmissiua.
  - Aduersatiua.
  - Copulatiua.
  - Disiunctiua.

De comparatione harum specierum mutuo & quonam pacto inter sese op ponantur cum figura in logica (Ioue propitio) videbitur. Et ita finem hy/potheticis & ex consequenti toti pri/mo introductionum libro (quem pri/mum tractatum nuncupare solemus) finem imposuerimus.


Primi introductionum libri finis.

¶ Sequitur secũdus introductionum
liber siue parua logicalia. Et primo de
su ppositionibus agemus, dein de reli
quis ordine congruo est agendum:

De suppositionis diffinitione.

Suppositio est notio verificabilis de ꝓ
nomine suum significatum demõ-
strante secundum exigentiã co-
pule propositiõis in qua po-
nitur in potentia propin-
qua nisi obicem refle-
ctio praestiterit.

*



Vppositio
realiter & phisi/
ce accipitur, &
hoc bipharíam
passiue est res al
teri subiecta, vt
paries tecto, a/
ctiue est opifex
vnũ alteri sup/
põens, vt domi
ficator, hic autem secundae intentionaliter vo
cabulum capimus. In qua acceptiõe est huius
diffinitiõis diffinitũ. ¶ Ponitur in primis no
tio loco generis, oṁis suppositio est notio, &
non contra. ¶ Postea tangitur passio supposi/
tionis, verificabilis & caetera
¶ De pronomine, quia terminus tantum ve
rificatur de illo pro quo supponit, subiectũ hu
ius homo est animal pro quolibet homine ad
extra supponit, de quorum nullo verificatur.
Dicitur solum de ꝓnominibus significata hu
ius termini homo demonstrantibus, pro cuꝰ
vlteriori intelligentia notum hoc documen/
tum subiunxero. ¶ Quando dubitatur de ali
quo vocabulo an supponat, considera rẽ quã
significat, & illam demonstres per pronomen
demonstratiuum, ponẽdo terminum (de quo
dubitas) a parte prędicati cũ copula affirma/
tiua similiter accepta qualiter capiebatur in
propositione in qua est terminus de cuius sup
positione ambigitur, & si talis propositio sit
vera terminus supponit, alias non. Exemplũ
est de subiecto huius homo est asinus, demõ/
strabis fortẽ, & dices hoc est homo, illa est ve-
ra, ergo homo supponit in ista homo est asi/
nus, eodẽ modo asinus. quia demõstrato bru-
nello verum est dicere hoc ẽ asinus, ergo prę
dicatum in eadem supponit.
¶ Insuper duplex est demonstratio, quaedam
ad sensum, quando demonstratur res sensibi/
lis signanter sensui praesens, omnis alia demõ
stratio est ad intellectum, vt quando demon-
stratur angelus aut promontorium in freto:
¶ In potentia propinqua, hoc est nulla muta-
tione facta in rebus per quam falsitas in verita
tem mutaẽ aut cõtra, subiectũ huius antichri
stus est nõ supponit, q tamẽ si ꝓduceretẽ de no
uo supponeret notio illa ꝓ eo, sed tũc aliquid
de nouo procreatur. & extremum verificatur
in potentia remota, & licet subiectũ istius an
tichristus est in hac Antichristus est futurus
supponat hoc est de per accidens, & nõ inquã
tum huiusmodi.
¶ Dein ponitur secundum exigentiam copu
le, non semper requiritur verificatio medians
te copula suae propositionis, vt patet de sub/
iectis istarum antichristus est futurus, Adam
est mortuus sic verificatur subiectum, hoc
fuit Adam, quia quoad suppositionem termi
ni Adam est similis acceptio copule, & si fue/
rit copula copulata aut disiuncta, illa sine ne/
gatione vtere, quare album in hac sortes est
& fuit albus pro illo quod est & fuit album
supponit.
¶ Idemtidem non album in hac sortes est &
fuit non albus supponit solum pro illo quod
est & fuit non album.
¶ Cape igitur copulam verificationis pro/
portionabilem copule propositionis de cuius
termino suppositionem indagas, vt in verifi/
cando subiecto huius antichristus est futurus
dicto, hoc est erit vt antichristus, professorẽ
theologie sortes percussit. In verificatiõe theo
logie professorem copule antepones, alias ve
ram falsificabis, subiectum huius antichristus
qui est erit geminam copulam respicit, qua/
re non supponit, subiectum huius creans ne/
cessario est deus, supponit deo non creante, sic
fiet verificatio hoc possibiliter est creans. Eo/
dem modo a parte prędicati, sic cum ly contin
gens, subiectum autem huius non supponit
adam⁹ est, loquendo de prothoplasto.
¶ Additur in qua ponitur, terminus neutiquã
extra propositionem supponit, & id causae ẽ,
pro propositionum veritatibus falsitatibusqꝫ
pugnandis suppositio est inuenta, modo veri-
tas ac falsitas est enũciationis proprietas, pari
de ac verificabilitas mediante copula propo/
sitionis aut simili est suppositiõis passio. Item
acceptio termini secundum exigentiam co/
pule propositionis non parum momenti ha/
bet ad suppõere, igitur. ¶ Quare subiectum

huius omnis homo est animal supponit, sic & prędicatum, at in verificatione tolles signum distributiuum, non dices hoc est omis hō, cū omnis non est pars subiecti. ¶ Secundo patet, prędicatum huius propositionis supponit lapis est differens ab animali pro omni non animali, quocunq; nō animali demonstrato, verum est dicere hoc est differēs ab aiali, quia distributio est intrinseca & pars prędicati manebit in verificatione. ¶ Tertio patet, extrema huius vere nō supponunt chimera non est hircocentius, verificatio semper erit in ꝓpositione affirmatiua vera. ¶ Quarto patet, subiectum huius vere nō supponit, chimera est vel non est, nec sat est capere affirmatiuam verā pregnantem, hæc enim est vera non tantū chimera non est chimera.

Cæterum haud est indignum scitu, verificatio tue propositionis naturam acceptionis vocabuli emulabitur, vt istud apertius intelligatur exemplo vario detegetur, homo est pictus, lupus est in fabula, homo est dictio dissyllaba, philosophus ait in suppositione antonomatica, q̄uis animal nō currat homo nō currit, qlibet homo currit, asinus hominis lente gradirur, exercitus est homines. michael & hic angelus (michaelem demonstrando) sunt proprietate illius neglecta. ¶ Seriatim eo ordine quo exēpla allata fuere verificabimus, hoc est hō pictus ymagine ostensa, hic est archani referator, hoc est ly homo, hic est philosoph° philosophorum, hoc est animal, quādo est cōplexum propositionale in cōditionali aut expletiua verbum non indicatiui in verbum indicatiui mutato. vnde fit, non semper requiritur verificatio mediāte copula principali aut ei equiualenti, hic est aliquis homo, hic est asinus ab homine possessus, hic est homo, hic exercitus est exercitus, vel hæc entia sunt exercitus, hæc sunt homines. Quo ad vltimam propositionem (quæ est falsa) archāgelum per ꝓnomen a parte subiecti demonstrabis, subiectum enim supponit pro michaele. ¶ Demū obliquos per eorum rectos verificabis, vt inter carpatum & pindum grande est interuallum, hic est pindus, hic est carpatus. & si obliquus recto vacet, vt sortes sua sponte id peregit, sic verificationem facies, hæc est volūtas, sic de pręce opus & similibus dices, synonima pro rectis accipe, hoc est rogatio aut auxiliū, & istud satius est q̄ rectos præter peritorum vsum fingere, nec ꝗ habet rectū nex, & si obliquus sit pluralis numeri, plurale in verificatione accipito.

Contra diffinitionē hoc modo explanatam vt melius intelligatur instabimus, terminus supponit extra hanc propositionē sortes currit, & terminus supponit extra hanc ꝓpositionem plato disputat, & sic de singulis, ergo terminus supponit extra propositionem, Secūdo, terminus supponit extra hāc propositionem, ergo terminus suppōit extra propositionem, ab inferiore ad superius.

Tertio, subiectum prioris partis illius expletiue supponit q̄uis animal currat homo non mouetur, & tamen non ponitur in ꝓpositione, igitur terminus supponit extra propositionem.

Quarto, iste terminus potest supponere, & iste terminus est vel potest esse extra propositionem, igitur.

Ad primum, nego consequētiā, prius est ascendendum sub termino stante determinate, modo tales singulares omnes erunt falsę. ¶ Sed cōtra hoc argumentor, iste terminus possibiliter supponit extra hanc propositionē sortes currit, & iste terminus possibiliter supponit extra hanc propositionē deus est, & sic de singulis, igitur. Idem terminus numero in multis propositionibus scriptis etiam naturaliter poni potest. ¶ Finaliter dicitur, ille terminus propositionem cum est determinatio accepta vnica distribuitur immobiliter.

Ad secundum, nego etiam consequētiam, discurritur enim a non distributo ad distributum, & per consequēs cum distributione superioris, modo talis consequentia est intenenda, nec iste equiualēt terminus potest supponere extra propositionem, & terminus omnē propositionē extra potest supponere.

Ad tertium dicitur, difficile est vincere volentem dicere illum terminū animal inibi non supponere, vel istic si animal currat animal mouetur, concedo tamē ipsum supponere cum est in propositione condicionali, licet prior pars illius expletiue aut condicionalis ꝓpositio non fuerit, nec requirit verificatio mediante copula pricipali, sed sufficit verificatio mediante copula verbali mutando ipsum in verbum indicatiui modi.

Ad quartum dicitur, nō probatur istū terminum posse supponere extra propositionem, licet terminus extra propositionem potest supponere, tenendo ly extra propositionē determinare ly terminus vel existens, dicēdo terminus existēs extra propositionem potest supponere, si enim determinat posse supponere ipsa est falsa, tres sunt hic propositiones. ter

minus existens extra propositionē potest supponere, si existens extra propositionem determinet ly terminus vera est, terminus potest supponere extra propositionem falsa est, cuius deniesse est hoc supponit extra propositionē. Si extra propositionem sit determinatio prædicati sic ꝙ determinet verbum supponit magis est ambiguum, & si illa concedatur nullatenus colliges terminum supponere extra ꝓpositionem, ille difficultates sunt extranie tenuiter dicta quatientes.

Quinto argumentor, subiectum huius supponit non demonstratū est lapis ponendo nullum lapidem demonstrari, cum est affirmatiua vera extra instantias (quas proximo ponemus) & subiectum non est verificabile de pronomine suum significatum demon/strante, igitur. ¶ Si dicas hoc est non demonstratum demonstrando lapidem. ¶ Contra illa est falsa, verum est dicere hoc est demonstratum, ergo falsum est dicere hoc est nō demonstratum, duo termini contradictorij non verificabuntur de eodem.

Respōdet, non erit verificatio illic per pronomen demonstratiuum, sed per nomen significans aliquid ratione cuius ꝓpositio reddebatur vera. ¶ Querimus enim verificationem pronominis ad facilius intelligēdam termini suppositionem, sed quando medium q̄stionis termināde est intricatius quæsito pronomen non admittimus. ¶ Contra hoc argumentor, per te non requiritur verificatio per pronomen demonstratiuum demonstrans rē significatam termini supponentis, sed sufficit verificatio per nomen supponens pro illo pro quo verificat ꝓpositio, infero ergo asinus supponit pro homine, quia potest fieri verificatio per nomen hominem significās vt animal est asin⁹, dicitur requiritur verificatio per nomē adequate significans. ¶ Contra subiectū huius supponit non demonstratum & non adequate significatum est in profundo maris, & tamen non est verificabile de pronomine demonstrante vel nomine adequate significante, igitur illa non sufficiunt, premisse patēt ponendo deum creare aliquid de nouo cui non imponatur nomen adequate significans, puta nullus termin⁹ rem illam singulariter significat, nec illud demonstretur, tunc illa est vera, ergo extrema supponunt pro eodem. minor patet, ista est falsa hoc est non demonstratum & non adequate significatum, nec est habens nomen adequate significans, igitur.

¶ Respondetur, sufficit capere nomen inadequate significans quando non est nomen adequate significans dicendo, aliquid est non demonstratum & non adequate significatū, vel substantia est non demonstrata & non adequate significata. ¶ Potest etiam dici illa particula verificabilis de pronomine demonstrāte &c. intelligitur dummodo nō est repugnātia verificationis. ¶ Tertio dicitur sufficit verificatio eiusdem de eodem, dicendo non demonstratum & non adequate significatū est non demonstratum & non adequate significatum, modo ita est in re sicut illa significat, & talis verificatio inibi sufficit ad hoc ꝙ extrema supponunt.

Contra hoc argumētor, capio hoc aggregatum non demonstratum & non significatum est in profundo maris, & volo deum creare aliquid de nouo quod non demonstretur, volo pariter vt non significetur & nullū sit transcendens in mundo, casus videtur possibilis, tūc sic illud aggregatum supponit, cū illa est vera vltra instantias communes, & nullo istorum modorum est verificabile, ergo solutiones non sufficiunt, minor probatur querendo de verificatione. ¶ Si dicas verificatur idem de eodem, iam iste terminus rem illam significat postquam ꝓ ea supponit. ¶ Respōdetur, casus est impossibilis, postquā ibi sunt duo termini infiniti, & ponitur nullum trāscēdens esse, quæ simul incompossibiliter se ha/bent, non significatum quamlibet rem significat similiter & non demonstratum.

Sexto argumentor, subiectum huius terminus non supponens est supponens (ponēdo illam solam esse) supponit, & tamen nō est verificabile de ꝓnomine suum significatum demonstrante. ¶ Forte dicis, immo de copula verum est dicere, hoc est terminus non supponens. ¶ Hoc non soluit, quia dicam, extremum nō supponēs est extremum supponēs, vel illud subiectum supponit ꝓ ipsomet, vel non, si sic, tunc hec verificatio sufficiet, hoc est extremum non supponens, & si ista sit vera, hoc est extremum non supponēs, ergo ita est sicut ipsa significat, sed ipsa significat hoc esse extremum non supponens, & ita est per te, ergo subiectum non supponit, & vltra, ergo nō supponit pro seipso, & non videtur pro quo alio supponeret, cum nulla alia propositio cu/ius extremum non supponit sic, igitur. ¶ Forte propter argumentum dices non supponit. ¶ Contra hoc argumētor, verificatur de pronomine demonstrante rem quam significat: Ista est vera, hoc est extremū non supponens,

quia ita est per te, igitur. ¶ Respōdetur, sophis ma in propositione ꝓposita latet. ¶ Et primo dicitur subiectum supponit, & non verifica/ tur de ꝓnomine suum significatum demon/ strāte, sed de suo synonimo, hęc ei est vera ex tremū nō supponēs ē extremū nō supponēs. ¶ Forte dices repugno casui, posīq pono plu res ꝓpositiōes hoc nihil ē, nō cūro de multitu dine ꝓpositionū mō remaneat difficultas pri cipalis. ¶ Contra, ista est vera per te extremū non supponens est extremum non suppōēs ergo ita est sicut ipsa significat, sed per illam si gnificatur extremum non supponens est ex tremum non supponens, & nullū est aliud ex tremū non supponens, ergo extrema eius nō supponunt.

Respondetur finaliter, subiectum hu ius non supponit, & pari iure nec prędicatum & conceditur est verificabile de ꝓnomine de monstrante rem quam significat, sed hoc nō sufficit, at cum hoc requiritur q ad talem ve rificationem non sequatur intrinsecum ꝑ lo/ cum talem terminum non supponere, cuius oppositum in ꝓposito contingit. ¶ Et ex illo patet, duo copulatiue requiruntur ad hoc vt talis terminus supponat, patet ex dictis. ¶ Secundo sequitur verificabile de ꝓnomine demonstrāte vel nomine significante non est passio hui⁹ termini suppositio, sed hoc totum verificabile & cętera. ad cui⁹ verificationem non sequitur terminum non supponere est passio suppositionis.

Et pro horum nexuum vlteriori intel ligentia ponuntur ꝓpositiones, quarum pri/ ma est. dabilis est aliquis terminus verificabi/ lis de ꝓnomine suum significatum demōstrā te qui non supponit ꝓ illo, patet de prędicato huius hoc est hoc prędicatum quod non sup ponit, demonstrando vtrobiq ꝑ ly hoc prę/ dicatum illius ꝓpositionis, est verificabile de ꝓnomine suum significatum demonstrante, & ad talem verificationem sequitur prędica/ tum non supponere, nec ꝓpterea erit falsa, er go dabitur affirmatiua vera de prędicato nō supponente. ¶ Secunda ꝓpositio ecōuerso da bilis est aliquis terminus qui supponit pro ali quo, & tamen non est verificabilis de illo, pa/ tet de prędicato huius, hoc est hoc prędicatū quod non est verificabile, demonstrādo per ꝓ nomen ipsummet prędicatum. Illud prędica tum habet non verificari annexum, ergo illa ꝓpositio se falsificat, sed cum istud prędicatū est verificabile de ꝓnomine alterius ꝓpositio nis istud prędicatum demonstrante dicendo, hoc est hoc prędicatum quod non est verifica bile, illa singularis demonstrans prędicatum prioris ꝓpositionis est vera, & ad ita esse non sequitur ipsam esse falsam, sed illa est falsa cu/ ius ꝓnomen demonstrat prędicatum ꝓposi tionis cuius est pars, & sic dabitur aliqua affir matiua falsa prima fronte vltra casus cōmu nes cuius extrema supponunt pro eodem, sed cum illa se falsificet sub insolubilibus includit. ¶ Tertia ꝓpositio, vltra hos nexus vtrobiq terminus supponens est verificabilis de ꝓno mine suum significatum demonstrāte, vel no mine adequate significante & econuerso.

Septimo argumentor, ponendo istū terminum homo semꝑ a parte subiecti signi ficare hominem, & a parte prędicati asinum cum quolibet suo synonimo, tunc non potest fieri talis verificatio, igitur.

Octauo argumētor, capta hac propo sitione omē animal differt ab animali alio a se, hic animal aliud a se supponit, & non est veri ficabile, igitur.

Ad septimum respondetur, regula in telligitur quando nō est defectus ex parte ter mini, & dummodo maneat talis significatio a parte prędicati in illa cum pronomine demō stratiuo qualis erat in alia. ¶ Secundo dicitur, erit verificatio per suum synonimum menta le inuariabile.

Ad octauum dicitur, relatiuū recipro cum proprie refert antecedens vicinum, sed distingui potest si referat terminum animal a parte subiecti, illa est vera, patet per singula/ res brunellus differt ab animali alio a se, & sic de quolibet alio. In verificatiōe non dices hoc est animal aliud a se, sed sic hoc est aīal ab aīali aliud. Si terminū aīal in scd̄o referat est falsa.

Circa ista dubitatur, an suppositio ter mini ab ipso termino distinguatur.

Secundo, dubitatur an aliquis termi nus potest supponere pro quolibet suo signi/ ficato.

Tertio, dubitatur quomodo se habēt isti termini supponere accipi & significare.

Quarto, ꝓ quo significato supponit terminus connotatiuus.

Quinto dubitatur, quomodo sit veri ficatio hic, nos Iacobus mandamus & cętera.

Ad primam dubitationem responde tur, negatiue patet ex genere diffiniti. Itē ter minus mentalis & vocalis est suppositio, mo do accidens nulli accidenti inheret, ergo sup/ positio non potest inherere termino supponē

di,nec alicui alii,ergo non est accidens:
Contra hoc argumentor,dicimus terminum suppositione supponere,& non terminum termino supponere,ergo suppositio termini abs termino distinguitur.
Secundo,terminus erit quando non non erit suppositio,ergo nō identificant.
Tertio,significatio termini distinguitur a termino significante,est enim respectus termini ad suū significatū,ergo & suppositio.

Responsio ad primum,in pluribus cōcretum & abstractum pro variis capiuntur,& cōcretum ratione significationis abstracti de suo subiecto dicitur,vt sortes est albedine albus,ita vsus in aliis applicat,patet in non dissimili dicimus,deus est virtute plenus,& non deitate,vel sic accommodatius continue loquentes dicunt,virtus dei omnia regit perinde ac si distinguerentur,quia ita est in creaturis,& cum duo identificētur semper sunt in eodem casu secundum eos collocāda,vt Ioānes Andreas apparatū in sexto edidit,sub pontio Pilato Christus Iesus passus est.
Ad secundum negatur consequentia,nam Sortes erit quando non erit sedens,& tamen non sequit sedentē a sorte distingui.
Ad tertium negetur antecedēs,quod nominales cateruatim etiā inficiant.
Ad secundam dubitationem respondetur negatiue,probatur,in ista homo est animal homo solum supponit pro homine qui est,& tamen significat omnem hominem possibilem,similiter homo fuit animal,homo solum supponit pro homine qui est vel fuit,& homo erit animal solum supponit pro homine qui est vel erit,& tamen significat omnem hominem possibilem,igitur. Item subiectum istius ens quod est Sortes currit supponit ꝓ solo sorte,& tamen significat quodlibet ens mūdi,quicquid enim per partem alicuius complexi significatur,illud per totum representatur. ¶ Amplius patet hic,homo Sortes currit,cuius subiectum ꝓ solo sorte supponit cum subiectum quoad suppositionē restringatur,non autem quoad significationem.nec sequit hic terminus restringitur a suppositione vel quo ad suppositionem,ergo quoad significationē.non enim discurritur ab inferiori ad superius respectu totalis extremi.Item tacite negatio includitur.
Contra istud argumētor,homo in ista homo potest esse animal supponit ꝓ quolibet suo significato quod significat,ergo respōsio nulla. ¶ Distinguitur,vel mediante copula de possibili & sic conceditur,vel citra illam copulam & sic negatur. ¶ Contra hoc argumentor,subiectum istius sortes est homo supponit ꝓ omni eius significato citra copulā de possibili,igitur. ¶ Respondetur concedendo hoc de termino discreto,non autem de termino communi ¶ Contra hoc argumentor,subiectum huius Sortes vel Plato currit est terminus communis supponens ꝓ quolibet suo significato quod significat,igitur. ¶ Ponitur haec ꝓpositio,nullus terminus communis ex singularibus non conflatus citra copulam de possibili supponit ꝓ quolibet suo significato,de subiecto huius non loquor omne possibile est,nec de subiecto huius deus est,ꝓpter alia quę hanc materiam transcendunt.& hactenus de terminis absolutis loquuti sumus.

Sed quoad terminos cōnotatiuos ponuntur propositiones. ¶ Prima est,aliquis terminus cōnotatiuus supponit ꝓ quolibet suo significato.de subiecto huius hoc patet quantum potest esse,& ita vtrobiq; quando formale coincidit cum materiali. ¶ Secūda ꝓpositio,terminus connotatiuus cuius formale a materiali seiungitur non potest supponere ꝓ quolibet suo significato mediante copula de possibili.patet,opposito dato hoc potissimum fieret.hic album potest esse albedo,sed hoc non,subiectum supponit ꝓ albo,licet ꝓ quolibet possibili & nullo modo pro albedine,albedo enim non potest esse subiectum albedinis.accidentis secundum eramitem(quem solum rectum suspicor)substantia dumtaxat est subiectum. ¶ Tertia ꝓpositio,talis terminus potest supponere ꝓ quolibet suo significato mediante copula ampliāte ad quinq;,patet,haec est vera album imaginatur albedo,ergo extrema supponunt ꝓ eodem. At subiectū supponit pro re alba,ergo & prædicatum ꝓ eadem supponit & prædicatum supponit ꝓ albedine,ergo subiectum ꝓ eadem accipitur. ¶ Forte dices,prædicatum est hoc totū imaginata albedo,tunc capio hanc album imaginarie est albedo,& habeo intentum.

Ad tertiam dubitationem respondetur,significare est terminus supremus,supponere infimus,& accipi medius.nā omne supponere est accipi,& omne accipi est significare,sed nō contra vniuersaliter,subiectum huius chimera est currens accipitur ꝓ suo significato in ordine ad copulam illius ꝓpositionis,& nō supponit,terminus extra ꝓpositionem significat,& tamē nec accipit,nec supponit. ¶ Acce

pro enim eſt in propoſitione aut oratione perfecta poni pro ſuo ſignificato, ſed quomodo ſe habēt verificatio & ſuppoſitio patet ex dictis.

Ad quartam dubitationem dicitur, notio connotatiua ſupponit pro materiali, & ex conſequēte pro formali quando ſecum idem/pdicatur, vt quantum quantitas. Si formale a materiali diſtinguatur ꝓ illo non ſupponit, album non ſupponit pro albedine in hac albū currit. Conterraneus in quinta diſtinctiōe primi oppoſito modo vtitur, nam connotatum vocat ſignificatum materiale. ¶ Contra, albū non ſignificat rem albam, ergo non ſupponit pro ea, antecedens patet ꝑ Ariſtotelem in prædicamentis dicentem album ſolum qualitatē ſignificare,


Reſpondetur, aliqui dicunt omnē terminum ſupponentem ſignificare, ſed dicunt non omne ſupponere ſic vel ſic eſſe inferius ad ſignificare ſic vel ſic (hoc eſt) non oportet terminum ſupponentem pro re alba ipſam rem albam ſignificare, & hoc eſt pro realibus, ſed hoc nihil eſt, vtrobiq; diximus ſicut ſignificare eſt ſuperius ad ſupponere, ſic etiam ſignificare cum addito eſt ſuperius ad ſupponere cū addito, ſicut ſupponit pro illo addito ſic etiā ſignificat illud, ſignanter in ſignificatione abſoluta, an ita dici debeat reſpectiua in ſignificantia (ſi numen aſpiret) in ampliationibus dicere ꝓponimus. ¶ Ad Ariſtotelem dicitur loquitur de ſignificato formali gratia cuius termin⁹ ponitur in prędicamento, quod ſignificatum eſt principale in prędicabilibus & prędicamētis, ſignificatū vero materiale i ſuppoſitiōib⁹.

Reſpondetur ad quintam dubitatiūculam per pluralem demonſtrando iacobum cum ſociis dicendo, hi ſunt iſti, cum nominatiuo ſingulari ex grāmaticorum ac oratorum vſu verbo pluralis numeri primę perſone humilitatis gratia vtimur, nō autem in aliis niſi inepte, quando inepte dico vni dedi vobis librum, ſic fiet verificatio, hoc eſt vel ē tu, plurale abuſiue pro ſingulari illic eſt in vſu.

Sequuntur annotamēta aliqua de propoſitionū veritatibus penes ſuppoſitionem agnoſcēdis.

Primum annotamentum.

Omnis affirmatiua cuius extrema nō ſupponunt pro eodem eſt falſa.



EX hac regula ſequitur hanc eſſe falſam homo eſt aſinus, licet vtrumq; extremum ſupponit, ꝓ nullo eodem ente accipitur. ¶ Secundo ſequitur omnis affirmatiua cuius ſubiectum non ſupponit eſt falſa. ¶ Tertio ſequitur omnē affirmatiuam (cuius prędicatū non ſupponit) eſſe falſam, vtrūq; horum correlariorum patet, quia tum extrema non ſupponunt pro eodem. ¶ Quarto ſequitur has eſſe falſas, antichriſtus eſt homo, animal eſt Adam, hæc tamen eſt vera populus eſt homines, extrema ſupponunt pro aliquibus eiſdem, & hoc ſufficit. In littera ſub nūero ſingulari ob breuiloquium plurale amplectimur. ¶ Quinto ſequitur hanc eſſe falſam, a homo eſt om̄is homo. ¶ Sexto, ſequitur hāc eſſe falſam, Socrates & Plato ſunt omnis homo & homo, caſu quo illi ſoli inter homines ſint hac exiſtente vera, Socrates & Plato omnis homo & homo ſunt. ¶ Septimo, ſequitur hanc eſſe falſam aſinus alicuius entis quod eſt quilibet homo currit, hac exiſtente vera, aſinus cuiuſlibet hominis currit, ponēdo brunellum eſſe aſinum communem q̄admodum in ſtatu innocentiæ omnia erant communia, ea aurea ætate cuilibet phas erat ſuo pro arbitratu occurrens capere, nec mortaliū quiſpiā occupatum illi ſurripuiſſet, vel ſicut in politia ſocratica & platonis. Prior pars correlarii ex regula ſequitur. Secūda patet ex alibi dictis in oppoſitionibus. ¶ Octauo ſequitur hanc eſſe falſam Antichriſtus eſt non homo, & cum homo non ſupponit pro illo hæc erit etiam falſa, antichriſtus ē homo vel nō homo, loquor ſecundum vulgariorem nominalium viam, alias ſuper hoc locupletius ipſe ſcribo.

Contra hanc doctrinam argumentor, hæc eſt vera, non tantum homo nō eſt aſin⁹, & eſt affirmatiua cuius extrema nō ſupponūt ꝓ eodē, ergo regula falſa, conſequentia liquet cum minore, & maior ex exponibilib⁹ claret.

Secundo, hæc eſt vera, nulla chimera non contingenter eſt chimera, & eſt affirmatiua, igitur. maior patet per falſitatem ſui cōtradictorii & ex dictis in primo libro.

Tertio, hæc eſt vera. Antichriſtus eſt vel non eſt homo & eſt affirmatiua de ſubiecto non ſupponente, igitur.

Quarto hęc conceditur, diuus Andreas est in coelo contra dicta.

Quinto haec est vera, Sortes imaginatur est Plato, & tamen extrema non supponunt pro eodem, igitur.

Sexto haec est vera, extremum nō supponens est extremū non supponens casu pn⁹ posito, & tamen subiectum non supponit, ad ipsum non supponere non sequitur eam esse falsam, igitur.

Septimo haec est vera, chimera est Sortes si est Sortes, & tamen extrema non supponunt pro eodem, igitur.

Octauo haec est vera, omnes duo apostoli dei sunt duodecim, & tamē extrema nō supponunt pro eodem, duo apostoli dei est vnum extremum.

Nono de mulierculoso dicimus iste ē sardanapalus, & tamen extrema non supponunt pro eodem, igitur.

Ad duas primas rationes respondeo, regula intelligitur in puris affirmatiuis, & nō in affirmatiuis negatiuas formaliter pregnantibus, vt de multis exponibilibus in vsu est, quemadmodum cōtigit de assumptis, vt ex earū exponentibus constat.

Ad tertium concedo maiorem cū minore cum vna copula verbalis principalis negetur, tota ꝓpositio est non pure affirmatiua. At haec est pure affirmatiua chimera quę nō currit mouetur, solum copula minus principalis istic negatur, etiam homo est asinus quę est pars huius nullus homo est asinus est falsa virtute regule, licet eius copula principalis negeē non a signo illā indefinitā qualificante.

Ad quartum suppositione impropria qua vulgus vtitur illa est cōcedēda, non autē alias, cum diuus Andreas ꝑ olimpo dirā mortem perpessus est, & nondum resuscitat⁹ non est, nec corp⁹ diui Andree est, quia adhuc subiectum illius non supponit, sed anima quę fuit eius triumphat apud celites.

Ad quintum negeē minor, sed de hoc diffusius in ampliationibus.

Ad sextum superius de illa recentissime meminimus.

Ad septimum sequendo vnam viam faciliorem illa est falsa, ad ei⁹ veritatem requiritur constantia termini concurrentis, si ē m te neatur subtilius placitūm vti in materia conditionatorum nuperrime scripsimus, illa est vera cuius subiectum supponit vt ibidem patet.

Item cum hypothetice equiualet quāquā extremum non supponeret non sequitur eam esse falsam, prędicatum ꝓpter eius amplū modum significandi subiecto adest.

Ad octauum dico, loquendo de apostolis perinde ac si essent superstites, illa est vera, omnes est pars subiecti, hoc totum supponit pro duodecim. ¶ At insultas terminꝰ sumptus cum addito est inferius ad seipsum sine addito acceptum, idcirco duo apostoli dei supponit etiam pro duodecim. ¶ Respondetur, assumptum est falsum cum signo collectiuo, signanter quando ponitur terminus numeralis, omnes homines collectiue est inferius ad homines.

Ad nonum dicit effoeminatus genio indulgens translatitie est sardanapalus, muliebrulosꝰ assinꝰ hac nota perēniter taxabit, cuius libet spurca vita illiꝰ infamiā renouabit.

Secundum annotamentum.

Omnis pure negatiua cuius extrema non supponunt pro eodem est vera.

Causa falsitatis affirmatiue est causa veritatis negatiue ei opposite, quare sequitur hanc esse verā homo non est asinus. ¶ Secundo sequitur hanc esse verā Adam nō est nō homo. ¶ Tertio sequitur, omīs negatiua cuius subiectum non supponit est vera. ¶ Quarto sequitur, omnis negatiua cuius praedicatum non supponit est vera, siquidem si alterutrum extremorum non supponit extrema non supponunt pro eodem. ¶ Quinto sequitur hanc esse veram, Sortes non cessat comedere ferrum, cessans comedere ferrum solum pro volucre ferrum mandente supponit quando metallū desinit hesitare. ¶ Ex eodem fonte sequentes sunt vere, chimera quę necessario est non necessario est, antichristus qui currit non mouetur. Aristoteles qui non currit non mouetur, nihil est omnis homo, nihil & chimera sunt fratres, nihil & chimera sunt fratres ex parte patris & ex parte matris, nihil & chimera sunt fratres ex vtroq; parente, nihil & chimera sunt sorores, nec sequitur eadem esse fratres & sorores. Aristoteles qui disputauit Parisijs nunquam disputauit Athenis. dixi pure negatiua ob hanc falsam tantum chimera nō est hircocervus.

Contra ista argumentor, ista est falsa, Deus non est substantia qui est creatura ꝑ dicta in materia de propositione, & tamē est ne

gatiua cuius extrema non supponunt pro eodem, ergo regula nulla:

Respondetur, cum hypothetice equiualeat ab his regulis veritatem falsitatemve non suscipit.

Tertium annotamentum.

Omnis negatiua de prędicato supponēte pro tot sicut subiectum est falsa.



Ec regula itelligitur subiecto stante determinate vel distributo si prędicatum distribuatur.

Contra, hæc est vera hominis brunellus non est brunellus ponendo Platonem esse, & non possidere eū, & extrema supponunt adequate pro brunello, igitur.

Respondetur, regula non habet verū quando est determinatio accepta nō vnica in altero extremorum.

Quartum annotamentum.

Omnis pure affirmatiua non insolubilis, non modalis, sine distributiōe prędicati, extra diuina, cuius extrema supponunt pro eodem est vera.



Vare hę sunt vere homo est animal, aliquis & nemo mordēt se in sacco duobus porcellis mutuo sese in eo mordētibus, ego dico me esse francum, dico me esse regem, dico me tibi promittere decem scuta, licet nullū scutum promisso non violato dem, quilibet homo est non omnis homo, a est necessarium & homo est asinus, ponendo a supponere ꝓ hac disiūctiua deus est vel homo est asinus. ¶ Particulas regule falsitates propositionum seq̄ntium enodant, tantum homo omne animal est, ego dico falsum, deus necessario est creās, sortes omnis homo est, pater in diuinis est filius, extrema supponunt pro eadem essentia diuina, ergo pro eodem ente, ob difficultatē suppositionis mediate in æternis iuuenculis, nec dico pro eodem supposito immediato vel mediato, hasce particulas argumentationibus regens discutiet, modo faciet auditorem ponere hanc regulam omnis affirmatiua cuius extrema supponunt pro eodem est vera, reciproca disceptatione materię medullitus capiatur tenatiusq; animo discipuli instillatur.

Quintum annotamentum.

Omnis affirmatiua de subiecto distributo non transcendente prędicatum modo ipsum stet confuse tātū est vera.



Vare hæc est vera quilibet homo vnus solus homo est, prędicatum stat confuse tantum, & supponit pro omni illo pro quo supponit subiectum, quare si prędicatum fuerit subiecto superius aut secum conuertibile vniuersalis erit vera, idcirco hæc est falsa, omne animal est homo, suppositio subiecti prędicati suppositionem exuperat, vti in regula sequenti videbitur, hæc etiam est falsa, omnis homo est b homo. & licet hæc sit falsa cuiuslibet hominis asinus est asinus non quolibet homine habente asinum nihil ad a, subiectum nō distribuitur, nec est terminus vnicus & simplex. In insolutionibus hæc regula non tenet, vt omne falsum est posito casu quo hæc vniuersalis se falsificat.

Sextum annotamentū & finale.

Omnis affirmatiua cuius subiectū distributum supponit ꝓ pluribus quā prędicatum est falsa.



T omne animal est homo, & regula intelligitur quando est distributio cōpleta, hoc dixerim ob istas oē animal fuit in archa Noy, distribuendo subiectum ꝓ generibus singulorum quæ est vera, similiter vtrumq; animal est homo, & omnis essentia diuina est pater, per has negatiuas oppositas modica opera adhibita depręhendes. Hęc notamenta mente tenebis.

Diuisio suppositionis in propriam & impropriam.

Cæterum suppositionum quædam ꝓprie quædā vero impropria & est impropria acceptio notionis significatiue sumpte pro suo significato, omnis alia suppositio personalis propria vocatur;



N his descriptionibus non dedecet idem cum sua explicatiōe poni in diffinitiōe, sicut in exponibilibus nōnunquam facimus. Terminus materialiter supponēs ꝓ se quem nō pro

prie significat non vocatur suppositio impropria impresentiarum. ¶ Potest fieri argumentum de diuiso huius partitionis an sit suppositio propria. ¶ Ad quod dicitur suppositio ꝓpria significatiuo capto vocabulo partit, sed non ly suppositio ꝓpria similẽ tõnẽ sæpicule fecim⁹ vt iuuenes ĩ diuisiõib⁹ ei⁹ sint mẽores.

Diuisio suppositiõis impropriæ in suos ramos.

Suppositio impropria in anthonomaticam sinecdochicam & trãslatiuam se iugatur. ¶ In suppositiõe anthonomatica notio pro excellentiori suo significato præcise accipitur. ¶ Quãdo cõtinens pro cõtento, totum ve pro parte, aut contra sumitur est sinegdochica ¶ In tertia vero suppositiõe vocabulũ ꝓ significantia similitudinaria capitũr.

Paradigmatibus hec minutula explicare non grauabimur, virgo pro nobis ad deum interpellat, philosophus hoc asserit. In priore exemplo virgo pro christifera capitur. In secũdo philosophus pro Aristotele, & sic fit verificatio, hæc est virgo virginum, aut hęc est omnium virginum vertex & gemma. In secũdo, hic est philosophus philosophorum, sic poeta apud latinos pro marone, & apud Græcos pro Homero vate sumitur. ¶ Secundum membrum manuductione exemplari detegitur, octa animæ intrauerunt archam Noy, pater meus est in conditorio, pater procius cadauere supponit, Petrus est in cœlo, illic Petrus pro anima quæ erat Petri capitur, Poculum vas potatorium pro potu nonnunquam accipitur. Hierusalem quæ occidis prophetas, sic in his villa est cara, comedi perdicem, Nero exussit romanos. ¶ Nouissime suppositiõis vt pote methaphoricæ vel transsumptiuæ exemplum. Iohannes est Helyas, insignis Sicarius est barrabas, Cacus aut Poliphem⁹ ẽ Ciclops.

Contra dicta argumentor, virgo supponens pro deipera pro suo significato ꝓprio supponit, sic poeta ꝓ Homero vate acceptus, ergo illa suppositio non est impropria.

Secundo, Petrus non significat aĩam Petri, ergo pro ea non supponit.

Tertio, poculum non significat potũ, ergo nec pro eo supponit.

Quarto, terminus homo supponens materialiter pro suo significato improprio accipit, ergo suppositio materialis est ĩpropria.

Ad primum respõdetur negando antecedẽs, sed quia nõ capitur ꝓ omĩ suo significato sub distĩctiõe & est terminus cõis, sed ꝓ excellẽtiori, suppositio vocat impropria, poeta tñ supponẽs ꝓ quolibet vate supponit ꝓprie si suppositiõe ꝓpria vtamur, sic de virgĩe.

Ad secũdũ, nego antecedẽs loq̃ndo de significatiõe ĩpropria, q̃ notio a vulgo accipit

Ad tertiũ, dicitur poculũ in recto pro vase suppõit, & potũ cõnotat, & ꝓ eodẽ ꝑ synecdochẽ accipit ĩ recto suppositione ĩpropria

Ad quartũ, ex littera patet responsio.

De generibus suppositionum.

In bina genera suppositio seiũgitur, q̃ sectionẽ materialis & ꝑsonalis cõplẽt.

Poteramus hanc partitionẽ precedenti pmisisse, & rursus ꝑsonalẽ in ꝓpriã impropriãq; diuisisse, sed vulgo hũc ordinẽ tenẽt. ¶ Secũdo, suppositionẽ impropriã quodãmodo a suppositiõib⁹ secludimus, vt tice cicute pnitiosæq; herbę ab orto prius sunt remouẽde anteq̃ salutares iserant. ¶ Demũ ordo interdũ est apprime cõducẽs, nõnũq̃ hoĩes sua spõte seriẽ hãc variãt. ¶ Hãc digressiunculam pro multis aliĩs posuimus.

Dubitatur quare vocatur hęc suppositio materialis ¶ Respõdet apud priscos grãmatistas potissimũ termin⁹ vocat dictiõis materia, & significatio forma, iõ dixerũt notionẽ ꝓ se acceptã materialiter teneri, apud veteres tale vocabulũ technice suppõere dicebat. Nominaliũ more dico significatio actiua termini est ipse termin⁹, & passiua res significata, & qlibet ali⁹ termin⁹ supponẽs suppõit ꝑsonaliter.

Contra hanc diuisionem argumẽtor, diuisum membra diuidentia transcẽdit, ergo diuisio mala, antecedẽs patet, de termino supponente suppositione mixta, vt hic iste terminus homo est communis, vbi homo stat materialiter & terminus personaliter. ¶ Secũdo, suppositio simplex sub nullo horum mẽbrorũ includit, ergo diuisum suos ramos exupat.


Respondetur, nõ inficiamur mẽbrum ex duobus aliĩs mixtum. ¶ Contra hoc totũ est vnus terminus (licet cõplexus), ergo vnico gñe suppositiõis suppõit, negat cõseq̃ntia, similit hic sortes vel ly plato ẽ currẽs, vna ꝑs subiectũ stat maĩalit, alia vero significatiue.

Ad tertiũ dicitur, suppositio simplex in noĩaliũ schola a materiali separatus ẽ nodus ĩ cirpo, qñ terminus ad placitũ significãs ꝓ suo cõceptu vltiato suppõit, vt hõ ẽ species more noĩaliũ subiectũ suppõit materialiter, patet ꝑ diffinitionẽ eius. Itẽ illud predicatum species

conuenit termino ad placitum ſignificanti ſicut termino mentali, nec diſcrimen eſt in hoc quoad ſignificatum non vltimatum ex parte ſubiecti, & ſicut prędicatum conuenit ſubiecto mentali ratione ſui ſignificati, ſic termino ad placitum ſignificanti. ℭ Scotiſantes ſuppoſitionem ſimplicem appellant terminum ſupponentem pro ſuo ſignificato primario, vt homo eſt ſpecies, animal eſt genus, ſignificatum primarium hominis ē humanitas, ſortes & plato ſunt ſignificata ſecundaria, & propterea ſubiectum huius deus eſt pater & filius & ſpiritusſanctus ſupponit ſimpliciter, vt eſt vera (ſicut dicit conterraneus apud reales vir primarius in quarta diſtinctione primi) cui indefinita contradicit, & non vniuerſalis. ſed ſecundum principia (quæ reor eſſe rationabiliora) non ſunt ponendæ aliquæ tales naturę communes ſecundum ſenſum quo ipſe & alij realizantes loquuntur, non ergo eſt ponēda ſuppoſitio ſimplex, quia eam ponēdo diſtinctam a materiali eſt littora ſolum arare multiplicando verba, propterea ponendum eſt ſolum duplex genus ſuppoſitionis, ſcilicet ſuppoſitio materialis & perſonalis.

De ſuppoſitione materiali.

Suppoſitio materialis ē notio ꝓ ſignificantia non vltimata ſecundum conceptum non vltimatum ſupponens, vel ſic & facilius ſuppoſitio materialis eſt terminus pro ſe, & ſibi ſimilibus præciſe ſupponens, qualibet alia ſuppoſitio eſt perſonalis.



Væ diffinitiones huius ſuppoſitiōis ī lr̄a ponūtur, prior patet de ſubiectis harum, homo eſt dictio diſſyllaba, ens eſt nomen, ens iſtic ſignificat ſe non vltimate ſicut vltimate, & ſecundum illam acceptionem ſubordinatur conceptui non vltimato, ergo ſupponit materialiter, & licet etiam pro ſignificato vltimato ſupponit, non tamen in ordine ad conceptum vltimatum, qa ens vltimate omnem rem ſignificat mediante conceptu confuſo omnem rem reprę́ſentāte, & pro quocunq; ſupponit mediāte illo cōceptu generali perſonaliter ſupponit, & non aliter. ℭ Significatum vltimatum & ſignificatum non vltimatum non magis aduerſantur quam ſignificatum propriū & improprium, quæ nonnunquam ſeparantur, nonnunq̄ coincidunt etiam reſpectu eiuſdem. ℭ Significatum enim vltimatum termini eſt id ꝙ terminus ꝓprie ſignificat, ſiue naturaliter immediate, ſiue ad placitum proprie mediante alio. ℭ Significatum non vltimatum eſt id ſignificatum ꝙ terminus improprie ſignificat, vt naturaliter cōmuniter vel ad placitum improprie, exemplum vox homo vltimate omnes homines, & non vltimate ſeipſam & ſimiles voces repręſentat, de conceptu vltimato & non vltimato in terminorum nona partitione eſt dictum, ex quibus & hic dictis facile eſt ſcire quantum conueniant & diſcrepent inter ſe ſignificatum vltimatum, ſignificatum non vltimatum, conceptus vltimatus & conceptus non vltimatus.

Secunda diffinitio eſt facilis. ℭ Additē præciſe propter ſubiectum huius in voce, ſiſ milium vox eſt qualitas.

Tertio, hāc ſuppoſitionem ſic cognoſces, eſt ſuppoſitio termini nō ſignificatiui ſuper quem ſignū materialitatis cadit, ſigna materialitatis ſunt hæc. ly, dictio, verbum vocationem ſignificans, ac dictio ſecundę intentionis, vt ly homo eſt currens, vocor Iohannes, terminus homo currit, homo eſt dictio diſſyllaba, & hic terminus ſecundę intētionis ad ea extenditur quæ ſolis terminis conueniunt, vt vox ſcriptura, quando terminus ſecundæ intentionis immediate termino primæ hæret nō eſt difficultas, verum quando ab eo elongatur poteſt eſſe ambages, pro qua cancellanda ponitur hoc annotamentum.

Subiectum primæ reſpectu prędicati ſecundę ſtat materialiter, ſubiectum tamē huius ſupponit ꝑſonaliter lapis eſt terminus duorum limitum cum prędicatum ſecundæ capit primæ intentionaliter.

Contra hanc regulā argumentor, ſubiectum huius homo eſt terminus in mēte ſupponit perſonaliter, quia pro ſuo ſignificato vltimato quod formaliter & immediate naturaliter proprie ſignificat, & tamen eſt ſubiectū primæ reſpectu prędicati ſecundæ etiam ſecundæ intentionaliter capti, igitur. ℭ Dicis regulam non tenere in conceptibus, nec ille terminus homo ſupponit pro hominib⁹ ad extra, ſed ſolū ꝓ termino ad placitum ſignificante, quē vltimate ſignificat, ſemper terminus vo

calis & mētalis ei respōdēs accipiunt, p eodē, si ce nō eodem genere suppositiōis supponāt, alioqui nō esset bona subordinatio. At cū oia extrema i voce stēt significatiue, eodē modo in mētali ultimata & nō ultiata accipiuntur. ¶ Cōtra, subiectū huius ois hō ē dictio dissil- laba non stat materialiter, & tamen est subie- ctū prime respectu pdicati secūde, igit. ¶ Re- spōdet, regula intelligit nisi terminus alienet a suppositiōe materiali, modo terminus stās materialiter ē neutri gnīs & indeclinabilis, er go adiectiuū masculini fœminini ve gnīs suū fixū a suppositiōe materiali alienat. ¶ Cōtra, subiectū huius ego sum pnomē nō accipitur materialiter, & tamē est subiectū prime respe- ctu pdicati secūde, nec alienatur ab adiectiuo, ergo solutio nulla. ¶ Respōdet, alienat a ver- bo, terminus stans materialiter ē tertie psone, ergo verbū prime aut secūde psone ipsum a materiali alienat, qa a psona suppositiōis ma terialis. ¶ Cōtra, subiectū huius stat materiali ter ois hō ē aggregatū vel qd cōplexū vel to tū in qtitate, & tn ois est cōis gnīs, ergo male soluimus. ¶ Respōsio stat totū accipi materia liter, & ptē significatiue. ¶ Secūdo, sic & meli' totū accipit materialiter p se alibi sumpto p- sonaliter, nec ptes vt sic supponūt plusqz elemē ta termini dn̄s, vn̄ fit aial in hac pōt statemas tecialiter nullū aial ē genus, et ex vsu cū adie- ctiuo neutri gnīs possim' tales distinguere, pe nes hoc qd aial stat materialiter aut psonalit, qn̄ stat materialiter addimus notā materialita tis ly, sic potes talē distinguere hoc ē pnomen demōstrādo terminū ego, hoc potest capi si- gnificatiue, ē potest capi materialiter p se ip- so. ¶ Cōtra, subiectū hui' aliud a vero erit ve cū nō suppōit materialiter, pter nec subiectū huius aliud a falso erit verū, nec hō supponit materialiter in hac hō habet gen'. ¶ Forte di- cet, tot ale pdicatū nō est secūde. ¶ Cōtra sub- iectū huius suppōit materialiter aial pdicatur de hoīe, & hic hō est nomē vocale, & tn̄ vna pars pdicati ē prie itētiōis, ergo solutio nulla. ¶ Respōdet regula vsqqz nō tenet cū relati uo, etiā illic a pte subiecti ponit terminus se- cunde, licet aliud a vero p lapide & falso sup ponat. In ista aial habet genus terminus secū de intētiōis ponit i obliq, hic aūt in recto aial pdicat de hoīe, & terminus prie ponit in obli- quo q est pars minus pricipalis extremi, sed ib lic obliquus hoīe p suo recto accipit, illa de a- ctu signato loco vnius de actu exercito capit exercitamus ei eā p hāc hō est aial, nomē vo cale ē terminus secūde intētionis in pposito. ¶ Cōtra, illud in ista aial currit & illud ē trissil

labū nō stat materialiter, & tn̄ est subiectū pri me respectu pdicati secūde, illic illud capit rela tiue, & ex cōseqnti significatiue, & nō p illa di ctiōe illud. ¶ Respōdet, ille terminus illud nō capit pure significatiue, nec refert suū antece- dēs restricte, huius regule nōnihil redolet, sen sus ē aial currit, & illud ē trissillabū, illud voca bulū aial ē trissillabū. Etiā qn̄ terminus ē secū de itētiōis rōne cōnotatiuū regula tenet, vt hō est significatiuū p terminū hō, quō equocū equocatū & vniuocū vniuocatū sunt secūde intētiōis de cōnotato supius diximus, & hic plato ymaginarie ē nomē subiectū potest stare psonaliter. ¶ Contra regulā adhuc instat, hic sortes & plato sunt termini singulares subie- ctū nō stat materialiter, qa sic verbū esset sin gularis nūeri, vt dicēdo sortes & plato ē vnū cōplexū. ¶ Respōdet, forte vtraqz pars copu- lati stat materialit, & ly & significatiue & totū rōne pricipalioris ptis stat materialiter cū pdi catū est secūde intētiōis, significatiua acceptio cōiūctionis verbū pluralis nūeri admittit. In antiqssimis summulis dubitatiōne feci de talis bus hō est aial vel species, aial ē genus & cor- pus, sed iā inutile cēseo tales cisternas extrise- cas fodere, & iuuenes p inuia ducere, multa li cent tirunculis in disceptationē adduci, a quis bus scriptores consulto abstinent.

De suppositione personali.

Suppositio personalis est vocabulum pro suo significato vltimato in ordine ad cōceptum vltimatum supponens. vel ipse conceptus supponēs pro suo significato vltiato qd' fromal'r sigñat.



T extrema harū hō est aial, ens ē aliqd sub- iectū eni poste- rioris p oī ente accipit, & secun dū illā acceptio- nē oim entium gnāl conceptus subordinatur & ita i alijs. Eodē mō hic, hoc ens ē aliqd secūdū ptē ill' cōceptus sumit, & hoc sufficit ad sup positionē psonalē. ¶ Adiecivel cōcept' p suo significato vltiato supponēs ppt subiectū mē talis istu' hō ē dictio dissyllaba, qd supponit p sonaliter, sicut agmiatim dicere solēt, licet sub iectū in voce supponat materialiter. Volo cla re dicere duo requirūt ad hoc qz terminus sup ponat psonaliter, primū vt p suo significato

vltimato accipiatur, ſecundū eſt vt terminus ſecundū talē ſignificationē ſecundū quā capit ſubordinatur cōceptui vltimato i. cōceptus rei pro qua vocabulū ſupponit ſit conceptus vltimatus, & iſtud intelligo extra cōceptū ſupponēs ẽ pro ſignificato quod formaliter ſignificat, deficiēte ſecūda cōditiōe ſubiectū huius ens eſt pricipiū ſupponit materialiter, qa licet ꝓ ſignificato vltimato accipiat, tamē ſecūdū talē acceptionē ſubordiatur cōceptui nō vltimato huius termini ens & nō cōceptui oīm entiū repſentatiuo, quia ĩ iſta ens ẽ participiū, ens nō ſupponit pro ſorte, ſed ꝓ illo termino & ſimilibus, ens eĩ ſignificat ſe nō vltimate & adequate, & rurſus repſentat ſe vltiate & inadequate, qa cū hoc ꝙ ſe ſignificat reliqua oīa repſentat. ❡ Vnde fit, licet nullus idem hō ſit hō albus & hō nō albus copulatiue, aliud ẽ in vſu de ſignificato vltimato nō vltiatoqꝫ, cū idē ſignificatū eſt vltiatū iuxta & nō vltimatū ❡ Vlterius patet, licet nō ſignificatū vltimatū & ſignificatū vltimatū cōtradictione incōplexa aduerſent, ſignificatū vltimatū & ſignificatū nō vltimatū nō vſquaqꝫ diſcrepāt, totū aliā ſignificātiā a ſuis partibus ſortitur, ſignificatū nō vltimatū valet ſignificatū ſecūdariū & minus principale ꝙ terminus imꝓprie ſignificat, vt in cōmētario p̄cedēti meminimus. ❡ Vlteri⁹ dico ſi littera a īponatur ad ſe ſignificādū, adhuc ſubiectū in hac a eſt a materialiter ſupponit, licet ſupponit ꝓ ſignificato vltimato, eius cōceptus ẽ nō vltimatus. ❡ Inſup ex oībus his patet terminū ſtātē perſonaliter facere aliū terminum ſtare materialiter, patet de pędicato huius hō eſt nomen.

Verum quia littera hęc ſine pręeunte haud capitur (oppoſitorū eadē eſt diſciplina) in vtramuis iuxta argumētabor. ❡ In primis terminus ſtās materialiter nō eſt neutri generis, ergo indigeſte ꝓceſſimus, antecedēs patet Alexander vildeus dicit, dēpta carne per vm de vocabulo carne mētionē faciēs quo fęminine vtit, & idē alibi, ſed adulter erit ſupād⁹.

Reſpondetur, hic in plærilqꝫ aliorum more hallucinatur. ❡ Secundo dicitur, ſenſus eſt dēpta hac dictione carne, q̄ facilius verſiculū q̄ ſuus rectus igrediebatur, ſed adulter hoc eſt iſte terminus adulter. ❡ Tertio, eſt ſuppoſitio materialis cū termino declinabili vt in ſacris Luce primo angelus ad chriſtiferā viginē Vocabis nomē eius Ieſum, ſic de chriſti p̄coне, vocabāt eū nomine patris eius zachariam Idētidē in ſacris litteris inuenimus Meſſiā q⁹ interpręt atur chriſtus, illic meſſiā materialiter capitur, relatiuū quod vocabulū meſſiā ꝓ antecedēte capit, & alubi bibliaca in lectiōe legimus, tu vocaberis cephas quod eſt Petrus, ſi enĩ relatiuū nomē neutri generis nō referret a ſuo antecedēte in genere diſcōueniret, quod eſt rationi diſſentaneū, haud diſſimiliter illic dat deus aureolā quod nomē habetur ab auro, & rurſus canonica in ſcriptura chriſtus ad diſcipulos vos vocatis me magiſter & domine, hoc eſt hiſce nominibus magiſter & domine & cætera id genus multa.

Secūdo argumētor, oīs terminus ſupponēs eſt alicuius partis oratiōis, at terminus materialiť ſupponēs vt ſic nullius ẽ ꝑtis, igiť.

Tertio, hęc eſſet vera per ſuppoſitionē materialē, hō ꝓcūbēs genibus audiēs rē diuinā ẽ qd cōplexū, ſed hoc ẽ falſū, ex ea ſequiť terminus homo eſſet quid cōplexū, deſcendēdo ſub parte ſubiecti.

Quarto, ſecūdū dicta hęc erit falſa magiſtrorū eſt gtī caſus, cōſeq̄ns ẽ falſum, ergo & aſ̄s, cōſeq̄ntiā ꝓbo, qa magiſtrorū reddit ſuppoſitū verbo ꝑſonali modi finiti, ergo eſt non genitiui caſus, & ſic extrema non ſupponunt pro eodem, ergo ipſa erit falſa.

Quinto, ſi terminus mētalis ſuppōat ꝑſonaliter termino ad placitū ſignificāte ſupponēte materialiter, ſequiť iſtas ꝓpōnes cōtradicere nullus hō eſt dictio diſſillaba, & hō ẽ dictio diſſillaba, quarū ſubiectū idē ſinite erit in mēte, cōſeq̄ns ẽ falſum, & ſeq̄lā ꝓbo, ſi nō cōtradicāt, hoc ẽ qa extrema nō ſupponūt eodē genere ſuppoſitionis, quod eſt contra dicta.

Sexto, homo eſt dictio diſſillaba, ergo dictio diſſillaba eſt homo.

Ad ſecūdū nego maiorē, ſecundū talē acceptionē nullius ꝑtis oīonis ẽ terminus nō ſignificatiuus vt buf, maxīe materialiter ſupponit cum non poſſit aliter ſupponere.

Ad tertiū nego minorē, p̄dicatū dicit cōuenire illi toti & nō ꝑtibus eius pluſq̄ ĩ hac hō ẽ nomē, & tn̄ littera aut ſillaba illius dictionis nō ẽ nomē, quocirca nō illic eſt deſcēdēdū ſub parte ſed toto ſecūdū eius acceptionem.

Ad quartū nego ſeq̄lā, illic ly magiſtrorū ſuppōit ꝓ ſe alubi ſumpto ꝑſonaliter, vt ĩ hac libri magiſtrorū coingnant, iſta enĩ eſt vera, magiſtrorū ẽ ntī caſ⁹ aut loco ei⁹ ſumptū. In vtraqꝫ ſupponūt extrema ꝓ eodē, il'e terminus magiſtrorū pro omnib⁹ talibus terminis ſupponit, ſiue ſtent materialiter ſiue ſignificatiue. Sic hæc eſt diſtinguenda hominem eſſe aſinum eſt impoſſibile, ſi dictum capiatur loco propoſitionis cuius eſt dictum eſt vera, ſi lo

co ſui non eſt vera, nempe hoc complexū hominē eſſe aſinū non eſt ꝓpoſitio impoſſibilis.

Ad quintum nego ſequelam, error eſt non quia ſubiecta illarum ſupponūt eodem genere ſuppoſitionis, immo ſubiectum mentalis ſupponit ꝑſonaliter in illa idefinita, quēadmodum ſubiectum in illa vniuerſali ad placitum ſignificante, ſed mendum in contradictione ob hoc prouenit, quia earum ſubiecta pro diuerſis rebus accipiuntu & equiuoce.

Ad ſextum nego illam cōuerſionem, homo in conuertente ſtat perſonaliter, & ita vtrobiq; a parte pr̨edicati quando ponitur cathegoreuma, in hac ſignum negatiuū eſt nō, negatio ſtat materialiter, ſic cōuertitur dictio diſſyllaba eſt ly homo. ¶ At dices ſequit magiſtrorum eſt genitiu' caſus, ergo genitiu' caſus eſt magiſtrorum, ergo alia conuerſio erat bona. ¶ Reſpondetur, nec iſta eſt bona cōuerſio, cum ens magiſtrorum in conſequente ſtat pro re poſſeſſa a magiſtro, & magiſtrorum capitur ſignificatiue, addendum eſt in conſequēte ſignum materialitatis.

Dubitatur quot modis terminus ſupponit materialiter.

Secundo dubitatur, quomodo ſupponit Iohannes in hac vocor Iohannes, & cuius caſus eſt Iohannes illic.

Tertio, dubitatur quomodo ſubiectū ſecunde intentionis ſupponit reſpectu pr̨edicati ſecunde intentionis.

Quarto dubitatur, an integra propoſitio ſupponit perſonaliter vnquam.

Quinto, an terminus mentalis ſupponit materialiter.

Ad primam dubitationem reſpondetur, aliquis eſt terminus qui non poteſt ſupponere niſi materialiter, puta quando nihil ſignificat vt ſubiectum huius buf eſt. ¶ Secundo, quando additur termino nota materialitatis vt ly homo currit, talis terminus ſuppōit materialiter. ¶ Tertio modo, pr̨edicatum ſecunde intentionis facit ſubiectum prime ſtare materialiter. ¶ Quarto, terminus ſupponit materialiter quando ei additur terminus ſecunde intentionis immediate, vt terminus homo currit. ¶ Quinto modo, quando termino immediate iungitur verbū vocandi, vt ego vocor Iohannes, vos vocatis me magiſter & domine, licet dici poteſt hic effectualiter pōitur terminus ſecunde, puta hoc termino vel nomine Iohannes.

Caeterum terminus ſupponit materialiter ꝓ ſe & ſibi ſimilibus, vt homo eſt dictio diſſyllaba ſubiectum eſt terminus communis pro illo termino & ſibi ſimilibus in propoſitione ſupponens, ſed Marcus non ſupponit pro termino Tullius, quia eſt priori diſſimilis, nō eni ſunt ſynonimi ſecūdū illā acceptionē qua materialiter capiſitur. ¶ Secūdo modo, terminus capiē materialiter ꝓ ſe aliubi ſumpto ꝑſonaliter, quare hec conceditē magiſtrorū eſt genitiui caſus, ponēdo eā in aliqua alia ꝓpoſitione in genitiuo, alias illa eſſet falſa, cū extrema non ſupponerent ꝓ eodē. ¶ Tertio modo, ex artiſtarū vſu dictū ſupponit ꝓ ꝓpoſitione cuius eſt dictū ſic hec ē affirmatiua vera, deū eē eſt deus eſt, platonē diſputare ē plato ē diſputans, & ita terminus ſupponit materialiter ꝓ multis nō ſynonimis, ſed termin' amor nō accipiē ꝓ vocabulo roma, licet pr̨epoſtere ex eiſdem elemētis cōſtentur ob dictionū diſſonantiā. Et ſecundū hoc hec eſt diſtinguēda oē verū & deū eſſe differūt, ſi deū eſſe capiaē pro ꝓpoſitione cuius eſt dictū illa eſt falſa, ſi ꝓ ipſo ſolo dicto ipſa eſt vera, & cū eſt terminus cōis ſtās determinate poteſt accipi ꝓ hoc vel illo.

Ad ſecundū dubium dicitur, Iohānes illic ſtat materialiter vocor hoc termino & nō illa re, & eſt ablatiui caſus, ſenſus ē vocor hoc noie Iohēs. Itē ſi q̄ratur abs te quomodo vocaris, apte reſpōdes Robertus, modo reſpondendū eſt in caſu quo q̄riē niſi regimē varieē, vt q̄ti librum emiſti, aureo, aut vili, & ita hic, eſt mihi nomen Iohanni.

Ad tertiā dubitationem reſpōdetur, ſi pr̨edicatū poteſt cōpetere ſubiecto ꝓ ſignificato nō vltimato tātū, tū ex cōi vſu ſuppōit materialiter, vt argumētatio ē ſubiectū logices vel poteſt cōpetere ſubiecto ꝓ ſignificato vltimato ſolū, & tūc ſubiectū ſupponit ꝑſonaliter, vt ꝓpoſitio eſt oratio, ſi ei pr̨edicatū poſſit cōpetere ſubiecto ꝓ vtroq; ſignificato tūc potes illā diſtiguere, q̄a indifferēter ſubiectū poteſt ſtare materialiter aut perſonaliter, vt nomē eſt terminus, ſimiliter dicaē ſi p̄dicatū nō poteſt cōpetere ſubiecto ꝓ alterutro ſuo ſignificato, vt indiuiduū eſt ḡnaliſſimū, vnus ſenſus eſt hic terminus idiuiduū eſt ḡnaliſſimū, ali' vero aliqd de q̄ verū ē dicere ē indiuiduū eſt ḡnaliſſimū, & vterq; ſenſus eſt falſus, poſſunt ēt fieri alij ſēſ' ꝑ variationē extremorū.

Ad quartā dubitationē reſpōdetur negatiue vt hō eſt aīal eſt ꝓpoſitio cathegorica totū illud ſuppōit materialiter & nullo modo ſignificatiue & ita iductiue in reliqs ꝓpoſitionibus ſicut ſupius in terminorum poſteriori tractatulo meminimus.

Ad quintam dubitationem reſponde
tur affirmatiue, hæc enim eſt affirmatiua ve
ra conceptus vltimatus ſortis eſt cõceptus vl
timatus ſortis, quia ly ſortes eſt ly ſortes (ſem
per in mẽte loquor), ergo extrema ſupponũt
pro eodem. Item conceptus vltimatus ſignifi
cat ſe non vltimate, ergo poteſt pro ſe ſuppo
nere, alioqui ſuppoſitionẽ materialem vſque
quaqꝫ negabo. Vnde ſic cõceptus ſortis ſup/
ponit pro ſe & pro ſorte. Pro priore materiali
ter. Pro ſecundo vero perſonoliter, an in mẽ
te vltimata cadat equiuocatio in prędicamẽ
torum fronte tractamus.

Quæritur conſequẽter de veritate hu
ius homo eſt ſpecies. ¶ Reſpondetur, ipſa eſt
vera. eſt enim affirmatiua cuius extrema ſup
ponunt pro eodem extra inſtãtias omnes. eo/
dem modo hic animal eſt genus.

Contra iſtud argumentor, homo eſt
ſpecies, ergo hoc homo eſt ſpecies vel illud ho
mo eſt ſpecies, non opus eſt ſigno ly cum prę/
dicatum eſt ſecundę intentionis & nõ eſt alie
natio a ſuppoſitione materiali per additũ, cõ/
ſequens eſt falſum, eſt enim diſiunctiua cuius
quælibet pars eſt falſa, patet vna pars eſt fal/
ſa, & par eſt ratio in omnibus, ergo quælibet
pars illius diſiunctiue eſt falſa, vnius partis fal
ſitas patet, hoc homo eſt indiuiduũ, cum ſin/
gularizatur ei repugnat accipi ꝓ pluribus, er/
go non eſt ſpecies.

Reſpondetur, terminus hoc homo ſe
cundum ſuppoſitionem materialem non eſt
ſpecies, ſecundum talem acceptionem repu/
gnat ei accipi pro pluribus, vel pro alio a de/
monſtrato. At ille terminus demonſtratus ſi
gnificatiue ſumptus eſt ſpecies, prędicatur eĩ
de plurib9, & cũ nõ ẽ generaliſſimũ ẽ ſpecies.

Breuis erit hic epiloge, ſuppoſitio ma
terialis eſt terminus ſupponens pro ſuo ſigni
ficato non vltimato in ordine ad conceptum
vltimatum, & quinqꝫ modis terminus ſup/
ponit materialiter. ¶ Primo terminus non ſi/
gnificatiuus quilibet, aut nihil ſignificans vt
ſubiectum huius quilibet eſt ſignum. ¶ Secũ/
do modo per additum ſigni ly ¶ Tertio mo
do per terminum ſecundę intentionis a par/
te prędicati ſi non ſit ampliatio ad quinqꝫ vt
animal ẽ genus, videtur ſubiectum iſtius ho/
mo ymaginarie eſt nomen capitur ſignificati
ue. ¶ Quarto per terminum ſecundę intentio
nis immediate formaliter aut in valore, exẽ/
plum primi, vt terminus homo currit, ſecũdi
vt ego vocor Iohãnes. i. hoc noĩe Iohãnes, &
ſic quintupliciter termin9 ſuppõit materialiter.

Sequũtur ſpecies ſuppoſitionũ
materialis & perſonalis.

Item ſuppoſitionis quędam diſcreta &
eſt vocabulum ſingulariter ſupponẽs
¶ Suppoſitio cõmunis eſt terminus
communiter acceptus.



T materialis
& perſonalis in
hos duos ramos
ſciditur, at quia
ſuppoſitio mate
rialis rarenter eſt
in vſu, membra
per ſuppoſitio/
nem perſonalẽ
ꝓſequar. Quili/
bet terminus ſingularis ſignificatiue ſumpt9
ſupponit ſingulariter, ſemper intelligo ſi ſup/
ponit, vt Hieruſalem, remum, pernaſus, olim
pus, omne ens quod eſt Socrates, ſignum vni
uerſale additur apte ſingulari quando termi/
nus communis interſeritur ſua reſtrictione ſe
cluſa, & pronomen termino ſingulari gratia
equiuocationis tollende, pronomen demon/
ſtratiuum reſtringit terminum cui additur ad
ſtandum pro demõſtrato. ¶ Ex quo patet eũ
dem terminum cõmunem ſecundum eundẽ
conceptum ſupponere pro pluribus equiuo/
ce demonſtrando ſortem & platonem dicẽdo
iſte homo currit iſte homo currit, illic iſte ter/
minus homo ſecundum conceptum ſpecificũ
omnium hominum repręſentatiuũ pro duo/
bus equiuoce accipitur, & hoc ob diuerſitatẽ
actuum syncathegoreumaticorum ſibi addi/
torum, quotienſcunqꝫ pronomen diuerſa de/
monſtrat capitur equiuoce, & per locũ ab op
poſitis quando ſemper demonſtratur idem in
uariatum capitur vniuoce, dixi inuariatũ, ſuc
ceſſiue varĳs tẽporibus variũ ſequanã demõ
ſtrat brunellũ & ſortẽ ob partiũ alterationẽ.

Suppoſitio cõmunis eſt terminus cõ
munis ſupponens, vt ſortes vel plato currit.

Contra hanc diuiſionem argumẽtor,
diuiſum huius diuiſionis nec ſupponit diſcre
te, nec communiter, oppoſito dato conuerte
retur cum vno membrorum diuidentiũ, igit.
Secundo, ſubiectum huius iſte homo
vel aſin9 currit ſupponit, & nec communiter,
nec diſcrete, igitur ¶ Forte dices (& ſic dicẽdũ
eſt) ſi ſubiectum ſingularizetur vnica ſingula
rizatione ſupponit diſcrete, & pro re demon
ſtrata. ¶ Contra, demonſtretur ſortes tunc ꝓ
ſolo ſorte accipitur, ſed ꝓbo oppoſitum, bru

nellus est asinus, ergo est iste homo vel asin⁹a parte disiuncti ad totū disiunctū affirmatiue.

Tertio, subiectū huius Sortes vel Plato currit supponit, & neutro istorum modorum. ¶ At dicis, & bene supponit cōmuniter. ¶ Contra, vtraq; pars supponit discrete, ergo & totum.

Quarto, subiectum huius hęc essentia diuina est deus non supponit discrete, cui additur pronomen primatiue speciei, igitur, ꝓnomen non facit terminum stare discrete. assumptum patet, supponit pro tribus rebus quarum nulla est alia.

Quinto, ista est falsa, renum est terminus singularis, ergo ꝓprium nomen fluuius non accipitur discrete, & ex consequente nullus terminus supponit discrete, assumptū patet dupliciter. ¶ Tum primo, illa est indefinita ergo subiectum accipitur ꝓ pluribus, ergo est terminus communis, & per consequens non est terminus singularis, & eodem modo argumentor de termino Plato. ¶ Tum secūdo nō est idem renum quod fluit nunc & anno reuoluto, cum alia est aqua.

Sexto, subiectū huius medietates Sortis sunt supponit, & neutro istorum modorū. ¶ Forte dicis discrete supponit, quia ei repugnat accipi ꝓ alio a Sorte. ¶ Contra medietas Sortis est terminus cōmunis, ergo & plurale.

Septimo argumentor, subiectum huius omnia entia possibiliter sunt supponit (capiendo oīa collectiue) & nec discrete, nec cōmuniter, igitur.

Ad primum dicitur, diuisum est suppositio communis irrestricta significatiue capto vocabulo, ex quo nulla conuertibilitas sequitur inter diuisum & vnū suorū mēbrorū.

Ad secundum, magna pro parte interratiocinandum responsum est, si demonstret Sortes singularizando subiectum vnica singularizatione solum pro eo accipitur, perinde ac si esset iste terminus discretus Sortes vel hoc animal siue disiunctione, a parte disiūcti ad totum disiunctum vnica singularizatione singularizatum inutilis est illatio, siue ambę partes supponunt communiter, siue vna discrete & alia communiter nō pili refert.

Dubitaī circa istud, an idem actus demōstratiu⁹ mentalis pōt diuersa demōstrare.

Respondetur negatiue, ad variationē obiecti variatur sincathegoreuma, & aliqualiter significare suum, & licet obiectum esset terminus communis cum sincathegoreuma est latum in vnum nunquam feretur in aliud ab illo, in materia sincathegoreumatum latius super hoc locutus sum concludēdo hic dico influentiam coeli hic nihil facere, quocirca inaniter Dorpus ad illud refugiū habuit.

Ad tertium, dico consequentiam vltimam esse nullam, & illud disiunctum potest singularizari sicut iam nuperrime responsum est, omne disiunctum terminorum singulariū pro variis acceptorum est terminus communis, si pro eodem acciperētur esset terminus singularis, vt Iohannes vel hic scribens, patrici⁹ & Robertus vel patricius & Robertus. & ex illo cōsequens est disiunctum singularis & cōmunis termini est terminus cōmunis, hoc ī terminis dictū est qd̄ repetere haud grauamur.

Ad quartum bipharium respondetur. ¶ Vno modo iste terminus non est singularizabilis cum quantumcunq; singularizaē supponit ꝓ tribus rebus personaliter distinctis. ¶ Secūdo dicitur, est terminus singularis, nō supponit ꝓ pluribus essentialiter distinctis, & singularizatur. secundam particulam addo ꝓpter istum terminum essentia diuina q̄ nō accipitur ꝓ pluribus essentialiter distinctis.

Ad quintum nego assumptum, & cōcedo illam indefinitam, & subiectum supponit pro pluribus, ꝓ omi tali termino, & vlterius concedo renum est terminus communis, renum est terminus singularis, subiectum huius renum infunditur in oceanum supponit discrete, & subiectum istius renum est termin⁹ singularis supponit pro illo discreto termino, & singulare supponit ꝓ eodem, & sic supponit tam ꝓ termino singulari quam communi. ¶ Ad secundum dicitur renum equiuoce significat sua significata, quia mediantib⁹ diuersis conceptibus, & alietatem non modo laticis sed etiam brunelli & Sortis vbi est minor varietas concedo, quocirca Sortes sua significata sicut & renū equiuoce significat.

Ad sextum dicitur, subiectum illius supponit determinate, singulare eius est commune. satius est ita dicere quam singulare asserere cōmune & plurale singulare.

Ad septimum respondetur, repugnat subiecto sic sumpto accipi pro variis, ꝓpterea discrete accipit. Ex quo perspicuum est omnia entia sunt subiectum illius est terminus cōmunis, & tamē addendo possibiliter efficitur discretus vtrobiq; capiendo omnes collectiue, ex diffinitionibus termini singularis & cōmunis haec patent.

Octauo, subiectum huius sortes & plato vel cicero currit sub nullo illorum mēbrorum continetur, igitur.

Nono, subiectum huius Adam & omnis homo est quando ipse solus erat supponebat, & non discrete cum est copulatum ex termino singulari & communi, & omne tale est cōmune, quod si concedas, cōtra repugnat ei accipi pro alio ab Adam, igitur.

Decimo, subiectum huius maria ē picta supponit, & neutro istorum modorū, nō discrete cum pro omni pictura mariana accipitur, & nō cōmuniter, patet, sequitur ipositio/nem tacite termini discreti, ergo eius proprietates emulatur.

Vndecimo subiectū istius sortes ymaginarie est plato sub nullo istorum membrorum continetur, igitur. non est terminus cōmunis, ergo non supponit communiter, non discrete cum supponit pro sorte & etiam pro platone, si illa sit vera vt putatur.

Duodecimo, subiectum huius sortes vel chimera currit, suppōit & sub nullo istorū mēbrorū cōtinetur, igitur. si dicas illū esse terminum discretum, contra disiunctum terminorum singularium pro diuersis sumptorum est terminus communis, ergo a fortiori ex termino singulari & communi, in oppositum argumentor repugnat ei accipi ꝓ pluribꝰ, igiṫ.

Ad octauum negetur maior, ipsum ē terminus communis, potest enim accipi pro pluribus diuisim pro sorte & platone & pro solo Cicerone.

Ad nonum, solutionem quaere in terminis. Sed si terminus communis & discretus significant res communicantes totum copulatum est terminus discretꝰ, vt sortes & pars quantitatiua eius, repugnat illi copulato accipi pro alio a sorte. ¶ At forte dices illud copulatum supponit pro sorte & capite eius & pro sorte & manu eius, ergo accipitur pro pluribꝰ realiter distinctis. ¶ Respondetur concedendo antecedens, consequentia negata, sortes & caput eius sunt sortes & manus eius, patet ex positorie sortes est sortes & suum caput, sortes ē sortes & sua manus, ergo sortes & sua manus sunt sortes & suum caput.

Ad decimum dicitur, subiectum illius supponit communiter, deipare ꝓprietates aliquo modo imitatur pro sola mariana pictura & qualibet tali supponit. ¶ Contra maria nūquam imponebatur ad repr̨sentandum illā ymaginem, ergo non significat eam ad placitum, nec naturaliter ipsam significat, ergo nō significat ipsam, & ex consequente nō supponit pro ea. ¶ Respondetur tacite & cōsequuti ue imponebatur ad ipsam repr̨sentandam.

Diuisio suppositionis cōmunis in determinatam & confusam.

Suppositiōis communis alia confusa, alia autem determiata. ¶ Omis terminus cōmuniter supponens super quē nullum cadit signum aut particulare non impeditū supponit determinate.



Xempla vt subiectū harū ꝓpositionum Sortes vel Plato currit, aliqḋ animal mouetur. ¶ Vnde fit, aliquis terminus suppōit cōiter cuius vtraq; pars supponit discrete.

Sed contra hanc diuisionem argumētor, suppositio determinata nō includitur in vno membro diuidente, ergo partitio bimēbris est nulla, antecedens patet. diuisum ē suppositio determinata, cum est suppositio communis supponēs determiate, modo diuisum non debet includi in vno membro partiente, igitur.

Respondetur, suppositio determinata non est diuisum capiendo diuisum secūdē intentionaliter, sed diuisum est suppositio determinata.

Caeterum contra diffinitionem suppositionis determinatae argumentor, homo i ista iste homo currit supponit determinate, & tamen non est terminus communis, igitur. consequentia tenet cum minore, & maior patet, hoc subiectum in pr̨iacēte illius singularis puta in hac homo currit supponit determinate, & hoc subiectum in ista est terminus homo ī illa singulari, igitur.

Secundo, subiectum huius homo est animal non stat determinate, ergo male diffinitur suppositio determinata, antecedens patet incōiūncte sua significata signiḟcat, ergo non supponit determinate, antecedens patet, terminus sine signo non magis capitur disiū/ctiue quam copulatiue, opposito dato signa essent inania.

Tertio, subiectum huius supponit determinate nonnullus homo currit & nullum ponitur signum particulare, igitur.

Ad primam argumentationem dicitur, ille terminus homo capitur discrete in una propositione & determinate in alia, minor sillogismi etiam est falsa, licet sit idem terminus homo.

Ad secundum respondetur, subiectum indefinite stat reductiue determinate ad particularem reducitur ab artistarum usu cui equiualere dicitur, eidem contradicit cum particulari, easdemque leges sillogisandi subit, non igitur proprie subiectum indefinite supponit determinate, quia non ratione ipsiusmet propositionis vel terminorum eius.

Contra istud argumentor, hæc est vera Deus creauit mundum, ergo subiectum eius supponit proprie, patet per diffinitionem suppositionis, & tunc descendendo ad species suppositionis non supponit confuse, discrete, aut mixte, ergo determinate, si aliquid vere est animal ipsum est vnicornus panthera elephantinus aut aliquod particulare animal.

Secundo si nunquam fuisset particularis in rerum natura, queritur abs te an hæc sit propositio asia vel affrica discrepat ab europa, & an sit vera, & consequenter quero an subiectum supponit. ¶ Item, vel subiectum huius mula est sterilis stat inconiuncte, & sic ipsa est propositio plures, si coniuncte & non copulatiue, ergo disiunctiue, quod concedo. Et ad rationem in oppositum, tunc incassum ponitur signa, non sequitur, communiter per infinitas vniuersales intelligunt, vt asini male viuunt arctoa in plaga, fur est mulctandus, & huiusmodi, propterea gratia illius ambagis tollende ponimus signum particulare. ¶ Alii dicunt ponitur signum particulare in mente ineffabile, hoc facile refellitur, vtrobique propositio ad placitum significans est eiusdem quantitatis cum sua mentali. ¶ Secundo intellectus potest resecare signum particulare manentibus ceteris que ad indefinitam sufficiunt.

¶ Tertio argumentabor de preiacente huius omnis homo est animal vbi nullum est signum particulare in mente, & subiectum non supponit determinate a signo vniuersali, igitur. Hec nouissima via apud me probabilitate non vacat, alteram solutionum duarum eligito.

Ad tertium nego minorem paritas signorum vniuersalium cadentium super vnum terminum est in valore signum particulare non omnis ponitur in mente, non tamen sine patrocinio cathegoreumatum que determinat, quia ab eis fulcimentum capit, sine quis existere nequit. ¶ Forte dicis, hoc totum non est terminus incomplexus neque complexus, per diffinitionem complexionis. ¶ Hoc diluitur, est terminus complexus nullum coniungibile sincathegoreumata nectere necesse est, aptissime dicimus nonnullus non omnis, inepte quoque homo asinus, & quia doctorum auribus hec sunt perspicua illa fusius haud quaquam explicabimus, cathegoreumatum certus ordo & nexus exigitur, non autem sincathegoreumatum.

Quarto argumentor, subiectum huius anima intellectiua Socratis est in coelo est terminus communis supponens, & non stat determinate, igitur minor patet, repugnat ei accipi pro alio ab hac anima, ergo est terminus discretus.

Quinto argumentor, subiectum huius hæc herba crescit in horto meo demonstrando sponsam solis in horto tuo non supponit determinate, & tamen est terminus communis cum verificetur de herba horti tui & mei.

Ad quartum respondetur, subiectum non supponit determinate, repugnat ei simul aut successiue accipi pro pluribus, quocirca ipsum supponit discrete.

Ad quintum conceditur maior, nam subiectum de virtute sermonis solum pro demonstrato accipitur, & propterea propositio assumpta de rigore est falsa, at in sensu quo fit communiter conceditur, accipitur enim pro herba demonstrate simili. In hisce & similibus loquentis intentio rigore posthabito vbi libet est acceptanda.

Sexto argumentor, homo non supponit determinate in hac Iohannes qui est homo scribit, & tamen est terminus communis supponens super quem nullum cadit signum, igitur.

Respondetur, homo terminus datus illic supponit discrete, & licet sit terminus communis super quem nullum ponatur signum non sequitur ipsum supponere determinate, quia restringitur a termino Sortes tanquam a pronomine demonstratiuo, & hoc totum Iohannis qui est homo vnice tanquam terminus incomplexus accipitur.

Suppositionis confuse diffinitio.

Suppositio confusa est suppositio super quam signum confusiuum non impeditum cadit.



T patet de extremis huius omnis homo est animal quae sunt signa cõfusiua proxime intelliges. Cõtra hoc argumentor, subiectum huius affirmatiue omnis homo est animal stat determinate pariter & prędicatũ pariter in eius pręiacẽte argumẽtare tuipse expositorie sicut sæpicule in simili fecimus, ergo littera non est sufficienter posita.

Respondetur, concedendo illos terminos stare determinate in ordine ad pręiacentẽ sed non in ordine ad illam vniuersalem.

Suppositionis cõfuse diuisio in confusam & distributiuã, & confusam tantum.

Suppositionis confuse quædam est cõfusa tantum, quædam vero distributiua. ¶ Et est notio supponẽs super quã virtus signi distributiui fertur.



Rior ramus retinet nomẽ cõmune, sed ad segregandam confusam & distributiuam signũ exclusiuum annectimus, exemplum vt omnis coruus sua ex complexione centum viuit annos, coruus distribuitur & prędicatum stat confuse tantum.

Dubitatur quid est distributio, & quo modo se habent distributio & suppositio confusa & distributiua.

Responsio, distributio passiua est terminus distributus, actiua vero signum distributiuum. ¶ Vnde fit, interdũ est distributio actiua sine passiua, patet hic nullus fluuius tanays est par nilo, nullus est distributio actiua, cum actiua aptitudinem importet, quãtum est de se distribuit siue possit in alium terminũ nec ne pili refert. Distributio passiua est superius ad suppositionem distributiuam, subiectum huius omnis chimera currit distribuitur. Terminũ distribui est ipsum capi p̃ suis significatis copulatiue siue supponat siue non. ¶ At incidenter quæris, an terminum supponere vel accipi pro suis significatis copulatiue vel disiunctiue sit ipsum sua significata copulatiue vel disiunctiue significare.

Respondetur affirmatiue, sicut supponere est inferius ad significare, sic supponere copulatiue ad significare copulatiue, & ita de disiunctiua copulatim & disiunctim dicatur, nec talis acceptio synonimitatẽ impedit, quare subiecta istarum omñs homo currit homo non currit sunt synonima.

Dubitatur vlterius an sit aliqua distributio immobilis.

Respondetur affirmatiue, & est illa distributio gratia cuius propositio non est probanda improbanda ve per ascensum descensum ve copulatiuũ, vt hominem in hac omne animal pręter hominem currit & sæpicule in exponibilibus de quo in libellis descensus & exponibilium locupletius patebit, istud membrum impugnantes littus arãt. Aduerso modo distributio mobilis est describenda.

Dubitatur finaliter an suppositio distributiua sit species subalterna aut specialissima incomplexe capiendo.

Respondetur, hæc difficultas est extrinseca huic theoricę. Intelligenti autem predicabilia & prędicamenta cum natura distributionis res est peruia.

Signa mobilitantia hoc disticõ enucliauerit:

Ois, nõ, tãtũ, maior, p̃ter, quoq; differt:
Ingẽs iungas, ita doctus sicut, & extra.



Osce versiculos ob memoriam posuimus, nẽpe modi multa paucis pstringunt, per omñs signum vniuersale affirmatiuũ intelligimus p non negationẽ, & aliæ dictiones suas regulas innuunt, quas particulatim tangemus, eapropter modorũ vlteriori explicatione posthabita regulas no uicijs artistis pernecessarias aggredior.

Prima regula.

Terminus cõmunis signum vniuersale affirmatiuum immediate sequens distribuitur.



Atet de subiecto huius omnis homo est animal, terminus discretus distributionis est incapax quãdo tes

netur discrete, hic distribuitur non Sortes est terminus, semper intelligit nisi ponat obex, vt hic nõ omnis homo est animal, vbi homo non distribuitur in ordine ad illam totalem. Regula etiam intelligitur si sequat immedia/te in forma aut in valore, prius ob exemplum datum, secundum vero ob tales quilibet hominis asinus currit (que formaliter equiualet huic quilibet asinus hominis currit) ponitur, vtrobique est determinate accepta vnica acceptione cum suo determinabili. ¶ Vnde fit signum vniuersale affirmatiuum nonnunquã distribuit terminum mediatum, & terminum immediatum non distribuit, etiã quando terminus mediatus non est relatiuum reciprocũ quia tale relatiuum supponit ea specie suppositionis qua supponit suum antecedẽs, vt quilibet homo ẽ ipsemet, sed distributio ea a signo vniuersali est accidentaria causa, ppinqua sue distributionis est distributio sui accidentis a signo vniuersali affirmatiuo distributi. ¶ Dicit immediate quia non distribuit terminum remotum, prędicatum huius non distribuit ois camelus est animal robustum.

Contra hanc regulam argumẽtor, hominis distribuitur in hac quilibet Dromedarius hominis currit, & tamen mediate sequit signum vniuersale affirmatiuum, igitur. maior patet dupliciter. ¶ Tum primo, ad distributionem recti sequitur distributio obliqui.
¶ Tum secundo hoc totum distribuitur cũ est vniuersalis ppositio, & hoc totum est iste partes, ergo iste partes distribuunt.

Secundo, signum distribuit prędicatum in mente sicut & subiectũ, ergo & in voce, similis est acceptio in vocali & mentali ei correspondenti, antecedens patet. prędicatum est ita ppinquũ signo sicut subiectum cum prędicatum est pximum signum.

Tertio, omnis homo vel lepus dormit oculis apertis est vniuersalis, ergo subiectũ eius distribuitur, & per consequens terminus lepus qui mediate sequitur signum vniuersale affirmatiuum distribuitur.

Quarto, signum vniuersale affirmatiuum non distribuit terminum propinquum ante se, ergo nec post se, cõsequentia tenet cõuenienti similitudine.

Quinto, subiectum huius stat determinate omne quod est tanays vel geon se exonerat in mare mediterraneum, ergo subiectũ eius non distribuitur. antecedẽs patet, quia in sua pręiacente stat determinate, consequẽtia patet, nullus terminus distributus stat determinate.

Sexto, hęc est vniuersalis, omne quod est tanays vel flumen labitur in meotiden paludem, & tanays nomen proprium est incapax distributionis, ergo flumen distribuit, qd mediate sequitur signũ, igitur.

Septimo argumẽtor, subiecta istarum quasi quilibet homo currit, vterque homo est animal non distribuuntur, & tamen mediate sequuntur signa vniuersalia affirmatiua, igit. maior patet, ad veritatem illarum non requiritur verificatio p quolibet supposito subiecti, igit subiectum non distribuit.

Ad primum nego antecedens, & ad probationem nego illud priscorum dictum, ad distributionem recti sequitur distributio obliq. ¶ Et ad secundam partem, consequẽtia est paralogismus concludendum est he partes sunt terminus distributus.

Ad secundum argumentum nego antecedens, & ad probationem distinguo signũ esse proximum prędicatum, vel conceptiõe, & sic negetur, vel quoad situm conceditur.
¶ Replica cadit, ponendo totam propositionem elici in instanti, sed spectat ad illud anxioma an propositio mentalis ex pluribus partialibus notitijs conflectur de quo alibi deseruim⁹.
¶ At illud admittendo dicetur, illud est subiectum de quo aliud dicitur, illud vero prędicatum quod dicitur de alio, conuenit enim naturaliter signo vnũ & non alterũ distribuere.

Ad tertium concedo minorem, sed nõ sequitur terminum lepus distribui, immo stat confuse tãtum, licet subiectum distribuatur vnica distributione, totus ille terminus distribuitur cuius vna pars propinqua non distribuitur. Immo interdum subiectum distribuitur, & quęlibet pars eius supponens stat determinate patet hic, omnis homo & asin⁹ currunt. tamen cõcedo has partes istud signum distribuit. patet, hoc distributum istud signũ mobilitat, & hoc distributum est isti duo termini saltem cum nota, vel ille due partes, igitur has partes hoc signum distribuit, sed non sequitur he partes ab hoc signo distribuunt nec ab actiuo ad passiuum debitum itur. Inferendum est he partes sunt aliquod distributũ ab hoc signo. ¶ Contra, totum subiectum nõ sequitur immediate signum vniuersale affirmatiuum, ergo nõ distribuitur per regulam, antecedẽs patet, homo distribuitur a signo, & immediate sequitur signum, ergo totum distributum non sequitur immediate. ¶ Nego

consequentiā, toto antecedēte conuerso, pars subiecti & totum subiectum ęque immediate sequitur signum.

Ad quartum, concedo antecedens, & nego consequentiam, natura signi est a tergo & non a fronte agere quo ad suppositionem vtrobiq; in mente, & propter subordinationem in voce & in scripto, venustatis tamē causa nonnunquam signum vniuersale in orationis calce collocatur.

Ad quintum concedo antecedens, & nego consequentiam. Idem terminus in ordine ad diuersas propositiones varias indipiscitur suppositiones, hoc ex añ enarratis ē lucidū

Ad sextum dicitur, totale subiectū distribuitur, & nulla pars eius distribuitur, sed vna pars stat discrete, reliqua vero stat confuse tantum, prior pars istius copulatiue responsionis patet, quia totum subiectum est terminus communis immediate sequens signum vniuersale affirmatiuum capax distributionis, secundam partē notā ex dictis relinquo.

Ad septimum dicitur, subiecta illarū propositionum distribuūtur licet incomplete, cū non potes ascendere descendere ve pro quolibet supposito, nec probatio valet vt in descēsu videbitur.

Secunda regula.

Vocabulum propinquum negatio infinitans distribuit, vicinū cum remoto negans mobilitat.

EXemplum primi, vt homo ī hac non homo est animal distribuitur & non prędicatum si infinitanter acceptetur negatio, si autem negater capiatur, omnes terminos sequentes distribuit, vt non hominis oculus dexter est sinister, semper intellige conditiones communes relatu facillimas, si nō fuerit impedimentum aliunde, & terminus sit distributionis capax.

¶ Sub hac regula intelligo dictiones negationem includentes, vt sortes caret indusio, Hector est spoliatus exuuijs, nego consequētiā, ignoro motum, nescio lectionem, canis currit contra montem sine suis pedibus.

Contra hanc regulam argumētor, nō scio lectionem, hic lectionem est terminus cōmunis sequens negationem negantem nō impeditam, & tamen non distribuitur, cum est determinatio accepta vnica non distributa in affirmatiua, ergo nec in negatiu

Secundo, negatio non distribuit ante se, ergo nec post se. Negas consequentiam, sicut in regula priori. ¶ Contra, si eadem negatio numero ponatur in duobus locis in scripto, vt non homo non est animal, hęc negatio ante terminum homo distribuit, & hęc negatio ante terminum homo sequitur terminū homo, igitur. ¶ Secundo, hęc est vniuersalis, sortes non vel plato currit, cū huic indefinite contradicat sortes vel plato currit, idem enim est dictu, non sortes vel plato currit, & sortes nō vel plato currit, & subiectum distribuitur in ista non sortes vel plato currit, ergo & in ista sortes non vel plato currit, & per consequens non requiritur negationem praecedere terminum quem distribuit.

Tertio, subiectum mentalis huius nō distribuitur nō homo currit, ergo regula nulla, antecedens patet. illa negatio habet duas partes in mente quarum quęlibet est distributiua, ergo se impediunt.

Quarto, subiectum non distribuitur in ista nonnullus homo currit, & tamen terminus communis sequitur negationem, igitur. ¶ Forsassis respondes ad minorem dicens illā negationem impediri. ¶ Contra, simile non impeditur a suo simili, sicut nec frigus a frigore nec calor a calore in agentibus naturalibus, at negatio naturaliter distribuit, igitur.

Quinto, sequeretur me omnem consequentiam negare dicendo nego consequentiam cum consequentiam distribuitur.

Sexto, Petrus instanti passione dixit astantibus circa focum, nō noui hominem si negatio distribuat illa, esset manifeste falsa, cū fratrem eius germanum Andream nouit.

Septimo, solent concedere canem currere contra montem sine suis pedibus, at hoc non esset si talis distributio causaretur, igitur.

Octauo, sequitur hanc falsam Tobias caruit visu, cum infert illam omni visu caruit & sic aquile visu caruisset, quod non est concedendum.

Ad primum respondetur, concedēdo illum terminum lectionem nō distribui in negatiua, vt inter argumentandum sufficiēter probatum est, determinationis vnica accepte suppositio est dependens, vti in relatiuo, atqui in affirmatiua eius suppositio secundū signorum exigentiam alteratur quilibet asinus hominis currit hominis stat confuse tantum & homine stat determinate in hac sortes est fortior omni homine & distributiue in hac

ſortes eſt fortior homine, paruus tamen aut
nullus oculus ad partium ſuppoſitionem ha/
beatur, ſed ad totius acceptionem perinde
atq; eſſet terminus ſimplex incompoſitus.
❡ Contra hoc argumentor, lectionem diſtri/
buitur i hac ignoro lectionem per regulã quã
tractamus, ergo in ſuo equiualenti nõ ſcio le-
ctionem. ❡ Reſpondetur concedendo antece
dens, negando conſequentiam, ille nullaten⁹
equiualent, bene affirmatiua negatiuam in/
ferr. & licet nullam lectionẽ ſcio in qua lectio-
nem diſtribuitur equiualeat huic non ſcio le/
ctionem adhuc propter vniformitatem facili
tatemq; tenemus determinationem acceptam
vnica taliter accipi in negatiua qualiter in af-
firmatiua, conformiter ad illa quæ in oppſio-
tionibus ſuper hoc retulerim.

Ad ſecundum, partim reſponſum eſt.
❡ Ad priorem replicam cõcedo illum caſum
ſupernaturaliter poſſibilem, & ex conſequẽti
concedendum foret illatũ vtpote negationẽ
diſtribuere terminum ante ſe poſitũ, non autẽ
ratiõe anterioritatis ſed poſterioritatis. ❡ Ad
ſecundam in quantitatibus reſponſum eſt.

Ad tertium reſpondetur, negationes
eiuſdem rationis vnũ conſtantes non ſeſe im-
pediunt, ex his quę in reſponſione noni argu-
mẽti qualitatũ retulim⁹, hoc radicit⁹ itelliges.
Ad quartũ, concedo negationẽ impe-
diri (vt in argumẽto diximus) in agẽtib⁹ mẽ-
talibus duo accidentia ſimilia ſeſe impediunt.
Ad quĩtum, nego ſequelam, ſermo eſt
de conſequẽtia propoſita, vel dicas nego hãc
conſequentiam.

Ad ſextum reſpõdetur, oportet vide-
re intentionem Simonis Barionæ, & ad illam
applicare regulã, diſceptatio inter eum & põ-
tifecis clientes de Chriſto erat, ſciebat enim eos
circa eum inſudare, & reſpõdit. Non noui ho-
minem hunc ſupple de quo m: inquietaris, illa
fuit eius intentio, licet mentitus erat, & pecca
uit hoc aſſerendo. Non tamen eo inficias ſecũ-
dum dicta hominem ſtare determinate, ſicut
in ſua affirmatiua, cum eſt determinatio acce-
pta vnica, ſed ipſa eſt falſa, quia ęquiualet huic
in ſenſu quem facit, nullum hominem noui.
Idem enim eſt prolatu hominẽ noui, & noui
hominem, rationis appellatione ſemota. ſed
in ſenſu quo ſiebat (vti retulimus) alium ha-
buit ſenſum, in omni diſputatione trutinãdus
eſt ſenſus i quo aſſertio ſit, nec magnopere cu-
randum eſt de ſenſu quem facit, nihilo tamen
ſecius logici munus eſt ſignificationis ꝓprieta
tem auxie indagare, quouſq; ſcientiam logicã
imbiberit, hoc eni calle artis peritiã indipiſcet.

Ad ſeptimum reſpondetur, ſi ſuis ſit
pronomen male concedunt illam, ſi enim ſuis
ſit genitiuus noĩs ſus nõ inepte illud cõcedũt.
Ad octauũ, nego ſequelam, ſermo erat
de lumine ſuo, & ſimiliter edentulus caret den
tibus, non omnibus dentibus abſolute vacat,
ſed omnib⁹ ſuis ❡ Dicis vnde eſt ꝙ negatio
negans omnes terminos diſtribuit. ❡ Reſpon
detur, eſt malignantis nature, ponit oppoſitũ
inuenti, tu aſſeris tigrem velociorem bellero
phontis pegaſo, ad cõtradicẽdum natus prę-
ponens negationẽ toti ſtudio contradicendi
oppoſitum aſtruit, ſuppoſitiones contradicẽ-
di idoneas derelinquet.

Tertia regula.

Dictio excluſiua gratia alietatis capta diſtribuit terminũ remotũ.

Si exponeretur gratia plura-
litatis, vt tãtum quinq; ſunt prę-
dicabilia, non faceret prędicatum
ſic ſupponere.
Contra regulã argumẽtor,
Signum excluſiuum mentale non diſtribuit
terminum propinquum, ergo nec remotum,
probo conſequentiam. Omne agens naturale
fortius agit in propinquum ꝙ in remotum.
Secundo argumentor, ſignum exclu-
ſiuum nõ diſtribuit, niſi ratione negationis in-
cluſe, & illa non eſt infinitans, quia tunc diſtri-
bueret ſolum terminum immediate ſequentẽ
ergo diſtribuit ratione negãtis, & ſic diſtribuit
omnem terminum ſequentem.
Tertio, non diſtribuit hominis in hac
tantum rudibile eſt hominis aſinus, & tamen
mediate ſequitur ſignum excluſiuum, ergo
regula nulla, maior patet, nõ licet deſcendere
copulatiue ſub termino hominis, ergo non di
ſtribuitur, Antecedens patet. Illa excluſiua eſt
vera, & quęlibet deſcendens eſt falſa.
Quarto, ſignum excluſiuum reddẽs
propoſitionem exponibilem gratia pluralita-
tis non diſtribuit terminum remotum, ergo
nec ſignum excluſiuum reddens propoſitio-
nem exponibilẽ gratia alietatis diſtribuit ter
minum remotum, tenet cõſequentia, illa duo
ſigna ſunt ſynonima.
Ad primum nego conſequentiam, &
ad probationem concedo eam de agente phi-
ſico & vniuoco, non oportet de agente ſpiri/
tuali & naturali, diſtributio actiua eſt fortior
actio quam non diſtributio,

Ad secundum, nego signum exclusiuum posse distribuere ratione vllius negationis incluse, illa negatio nec erit priuans nec infinitans aut negans, vt argumentatio enodauit, sed ē actus sincathegoreumatic⁹ simplex alterius speciei ab omni signo nō exclusiuo ex sua natura terminum immediatū cōfundens confuse tantum, & distribuens vocabulum rematum, non eo tamen inficias in suis exponentibus negationem includi, oportebit eos has regulas inficere qui negant exponibiles esse cathegoricas si graphice procedant.

Ad tertium dicitur, distribuit totū prędicatum quod mediate sequitur, & sic respondere potes hic, tantum hominis asinus est rudibile, prędicatum distribuitur, licet asinus mediate sequens non distribuatur cum se applicet ex parte subiecti.

Ad quartum, concedo antecedens, & nego consequentiam, & ad probationem dicitur, illa sic sumpta non sunt synonima, signū exclusiuum interdum propositionem de excluso extremo aut copula reddit, interdū exclusiuā aliter & aliter exponibilem, & in omnibus his difformiter accipitur.

Quarta regula.

Notio sequens comparatiuum gradū ab eo recta ex vi comparationis, aut superlatiuum ex vi partitionis, vel comparatiuum mediante dictione quam distribuitur.



Paradigmatibus sequentibus seriatim hęc mōstrauero Sortes est doctior homine, Plato est doctissimus hominum, Sortes est doctior quā homo vel magis doctus quam homo, plura quam duo sunt, si hæc signa anteirent termini communes nō distribuerentur.

Pro cuius regulæ intelligētia scito, cōparatiuus quadripharia capitur. ¶ Vno modo mere adiectiue vt celebriores viri ita referunt, hac via nullum post se regit casum, sed cum substātiuo in casu genere & numero cōuenit ¶ Secūdo capitur positiue, & casum sui positiui regit, vt plenior gratia vel fama sicut plenus. ¶ Tertio, capitur partitiue cum genitiuo vt validior manuum est dextera, & tum distribuit instar superlatiui. ¶ Tria requirūtur ad hoc vt comparatiuus apte regat genitiuū partitiue. Primo, erit comparatio præcise inter duo, ideo iepte dicis fortior digitorum est pollex, sed digitorum fortissimus est pollex. ¶ Secūdo, comparatiuus cum genitiuo in genere conueniret, vt fides spes & charitas, maior horum charitas, dicēdum est maxima harum charitas quia superlatiuus ponitur inter plura duobus. si Laurentio Valla credimus cui merito in talibus (Licet logices expers fuerit) adhibenda est fides. ¶ Tertio, erit comparatio inter res eiusdem denominatiōis propinque, & sic de superlatiuo intellige. Inepte dicis Hector fuit fortissimus Græcorū, cū non erat græcus, & inepte dicitur leo est fortissimus lincum cum leo non sit linx. ¶ Quarto, modo capitur comparatiuus comparatiue & regit ablatiuum, & interdum geminū, vt Goliath fuit longior Dauide octo palmis.

Pariforma superlatiuus capitur puræ adiectiue, vt Maria optimam partem elegit, id est valde bonam. ¶ Secundo, capitur positiue ad regimen, quia regula est quemcunque casum positiuus exigit eundem superlatiuus sibi vendicat, vt ꝓximi Scotis sunt Angli. ¶ Tertio capitur partitiue, vt Homerus fuit peritissimus vatum.

Secundo, antequam intelligatur quādo distribuit quando vero non, videndū est quando regit genitiuum superlatiuus sua natura, & ablatiuum comparatiuus, & quē natura positiui, alioqui si hoc non intellexeris regulam minime capies, hoc calle id depręhendes, per resolutionem in dictionem quam aut inter, quia casus his dictionibus adhærens per naturam cōparatiui aut superlatiui regitur, reliqui per naturam positiui, vt Salomon est ditior Sybilla auro, sic resoluitur, Salomon ē ditior auro quam Sybilla, hic Sybilla regitur natura comparatiui gradus, cum sequitur immediate dictionem quam in resolutiōe. Item accipitur pro se excessa', ergo regitur ex vi comparatiui gradus, & auro ex natura positiui. Exemplum superlatiui, vt Nabal est opilionum agnorum ditissimis sic resoluitur, Nabal est inter pastores agnorum ditissimus pastores sequitur inter. ¶ Aliter expone comparatiuū per magis, superlatiuū vero per maxime, vbi in explicatione positiuo proprius casus coniungetur, & magis casus comparatiui & maxime casus superlatiui, vt Salomon

est ditior margaritis sybilla sic resoluitur, Salomō est diues margaritis magis Sybilla, Iob orientalium boum est ditissimus, Iob est diues boum maixme orientaliū, Aiax thelamonius est robustior Vlisse viribus sic resoluitur, Aiax est magis fortis quam Vlisses viribus. Terminus non rectus ex vi naturæ cō/paratiui gradus stat determinate si sic termi/nus communis quia nullum signum super ipsum cadit.

Dubitatur, an homo regatur a compa/ratiuo hic ego sum venustior quam homo

Respondetur negatiue, intelligitur verbum est a quo regitur, verum terminus homo distribuitur a comparatiuo mendiante dictione quam.

¶ Contra, ergo hæc erit falsa, plura quam duo sunt, cum sensus est quibuscunque duob⁹ datis plura sunt modo hoc est falsum, lapis est infinite partes. ¶ Respondetur, concedendo illā esse falsam, nec vllū incōueniens sequitur.


Quinta regula.

Signum exceptiuum vocabulum in quod cadit distribuit.

VT omne animal præter hominem demisso capite deambulat, res notior est quam quæ multis exponi debeat

Sexta regula.

Notio recta a verbo differt mediante a vel ab distribuitur.



Differt distiguitur & ea quæ a/lietatem important hic compleeteris mediāte a vel ab, vt Herodes ascalonita differt ab Hebræo, Sortes differt ab homie, Plato distinguitur ab animali. Si præpositio non interueniret non esset distributio, quare anima nō distribuitur hic, Sortes differt anima a lapide, & homine stat determinate hic ab homie differt asinus, hoc autem est apertius (quum an/tecat verbum) quam vt probandum sit.

Septima regula.

Dictio reduplicata notionem reduplicatam mobilitat.

VT hic omnis homo inquantum rationalis est risibilis.

Octaua regula.

Ita & sicut cum ope positiui gradus distribuit.

VT Diomedes est ita fortis sicut vnus græcus, Nestor est ita circunspectus sicut Teucer.

Nona regula.

Extra supræme confundit.



Patet ales volat extra domū per supræmam cōfusionē distributionē intelligo numcro quadrato & nouenario has regulas pueriles anxie vti/les cōcludimus, cum primo hos agrestes versiculos cudipri/uatus posui ob dictiones negationem inclu/dentes, & dicebam inquant priuatus, sed hoc sub negatione ob breuiloquium intelligo.

Sequuntur regulæ suppositiōis confuse tantum.

Prima.

Dictio mediate sequens signū vniuersale affirmatiuum confunditur.



Per cōfunditur sine addito suppositiōnem confusam tantū itelligo, exēplū vt animal ī hac omnis hō ē animal, & ī ista cuiuslibet hoīs oculus ēst dexter, qlibet ter/min⁹ dempto ly hominis confuse tantum supponit.

Cōtra, animal stat determinate in hac asinus cuiuslibet hominis est animal, & tamē mediate sequit signū vniuersale affirmatiuū. Secundo, homo supponit confuse tantum in hac semper homo est animal, & tamē sequitur immediate semper, ergo male dicitur mediate.

Tertio, i hac quilibet hominis aſinus eſt animal aſinus diſtribuitur, & mediate ſequitur ſignum.

Quarto, omne animal quod eſt homo currit, homo mediate ſequitur ſignum & diſtribuitur cum illa eſt vniuerſalis.

Quito, ſe diſtribuitur in hac quilibet homo videt ſe.

Sexto, animal in hac omnis homo eſt animal ſtat determinate, patet reſpectu præiacentis illius vniuerſalis.

Septimo, prædicatum huius quodlibet eſt vel non eſt non ſupponit confuſe tantum, & tamen mediate ſequitur, igitur.

℄ Dices forte diſtribuitur quia includitur in ſecundo verbo. ℄ Contra, pari ratione in priore includitur, & prędicatum nulla ſuppoſitione ſupponit. Si diras in vno tantum prędicatum includi, quæritur in quo, & rationem illius. Item hic in vtroq; verbo pars prædirati includitur quilibet homo currit vel ſcribit, ergo & in alia.

Ad primum reſpondetur, concedendo terminum animal illic ſtare determinate, virtus ſigni non fertur vltra determinationē cum inter ipſam & determinabile ponatur, regula habet verum cum terminus ſequitur ſignum cuius virtus in ipſum cadere poteſt.

Ad ſecundum, concedo antecedens, illa enim tantum valet ſicut hæc omni tempore homo eſt animal, in qua homo mediate ſequitur ſignum vniuerſale affirmatiuū, ſemper diſtributionis paſſiue eſt grauida.

Ad tertium, licet aſinus mediate ſequatur in forma, immediate tamē ſequitur in valore, vt ſupra diximus, valet enim hanc formaliter quilibet aſinus hominis eſt animal.

Ad quartū dicitur, quicquid ſit de termino homo hoc totum animal quod eſt homo, ſubiectum illius propoſitionis diſtribuitur & vnica acceptione accipitur, modo hoc ſufficit ad propoſitionem eſſe vniuerſalē nec vllum oculū (modo ſapias) in partem flectas.

Ad quintum, concedo aſſumptum, relatiuum reciprocum ſupponit ſicut ſuum antecedens, quocirca ſuppoſitio eius eſt dependens, extra quod regula pręfata intelligitur.

Ad ſextum, reſponſio ex prędictis eſt in foribus.

Ad ſeptimum, poſthac in vna dubitatione reſpondebitur.

Dubitatur, an propterea ſignum vniuerſale diſtribuit ſubiectum & non prædicatum huius om̄is aſſer eſt aſtutus quia virtus eius fertur in ſubiectum & non prædicatum. Reſpondetur minime, in vtrumq; ſua virtus porrigitur, verum debilior vigor eius in prædicatum fertur. Idem tamē actus diuerſimode in vtrumq; latus

Secunda regula.

Vocabulum propīquum ſignum excluſiuum confundit.



Vando gratia alieratis ꝓpoſitionem reddit exponibilem, alias nullam ſuppoſitionem cauſat, vt tantum homo eſt animal, oppoſito modo ad ſignū vniuerſale affirmatiuū ſuppoſitionem procreat.

Tertia regula.

Elementum a ex communi vſu vocabulum propinquum confundit.



Atet in hac a homo nō ē animal, & pari iure b facit terminū ſtare determinare, de ſuppoſitione mixta parti confuſa partim determinata aliàs ſimus loquuti, hæc ſuppoſitio in priſrorum vſu non erat. At cum in eam neotheriri inciderint intricaturas perdifficiles offendunt, & cum nomina ad placitum ſignificant egre illi ſuppoſitioni reluctari quibant.

Quarta regula.

Copulatū cū & diuiſiue ſūpto cōfūdit.



Atet in hoc ſophiſmate Pariſius & Romæ venditur piper, vbi terminus ſtat cōfuſe tātum, in terminum proximum nihil facit, vt homo & aſinus ē animal, aſinus ſtat determinate ſicut homo, aliqui hoc terminis numeralibus attribuunt, vt ter bibi vinum, bis audiui ſacrificium. Sed rogas quid cauſe eſt quare hoc ponant, reſpondetur vt illas cōcedāt ve

ras his negatis, vinum bis bibi, sacrificiũ ter audiui, sed vix dabis extrema supponentia in talibus, quare vix conceduntur. At hic dice/retur satis est dare exponentes veras semel bibi vinum, & desij bibere, & iterato bibi vi/num. Non confundunt ratione signi distri/butiui inclusi, vt in vtroq; istorum locorum Parisijs & Romę venditur piper, non video signum vniuersale illic includi. Item tunc hæc regula de & esset nulla Si dicas hanc mentali/ter hypotheticam Parisius & Romę venditur piper hanc suppositionem euertis quia tũc bis determinate stat.

Quinta regula.

Aliam regulã adhuc aliqui ponere so/lent, vocabula intellectui & voluntati appropriata notiones in quas cadunt confundunt.



T cognosco intelligo ap/pto quæ sunt huiusmodi ver/ba in appellatione rationis ple/nius hauries. Idem sentiunt de istis promitto requiritur debeo ac similibus quæ sunt proletaria.

De suppositione confusa tãtum copulatim datur hæc regula.

Signum collectiuum cõfundit copu/latim id in quod cadit.



T omnes apostoli dei sunt duodeci, hic hoc totũ apostoli dei stat cõfuse tãtũ, hæc suppositio est confusa copulati. In pręcedẽtibus terminus confundeba/tur confuse tantum disiunctim, aliqui dicunt infinitum incipit desinit confundere, sed quid veri hoc continet missum facio, quare vela in hoc senario numero complico, senarius enim est numerus perfectus, cum omes eius partes aliquote ipsum non transcendant, sed illã adequate conflent.

Nunc ponitur vna regula de natura duorum signorum vniuer/salium.

Quicquid mobilitat immobilitatum immobilitat mobilitatum.



Oc est dictu qñ sup ali/què terminũ distribubilẽ ca/dũt duo signa quorũ quodlibet separati, esi nati ĩ ipm di/stribuere sese ipediũt ita q terminꝰ manet nõ distribu/tus. Vt subiectum huius non omnis homo currit non distribuitur.

Contra hoc argumentor, prędicatum huius distribuitur non oĩs hõ ẽ animal, & tñ illic sunt duo signa mobilitantia, igitur.

Secundo, subiectũ huius distribuitur non omnis homo est animal, & tamen cadũt duo signa in ipsum.

Tertio, animal hic distribuitur sortes non videt omne animal cum est determina/tio distributa in affirmatiua, ergo distribuitur in negatiua, & tamen in terminũ cadunt duo signa mobilitantia, igitur.

Quarto, duo signa particularia nõ se impediũt, ergo nec duo signa vniuersalia pari similitudine.

Quinto, negatio est maioris vigoris quam signum vniuersale affirmatiuum, ergo non potest impediri ab illo, ergo homo distri/buitur in hac nõ omnis homo currit etiam in ordine ad totalem.

Sexto, predicatum huius tantũ homo omne animal ẽ distribuitur, & cadunt duo si/gna, igitur. maior patet, opposito dato formaliter argumentaberis a nõ distributo ad distri/butum quia illa exclusiua infert hanc formaliter homo omne animal est, eodem modo ar/gumentaberis de hac tantum homo non est animal, gratia forme infert hõ non est aĩal.

Septimo argumẽtor, si prędicatum super quod feruntur duo signa se impediẽtia nõ distribuitur, vel stat determiate vtrobiq;, vel confuse tantum vel interdum hoc, interdum illud, nõ primum vt patet de isto termino homo in hac nullus homo omnis homo est, vbi si iste terminus hõ staret determinate illa esset falsa, & sua contradictoria ẽ falsa, ergo duo cõtradictoria falsa, nec secundũ, patet de prędicato huius nõ a hõ non est aĩal, vbi si aĩal staret cõfuse tãtũ, illa foret vera, & equiualeret huic omnis hõ est animal quod non est dicendum.

Ad primum respondetur concedẽdo maiorẽ, & minorẽ distiguẽdo, vel duo signa quorũ quodlibet potest distribuere prędicatũ seorsum in tali situ, & sic nego, vel quorũ alterũ potest distribuere, alterũ vero nõ transeat, modo talia signa non se impediũt. Simile est si

signa sunt eiusdē rationis, q̄q̄ vtrūq; etiā seorsum est natum distribuere nequaquam se inuicem præpediunt.

Ad secundum, respōdetur subiectum non distribuitur in ordine ad totalem illā propositionem & in ordine ad aggregatū signorum, bene tamen in ordine ad partem.

Ad tertiū dicitur, determinationis suppositio est dependens & sicut negatio non distribuit ipsum in negatiua non distributū, ita nec impedit distributionē eius cū distribuit.

Ad quartum, negatur consequētia, & ratio negationis est natura signorum in mente & cōmunis modus concipiendi, omnes falsum concipiunt per hanc omne animal est homo & subiectum distribui oportet. Ipsum autem particularizant in hac non omne animal est homo quam agminatim verā admittunt.

Ad quintum dicitur, signum vniuersale affirmatiuum est tante vigoris in terminum immediatum sicut negatio, licet non in terminum remotum.

Ad sextum probabiliter dici potest, signum exclusiuum nō impeditur per signum sequens, sed bene præcedēs, verum an formaliter a non distributo ad distributum valeat illatio in exclusiuis (si numen aspiret) loquitur.

Ad septimū respondetur, non semper ille terminus super quē cadūt duo signa stat determinate, nec semper stat confuse tantum, vt patet per argumentum.

Sed regula est quando cadunt duo signa in ꝓpositione particulari, talis terminus stat determinate, vt patet de subiecto hu⁹ nō omnis homo currit. In propositione vniuersali talis terminus super quem cadūt duo signa stat confuse tātum, vt patet de prædicato huius nullus homo non est animal, ista est regula antiquorum artistarum.

Contra illam regulam argumentatur Dorpus & alij, & hoc sic, ista nō omnē equū videt homo est vniuersalis, vt patet per illū terminum homo, qui est subiectum enunciationis, vel si dicatur subiectum est homo videns, ipsa est vniuersalis, & tamen iste terminus equum non stat confuse tātum, immo determinate. Similiter nullum caput omnis homo habet est indefinita, quia ille terminus homo est subiectum non distributum, & tamen non stat determinate, sed confuse tātum vel mixtim, ergo regula nulla, quia ista argumenta conuincunt (vt dicunt) aliam ponunt maximam quæ est hæc.

Quando duo signa sic se habent q; signum negatiuum est resolubile in signū vniuersale affirmatiuum & negationem, tunc si negatio & signum sequens se impediunt terminus sequens stat confuse tantum, vt hæc nullus homo omne animal est, sic resoluit omnis homo nō omne animal est, vbi nō & omnis se impediunt, & animal mediate sequitur omnis, propterea ab eo confunditur confuse tantum. Idem contingit quando ponuntur tria signa, vt omnis homo differt ab omī homine, differt & omni se impediunt, & omnis in principio cōfundit, si talia signa nō sunt sic resolubilia, tunc terminus super quem cadunt signa stat determinate, vt homie in hac sortes est doctior omni homine, etiam homo in ista non omnis homo currit.

Contra hoc argumentor sic, capta ista propositione nullus homo non est animal, animal non stat confuse tantum, ergo male ꝓceditur, probatur, nam si sic maxime esset eo q; ille terminus nullus mentaliter valet omnis non, sed hoc dici non potest, quia tunc ista non esset vniuersalis nullus homo currit, qđ nemo diceret, si dicant per equiualentiam in cō sequendo, remanet eadem quæstio de negationibus aduerbialibus de quibus nihil loquitur. ¶ Item ista est particularis nonnullus homo currit, ergo ibi non sunt tria signa. Argumentum sic reducitur in forma, in ista nullus homo non est animal, prædicatum non cōfunditur a ly non, nec a ly nullus, nec a ly omnis, & a nullo alio, ergo non confunditur, nō a ly omnis, patet, non in voce, quia ibi non ponitur, nec in mente propter eandem rationem, ergo non confunditur. ¶ Propterea dicūt mo dus iste non valet, & pro resoluēdis argumētis quæ faciunt notetur, primus terminus distributus reputatur subiectum, & ita realiter antiqui tenuerunt. Et tunc quando argumentatur, in hac nullum caput omīs homo habet, homo non stat determinate, cōceditur, etiam ista est vniuersalis ad sensum datum, & conceditur equum in hac non omnem equum videt homo stare determinate, quia ista est particularis, & sua argumēta sunt pro regulis, & non contra eas.

Contra regulā instatur altera via, ista est vniuersalis, non tantum animal est homo, et cadunt duo signa distributiua super prædicatum, & tamen prædicatum non confunditur, igitur. Consequētia tenet cum maiore. probatur minor, quia si sic, ista esset vera. & sic dabitur contradictoria vera. Idem argumentū potest

fieri. hic non a hõ non est animal, vbi animal stat determinate, alias non contradiceret huic a homo non est animal. Et eodem modo hic non omnis homo est b animal, ista est particularis, & si teneatur non est verius contradicere & reliqua, subiectum stat confuse tantũ. ergo regula nulla. Si volumus ista argumenta adhuc nõ vincunt, dicendum esset illam propositionem denominari vniuersalem in qua subiectum est distributum, & predicatum nõ stat determinate, quia talibus vniuersalibus communiter vtimur, sed vbi terminus distribuiť in ordine ad terminum stantem determinate siue subiectum distribuitur siue non tales reputantur particulares. vt homo non est currens omne currens b homo nõ est, in exclusiuis nõ tãtum animal est homo. illa est particularis. & sic argumẽta non procedunt. Sed realiter in ista, non homo nõ est animal, predicatum nõ confunditur ab aliquo vno signo, neq; in ista null⁹ homo nõ est animal. ¶ Propterea vtraq; opinione relicta satius est mea opinatione vti tertia arte in hac parte (quam ipse a triginta duobus autumnis exactis primo alijs posthabitis posuerim,) quam agminatim posteri sequuntur. quę est hęc.

Habeatur pedamen in regulis contradictoriarum fundando te super hoc dictum commune, non est verius contradicere q̃ toti propositioni negationem praeponere. & si in propositionis frõte sit eam e medio tollere, & videre qualiter termini supponũt, vbi est paucitas signorũ. vt in hac, homo non est animal, subiectum stat determinate, & pręcicatum distribuitur, propterea in ista, non homo non est animal, pręcicatum stat confuse tãtum. & in ista non a homo non est animal, praedicatum stat determinate ab illa trinitate non a non, quia in eius contradictoria distribuebatur pręcicatum in ordine ad subiectum stans confuse tantum. non hominis a asinus quodlibet rudibile est, rudibile non supponit pure determinate nec pure confuse tãtum. vt patet per modum cõtradictionis, & hic nullum caput omnis homo habet, homo stat mixtĩ secundum exigentiã vere cõtradictionis, sed de hoc alibi ¶. Sed quãdo dubitas de suppositione alicuius termini an supponat determinate vel cõfuse. vt de pręcicato huius oĩs homo nõ oĩs hõ est cape clarissimam cõtradictoriam (quã habet) secundum regulam quę data est in equipollẽtijs. sua cõtradictoria est hęc. homo omnis homo est. vt patet de hac, nullus homo omnis homo est. quę ęquiualet huic, omnis homo nõ omnis homo est (absoluẽdo nullus a genere.) non vadas ad hanc contradictoriam, non omnis homo non oĩs est. quia tũc gratis teipsum inuoluis.

Sed cõtra istud argumẽtor, praedicatũ istius non a homo non est animal stat determinate per te, & per theoricam, sed probo oppositum, sublato hoc signo a pręcicatum stat confuse tantum. ergo addito signo nõ stat determinate contra eius impositionem, cum eo vtimur ad confundendum terminũ mediate sequentem, nisi impediatur. ¶ Eodem modo si dicas illum terminum homo stare cõfuse in ista, non omnis homo est b animal. tũc sequiť hęc signa causant suppositionem ante se, contra communem logicam.

Respondetur, ly a non causat suppositionem determinatam, sed hoc totum, non non, & a partialiter, quia oportet habere suppositionem sufficientem ad contradicẽdum. & vtrobiq; tenemus regulam cõmunem nõ est verius cõtradicere, quia ea negata in procella fluctuabimus sicut nauis in ęquore sine clauo, necessarium est ergo in ista, non a homo non est animal dicere animal stare determinate, & non sequitur propterea aliquem terminum facere suppositionem de per se ante se, sed ipsa est signum ostendens nobis quomodo debemus capere terminos in cõtradictoria. Et si imponamus a ad confundendum confuse tantũ oportet ex consequẽti eam esse notam, saltem partialem suppositionis determinate in suo cõtradictorio, vel negare regulam necessariam non est verius contradicere. Et in conditionalibus consequentijs, & multis alijs sine hac regula cõtradicere nequimus. Fateor tamẽ nos possimus dicere regulam pati instantias in cathegoricis, vt duas in proposito, sed tunc tenebrosa aqua in nubibus aeris erit nobis suppositio confusa vel determinata. quocirca normam vniuersalem censeo.

Insultas adhuc contra dicta, dicens. sequitur aliquem terminum posse a sua significatione mẽtali cadere. si enim subiectum istius non omnis homo est animal non distribuatur signũ omnis in mẽte cadit a sua significatione. ¶ Alibi diximus illationem esse inualidam nam distribuit in parte actualiter. ¶ At dicis tenendo partem propositionis non esse propositionem, nequeo illic habere refugium. ¶ Dicitur ipsum est aptũ natũ distribuere, vt extra propositionem capiendo hoc cõplexum omnis homo, illic signum non apte distribuit in mente, de relatiuo suo in loco etiã dicemus.

Sed dubitatur finaliter circa hanc materiam quomodo supponit prædicatum hu' sortes est vel non est.

Respondetur, potest defendi aliquam propositionē esse sine prædicato distincto a copula licet verbum sit sum in mente, patet defenditur bene verbum adiectiuū poni in mente. & sic idem est copula & prędicatum. Eodē modo defendi potest aliquam cathegoricam non de verbo adiectiuo habere præcise duas dictiones ¶ Aliter (& melius) dico illam esse de copula mixta, hoc verbū est in vno loco includit transcendens, & non est maior ratio in priore loco quam in posteriore, bis ergo includit trāscēdēs ens ens, prior pars supponit determinate, ens in secūdo loco distribuitur, nec illa est nugatoria cum est coniūctio inserta, sed realiter prędicatum est ly ens geminatum, sicut hic Parisius & Romę venditur piper & interseritur & tamen communiter tenetur, coniunctio non est est pars extremi capiēdo ly & diuisiue.

Ecce suppositionis confuse & distributiue & suppositionis cōfuse tantum regulas, & artem cognoscendi an terminus supponit determinate vel confuse tantum super quem feruntur paria signa distributiua. ¶ De suppositione mixta in pręsentia nō amplius loquar, ex his quæ a nobis alijs in locis dicuntur ipsa est peruia, & hactenus de suppositionibus in terminis absolutis.

Sequitur de relatiuis.

Relatiuum grammaticale est vocabulū rei antelate recordatiuum, abs quo eius acceptio dependet. Et seiungitur, nam quoddam est substantie, quoddā vero accidentis, & rursus quoddā identitatis, quoddam vero diuersitatis.



Vperius de terminorum absolutorum suppositione vtcū quoloquuti sum'. Secūdo loco speciatim de relatiuorum suppositione dicemus, supponentes absolutum interdum distingui a cōnotatiuo, vt quando terminum in connotatiuum & absolutum partimur. quandoq; distinguitur contra relatiuum logicale. Et sic vocamus terminos aliorum prædicamētorum comparatiue ad adaliquid absolutos, quia absoluūtur a cōuertentia relatiui & correlatiui. Impręsentiarū autem absolutum contra relatiuum distinguimus, & de relatiuo grammaticali de per se, logicali autem de per accidens loquimur. Idem & diuersum sunt relatiua logicalia, quę nobis non sunt curę in præsentia inquantum huiusmodi, sed inqūtum sunt relatiua grāmaticalia. ¶ Relatiuum grammaticale est terminus faciens memoriam rei antelate, significat idē suo cū antecedente, alio tamen modo, vt omnis homo est ipsemet, significat illud relatiuū homies sigillatim. Et interdum certius quam si poneretur antecedens, vt quando dicimus sanctus Iacobus est in compostella & idem inter apostolos passus est primus certius enunciamus quam si diceremus & Iacobus inter apostolos passus est primus, ꝓpter ambiguitatem Iacobi fratris domini.

At dicis, hæc diffinitio conuenit nō relatiuo patet. socrates est patiens, & socrates disputat, cōuenit ly socrates secūdo in loco. ¶ At forte dicis relatiuum est terminus non synonimus cum termino præcedenti cuius mentionem facit. ¶ Contra, hoc totum cōuenit huic termino filius in hac, pater serio incumbet, & filius fabulatur, filius patrem connotat, ergo eius mentionem facit.

Respōdet, hæ obiectiōes ex littera diluuntur, nec suppositio termini Socrates, aut termini filius ab antecedente dependet. Suppositio relatiui ab antecedentis acceptiōe vbi liber variatur, pro alio capitur hic homo currit & ille mouetur, quam istic sortes currit & ille est beniuolus. Eius significatio est ab alio depēdens, vt significatio pronominis a re demonstrata, & econuerso a pręcedenti, vt alias diximus, significat idem suo cum antecedēte, propterea non est syncathegoreuma significatione, dependenter tamen denotat, suo ab antecedente depēdet in esse ac produci, quo substracto relatiuum substrahi necessum est, potissimum naturaliter loquendo, sine antecedente prævio orationem non intelligibilem constituit, hinc vnam notionem referens nequit aliam referre, ad antecedētis variationem corrumpitur. ¶ Ex hoc perspicuum est relatiuū sua a significātia naturali non cadere, quia tū ipsa esset in mente, & nō significaret quod ante denotabat, ꝙ inficiamur. Terminus vocalis equiuoce pro diuersis accipitur. Insuper licet relatiuum non sit syncathegoreuma, est ta

men simca sincathegoreumatis quod citra cathegoreuma existere nequit suapte natura. Ita nec relatio sine antecedente. ¶ Secundo sequitur aliquod relatiuum est transcendens, vt res mea est modica, & ipsa mihi perbelle sufficit. Aliqua relatio est discreta, vt Iohãnes in Pathmos fuit relegatus, & idem fuit germanus frater Iacobi maioris. ¶ Contra solutionem principalem argumẽtor, relatiuum interdum ponitur sine antecedente, ergo sua significatio non est dependens, antecedens patet, Iuno de semele pellice dixit. Ipsa petẽda mihi ipsam si maxima Iuno rite vocor perdam. Et Magdalena. Domine, si tu sustulisti illum, dicito mihi. ¶ Respõsio, odĳ gratia interdum subticetur, antecedens, vel quãdo antecedẽs est notoriũ.

Ceterum triplex est relatiuum, referẽs tantum, relatum tantum, referens et relatum simul. Hęc omnia, exemplis deteguntur. Iacobus alphei est, & ille Iacobus alphei, est Iacob⁹ minor. illic pronomen ille est relatiuũ referens tantum, & sincathegoreuma significatione tã tum, cum suo antecedenti immediate annectitur. Iacobus alphei est relatiuum relatũ tantũ, Esse relatiuum relatum tantum non est esse relatiuum simpliciter. Propterea haec est diuisio aequiuoci, vbi vnum membrum cum diuiso conuertitur. Et illud aggregatum est relatiuũ referens & relatum simul, & supponit quẽadmodum iste homo in hac, iste homo currit, licet pronomen iste non supponat. ¶ Verum pronomen ille interdum capitur gratia maioris expressionis, vt apud Maronẽ. Ille ego qui quondam gracili modulatus auena carmen, nonnunq̃ indefinite (cum quandam eminentiam significat) capitur, vt Plato ille philosophorum deus, quandoq; demõstratiue. Vtũ sic non capimus, sed relatiue impresentiarum.

Amplius relatiuum in aliquot eius ramos generatim secabimus. Relatiuorũ quoddam substãtie, quoddam accidentis. Et rursus relatiuorum substantie, quoddam ĳdemptitatis, quoddam vero diuersitatis. Exemplum secundi, vt Vlysses dolo tendit insidias, & alius ab eo pugnat, licet alius ab eo accipiatur pro alio q̃ pro illo pro quo propositio antecedentis verificatur, tamen mentionem facit de re antelata, & hoc ad relatiuum sufficit. Propterea rationes aliquorum artistarum probãtium nullum esse relatiuum diuersitatis, non pulsamus, de alĳs relatiuis quia erit sermo posthac, non opus est exemplificare. ¶ Vlterius scito relatiuum non ideo dicitur relatiuum substantię, quia ponitur in pręd icamento substantiae, vel quia terminos illiuc pręd icamẽti refert, sed quia crebro substatiuum refert, vt habeo vestem quam quęris. vel quia refert suum antecedens non connotando aliquam dispositionẽ accidentalẽ adiacere rei pro qua supponit suũ antecedens, nec alicui rei illi cõparatę, vt qui, quae, quod, is, suus, ipse, sui, ille, idem, alius, alter, reliquus, cętera, cęterum, cęter, aut cęterus aboleuit. ¶ Relatiuum substantię, vt partim meminimus, diuiditur. Quoddam est similitudinis, ꝙ idem cum suo antecedente refert. vt qui, quae, quod, suus, ipse, sui, ille, idem. Relatiuum autem diuersitatis refert aliud antecedens a consequente cum quo cõuenit, sed sub eadem specie. vt malus crescit in orto meo, & alię arbores, pom⁹ est arbor, talia relatiua sunt Alter, alius, reliquus, cętera, caeterum. ¶ Relatiuum accidentis refert suum antecedens cõ notãdo aliquam dispositionem accidentalem adiacere rei pro qua supponit, vel rei illi comparate. vt isti termini talis, qualis, tantus, quãtus, & sic de alĳs, dicitur notanter vel rei illi cõparate. nam dicendo. Sortes est albus, & talis est Plato. ly talis dicitur relatiuũ accidentis nõ quia connotat aliquam dispositionẽ adiacere sorti, sed rei illi cõparate scilicet Platoni.

¶ Praeterea scito, variam esse inter artistas opinionem de suppositione relatiui, & de eius modo referendi, aliquibus dicentibus relatiuum refert suum antecedens sine comparatione aliorum terminorum, sic scilicet vt loco relatiui licet ponere antecedens, eadem veritatis falsitatisq; integritate seruata. At eam viam sciolam arbitror. Siquidem hęc opinio habet concedere hãc copulatiuam animal est asinus & illud est homo, cuius sensus secundae partis esset animal est homo, de priore parte non ambigitur, hoc autem est contra cõmunem hominum conceptionem. ¶ Alĳ dicunt relatiuum supponit pro omnĳ illis pro quo verificatur propositio antecedentis siue sit copulatiua siue disiunctiua siue cõditionalis. Etiam huic vix haud assentior, quia prepropere ex ea infertur hãc disiunctiuam esse falsam (sorte nõ currente) sortes currit, vel ipse quiescit, cũ sensus secundę partis esset, sortes qui currit quiescit, & tamen omnes illi disiunctiue assentiunt ¶ Item cõmuniter hanc negamus, deus nõ est si ipse est omnipotens. & tamen si ipse referret restricte antecedens esset impossibile. & per cõsequens conditionalis bona consequentia, & ex consequenti propositio vera. Propterea cõformiter ad cõmunem hominum cõceptionẽ pono illa quę videbuntur conformiora & saniora, pondera quare dixerim secundum hos

minum communem conceptionem, quia interdum varij contradictorio modo concipiūt tunc inertis est confidere in propria cōceptione, sed alijs medijs tūc innitendum est.

Circa relatiua nonnullas regulas perbreues posuerimus.

Prima est.

Relatiuum, substantiæ, identitatis in copulatiua affirmatiua positum, relatione personali referens suum antecedens, in cathegorica affirmatiua, qđ est totale extremū vel extremi pricipalior ps, accipitur ꝑ illo solo pro quo ꝓpositio antecedētis verificari denotatur, dummodo nō amplietur ad standum pro pluribus, nec restringatur ad standum pro paucioribus.



Icitur substātiæ identitatis ob relatiuum accidentis & diuersitatis, & vlterius dicitur in copulatiua, quia non est talis relatio in disiūctiua & conditionali. vt patet ex opinionibus nuperrime ante regulā explosis, hortulanum imitātes qui aconitum vrticas & infrugiferas hęrbas primo euellit, posthac salubres plantat. ¶ Et idem est in copulatiua negatiua sicut in affirmatiua postquam illę contradicunt, & in contradictorijs termini stabūt eque restricte, soleo cum alijs dicere sepe in copulatiua affirmatiua, & est sane eadem sententia, non quinetiam relatiuum restricte in copulatiua negatiua suum antecedens referat, sed quia esset difficultas de negatiōe in fronte copulatiue posita de modo referendi & illic appodamen est copulatiua affirmatiua ad eā obtuitum fixeris. Et cū rationalis & causalis copulatiuas includant in consequendo, potes dicere proportionabiliter in illis, vt animal est asinus, ergo illud est homo, hæc prima regula in multis alijs ob eius claritatem commentarijs haud eget, tenebrosiora tamen explanare non grauabor.

Insuper duplex est relatio, quædā simplex, quædā vero personalis. Simplex est quādo relatiuum & antecedens non accipiuntur pro eodem numero, sed in specie, vt morbo laborat sortes quo plato, si ambo diasenteria aut nephresi laborarent, vt apud Alexandrū occurrit q̃ tibi quandoq; relatio, simplex, fœmina que clausit portam vite reserauit, antecedens pro Eua prothoplasta verificatur, & relatiuum pro christifera virguncula accipitur. ¶ Vnde fit, hæc est distinguenda sortes morbo laborat & plato laborat illo in casu, si sit relatio personalis ipsa est falsa, si vero simplex ipsa est vera, tunc relatiuum non supponit pro illo pro quo propositio antecedentis verificatur quamuis ponatur in copulatiua affirmatiua, & antecedens etiam in cathegorica affirmatiua, hęc relatio alexādrina rarissime apud alios inuenitur, ea propter non fuerit nobis cure. ¶ Est enim relatio simplex quando antecedens capitur pro re, & relatiuū pro voce, aut contra, vt crucifixerūt eū in golgotha quod est caluariæ locus. Sic etiam quādo antecedēs pro vno significato equiuoci capitur, & relatiuum pro alio, vt sunt domini quæ nos fecere manus crucifixe apud Alexādrum, illic antecedens capitur pro parte corporis christi, relatiuum autem pro potestate diuina, quia manus corporis membra & potestatem (licet equoce) repræsentat ¶ Verificationem pro eodem supposito personalis relatio requirit.

In cathegorica affirmatiua, hæc enim copulatiua est concedenda, antichristus nō est animal, & illud est asinus, propositio antecedētis pro antichristo verificatur, at relatiuum ꝓ asino imo pro quolibet animali supponit, pro quocunq; animali demonstrato verum est dicere hoc est animal quod non est antichristus. At tamen refert restricte antecedens in cathegorica negatiua positum ¶ Replicabis forte, relatiuum refert cum terminis propositionis qua suū antecedēs ponitur, vt animal nō est homo & illud est asinus, sensus est, illud animal quod non est homo est asinus, pro qualibet bellua propositio antecedentis verificatur. Item relatio pro qualibet tali accipitur. ¶ De cathegorica affirmatiua variant aliq̄bus eam particulam omittentibus, aliquibus eam ponētibus vti fecimus. Reduplicabis tamen antecedens cum terminis ꝓpositionis negatiue vti nuperrime egimus, propterea dicimus licet antecedēs interdum non accipiatur pro illo pro quo propositio negatiua (in qua suum antecedens ponitur) verificari denotat, refert tamen restricte suum antecedens in cathegorica negatiua situm.

Dicitur dummodo sit totale extremū vel pars principalior extremi, quia non requirit ipsum esse totale extremum. Nam dicē/

do, tunica Christi erat inconsutilis, & super illā sortiti sunt. relatiuū accipitur pro illo pro quo propositio antecedentis verificatur. & tamen suum antecedens non est totale extremum, est tamen rectus & principalior pars extremi, qđ sufficit. ¶ Idem patet hic asinus Abrahæ ad montem sion ducebatur, & ille erat rudibilis. Non sufficit antecedens relatiui esse partē minus principalem extremi, nam dicēdo, tunica Christi erat incōsutilis. & ille redemit nos. pro positio āteced ētis verificat pro tunica Christi. & relatiuū illic pro redemptore accipitur, igif.

Dicitur, accipitur & nō supponit: quia ly illa in hac, Chimera currit & illa mouetur, non supponit, quia propositio antecedentis nō verificatur, sed est falsa. sed quia denotatur verificari pro chimera, satis est ad hoc q̄ relatiuū accipiatur pro illa, si chimera esset. propositio antecedentis pro ea verificaretur, relatiuum acceptionem ab antecedente cum terminis secum positis sortitur, quo fit relatiuum sępius se supponit discrete antecedente accepto communiter. ¶ Non tamen eo inficias relatiuum posse supponere pro illo pro quo propositio antecedentis denotatur accipi, quando illa propositio est falsa significans tamen sicut est. vt hęc propositio est falsa, & ipsa est propositio, ponendo pronomen hęc demonstrare propositionem cuius est pars.

Et nisi restringatur, propter tales homo est risibilis & ille existit socrates mouet, propositio antecedentis verificatur pro quolibet homine, & relatiuum pro solo socrate accipitur. ¶ Si nō amplietur, propter tales homo currit & ille disputabit, relatiuū accipitur pro multis pro quib⁹ propositio antecedentis nō verificatur. ¶ Ex quibus patet ly illud in hac homo est animal & illud mouetur, pro quolibet animali minime accipitur. Sed dumtaxat pro homine pro quo tātummodo propositio antecedentis verificatur. ¶ Secundo patet, relatiuum nonnunq̄ supponit antecedente non supponente. vt patet hic. Aristoteles non est, & ipse fuit preceptor Alexandri. Antichrist⁹ non est, & ipse erit. ly ipse supponit pro Antichristo qui erit, quia pro eo propositio sui antecedentis verificatur. Et tamen antecedens nō supponit, immo relatiuum supponit interdum pro illo quod nō est cum copula de praesenti deducta ampliatione, patet in hac. Antichristus erit, & ipse nondum est progenitus, ly ipse supponit pro Antichristo qui erit, verificabis relatiuum illic cum copula propositionis qua ponitur antecedens. In absolutis id minime cōtingit. Secus est in relatiuo cuius suppositio est dependens. ¶ Ex dictis tertio patet in hac Sortes vel chimera currit, & illa mouetur. relatiuum refert illud pro quo propositio antecedentis denotatur partialiter verificari, quia pro chimera, sic hic Sortes & Plato currunt, & ille mouetur, relatiuo referente priorem partem copulati, propositio antecedentis partialiter ratione sortis verificari dicit. ¶ Cęterum tu prudens noli hic inuoluere copulata conditionata & huiusmodi techinas. Sed ista in consuetis & absoleta eū rediosa relatiuorum difficultate haud venaberis.

Contra regulam argumentor, in hac immediate post hoc erit insiās, & illud est, vel sic incipit esse instans futurum, & illud est, relatiuum inibi refert antecedens restricte, & non refert pro illo pro quo enūciatio antecedentis verificari denotat, quia prior cathegorica pro nullo instanti futuro verificatur, igitur.

Respondetur, regula intelligitur modo propositio antecedentis denotatur verificari pro aliquo, quod hic nō contingit, enunciatio antecedentis pro nullo verificari denotat. Verum relatiuū illud refert restricte, hoc est, omnibus cum vocabulis positis in propositione in quasuum antecedens locatur.

Circa hanc regulam dubitatur, an relatiuum referat in copulatiua affirmatiua restricte cum signo vniuersali in ꝓpositione antecedentis posito.

Respondetur per tres propositiones, quarum prima est, Relatiuum refert cū signo negatiuo posito inter partes extremi prioris cathegorice, hoc patet ex dictis in ista animal non est homo & ipsum mouetur, sensus secundę partis, est ipsum animal quod nō est homo mouetur, concedimus etiam Adam nō est homo & ipse fuit primus homo, & illa non concederetur nisi esset talis relatio. Similiter ascendendo sub prędicato huius, homo non est animal, dicendo homo non est hoc animal, & idē homo non est hoc animal, & sic consequēter. ¶ Secunda propositio, Relatiuum refert restricte cum signo vniuersali nō cadente in copulam, hoc patet hic. Iohānes baptista omnes in austeritate exuperans fuit zacharię filius & ille in Iordane Christum dominū baptizauit. reginę omnis gradarius molliter incedit & illa est casta. sensus est, illa regina cuius omnis gradarius molliter deambulat est casta. ¶ Tertia propositio, quando ponitur signum vniuersale affirmatiuum in propositionis fronte, tales omnes distingues, an relatiuū referat vni-

uersalissime cum signo, vel sine signo, Secundum hęc copulatiua est vera, omni parte magnitudinis dabilis est aliqua pars minor, & illa est diuisibilis sensus secundæ partis est, & illa pars quę est parte magnitudinis minor est diuisibilis, & hoc est verum. & sic hęc est vera, omnis homo est animal & risibile est illud. Si enim relatiuum referat generatim cum omnibus terminis secum positis signo & nō signo, tunc illa est falsa. & sensus secundæ partis est. illa pars quæ est omni parte magnitudinis minor, est diuisibilis. ¶ Ex his sequitur relatiuum nonnunq̄ supponit quando propositio antecedentis non verificatur cum signo vniuersali extra insolubilia. vt omne animal est & risibile est illud. ¶ Si autē relatiuum cum signo vniuersali referat, sic has copulatiuas concedas, omne animal est aliquid qđ nō est in mundo, omnes homines sunt, & illi nec sunt finiti nec infiniti. omnes homines currūt, & illorū nullus mouetur. priores cathegorice sunt vere, omnibus hominibus currentibus, & subiecta secundarum cathegoricarum (quæ sunt negatiue) non supponunt, ergo sunt verę, & sic tota copulatiua est vera. Omnia cōpossibilia istorū sunt, & illa non sunt, demonstrando has duas Sortes currit, & Plato disputat. cum earū contradictorijs. capiendo omnes distributiue, patet prior cathegorica per sensus explicationē & ascensum. Ista compossibilia istorum sunt, & illa compossibilia istorum sunt, & subiectū secundæ cathegoricę non supponit, illa quæ sunt omnia compossibilia istorum non sunt, detur oppositum, Aliqua sunt omnia cōpossibilia istorum, sint Sortes currit, Plato disputat, & Sortes non currit, Plato non disputat. ergo omnia cōpossibilia istorum sunt ista quatuor cōuersiue. consequēs est falsum, illa capta pro maiore in darij cum minore vera infert duas istarum, aut tres earum esse illas quatuor vt sic ratiocinando omnia compossibilia istorū sunt ista quatuor, & ista duo Sortes currit, & Plato disputat, sunt compossibilia istorum ergo ista duo sunt ista quatuor. Conclusio est falsa, & minor vera, ergo maior falsa. Eodem modo, hęc copulatiua est vera, omnes homines similes sunt, & illi non sunt, sint quatuor homines, duo albi & duo nigri, distributiue hæc est falsa. isti sunt omnes homines similes, quibuscunq; demonstratis, & collectiue illa est falsa, nempe quatuor non sunt omnes homines similes cum neutiq̄ sint similes. Nec duo postq̄ sunt alij homines similes. ¶ Dicis, bene sequitur, omnes homines similes sunt, & illi non sunt, ergo isti homines similes sunt, & illi non sunt per descensum. ¶ Respondetur, descensus est mancus, relatiuum non sic refert in cōsequēte sicut in antecedente, in antecedente signo vniuersali refert, non autē in consequēte ¶ Vlterius, patet hanc consequentiam nō valere, omnis homo currit, & ille non mouetur. ergo aliquis homo currit, & ille nō mouetur. Si quilibet homo currat, antecedens est verū, & consequens falsum. Et sic de hac, tātum animal est homo, & ille mouetur dicatur. sed illic esset difficultas penes hoc ꝙ tantū in secunda cathegorica nō capitur exclusiue sed facit sensum exclusum, quare de exponibilibus (quæ teneas aliunde habent) satius est silere ¶ Pręterea ex dictis sequitur hac copulatiuā esse falsam, aliquod animal est, & si Sortes est illud, Sortes est asinus. patet, secunda pars eius est falsa. hęc tamē est copulatiua vera, hoc animal est brunello demonstrato, & si Sortes est illud, Sortes est asinus. Sed aliam falsam non infert, relatiuum ęquiuoce capitur, & ascēsus illic est inutilis. ¶ Demum sequit̄, relatiuū potest ampliari antecedente nō ample supponēte, & id rationis est, quia si poneret antecedens cū alijs terminis secum loco relatiui, illud totū potest ampliari. ergo & relatiuum ei ęquiualens, quia crebrius ꝓpositio antecedentis potest pro pluribus verificari q̄ verificetur (hoc est materia & substantia propositionis, ponēdo copulam latiorem) si illud exemplo referrem, res ipsa lucidior fuerit. vt homo est asser, & ille potest esse europeus. ¶ Quo fit hæc illatio est nulla, aliquis homo non est, & ille erit, ergo hic homo non est, & ille erit. Secūda pars illius cathegorice est iā vera, sensus est, ille homo qui nō est, erit. quia Antichristus qui nō est erit. in descendendo relatiuū refert discrete, sic descēde. hic homo non est, & homo qui non est erit. nā ascendendo descendendove sub antecedente relatiui non reciproci loco relatiui pone antecedens. ¶ Sed terminos in explicante fac stare vt prius steterūt. vt creans necessario est deus, & ipse est rector olimpi, & ipse qui est necessario deus & possibiliter creans est rector olimpi Sortes fuit currens & ipse disputabit, ipse Sortes qui fuit currens disputabit. Sortes vel centaurus currit, & ille mouetur Sorte currente ipsa est vera, propositio antecedentis solū pro Sorte verificatur. Plato & leo sunt animalia & ipsa mouētur, relatiuum pro Platone & leone ignotis accipitur, & ita in alijs.

Dubitatur de veritate huius aliquid enunciabile est falsum, & idem necessario esse verū. ¶ Distinguitur vel idem esse relatiuum

ſubſtantię idemptitatis ſecūdum regulam,&
ſic illa eſt falſa,vel determinat terminum ſub-
ſequētem ſic vt totum accipiatur pro illo pro
quo terminus ſequens capitur. & ſic ipſa eſt
vera,tunc idem eſt dictu Sortes eſt idem ho/
mini & Sortes eſt homo. Idē neceſſario & ne/
ceſſarium conuertūtur,ſortes eſt idem aſino,
& ſortes cum aſino cōuertibiliter ſe habet,ſor
tes eſt idem aſino valet hanc ſortes idemptifi-
catur cum aſino,verum neceſſario poteſt ca/
pi aduerbialiter,vel eſſe datiu⁹ in hac aliquid
enūciabile eſt falſum & idē neceſſario ē verū.
Dubitatur ſecundo,de veritate huius
ſortes contingenter eſt & ſortes neceſſario eſt
ille.❡ Reſpondetur,illa eſt vera,nam ſenſus ē
ſortes contingenter eſt,& ſortes neceſſario eſt
ille ſortes contingenter exiſtens.❡ Cōtra hoc
argumentor,illa infert hanc ſortes contingen-
ter eſt & ſortes neceſſario eſt ſortes, cum loco
talis relatiui licet ſuum antecedens collocare.
At hęc eſt manifeſte falſa,igitur. ❡ Reſponde
tur negādo illationem,& licet tale relatiuum
ſupponat ſicut ſuum antecedens loco eius po
ſitum, non tamen quoad propoſitiones veri
tatem eſt idem ponere nudum antecedens &
relatiuum,ſed alios terminos(quos refert)ſe/
cum locare neceſſum eſt.❡ Cōtra iſtud adhuc
argumentor,hæc eſt vera ſortes contingēter
eſt ſortes,& ſortes contingenter eſt ille, ergo
illa de neceſſario in ſecunda cathegorica ē fal-
ſa,tenet conſequētia nullus terminus poteſt
de alio eodem termino mediāte copula de cō
tingenti & neceſſario verificari,antecedēs pa
tet.ſortes eſt & ſortes contingenter eſt ille,er-
go ſortes contingenter eſt & ſortes contingē
ter eſt ille patet conſequentia,prior pars ante
cedentis priorem partem conſequētis infert,
& ſecunda eſt ſynonima ſecundę,igitur.
❡ Reſpondetur,negando antecedēs,& ad ꝓ-
bationem inficior illam conſequentiam, nec
probatio valet,poſteriores partes anteceden
tis & conſequentis nequaquam equiualēt cū
relatiua capiantur equiuoce vt ex regula cla/
riſſime notum euadit.❡ Concludendo patet
hanc eſſe veram,omnis homo eſt animal & ri
ſibile eſt illud ſi referat ſine ſigno.Similiter hęc
eſt vera omnis homo eſt animal & ſortes eſt il
lud,nec propterea cum hac vera plato eſt ho
mo,ſequitur plato eſt animal & ſortes ē illud,
ly illud ſtat determinate in antecedente, & in
conſequente diſcrete,& ſic aliter refert & equi
uoce accipitur.In his omnes apoſtoli dei ſunt
duodecim & illi ſunt in celo,omē animal fuit
in archa Noe & illud fuit vnum,non eſt diffi-
cultas vltra dicta,licet in vna ſit relatio colle

ctiua,& in alia pro generibus ſingulorum.

Secunda relatiuorum regula.

Tale relatiuū in alijs a copulatiua irre-
ſtricte ſuū ātecedēs refert,ita ꝙ loco ta
lis relatiui ſuū ātecedēs pōere licebit.



T i hac hō currit
vel ipſe geſcit,q̄ va-
let hāc hō currit vel
hō quieſcit,ergo hęc
ē vera hō eſt aīal vel
illud ē aſinus. Idē eſt
eſt dicere ſortes ē ho
mo ſi ipſe eſt aſinus
& ſortes ē hō ſi ſortes
ē aſin⁹.❡ Cōtra hāc regulā argumētor,ipſa ꝓ-
cedēti repugnat,ergo eſt male poſita, antece/
dēs patet.copulatiua & diſiūctiua ex cōtradi-
ctorijs partibus cōſtate cōtradicūt,& termini
in cōtradictorijs ſtarēt ęque reſtricte, ergo re/
latiuū in diſiūctiua refert reſtricte. ❡ Si dicas
termini nō debēt ſtare ęque reſtricte.❡ Cōtra
tūc dabunt cōtradictoria falſa. q͡a hæc aīal eſt
hō & illud eſt equus eſt falſa,vt notū eſt, eius
cōtradictoria duobus modis dari poteſt, vel
per copulatiuā negatiuā,aut per diſiūctiuā af
firmatiuā, ſic dādo diſiūctiuā nullū aīal ē hō
vel nō illud ē equus,& tūc argumētor ſic,ſi re
latiuū in diſiūctiua nō referret reſtricte, tūc lo
co ei⁹ licet ponere ſuū antecedēs, & ſic nota e/
rit falſitas illi⁹ diſiūctiue,ergo ibi oportet re-
latiuū referre reſtricte ❡ Reſpōdet̄,iſte nō con
tradicūt,aīal eſt hō & illud ē equ⁹ & nullū aīal
eſt hō vel nō illud ē equ⁹ ſunt ſimul falſe,non
ſunt copulatiua & diſiūctiua cōpoſite ex parti-
bus cōtradicētib⁹,ſed cōtradictoria illi⁹ copu
latiue ē hęc.nullū aīal ē hō vel nō illud aīal qđ
ē hō ē equ⁹,& cōtradictoriū diſiūctiue primę
eſt vna copulatiua in qua relatiuū nō refert re
ſtricte.❡ Cōtra,iſta ſolutio deſtruit regulas pa
tet,q͡a ex ea ſeqtur ī aliq̄ diſiūctiua relatiuū re-
ferre reſtricte. ❡ Rn̄det̄ diſtiguēdo relatiuū ī
diſiūctiua affirmatiua referre reſtricte vel de ꝑ
accidēs ad hn̄dā bonā contradictionē, & vbi
ponit̄ relatiuū relatū expſſe,& ſic cōcedit̄, vel
ſimplicit̄ & abſolute,& ſic negat̄,hoc ē ſi peta
tur abs te de veritate vni⁹ diſiūctiue in q̄ pōīt̄
relatiuū tūc debemus iudicare ꝑ relatiuū refe
rēs irreſtricte,ita ꝙ loco relatiui ſuū an̄s pone-
mus,& ſi illa ē vera aut falſa ſimilit̄ cēſebis de
diſiūctiua q̄ſita, ꝓpterea hāc cōcedis aīal ē hō
vel ipſe ē aſin⁹ q̄n de ei⁹ veritate īdagatur.Et
iſtā referre reſtricte eſt referre ſuum antecedens
cum reliquis terminis in eadem propoſitione
poſitis,quod hic non eſt in vſu, ſed ad termi-

nos copulatiue mentem figimus. Et ſi perat
tur de veritate copulatiue affirmatiue in qua
ponitur relatiuum, debemus iudicare per rela
tiuum referens reſtricte. Sed non eſt negandū
quin propter oppoſitionem habendam poſſi
mus in diſiunctiua vti relatiuo reſtricte, & in
copulatiua nō ſtricte. ¶ Hoc clare dicitur ſub
alijs verbis, cum in diſiunctiua loco relatiui li
cet ponere ſuum antecedens ſeruata eadē ve
ritate & falſitate, demus ei vnam contradicto
riam copulatiuam ſine relatiuo, vt animal eſt
aſinus, vel illud eſt homo, ſua contradictoria
erit. nullum animal eſt aſinus & nullum ani/
mal eſt homo Sic hic, non homo eſt animal &
illud eſt aſinus, ſenſus copulatiuus erit. nō ita
eſt. homo eſt animal & illud eſt aſinus, & hoc
eſt verum, illic relatiuum refert reſtricte ſicut ī
copulatiua affirmatiua, vel explicetur per diſ
iunctiuam ei equiualentem in qua relatiuum
etiam accipitur reſtricte. ¶ Eodem modo in
copulatiua affirmatiua de per accidens relati/
uum irreſtricte refert, hoc patet, capiendo con
tradictoriam diſiunctiue ſicut nuperrime re/
tulimus.

Contra iſtud argumentor, habēdo co
pulatiuam affirmatiuam in mente. vtpote ho
mo currit & ille mouetur, intellectus poteſt re
ſecare coniunctionem & interſerendo vel cæ
teris manentibus, tūc relatiuum adhuc refert
reſtricte, & non ponitur expreſſe relatiuum re
latum, alioquin terminus mentalis illæ equi/
uoce ſignificabit.

Secundo argumētor, ſequeretur hāc
propoſitionem aliqua iſtarum eſt vera, ſi eius
eſt vera eſſe veram, demonſtrando has Sor/
tes currit & Sortes non currit, quia ſenſus iſti
us conditionalis erit iſte, aliqua iſtarum pro/
poſitionum eſt vera, ſi alicuius iſtarum contra
dictoria eſt vera, modo illæ ſenſus eſt verus,
quia in conditionali loco relatiui ſuum antece
dens ponere licebit Eodem modo hæc conce
denda venit, aliqua propoſitio eſt vera ſi eius
contradictoria eſt vera. ¶ Si iſtud cōcedas, cō
tra, quęlibet ſingularis eſt falſa deſcendendo
ſub ſubiecto conſequentis ſtante determina/
te, ergo ex conditionali ſequitur falſum, & per
conſequens ipſa eſt falſa.

Tertio argumentor cōtra vtramq; re
gulam, & hoc ſic, diximus propoſitiones eſſe
diſtinguendas in quibus ponitur ſignum vni
uerſale in fronte, vt omnia compoſſibilia iſto/
rum ſunt & illa non ſunt, vel relatiuum refert
reſtricte cū ſigno vniuerſali aut ſine eo, ergo
pari ratione diſtinguere debemus propoſitio
nem penes hoc ꝙ relatiuum reſtricte vel irre
ſtricte referat tā in copulatiua ꝗ in diſiūctiua.

Ad primum reſpondetur, vno modo
relatiuum referens in mente habet relatiuum
relatum ei adiunctum, nam in mente omnia
ſunt lucida, & talis relatio conuenit relatiuo
naturaliter in copulatiua ratione coniunctio/
nis &, aut ſimilis, ſi poſtea interſeratur coniū
ctio vel referre reſtricte eſt coniunctioni diſiū
ctiue accidentarium, eo ꝙ ponitur loco &, &
admittimus cętera om̄ia eſſe inuariata, ſic vel
acceptionem relatiui ſophiſtice mendicat a cō
iunctione copulatiua. ¶ Secūdo dicitur, ſi vel
loco & ponatur cætera non manebunt paria,
animal eſt homo & illud eſt aſinus, ſenſus fal/
ſus eſt, animal eſt homo & illud animal quod
eſt homo eſt aſinus. ſi ponas vel, ſenſus erit ani
mal eſt homo vel animal eſt aſinus, qui ſenſ⁹
eſt verus, hic variatur acceptio relatiui, & per
conſequens cætera non ſunt inuariata. In pro
poſitione ad placitum ſignificante relati/
uum capitur equiuoce, & caſus argumen/
tationis in mente vltimata eſt fixe negandus,
hac in ſolutione reſpondens manet. In carū
alterutra ſtare oportet. aut magis fortaſſe ex/
traneum excogitare.

Ad ſecundum, concedo illā conditio
nalem veram, ſimiliter & hanc aliqua propo
ſitio eſt falſa ſi ſua contradictoria eſt vera, ſi ꝓ
poſitionis contradictoria eſt vera aliqua pro/
poſitio eſt falſa, antecedēs ponit contradicto
ria eſſe. ¶ Similiter hāc concedo, aliqua propo
ſitio eſt vera ſi ſua contradictoria eſt falſa, non
contingit dare contradictoria falſa extra inſo
lubilia, in quibus hic nō procedimus. & nego
ex talibus ſequi falſum, deſcenſus aut aſcenſus
in cōditioāli ē inutilis (vt in hypotheticis dixi
mus) veritas ei⁹ aut falſitas alia via exploretē.

Ad tertium cōcedo antecedens, ſed cō
ſequentiam inficior, & id rationis eſt, commu
nis conceptio eſt ad vnum cum patricinio re/
gie vię artiſtarum, modo communis dialecti
corum modus animi conceptionem ſtipat ſo
lidatq;, & priſci & neoterici communiter in
hoc conueniunt.

Dubitatur de veritate huius omnis ꝓ
poſitio vel eius contradictoria eſt vera.


Reſpondetur, in ſenſu diſiunctiuo eſt
vera, omnis propoſitio eſt vera vel alicuius ꝓ
poſitionis contradictoria eſt vera, in ſenſu diſ
iuncto ſi totum diſiunctum diſtribuitur vni/
ca diſtributione illa eſt falſa, eſt vniuerſalis in
illo ſenſu cuius ſubiectum ꝓ pluribus ſuppo/
nit quam prædicatum. In ſenſu autem diſiū/

cto capiendo vel diuisiue ipsa est vera veluti
in primo sensu.

Epilogãdo dicimus relatiuum tam in
copulatiua affirmatiua quam negatiua refer-
re restricte, sed quia veritas aut falsitas copula
tiue negatiue per copulatiuam affirmatiuam
mensuratur. propterea dicimus relationem re
strictam a copulatiua affirmatiua proficisci. Et
licet syncathegoreuma ab aliqua sua signifi/
catiõe actuali cadere potest. vt non in hac nõ
nullus homo currit, tamen relatiuum suam si
gnificantiam ob aliud & aliud antecedens nõ
exuit, Sortes currit & illę mouetur, relatiuum
inibi Sortem significat, pro quo supponit, quẽ
non significat in ista Plato currit & illæ dispu
tat, hic Platonem significat, & aliud est relati
uum, & præcedens ablatum, vt de econuerso
in istis duabus omnis homo est risibilis & ecõ
uerso, omnis homo est animal & econuerso. In
quibus capitur in voce equiuoce. Sublato enĩ
antecedente relatiuum in mente subtrahitur,
quia præcedens insequitur sicut vmbra opacũ
luminoso obiectum, nec sequitur terminum
vocalem esse transcẽdentem in significando,
cum sua significatio ad omnem ventum mu-
tatur, cum tamen est generalissima verifica/
tio relatiuum significationem transcendenta/
lẽ induit, vt ens est aliquid, & illud mouetur.

Tertia relatiuorum regula.

Relatiuum substãtiæ, idemptitatis, nõ
reciprocũ supponit sicut terminus ab-
solutus loco suo positus, vt illæ confu
se tantũ in hac, aliquis homo est & qui
libet homo est illæ, proinde vice rela-
tiui subtracti antecedens respectiue sũ
ptum collocaueris, & propositiõis ve-
ritatem falsitatemve aperte cernes.



Pinionũ plu-
ralitate postha/
bita, quę scolasti
corum capita cõ
fundit hanc solã
tanquam magis
placentem ratio-
niq; consentane/
am explicabim⁹
licet relatiuum si
gnificationem ab antecedente suo mutuatur
(sicut superius crebri⁹ meminimus) suppõit
vel alter terminus communis vice eius posi/
tus, vt littera explicauit. At dicendo animal
est Sortes & illæ mouetur relatiuũ stat discre-
te, quia est verificatio propositionis in qua po
nitur antecedens pro vno discreto supposito
etiam terminus absolutus in tali situ positus
sic acceptus staret discrete, quare non recipro/
cum diximus ex quinta regula patebit.

¶ Ex hoc patet hanc copulatiuam esse veram
aliquis homo est & quilibet homo est illę, pri-
or pars copulatiue est nota, & secunda valet
hanc quilibet homo est illæ homo qui est, cu/
ius prædicatum stans confuse tantum suppo
nit pro omni illo ꝓ quo supponit subiectum,
ergo ipsa est vera. Similiter istę sunt verę, qui
libet homo est animal & illæ est Sortes, vides
consequenter ad dicta capio relationem cum
signo vniuersali, nonnunquam sine eo, quili/
bet homo est animal & illæ non est Sortes, in
vtraq; istarum illæ per regulam stat determi/
nate, nec propterea est illationis apparentia,
iste homo est animal (demonstrando Plato/
nem) & illæ est Sortes, quãdo sub termino di-
stributo descenditur loco relatiui, pone relati
uum relatum & aberrabis nunquam.

Idem tidem hęc copulatiua trimembris est ve
ra, animal est & equus est illud & elephantus
est illud.

¶ Pari modo hæc est falsa, aliquod animal est
& nullus mannus est illud, harum sensus cum
sale regulę explicando nihil inuium offendes,
similiter has inficiaberis aliquis homo est & nul
lus homo est illæ, aliquis homo est & Sortes
non est illæ, Sorte existente. At hæc est vera
Sortes illæ homo non est, quæ non contradi/
cit secundæ cathegoricę huius aliquis homo ẽ
& Sortes est illæ, sic hęc est falsa, aliquis homo
est & Sortes differt ab illo, verum Plato est &
Sortes differt ab illo, quæ præcedentem non
infert, cum ipsa est vera alia existente falsa, cõ-
sequentie menda est peruia. Si quilibet homo
duos habeat gradarios quorum solum vnum
equitet, hæc est vera, omnis homo habens e-
quũ equitat illum cum sensus sit quilibet ho/
mo habens equum equitat illum equum quẽ
habet, vbi illum stat confuse tantum per re/
gulam quam præ manibus comminiscimur,
nec sequitur, iste homo habens istum equum
non equitat illum (demonstrando quiescen/
tem) & iste homo habẽs istum equum est ho
mo habens equum, ergo homo habens equũ
non equitat illum, cum illæ stat discrete in an
tecedente, & communiter in conclusione va/
lens hanc homo habẽs equum nullum equũ
quem habet equitat.

Cõtra istud argumẽtor, ex ista copula
tiua aliquis homo est & quilibet homo est i''

ſequitur falſum, ſaltem cum conſtantia veri
per deſcenſum, ſequitur autem, ergo iſte ho/
mo eſt & quilibet homo eſt illæ vel iſte homo
eſt & quilibet homo eſt illæ & ſic de ſingulis.
conſequens eſt vna diſiunctiua cuius quæli/
bet pars eſt falſa, licitum eſt enim in copulati/
ua deſcendere, & diſiunctiue ſub termino ſtan
te determinate diſcurritur.

Reſpondetur male deſcenditur, pro/
ceditur enim a termino ſtante confuſe tãtum
ad ipſum ſtantem diſcrete reſpectu multitu/
dinis, ac ſi ſic argumentareris, omnis homo ē
animal, ergo omnis homo eſt hoc animal, rela
tiuum capitur equiuoce iñ deſcenſa & in deſcē
dẽtibus, deſcendendo pone relatiuum relatũ
loco relatiui vt cætera maneant vniformia,
iſte homo eſt & quilibet homo eſt illæ homo
qui eſt, vel iſte homo eſt & quilibet homo eſt
illæ homo qui eſt, modo iſtud conſequens eſt
verum, ſicut & antecedens. ℂ Et per hoc ſolue
re potes hunc obiectum non iſte homo eſt &
quilibet homo eſt illæ, & non iſte homo eſt &
quilibet homo eſt illæ, & ſic de alijs, ergo non
aliquis homo eſt & quilibet homo eſt illæ, to
tum antecedens eſt verum, vt per contradi/
ctorias ſingularium videre potes, & conſeq̃ns
falſum. ℂ Et ſi petatur abs te aliquis homo ē
& quilibet homo ē illę, quis eſt illę aliquis ho
mo qui eſt & quilibet homo eſt illę. ℂ Pro nul
lo ſingulari reſpondebis niſi relatiuum relatũ
vice relatiui colloces. ℂ Si enim dicas Sortes ē
& quilibet homo eſt illæ, falſe reſpondes, ſed
dicas ſortes eſt & quilibet homo eſt illæ ho/
mo qui eſt, illæ relatiuum ob additũ non ſtat
diſcrete, vt in alia licet propoſitio anteceden/
tis pro ſolo ſorte verificetur.

Quarta relatiuorum regula.

Relatiuum diuerſitatis perinde ac ali/ud verbum non relatiuum ſupponit.



Ec regula
quodammodo
ex præcedente
emanat, cum re
latiuum ſubſtã/
tiæ ídemptita/
tis ſupponit ſe/
cundum exigē
tiam ſigni iſtat
termini abſolu/
ti, hoc a fortiore relatiuo diuerſitatis cõueniet.
Et patet exemplariter, animal currit & aliud
ab eo diſputat, aliud ſtat determinate, & hic
diſtribuitur. vnus homo currit & omnis alius
ab eo diſputat. ℂ Binis in caſibus relatiuum di
uerſitatis non ſupponit, prior eſt, quando pro
poſitio antecedentis eſt falſa, vt Antichriſtus
diſputat, & alius ab eo recte viuit.

ℂ Ex iſto conſequens eſt relatiuum diuerſita/
tis eſſe inferius ad nomē infinitum reſpõdẽs,
vt alius ab Antichriſto eſt inferius ad non an
tichriſtum, hæc enim eſt vera non Antichri/
ſtus rite degit. ℂ Secundus caſus eſt, quando
antecedens eſt tranſcendens in ſupponendo,
vt ens ē & aliud ab eo ē currit, ſub lunari glo/
bo nihil quoq; ē aliud ab ente, nec nõ ens enti,
nec ens non enti eſt idem vel diuerſum. Im/
mo hęc eſt neganda, Antichriſtus non eſt ho
mo, & alius ab eo eſt exiſtẽs, hæc enim eſt fal
ſa, alius ab Antichriſto qui non eſt homo eſt
exiſtens, tota iſta eſt propoſitio affirmatiua.

Contra iſtud argumentor, homo eſt
& aliud ab eo currit, ergo ens eſt & aliud ab
eo currit, ab inferiore ad ſuperius.

Reſpondetur, conſequentia eſt nulla
non eſt inferioritas extremi ad extremum to
tale quod ad regulam illam requiritur, etiã ſu
perius relatiuum diſtribuitur.

Dubitatur de veritate huius quilibet
homo & alius homo ſunt homines.

Reſpondes, illa & plęreq; aliæ quiſquil
liæ (de quibus aera ſtentorea voce opplent),
ſunt impropriæ, dicimus enim vnus & alius
currit vel ſortes & alius ab eo curſitat, iſte ho/
mo & alius ab eo ſunt homĩes, vel iſte homo
& alius homo ſunt homines Si enim iuuat to
tos dies talibus technis incaſſum terere ſub
antecedente primo aſcendas, & tuum relati/
uum tibi amplius clarebit, itaq; ꝓpoſitio tua
propoſita eſt vera, ſic hæc quilibet homo & q
libet alius homo ſunt homines.

ℂ Cæterum in probatione enunciationis in
qua ponitur relatiuum diuerſitatis nunquam
aſcendatur deſcendaturve ſub relatiuo niſi a/
ſcenſo prius facto ſub antecedente, & retenta
vna ſingulari in antecedente, monſtrentur tũc
omnia alia ſuppoſita ſub relatiuo diuerſitatis,
verbi cauſa, quilibet homo & quilibet aliꝰ ho
mo currunt, dicas ſic, iſte homo & quilibet ali
us homo currunt demõſtrando ſortem, cum
ſorte omnes alios homines demonſtrabis de/
ſcendendo ſub relatiuo, quilibet homo & ali/
us homo currũt, iſte homo & alius homo cur
runt. Quare hæc conſequẽtia eſt nulla, in om/
nem ſuam partem quodlibet continuum po
teſt eſſe diuiſum, ergo in hanc ſuam partem

quodlibet continuum potest esse diuisum & cætera. antecedens est verum, & consequẽs falsum, prius descendendum est sub antecedente termino continuum, sic, in omnẽ suam partẽ hoc cõtinuũ potest esse diuisum & cætera & illud ẽ verũ. ¶ At fortasse insultas, in oẽm suã partem quodlibet continuum potest esse partitum, proinde in aliquam suam partẽ quod libet cõtinuum potest esse partitum, & ex cõsequente in aliquam partem quodlibet continuum potest esse separatum. ¶ Respondetur, vltima illatio est nulla, sed prior ẽ bona, ratio malitiæ extremi nexus est quia in antecedente denotaẽ reciprocatio cuiuslibet suppositi termini continuum ad aliquod suppositum confusum illius complexi suam partem. At in cõsequente significatur reciprocatio vnius determinati suppositi de ly partem ad oẽe suppositum dictionis cõtinuum. ¶ Insuper quã do ponitur antecedẽs discretum relatiuum diuersitatis superius illius singularis pro substantiuo suo indipiscitur, vt Hannibal bellum in Romanos decoquit & alius ab eo ẽ senatu togavicitur, alius siue penus, affer, vel homo nõ magnopere refert. Ingenium punicum est callidum & crudele. & aliud est mite humanum q; Non vtimur talibus, quilibet homo & alius sonipes sunt animalia, tales ineptias ad rem non multum spectantes locupletius indagare est nodum in scirpo seriosius rimari.

Quinta relatiuorum regula.

Relatiuum reciprocum siue reflexiuũ primatiuæ speciei sui antecedentis suppositionem (vti sponsa phœbi appollinem) imitatur.

Datur analogia ad regulam, titane super orizontem orientalem conscendente solsequiũ sua folia late diffundit, quæ ad iubaris occasum aperiuntur, dum sidus est in alio hemisperio illius herbæ folia cogunter, sic in proposito, quilibet homo est ipsemet illic relatiuum ipsemet distribuitur, & si antecedens determinate aut confuse steterit illam suppositionem relatiuum mutuatur, & distributionem in hac homo non est ipsemet auersatur. Istud enim relatiuum vocatur reflexiuum siue reciprocum, quia ad id vnde egressum est reuertitur, sic spiritus reciprocatur cũ recipitur, & aqua vicissim alluens littus istar fripi reuoluitur. Interdum tamen antecedens ampliatur & nõ relatiuum, vel relatiuum stat pro masculis & antecedens pro omnibus hominibus, vt patet vnico exemplo, omnis homo fuit ipsemet, vel omnis homo possibiliter est, & ipsemet currit. Sed illę non equiualent, quilibet homo est ipsemet, & quilibet homo quilibet homo est, quia in prima est distributio sigillata, hoc est dictu, quodlibet suppositũ subiecti denotatur cadere in simile suppositũ prędicati, vtpote sortes est sortes, & plato est plato & cætera. & non debemus inchoare ascẽsum vel descensum a relatiuo, sed a suo antecedente, & tunc simul ascendimus sub relatiuo quia dicendo iste homo est ipemet, antecedẽs stat discrete, sic etiam relatiuum. Immo necesse est illic ascendendo sub antecedente sub relatiuo etiam conscendere, cum relatiuum tale ex littera supponit eadem suppositione sicut suum antecedens hoc est eadem specie suppositionis, & pro illo pro quo supponit suum antecedens. ¶ Ex quo sequitur duæ propositiones quarum quælibet est de modo loquendi consueto subcontrariantur composite omnino ex terminis communibus, & tamen nullus terminus in eis distribuitur, hoc patet in istis, homo est ipsemet, homo non est ipsemet.

¶ Eodem modo patet, prędicatum distribuitur in subalternante & non in subalternata.

¶ Tertio patet has non equiualere homo nõ est ipsemet, & homo homo non est, secunda existente vera, prior est falsa, & ex consequenti iste non equiualent omnis homo omnis homo est, omnis homo est ipsemet. Iste tamen equiualent, nullus homo est ipsemet & nullus homo est homo, patet contradictorię illarum equiualent scilicet homo est homo, & homo est ipsemet. ¶ Quarto infertur, determinatio accepta vnica acceptione cum suo determinabili distribuitur in vna contradictoriarum & non in altera, hoc patet in istis, quilibet homo videt se, aliquis homo non videt se, vbi se distribuitur in affirmatiua & non in negatiua. ¶ Quinto sequitur, aliquis terminus ẽ cõmunis sequẽs negationem qui non potest distribui ab ea, patet de prędicato huius homo non est ipsemet, & hoc est quando suppositio termini est dependens immo prædicatum distribuitur in hac omnis homo non est ipsemet & cũ hoc sine negatione distribuitur. ¶ Sexto sequitur, nõ est idem dictu ipsemet homo omnis homo est, & oĩs homo est ipsemet prior est

falsa, & relatiuum nihil facit, & illic idē est dicere, homo omnis homo est, & ipsemet homo omnis homo est, non stemus in genere, omnis homo est ipsemet conuertitur per accidens, ipsemet homo est homo, si vis conuertere illam in vniuersalem fac limitationem vt termini maneant eodem modo ponendo a vel b vel aliquod huiusmodi Quo fit tales de disiūcto distinguende veniūt homo vel asinus nō est ipsemet, sed siue subiectum capiatur vnica acceptione siue disiunctiue equiualeat semper est falsa, sic hic, omnis homo vel asinus non est ipsemet, si subiectum capiatur vnica acceptione est vna reciprocatio, & sensus ē, de quocū q; de quo verum est dicere q; est homo vel asinus, de illo verum est dicere non est ipsemet, si vel diuisiue capiatur sunt duę reciprocationes formaliter vel equiualēter. ❡ Septimo, sequitur tales sunt distinguēde deus diligit omnes diligentes se, quia vel illud relatiuū se habeat ꝓ antecedente istum terminum deus, & tunc illa est vera, & sensus est, deus diligit omnes diligentes se deum, & tunc relatiuum stat determinate, vel habeat pro antecedente istū terminum homines, & tunc relatiuum distribuitur, & propositio est falsa, & sensus est, de⁹ diligit omnes homines diligentes seipsos.

❡ Similiter haec est distinguēda sortes est omnis homo qui est ipsemet, si ipsemet habeat ꝓ antecedente terminum sortes illa est vera, si terminum homo, illa est falsa. ❡ Eodem modo haec est distinguenda, homo ipsemet homo non est, vel relatiuum potest habere terminum homo sequentem vel praecedentem ei immediate iunctum. ❡ Identidem haec est distinguenda, quilibet homo est quilibet homo qui est ipsemet, si ipsemet referat terminū homo in principio ipsa est vera, patet ascendēdo sub illo termino homo, sortes est quilibet homo qui est ipsemet, si referat terminum homo a parte prędicati, illa est falsa, per illam denotatur de quocunq; verum est dicere est homo de illo verum est dicere est quilibet homo qui est ipsemet, hoc est quilibet homo est quilibet homo. ❡ Cum his omnibus tamen stat antecedens distribui relatiuo stante determinate, probatur, & capio hanc quilibet homo ē ipsemet, iste terminus homo in pręiacēte stat determinate, & iste terminus homo in pręiacente est antecedēs relatiui reciproci, ergo antecedēs relatiui reciproci stat determinate, & vltra, ergo relatiuum determinate stabit.


❡ Denique octauo sequitur non quilibet terminus communis vere negatur de termino stante confuse tantum habente plura supposita, hoc patet. Ista est falsa, a homo nō est ipsemet quod probo, sua contradictoria est vera omnis homo est ipsemet, capiendo ipsemet, vt tātū valeat sicut ipsemet vel ipsamet. ❡ Forte dicis ex dictis sequitur signum vniuersale ante se distribuere, patet hic ipsemet omnis homo est, relatiuum reciprocum supponit ad instar sui antecedentis. ❡ Respondetur, & si distribuatur de per accidens distributio oritur a signo vniuersali agente post se distribuente antecedens. ❡ Secundo, dico illam esse ineptā antecedens est anteferendum relatiuo, & omnia consonabunt. Ineptiunt aliter loquentes.

❡ Adhuc fortasse insultas de hac a homo nō est ipsemet, bene sequitur a homo non est istemet homo vel istamet homo & cæter. ergo a homo non est ipsemet, consequentia est ascensus, & antecedens est verum, ergo & consequens. ❡ Dices (sicut dicendum est) prius sub antecedente ascendendum est. ❡ Contra, hoc non euitat propositum a iste homo vel iste homo vel iste homo non est istemet homo vel istamet homo & sic de singulis. ❡ Respondetur, oportet sigillatī ascendere, sicut in hac homo non est ipsemet, quia iste equiualent formaliter, q̄admodum ille animal est homo & a animal est homo, sed quando sunt duo termini absoluti distributi denotatur tota distributio prioris termini cadere in quodlibet suppositum secundi termini, vt omnis homo omnis homo est denotatur sortes omnis homo ē plato omnis homo est & sic de singulis, propterea iste non equiualent quilibet homo est ipsemet & quilibet homo quilibet homo est. In priori est distri&utio sigillata. In posteriori vero absoluta, voco ergo distributionem sigillatam quae est cōsequutiua ad aliam sic q; per talem propositionem denotatur quodlibet suppositum vnius distributionis cadere in idem suppositum alterius. ❡ Dices relatiuum in hoc quilibet homo est ipsemet mediate sequitur signum vniuersale affirmatiuum proinde non distribuitur. ❡ Secundo non est verificabile de aliquo itaq; non supponit.

❡ Respōdetur ad prius, ad distributionem antecedentis relatiuum reciprocum dependenter distribuitur vt in suppositionibus dictum est. ❡ Ad secundum dico pręedicatum ꝓ quolibet homine supponit, quolibet homine demonstrato verum est dicere hoc est ipsemet, nec oportet terminum in verificatiōe supponere instar propositionis principalis cuius de suppositione ambigitur, hoc ē ipsemet demōstrando sortem ipsemet stat discrete.

Sexta relatiuorum regula.

Relatiuum reciprocũ deriuatiue ſpeciei in reflexiuum primitiuum reſoluitur, vt ſuum cornipedem cirus maior equitat, ſuum ipſius ſonipedem cirus maior equitat.



Ortes videt equum ſuũ. ſenſus eſt. Sortes videt ſuimetipſius ſortis equũ, ſortes habet ſuum. Senſus eſt. Sortes habet ſuimetipſius rẽ poſſeſſam Ego habeo meũ Hoc eſt habeo mei rem poſſeſſam. vbi meũ ſtat determinate. ſic fit verificatio. Hoc eſt mei res. Sortes eqtat equũ ſuũ. Sortes eqtat ipſiuſmet ſortis equũ. Sortes eſt pater ſuus per illã denotatur. Sortes eſt ipſiuſmet Sortis pater, nec ſerioſe diſputandum eſt an valeat illud in ſignificando. ❡ Vnde fit, ſi Sortes equitet ſolũ pallafridum Platonis & econuerſo vtraq; iſtarum eſt falſa. Sortes equitat ſuũ pallafridum, aut ſuum equũ Sortes equitat, ſtante hipoteſi non ſuum equum & equum non ſuum ſortes equitat. & ſic de Platone.

Dubitatur de veritate huius, Aliquis homo eſt ſuus filius.

Reſpondetur, ipſa eſt impoſſibilis, idẽ generare ſe eſt prorſus inopinabile authore Auguſtino, primo de trinitate, capite primo. Item, ſi aliquis homo eſt ſuus filius. Ergo iſte homo vel iſte eſt ſuus filius. Conſequens eſt falſum, ſi id per idiomatum cõmunicationem fieri queat altioris eſt profeſſionis quã impraeſentiarum miſſam facimus.

Contra hoc argumẽtor ſolum logice, Aliquis homo eſt ſuus filius. ponẽdo relatiuũ referre antecedens homo. eſt vna affirmatiua cuius extrema ſupponunt pro eodem. Ergo ipſa eſt vera. Conſequentia ex ſuppoſitionum fronte tenet. Antecedens patet. Homo pro quolibet homine ſupponit. & ſuus filius pro quolibet homine habente patrem ſupponit, quocunq; homine patrẽ habente oſtenſo, verum eſt dicere de illo. hoc eſt hominis filius.

Secũdo, ſynonima illius eſt vera, ergo ipſa eſt vera. Conſequentia tenet extra inſolubilia vtrobiq; omnia ęquiualentia in ſignificãdo ęquiualent in conſequendo, & non econuerſo. Antecedens probatur, capio hanc copulatiuam, Aliquis homo eſt, & aliquis homo eſt ſuus filius, iſta copulatiua eſt vera. Capio Laomedontem & Priamum viuentes, iſte homo eſt, demonſtrando Laomedontem, & aliquis homo eſt ipſiuſmet hominis filius.

Tertio, Aliquis homo eſt & ſuus filius eſt homo. ergo homo eſt ſuus filius cõuerſiue.

Ad primum, nego extrema illius ſupponere pro eodem. Verificatio illius relatiui eſt dependens ab antecedente, primo ſingularizabis terminum homo dicendo iſte homo, & in verificatione quam indagas Dices, hoc eſt ſuiipſius hominis filius, quae infert hanc. Aliquis homo eſt ſuimet filius.

Ad ſecundum nego antecedens, Illae propoſitiones non ſunt ſynonimae, relatiuum in vna habet antecedens in alia cathegorica, & ſenſus eſt. Aliquis homo eſt ſcilicet Priamꝰ & aliquis homo ſcilicet Troilus eſt illius hominis filius, quod eſt verum, quando habet antecedens in eadem cathegorica, Sẽſus eſt. Aliquis homo eſt genitus a ſe.

Ad tertium dico, Si capias relatiuum in conuertente vti in conuerſa ceperas. conſequentia eſt bona, & conſequens eſt concedendum more antecedentis, quod nullatenus ad negatum antecedit.

Dubitatur ſecundo de varitate huius, Omnis homo eſt omne videns ſe, ponendo quẽlibet videre ſe, & nullũ videre hoĩem a ſe.

Reſpondetur, illa eſt vera, Patet, Iſte homo eſt omne videns ſe, & iſte homo eſt oẽ videns ſe & ſic de ſingulis, igitur.

Contra iſtud argumẽtor, bene ſequiẽ, Omnis homo eſt omne videns ſe. ergo omnis homo eſt hoc videns ſe, & oĩs homo eſt hoc videns ſe. & ſic de ſingulis. conſequens eſt falſum. ergo & antecedens. conſequẽtia tenet per deſcenſum ſub termino diſtributo.

Reſpondetur, primo deſcendendum eſt ſub termino homo cum ſit antecedens relatiui, quod determinabile ſecundum eius exigẽtiam reſtringit, iſte homo eſt omne videns ſe, & iſte homo eſt omne videns ſe. & ſic de ſingulis. Modo quaelibet talis ſingularis eſt vera.

❡ Ex his patet aditus ad veritatẽ huius, quẽlibet equum ſuum quilibet homo videt, caſu quo quilibet homo equũ ab eo poſſeſſum videat, quẽlibet equum ſuum iſte homo videt, & quemlibet equum ſuum iſte homo videt. Et ſic de ſingulis, igitur.

Contra, ergo haec eſt vera, equum ſuũ quilibet homo videt, conſequens eſt falſum. ergo & antecedens, falſitas conſequẽtis patet, bene ſequitur, equum ſuum quilibet homo

videt, ergo istum equum suũ quilibet homo videt. ¶ Dices, oportet inchoare ascensum & descensum, secũdum dicta ab antecedente primo. ¶ Contra tũe sic procedes. Equum suum quilibet homo videt, ergo equum suum iste homo videt, & eundem equum suum iste homo videt. ¶ Similiter, ascendendo sub termino distributo in ordine ad terminum stãtem determinate, oportet addere relatiuum idemtitatis. vt in materia descensus ascensusq; dicit.

Respondetur, nõ ponetur relatiuum idemptitatis in singularibus. & id causæ est, nõ proceditur a plurib⁹ determinatis ad vnã determinatam respectu partiũ multitudinis, sicut hic, caput omis homo habet. Sed ab vna determinata sub disiũctione ad plures. vt hominis quilibet asinus currit si Sortis quilibet asinus currat, illa est vera. & non capietur relatiuum identitatis hic sicut in alia. vt latius in materia descensus constabit. ¶ Vnde sic hæc consequẽtia est nulla. Quemlibet equum suũ quilibet homo videt. ergo aliquem equum hominis quilibet homo videt. Idem enim est dictu. Aliquis homo omnẽ equum suũ videt, & aliquis homo omnẽ equũ ipsiusmet videt.

Dubitatur de veritate huius, fortes & Plato equitãt equos suos, ponendo illos solos inter homines & Sortem equitare equũ Platonis, & Platonem equitare equum Sortis. Veritas affirmatiue arguit, Sortes & Plato equitant aliquos equos & nõ equitant equos aliorum hominum, quoniã nulli sunt ex hypotesi ¶ Aut si ponas alios existere, non equitãt aliorum equos, itaq; suos equitant.

Respondetur, eo in casu fortes & plato equitãt sonipedes aliquorum, nam equos istorum (illos duos mõstrando) equitant. Ex quo non sequitur fortes equitat caballum suum ac plato suũ, fortes & plato equitant dextrarios qui sunt sui, concedo etiam propositã, sicut robusti in gabaon occiderunt se duodecim beniamitas & totidem iuditas demõstrãdo, quorum quilibet alium interemit, verum hæc est neganda, hi duodecim (bẽiamitas demonstrãdo) sese interemerunt. ¶ Pari forma, si fortes & plato in monomachia decertarent ad mortem concedo has, fortes & plato occiderunt se, fortes & plato pugnant pro se, & cõtra se pugnãt pro illis in quos contẽdunt sed nullus istorũ digladiatur contra se, sicut si fortes videret platonem & contra, satis communiter concedimus fortes & plato vidẽt se quę nullatenus inferunt fortem videre se aut platonem sese cernere. Ex quibus patet hanc esse negandam fortes & plato equitant non suos e/

quos, potes tamen si volueris cum contentio so has in plurali distinguere sicut hanc superius in materia copulatiorum isti pugnant contra se, cum litigiosis noli aera incassum verberare. ¶ De hac omẽ totum est maius sua parte vel omne totum in aliqua proportione est maius sua parte alibi loquimur, ceptui canentes in hac materia, de relatiuo accidentis non nihil carptim loqui expedit.

Vltima relatiuorum regula.

Relatiuum accidentis pro re simili vel equali illi pro quo propositio antecedentis verificatur accipitur, vt absalon est candidus & talis est alexes, pigmeus est sesqpedalis, & tãtus ẽ ephebus.



T potissimum in littera loquimur de relatiuo idẽptitatis quod est cõmunius, exempla iam posuim⁹, vnũ ex secundo regum, reliquũ vero vergilianum, & patet aliter, aliquis homo est ater & talis ẽ ethiops, talis terminus supponit secundum exigẽtiam signorum more terminorum absolutorũ, hic non requiritur relatiuum accipi pro illo pro q̃ propositio antecedentis verificatur, sed pro re simili vt fortes albus & talis est plato, homo est albus & talis est Cicero, fortes est albus & diuersus est plato, tunc plato est aliter qualificatus, Priamus est pater & talis ẽ Achilles, ꝓpterea non ab re relatiuum accidentis vocatur, quia dispositionem accidẽtariam importat, vt qualitatem quantitatem relationẽ aut huiusmodi bellisferon, ẽ talis qualis est Ioseph sic detegitur bellisfeãõ aliqua specie qualitatis est qualis scilicet formosus, & talis est Ioseph filius patriarche, vocat relatiuũ idẽptitatis ac cidẽtis nõ q̃ capiat ꝓ illo ꝓ quo ꝓpositio antecedẽtis nata est verificari, sed q̃a idẽptitatẽ specificam genericamve qualitatis aut alterius p̃dicamenti importat, & per oppositum relatiuum diuersitatis accidentis appellatur, & hæc de relatiuis impręsentiarum dixisse sufficiat.

Relatiuorum finis.

Descensus diffinitio.

Descensus est cõsequẽtia formalis qua a vocabulo superiori ad eius inferiora cum constantia proceditur.



Enuntiationũ veritates falsitatesq; per descẽsum & ascẽsum venari solent. Eapropter de hac materia non intempestiue loquimur, literam exẽplariter enucleare cõgruit, vt omnis pomus in pomerio crescit. & iste pomi sunt omnes pomi ergo hęc pomus (populum demonstrando) crescit in pomerio. & hęc pomus (malum demonstrando) crescit in pomerio. & sic de singulis. ¶ Propositio sub cuius termino descenditur, est descensa. vt Omnis pomus in pomerio crescit. ¶ Constãtia est hęc ꝓpositio iste pomi sunt omnes pomi, pro subiecto enĩ vtrobiq; habet pronomen demonstratiuum cum termino sub quo descenditur, & eundem terminum cum signo collectiuo pro prædicato sibi vendicabit. Constãtia etiam debet esse propositio affirmatiua, & non negatiua.
¶ Quare non sequitur hoc ens nõ est vel hoc ens non est vel hoc ens non est, & sic de singulis, demonstrando omnia entia. & nõ sunt plura entia, ergo aliquod ens non est, quia vno istorum entium corrupto, antecedens est verũ & consequens impossibile. sed oportet dicere in cõstantia, & ista entia sunt omnia entia, modo partes antecedentis repugnãt, nõ propter vnius partis impossibilitatem, sed earundem incompossibilitatem. cõstantia infert hoc ens esse, & hoc ens esse. & sic de singulis, quod contradicit disiunctiue. Constantia autem cum descensa antecedens constant, singulares sunt descendentes, capimus inferiora in supponendo, si termini supponant, & non in significando, iste homo est inferius in supponendo tantũ ad terminum homo, & non dictio Sorres. Sicut a montis iugo in descensu reali ad eius pedem descendimus. sic in logico a dictione superiore ad infimum procedimus, nõ requiritur suppositio vocabuli superioris, licet id ad nomen cõsistat, suadetur sic. alioqui vna consequentia nunc est descensus, & crastina luce manẽte terminorum significantia erit non descensus, & econuerso, nõ descensus erit descensus. sed hoc est falsum, igitur. Minor colorat. Id in sillogismo & emptimemate incõueniret, ergo & hic. ¶ Secundo, sequitur hic esse descẽsum omnis chimera currit. ergo hæc chimera currit, & illa chimera currit. & sic de alijs. ¶ Vlterius tertio dico licet ad phisicum descensum non est descensus sine ascensu, & econuerso. naturaliter tamen nõ requiritur ecõtrario hic valere ascẽsum ad bonum descensum. Dixi naturaliter si deus in vertice montis Pernasi produceret animal, istud potest descendere sine ascensu, & ita fieri potest ecõtrario ergo absolute ad descensum non requiritur ascensus, nec contrà. ergo nec ĩ descẽsu logico eius simia. ¶ Insuper dicendo oppositũ est difficultates inutiles materię difficili annectere, est enim impedire lucidos descensus falsitatum enucliatiuos per tenebrosum non ascensum. ¶ Demum pro hac litera dico incassum sub termino habẽte vnũ suppositum aut duo descendes, cum aliunde propositionis veritas falsitas ve est in limine, linguilaces solum circa tales neneas insudant, vt in talibus omnis Phœbus est tytan, omnis deus regnat in cœlis.

Ascensus diffinitio.

In ascensu vero formaliter econtrario a singularib⁹ ad ipsum vniuersale itur.



Vt istic, hæc arbor (demonstrando fraxinum) crescit in nemore, & illa (demonstrãdo taxum) & illa (demõstrãdo abietẽ) crescit in nemore, & sic de singulis, & iste arbores sunt omnes arbores. ergo omnis arbor in sylua crescit, cõsequens est ascensa, singulares sunt ascẽdentes, quæ cum constantia antecedens construunt. ¶ Ex quo sequitur ascensam esse partem ascẽsus, sicut & descensam descensus, ante consequentias propositionum formalitatem non euisceramus perlectis introductionum duob⁹ libris nuge supposita capientur.

De descensus ascensusve diuisione.

Quadripharìam descensus secernitur in copulatiuã, disiũctiuam, disiunctũ, & copulatũ, In his cathegorice, in illis vero hipothetice incidimus, propositionum veritates ascensus cribrat, falsitatesq; descensus reserat.



T sicut quadrupliciter descendimus ita totuplicitet ascendimus, singulares cum cõstantia pro antecedente sumẽdo, sub termino distributo copulatiue, & stãte determinate disiunctiue procedimus, copulatiue & disiunctiue per hipotheticam copulatiuam & disiunctiuam. Descensus disiunctus infert cathegoricam de desiuncto extremo, & copulatus propositionem cathegoricam de fine copulato, ob tyrunculos exemplicare non grauabimur, Omnis arbor est humano generi vtilis, & iste arbores, demonstrando vlmum, cupressum, libanum, oleastrum, & sic de aliis Sunt omnes arbores, ergo hęc arbor est vtilis humano generi, vlmum demõstrando, & illa cupressum ostendendo, & sic de singulis. In descensu disiunctiuo arbor est frondosa, & istæ arbores sunt omnes arbores pinum, laurum, rãmum. & sic de aliis, demonstrando. ergo hęc arbor est frondosa, vel illa est frondosa. & sic de aliis. Exẽplum tertii, omne crescens in orto est arbor, & istę arbores sunt omnes arbores, buxum sambucum cum reliquis indicando, ergo omne crescẽs in orto est hęc arbor illa arbor ista arbor, & sic de aliis. Consequẽs est vnã cathegorica de disiuncto prędicato, iste descẽsus fit sub termino stante cõfuse tantũ disiũctim. Exẽplũ quarti, vt omnes arbores sunt multæ & istæ arbores sunt omnes arbores, suber, pirus, siler, & sic de reliquis, ergo hæc arbor, & hæc arbor, & sic de singulis, sunt multæ, cum signo collectiuo sic descenditur. descẽdens est vna cathegorica de copulato subiecto, & ob singularizationem partium totum est descendens, vti colles & monticuli sunt mõte humiliores. quilibet homo habet vnam animam, per ascendentes deprehendes & falsitatem huius Sortes est fortior homine, per descensum; ¶ Dices, non sequitur iste homo currit & iste homo currit, & sic de singulis, & isti sunt omnes homines, ergo omnir homo currit, patet. sint inter homies solum Sortes & Plato, & currãt hodie & eorum materiis & formis trãspositis fiant a & b crastina luce quorum vterq; non currat, tunc consequẽs cras est falsum, & antecedens verum, constantia est vera demõstrando Sortem & Platonem, isti sunt omnes homines, iste quatuor partes sunt omnes homines, & iste quatuor partes sunt Sortes & Plato, & ista particula & sic de singulis est vera secundum significationem quam hodie obtinet cum nihil annumerãdo amplectatur, verum secundum significationẽ quam crastina luce habebit nõ erit vera, postquam aliquod suppositum non demonstratum inuoluat, scilicet iste homo currit a demonstraudo. ¶ Pari forma hæc consequentia est nulla, omnis homo albus currit, & isti sunt omnes homines non albi, ergo iste homo nõ albus currit, & iste homo non albus currit, & sic de singulis. quia aliquo casu antecedens est verum, cõsequente falso, ponendo tres homines nigros hodie currentes, & confletur illa consequẽtia hodie crastina luce ipsis currentibus vnus eorum efficiatur albus, tũc illa singularis quę demonstrabit cras hominem qui erit albus erit falsa crastina die, itaq; consequens crastina die erit falsum, postquã est copulatiua cuius vna pars est falsa, & antecedens est verum, maior non reuocatur in dubium, & minor patet, isti sunt omnes homines qui non sunt albi, proinde sunt omnes homines non albi. ¶ Respõdetur, possunt hic esse tergiuersationes eo q̃ nõ vtaris eadem tempestate adequata in constantia & singularibus. ¶ Potes etiam aliter ponere constantiam, iste homo currit & iste homo currit, & sic de singulis. & omnis homo est iste homo vel iste homo & cætera, ergo om̃is homo currit, verum quia istæ instantię sunt rarissime ac inassuete, & potius in ascensu descẽsuq; propositionum veritates ac falsitates cribramus quam formalitatem vetus vtile medium explorande veritatis haud est negligẽdum, prisca constantia extra hasce nenias (vt par est) vtar, huiusmodi labruscas curiosi iuuenes ne vtterno torpeant explorare anxiæ possunt.

Dubitatur an idem est dictu & sic de aliis. & sic de reliquis. & sic de singulis, & quid valet vnumquodq; tale si equiualeant.

Respondetur, licet illa tria nõ sunt idẽ synonime grammaticæ loquendo, loquentes tamen communiter idem per illa tria & similia ob breuiloquium intelligũt, & sæpicule etiam vt minus verbosus fiam constantiam suppono. ¶ Accedendo ad difficultatem propositam dico, & sic de singulis tantum valet sicut omnia singularia non enumerata, si autẽ copulatiue conscendatur copulatiuam ex singularibus enumerandis valet. Si disiunctiuæ conscẽdas tum disiunctiuam ex suppositis cõputãdis valet, & ita de aliis duobus membris dicatur, verbi causa, si essent solũ quatuor pęni Hamilcar, Hasdrubal, Hãnibal, & hano, & sic ascenderes Hamilcar est carthaginẽsis, Hãnibal est carthaginensis & sic de singulis, illa particula valebit hanc copulatiuam Hasdru

bal est penus & Hano est penus. ¶ Ex isto pater, cum omnia supposita pro quibus terminus distribuitur formaliter supputantur, inane est illam particulam & sic de alijs superaddere. vt hic, quilibet in vestibulo est paruus, iste in vestibulo est paruus, & iste existens in vestibulo est paruus (duobus illic solum existentibus) tūc sic de alijs nullam singularem ponit, illic non vsurpat aptam significationem, quia imponitur ad reliqua colligenda, quæ illic ponuntur. & quia tediosum foret hipotheticam ex mille mēbris pro mille singularib⁹ efficere, impositū est vnum vocabulum omnia illa includens, interdum humanas vires transcenderet propositionē ex omnibus mēbris constituere. vt hic, quælibet pars continui est diuisibilis, in ibi infinitę singulares imbibuntur. hoc est si essent infinita pronomina demonstratiua cum suis singularibus quodlibet significatum ab alio distinctum sufficienter haberet, & tot sunt singularia in cōstantia, quia neutiq̄ in singularibus exuperabis constantiam, in constantia facile infinita supposita si sint inuoluis.

¶ Amplius dicitur sic de alijs, interdum valet copulatiuā, nonnunq̄ disiunctiuam, & multū ęquiuoce capitur. verum explicite numerata cum illa particula integram hipotheticam faciunt, quando hipothetice proceditur, si duo supposita supputentur, & remaneret precise vnum numerandum, tunc esset cathegorica, aut inutilis, vt quilibet meo in cubiculo est britannus, dando singulares pro duob⁹ explicite cum vnus precise est numerandus, scilicet Robertus valet hanc, iste meo in cubiculo (Robertum demonstrando) est Britannus. & sic de alijs vel alio. nec mirabere illam particulam & sic de alijs tā diuersummodi significare, quia sua significantia ex pręcedentibus est dependens, vt econuerso sequens hipotheticam hipotheticam sonat, cathegoricam hanc vel illā concomitans eius vestigia emulatur.

¶ Sequuntur descensus & ascensus regulę.

Prima.

In descēsu quinas regulas notato, quarum prima est. A pluribus determinatis respectu partium multitudinis in ordine ad vnam determinatā respectu totius ratiocinari caueto.



Pars multitudinis est termin⁹ singularis, tota vero multitudo terminus distribut⁹, defectu cuius hęc cōsequētia est nulla, caput iste homo habet, & caput iste homo habet, & caput iste homo habet, & sic de singulis. Ergo caput omnis homo habet, caput crebriter stat determinate in antecedente respectu terminorū singularium (vt cernis) & in consequēte stat determinate respectu termini distributi, & id rationis est, in consequēte denotatur vnum determinatum caput quem libet habere, in antecedente vero in qualibet singulari est verificatio pro alio & alio capite. Illę singulares inferunt hāc formaliter, a caput omnis homo habet, quia ratiocinando ad cōfusam respectu totius multitudinis, consequētia est bona. patet in ascensu copulatiuo. Ob eandem mendam non sequitur, terminus supponit extra hanc propositionem, & terminus supponit extra hanc propositionem. & sic de singulis. Ergo terminus supponit extra propositionem. verum istic est aliud mendum, quia determinatio accepta vnica. sed hoc in proposito obicem non pręstat. Etiam propterea non sequitur, animal iste homo est, & animal iste homo est. & sic de singulis. ergo animal omīs homo est. inferendum est, a animal omnis homo est. illę singulares illam formaliter inferūt. Nec sequitur nō vtroq; istorum locorum vēditur hoc piper demonstrādo Parisium & Romam, & non Parisij & Romæ venditur hoc piper. & sic de singulis. Ergo non vtroq; istorum locorum venditur piper. aut nō Parisius & Romę vēditur piper, quia discurritur a pluribus particularibus ad vnam. nec sequitur nō omnis homo est hoc animal, nec omīs homo est hoc animal. & sic de singulis. ergo non omnis homo est animal, semper idem mendum committitur.

Contra, bene sequit̄, homo iste asinus est, & homo iste asinus est. & sic de singulis. ergo homo omnis asinus est. ¶ Dicis solū materialiter sequitur, & non de forma, etiam si sequatur formaliter quando antecedens formaliter est impossibile, aut consequens formaliter necessariū nihil ad ꝓpositū, quia talis formalis illatio non erit peculiaris descēsui & ascensui.

Quocirca argumentor magis ad propositum, bene sequitur. Hominis iste asinus est

currẽs, & hominis iste asinus est currẽs, & hominis iste asinus est currens. & sic de singulis. Ergo hominis quilibet asinus est currẽs. ¶ Pariformia bene sequitur, homo cõtingenter nõ est hoc album, & homo contingenter non est hoc album, & sic de singulis. (capiendo contingens specialiter) ergo homo contingenter nõ est album, & tamen proceditur a pluribus determinatis ad vnam determinatam respectu multitudinis.

Respondetur, quãdo determinata formaliter equiualet confuse consequentia est bona, iste enim formaliter equiualent hominis quilibet asinus est currens, & a hoĩs quilibet asinꝰ est currens, habebunt eandem contradictoriam, ergo equiualent. Quando terminus distribuitur in ordine ad duos terminos quorum vnus stat determinate in obliquo & alter confuse in altero extremo, ad ipsum extremũ flectendus est oculus, hominis quilibet asinus ẽ currens habebit hanc contradictoriam, cuiuslibet hominis b asinus non est currens, quæ etiam cõtradicit huic, a hominis quilibet asinus currit, & hoc stipat ascensus valorem, cum illa determinata confuse tantum equiualeat.

¶ Ad secundam argumentationem dicitur, illa distributio cum determinata conuertitur, Idem enim est dictu. homo contingenter non est albus, & homo contingenter est albus.

¶ Contra ista argumentor, aliquo modo ascendendum est. & nullo modo nisi hoc repudiato, ergo bene ascendimus. ¶ Respondetur minor est falsa, primo a termino stante determinate ascendendum est. vti quinta post hoc regula reserabit. vt hoc animal omnis homo est, vel hoc animal omnis homo est & cætera. & post hac sub termino distributo. ¶ Secundo modo dicere solebamus, possimꝰ primo ascẽdere sub termino distributo ponendo relatiuum idemptitatis in omnibus sigularibus dẽpta prima vt denotetur talis verificatio in singularibus ꝓ vno supposito qualis denotatur in descensu, sic ascendas animal iste homo est, & idem animal iste homo est, & idem animal iste homo est & sic de singulis. modo hic sicut consequens est falsum ita est antecedens, nec absonum est a pluribus determinatis respectu partium multitudinis ad vnam determinatã respectu totius procedere quando ponitur relatiuum idẽptitatis, cũ in singularibus denotetur verificatio pro eodem.

Contra hoc argumẽtor, tunc iste ascẽdentes erunt sufficientes homo non ẽ hoc animal & idem homo non est hoc animal, & sic de singulis, ergo homo non est animal, & antecedens est verum, ergo & consequẽs. ¶ Negetur veritas antecedentis dabitur vna singularis falsa, pro qua prima singularis verificabatur, vt si sunt tres homines in mundo a, b, c solum Sortes Plato & Cicero, homo non est hoc animal quæritur pro quo illam verificabis pro a, tunc in vna descendente demonstrando a illa erit falsa. ¶ Contra casu tuo stãte quælibet singularis antecedẽtis est vera, prima enim verificatur ꝓ quolibet homine alio a Sorte vel a, immo ꝓ quolibet homine, quocunq; enim demonstrato hæc est vera, homo non est hoc animal. patet per sui contradictorij falsitatem, ergo verificatur pro quolibet illorum trium hominum, & quacunq; singulari data idem homo non est hoc animal, illa est vera, cum subiectum ẽ terminus communis. & supponit determinate pro omni illo ꝓ quo propositio antecedentis verificatur. modo ꝓpositio antecedentis pro pluribus verificatur. ergo hæc negatiua est vera de prædicato discreto. Item si essent præcise duo homines sortes & plato hæc est vera. homo non ẽ hoc animal demonstrando sortem, sed sic est hic, igit.

¶ Præterea aliter argumentor, aliqua pars cõtinui non est hæc pars, & eadem pars cõtinui non est hęc pars, & sic de singulis. ergo aliqua pars continui non est pars. antecedens est verum, & consequens falsum ¶ Etiam affirmatiue argumentor, non sequitur. aliquem asinũ iste homo videt. & eũdem asinum iste homo videt. & sic de singulis, ergo aliquem asinum quilibet homo videt. quia ponendo infinitos asinos ordinate (quorum quemlibet sortes videat. & plato quemcunq; primo asino dẽpto videat. & Cicero quemcunq; alium demptis duobus primis. et Guilermus quemcunq; asinum demptis primis tribus videat, et sic consequenter, dabitur antecedens verum consequente existente falso. Et patet aliter, sint infiniti asini et infiniti homines quorum quilibet habeat vnum asinum præcise. et quilibet homo quemlibet asinum videat dempto suo. hæc est falsa asinum quilibet homo videt. et ascendentes vere. nam asinum iste homo videt. et eundem asinum iste homo videt. sensus est. eundem quem primus homo videt secundus homo videt. et ista redditur vera ꝓ asino a tertio homine possesso. et tertia ascendẽs est vera, quia sensus eius est. eundem asinum quem primus et secundus vident tertius videt. et hoc est verum ꝓ asino a quarto homine possesso. et ꝓportionabiliter cuiuslibet alterius ascendentis veritas ostenditur, et pa

tet vlterius hic, homo est nõ iste homo, & idẽ homo est nõ iste homo & sic de singulis, ergo homo est non homo, vbi quælibet singularis est vera & ascensa falsa.

Pro horum argumentorum solutiõi-bus dicitur, oportet verificare primam ꝓpositionẽ pro vno discreto supposito, & contra hoc non currunt replicę, homo nõ est hoc animal verificetur pro sorte demonstrando platonẽ, cum demõstras sortẽ vna singularis erit falsa, similiter hic, aliqua pars continui non est hæc pars demonstrando vnam tertiã quæ verificabitur pro altera parte continui, hæc erit falsa. & eadẽ pars nõ est hæc pars demonstrando medietatẽ continui, quia per illam significatur medietatẽ cõtinui non esse alteram partẽ eiusdẽ, similiter aliquẽ equum quilibet homo videt in vltimo casu est falsa, & sic vna singularium, aliquẽ equum iste homo videt demonstrando sortẽ. quæritur pro quo discreto equo illã verificas & quocũq; demõstrato demonstrãdo dominũ illius equi dabitur singularis falsa, & sic non expugnatur illę antiquus modus ascẽdẽdi & descẽdẽdi. Poteris tñ clari⁹ & fortasse tuti⁹, a termio stãte determiate ꝑrimo ascẽdere aut descẽdere sicut dictum est.

Secunda regula.

Ne a cõfusa ad determinatam respectu multitudinis ratiocineris maximopere euita.



Vare non sequitur cuiuslibet hominis asinus non currit, ergo istius hominis asinus non currit, ratio regulæ est hęc, quia in antecedẽte importatur negatio non tamẽ ꝑ aliquo determinato supposito. In consequẽte vero sic, nec sequitur semꝑ homo non est animal, ergo iste vel iste homo & sic de singulis non est animal, si multitudo in consequẽte collatur nihil est impedimẽti, formalissime sequitur cuiuslibet hominis asinus currit, ergo istius hominis asin⁹ currit & cætera. In primo exẽplo sic descẽdes, ergo istius hominis asinus non currit vt dictio asinus stet confusę in descẽdẽtibus vti fecerat in descẽsa. pari forma in alijs facies. ¶ Contra hanc regulam possum ratiunculas litteræ præcedentis vibrare posthac etiam in regula sequẽti aliquas rationes adducemus q̃ hãc materiã explanabũt.

Tertia regula.

Quando est determinatio accepta nõ vnica distributiõe stipata nõ descẽdat ascẽdat ve sub determiabili primo. sed sub determiatiõe si cõfuse nõ steterit.

Patet regula, non sequitur alicuius speciei quodlibet indiuiduum est asinus, ergo alicui⁹ speciei hoc indiuiduum est asinus, & alicuius speciei hoc indiuiduum est asinus, & sic de singulis. nec sequitur a quolibet ente quodlibet differẽs est ens, ergo a quolibet ente hoc differens est ens, Sortem demõstrando. nec sequitur cuiuslibet hominis quilibet asinus ẽ asinus, ergo cuiuslibet hominis iste asinus est asinus, & cuiuslibet hominis iste asinus est asinus. & sic de singulis, casu quo quilibet homo haberet multos asinos, vniuersalis est vera. & quælibet singularis est falsa, quocunq; asino demonstrato ista est falsa cuiuslibet hominis iste asinus est asinus, quia demonstrando brunellum sortis, cum hac vera Plato est homo, infertur hæc falsa, Platonis iste asinus est asinus in darij, falsitas conclusionis est nota, cum brunellus a platone non possideatur, ascendẽdo tamen sub determinatione, nullum sequitur inconueniens, ratio erraui. In simili processu denotatur aliquid in consequente quod in antecedente minime significatur. Patet in his cuiuslibet hominis quilibet asinus currit, ergo cuiuslibet hominis iste asin⁹ currit, in consequente significatur quemlibet hominem habere asinum demonstratum & currentem, in descensa vero id non denotabatur, quia ad quẽlibet hominẽ habere asinum non requiritur quẽlibet hominẽ habere hunc asinum, & hoc quando copulatiue vel disiunctiue descenditur, si disiunctim tenebrosus est descensus, & manebit confuse tantum, patet cuiuslibet hois asinus qlibet asinus ẽ, ergo cuiuslibet hois iste asinus vel iste asinus qlibet asinus ẽ, & tale disiũctũ cũ ea particula & sic de singulis cõuertitur cũ termino sub quo descẽditur, ob breuiloquium (vti retulimus) vsquequaq; constantiam suppono, nisi vbi cõstantię negocium in particulari agitur.

¶ Dixi distributione stipata, ea abolita potes hic & illic ad libitum exordiri, vt hominis asinus currit, ergo hominis iste asinus currit vel hominis iste asin⁹ currit. Abbreuiat littera modum loquendi more artistarum de determinatione accepta non vnica, relinquẽs caudam accepta non vnica acceptione cum suo determinabili, vti in alijs q̃ in oĩm ore sunt vt dici de oi & dici de nullo prioristico & posterioristico, quare in calce suppositionem confusam excipimus paulomox inter argumentandum liquebit. ¶ Contra istud argumentor, aliquo modo descendendum ascendendumq; est, & non nisi modo excluso, igitur. ¶ Negas minorem (& bene), sic enim descendes cuiuslibet

hominis quilibet asinus est asinus, ergo istius hominis quilibet asinus est asinus, & istius hominis quilibet asinus est asinus. & sic de singulis similiter in alia. ℂ Cōtra determinabile nō accipitur pro tot in descendenti aliquo sicut in descensa, ergo male descendimus. ℂ Ad hoc mox paulo inter obiectiones generales regularum respondebimus. hic autem summatim loquimur.

Contra regulam cum praecedenti argumentor, ponendo in primis quemlibet habere praecise vnum asinum, & nullus sit onager non possessus, tunc haec est vera a hominis quilibet asinus quilibet asinus est, cum ex hac vera sequatur, quilibet asinus hominis quilibet asinus est, sic ꝙ obliquus hominis determinat secundum terminum asinus, & pdicatū istius ponatur a parte subiecti ī altera, veritas huius quilibet asinus hominis quilibet asinus est paret per ascensum, iste asinus hominis quilibet asinus est. & iste asinus hominis quilibet asinus ē, & sic de singulis, stante hypothesi cuiuslibet singularis veritas est lucida, ergo & illa vniuersalis quae alteri ęquiualet cum ex terminis synonimis eodem modo supponētibus integrentur, restat solum īprobare descēsum primordium a determinatiōe captando a hominis quilibet asinus quilibet asinus est, ergo istius hominis quilibet asinus quilibet asinus est, & isti⁹ hominis quilibet asinus quilibet asinus est. & sic de alijs modo quaelibet singularis est falsa. ℂ Forte dices oportet sic descendere a istius vel istius hominis. & sic de singulis, quilibet asinus quilibet asinus ē. ℂ Cōtra, hoc seruato redibit eadē difficultas adhuc descendēdo sub ly asinus determinabili quęlibet singularis erit falsa, a istius hominis vel istius hominis. & sic de singulis, iste asinus quilibet asinus est, quia est eadem falsitas sicut hic a hominis iste asinus quilibet asinus est.

Respondetur, nō possimus sub determinabili prīo descēdere nō solū ob deliriū dictū sed ob mēdū occultius a confusa ad determinatam respectu multitudinis caece procedimus, in descensa obliquus tam formaliter quā virtualiter stat confuse tantum, & in descendentibus effectualiter determinatae, idem enī est dictu a hominis iste asinus quilibet asinus est, & hominis iste asinus quilibet asinus est.

ℂ Vtrobiꝗ idem est determinationem stare confuse vel determinate respectu determinabilis stantis discrete qualitercunꝗ aliud extremum supponit. ℂ Contra istud argumentor. ergo nec licet a determinatione nec a determinabili descensum inchoare, hac enī via descēsus erit inutilis pro veritate aut falsitate habēda. ℂ Respondetur a praedicato inchoamentū descendendo sumemus, dicēdo a hominis quilibet asinus quilibet asinus ē, ergo a hominis quilibet asinus iste asinus est, & a hominis quilibet asinus iste asinus est. & tunc cum praedicatum stat discrete in valore determiatio stat determinate a parte subiecti, idem enim est dictu a hominis quilibet asinus iste asin⁹ ē, & hominis quilibet asinus iste asinus est, & cū a parte praedicati descenderis immediate descēdes vel ascendes a determinatione quae est terminus primo probabilis. Si enim a determinabili ante determinationem ascendas adhuc descendentes falsas descensamꝗ veram offenderes. ℂ Non ē indignum animaduersione quādo determinatio accepta non vnica supponit confuse tantum respectu alterius extremi distributi suo determinabili supponēte distributiue vel confuse tantum, inchoanda est probatio ab altero extremo distributo, verum si determinatio staret determinate ab ipsa prius īchoāda esset probatio iuxta regulam quam tractam⁹. At si determiabile determiate steterit ī ordie ad determiationē stāt ē cōfuse tantum respectu alterius extremi distributi, tunc pro libito inchoare vales a determinabili vel ab altero extremo distributo, conuenientius tamen a determinabili, cum est princeps vocabulum primordium capies. Istud exemplo degitur, a hominis asinus non est asinus, sic descendes, ergo a hominis iste asinus non est asinus, vel a hominis iste asinus non est asinus, & sic de singulis. postea sub determinatione, quia tunc virtualiter stat determiate vt iam iam diximus ℂ Contra istud argumētor, tūc in principali descensu a confusa tantum ad determinatā respectu multitudinis in valore discurritur, vt a hominis quilibet asin⁹ quilibet asinus est, ergo a hominis quilibet asinus iste asinus est, & per consequens haec consequentia erit bona, a animal omnis homo est. ergo animal omnis homo est, & regula praecedens ruinosa basi innititur. ℂ Respōdetur, littera p̄cedens non propterea baculo arūdineo innititur sed fundamento non instabili, non enī inconuenit a determinatione cōfusa ad determinatam transire quando alterum extremū stat discrete quemadmodum in proposito contingit, secus est in his reiectis cuiuslibet hominis asinus non est asinus, ergo istius hominis asin⁹ non est asinus, a homo non est animal, ergo homo non est animal

ℂ Liquidum est ex praedictis hanc illationem

esse inualidam a hominis quilibet asinus qui/
libet asinus est, ergo a hominis asinus quili/
bet asinus est, licet discurratur a distributo ad
non distributum, cernis antecedens verum &
consequens falsum, illius mendum nundum
est difficile cognitu, a confusa ad determina/
tam respectu multitudinis itur, hominis in va
lore in consequente supponit determinate, &
confuse tantum in antecedente, tam in forma
quam in valore, in affirmatiuis saltem idem
est determinationem respectu determinabilis
supponentis determinate stare confuse aut de
terminate siue alterum extremum distribui/
tur siue non. Ex his vtcunq; secundam regu/
lam cum tertia intelligere potes.

Quarta regula.

Quando est determinatio accepta vni ca acceptione formaliter eam ve redo let, determinationis ascensum vel de scensum haud tangito (immobiliter ei supponit) at sub toto argumētaberis.

Si enim determiatio accepta
vnica acceptione cum suo determi
nabili perinde ac si esset vnus termi
nus simplex, quilibet oculus schite
est flauus accipitur ac si esset vnus terminus in
complexus similiter captus, vt a supponens ꝓ
oculo schite, quod non contingit quando est
determinatio accepta nō vnica, vt hic cuiusli
bet hominis asinus currit, per nullam vnam
suppositionem cognoscetur illius veritas aut
falsitas, licet determinatio ita cito concipiatur
sicut determinabile in mēte, pro nunc non re
fert, satis est in voce procedere, determinatio
nis accepte vnice partem minus principalem
descendendo aut ascendendo non attingas,
sed sub toto procede, non sequitur differēs ab
isto ente est ens, & differēs ab isto ente est ens,
& sic de singulis, ergo differēs ab ente est ens,
hic autem suppositio totius aggregati varia
tur, in quo a superiore ad inferius affirmatiue
& sine distributiōe transitur, nec sequitur. om
ne differens ab animali est non animal, ergo
omne differens ab hoc animali est non animal.
licet hic a superiore ad inferius ex parte deter
minationis procedatur, alius error surrexit,
itur ab inferiore ad superius cum superioris di
stributione, differens ab hoc animali est supe
rius ad differens ab animali siquidem omne
differens ab animali est differens ab hoc ani/
mali, & non conuertitur, & propter similem
errorem non sequitur omne animal differens
a bruto est homo, ergo omne animal differēs
ab hoc bruto est homo, nec sequitur, omne a
nimal praeter hominem est brutum, ergo om
ne animal prçter istum hominem est brutum,
cum proceditur ab inferiore ad superius cum
superioris distributione, animal praeter homi
nem ē terminus inferior ad istum terminum
animal praeter istum hominem. Similiter Sor/
tes non differt ab homine, ergo Sortes nō dif
fert ab isto homine, & Sortes non differt ab i
sto homine, & sic de singulis. respectu praedi/
catorum proceditur ab inferiore ad superius
cum superioris distributione. Sed hic quispiā
diceret descensum esse validum modo erra/
tum praecedens euitetur seruando determina
bile eque restricte in descensa & descendenti/
bus imponendo signa restrictiua de nouo. In/
terdum hunc descensum disiunctum tangi/
mus, & hoc bipharium. vno modo ponendo
terminum sub quo descenditur cum disiun/
cto singularium. Alio modo non ponendo il
lum terminum communem, verum hic descē
sus est tenebrosus & nullius propositionis ve
ritatem falsitatem ve rimatur, sed omnia te/
nebrosiora facit. ¶ Potes adhuc facilius dice/
re, vbi determinatio accepta vnica equiualet
determinationi acceptç non vnice phas est de
scendere secūdum naturam suppositionis, vt
Sortes differt ab ente equiualet huic sortes ab
omni ente differt, Sortes est fortior homine,
Sortes quolibet hoīe ē fortior, hic copulatiue
descēdere potes, & in cōtradictorijs disiūctiue,
& illic capit apparētia varie suppositiōis in de
terminatione accepta vnica, asinus hominis
currit equiualet huic hominis asinus currit, &
per consequens nullus asinus hominis currit
equiualet huic nullius hominis asinus currit,
verum quia innumere trice hac in materia oc
currunt satius est talem descensum immobi/
lem cum littera reputare, & veritates per tota
lia extrema & non partes venari, Sortes vidēs
omne sydus est homo est falsa, quia subiectū
non supponit, ob eandem causam negatiua ei
contradicens est vera. Si inferas Sortes omnē
stellam videns non est homo, ergo Sortes hoc
austrum videns non est homo, demonstran/
do, arcturum & sortes hanc stellam videns nō
est homo, demonstrando boetem, nunquid in
sulse inferis, cum illum descēsum immobilem
ꝓtuli, & a solido veritatis portu te in procello
sum fretum eijcis. Similiter non sequitur, ho/
mo est non iste homo & homo est non ist ho/
mo. & sic de singulis, ergo homo est non ho/
mo, etiā ponēdo signū a cauēdo ne regulç pri
mç obuiā eatur, nō hō in cōsequendo redolet

ens quod non est homo, & sic determinationē acceptam vnita acceptiōe sapit, nec sequitur a homo est iste homo & a homo est iste homo & sic de singulis. ergo a homo est omnis homo hoc complexum omnis homo vnum extremum tantum redolet sicut ens quod ē omnis homo. Illæ singulares aliam formaliter inferunt, vt posthac in argumentationibus latius dicere proponimus.

Quinta & finalis in hac parte regula.

Quando voculam determinatam respectu distributionis offendes descensum a determinata auspicaberis, ascensum sub vocabulo distributo in ordine ad confusam tantum subibis, hac ei manerie enunciationes abnuendas a concedendis exploraueris.

Patet prior pars, caput omnis homo habet, ergo hoc caput omnis homo habet, vel hoc caput omnis homo habet, & sic de singulis, quia descēdētes sunt disiunctiua falsa hanc falsam & abnuendam inuenis. ¶ Eadem via harum falsitates cognosces, animal omnis homo est, aliqua pars magnitudinis & minor parte magnitudinis, aliqua pars magnitudinis est maior parte molis, quando vis sophistice hasce verificare ascēsum sub termīo distributo primo temptaueris, propositiones ergo respuendas per regulæ priorem partem praepropere inuenies. ¶ Regulę posterior pars patet, omnis homo habet vnum caput per suas singulares depręhendimus. iste homo habet vnum caput, & iste homo habet vnum caput & sic de singulis. qualibet parte magnitudinis dabilis est vna pars minor, quilibet asinus hominis quilibet asinus est, in casu tertię regulę, a hominis quilibet asinus quilibet asinus est, a hominis quilibet asinus quilibet asinus non est, a hominis quilibet asin⁹ a quolibet asino differt, a hominis qlibet asinus a nullo asino differt, ascendendo sub prædicatis duarum primarum eas veras esse cognosces, duas vero posteriores p ascensum sub ablatiuo depręhendes. ¶ Cæterum nouissimo loco nota distributiones ante descensum disiunctum auferendas. Nēpe suppositio confusa tantum est terminus vltimo probabilis, ostenditur paradigmate, cuiuslibet hominis asinus non currit, primo probabitur ratione termini hominis, posthac ratione prædicati distributi, quibus ademptis suppositio confusa tantum est ablata, & nouo antea confusa stat determiāte sub qua impune licet disiunctiue procedere.

Suppositio cōfusa quando equiualet determinate.

Cæterum quādo determinatio distribuitur respectu determinabilis discreti non refert aliud extremum stare determinate aut confuse tantum.



Iste enī equiualent cuiuslibet hominis brunellus est currēs, & cuiuslibet hominis brunellus est b currens, neutra harum potest esse vera nisi brunellus a quolibet homine possideatur, & currat, & tunc vtraq; est vera. Et ex illo sequitur has equiualere a hominis brunell⁹ nō est currens & hominis brunellus non est currens, patet. secunda negatiuarum priori affirmatiue contradicit, & posterior posteriori, infallibile est hoc medium duæ propositiones equiualent, ergo earum contradictorie equiualent. ¶ Insuper altero extremo non distributo idem est vtrobiq; determinationem stare confuse tantum aut determinate. sæpius has equiualere dicimus. hominis quilibet asinus currit, & a hominis quilibet asinus currit. ¶ Et idem est iudicium de ipso determinabili vt ipsum stet determinate vel confuse tantum modo aliud extremum nō distribuatur vt cuiuslibet hominis asinus non est brunellus, cuiuslibet hominis b asinus non est brunellus. Illic suppositio confusa tantum ipsius determinabilis suppositioni determinate simpliciter equiualet, patet per earum cōtradictorias, & probatur istud. Idem est vtrobiq; determinationem stare confuse aut determinate respectu sui determinabilis qualitercunque supponentis & contra, vt in contradictionibus a nobis est relatum, quia determinatio non distribuitur in ordine ad suum determinabile nec contra, ergo vbi non est error respectu alterius extremi distributi simpliciter erit equipollentia, Idem est dicendum de relatiuo & suo antecedente, iste namq; equiualent, quodlibet risibile & aliud risibile sunt currentia, quodlibet risibile & b aliud risibile sunt currentia, sicut & iste risibile & quodlibet aliud risibile sunt currentia, a risibile & quodlibet aliud risibile sunt currentia, & ratio

huius ē, nam prius ascendimus descēdimusq; sub antecedēte quam relatiuo sicut sub determinatione ante determinabile, sub his cōmuniter fit probationis inchoamētum. Ex his patet has equiualere a hominis brunellus quilibet asinus est, & hominis brunellus quilibet asinus est.

Contra ista argumentor, ergo hæc est bona consequentia, cuiuslibet hominis asinus non est brunellus, ergo cuiuslibet hominis b asinus non est brunellus, & sic a confusa ad determinatam respectu multitudinis ē bona cōsequentia & formalis vltra impossibilitatem antecedentis formalem, aut consequentis formalē necessitatē, contra vnā regulā assignatā.

Cōceditur illatum, bene sequitur a homo est non animal, ergo homo est nō animal, a homo est oē album, ergo homo est oē albū.

Secundo argumentor, iste nō equiualent cuiuslibet hominis & hominis brunellus ē brunellus, cuiuslibet hoīs & b hoīs brunellus est brunellus, & tamē determinabile stat discrete, igitur. q̄ nō equiualēt patet. opposito dato haberēt eādē contradictoriā cū nihil aliud desit ad cōtradictionē requisitū, cōsequēs est falsum, nā posito casu q̄ solū sint sortes & plato brunellū copulatim possidēres, iste sunt ambe vere cuiuslibet hoīs & hoīs brunellus est brunellus, a hominis & cuiuslibet hominis brunellus non est brunellus.

Respōdetur, regula intelligit totali determinatione supponente confuse tantum, q̄ admodum non est in proposito.

Contra descēsum & ascēsum generatī paululū instabimus quatenus melius intelligatur. In primis, nō sequitur cuiuslibet hoīs iste asinus nō est currēs, vel cuiuslibet hoīs iste asinus nō est currēs. & sic de singulis, ergo cuiuslibet hoīs b asinus nō est currēs, & tamē est ascēsus disiunctiuus sub termino stāte determinate, ergo dicta nulla. maior patet, antecedēs est verū in casu quo cōsequēs est falsum, sint ei in specie humana solū sortes & plato, quorū vterq; binos possideat asinos, aselli sortis currant platonis nidibilibus quiescētibus, antecedēs verificat demōstrādo asinos quiescētes, falsitas cōseqn̄tis p̄ veritatē sui cōtradictorij patet. ¶ At fortasse dicis, oportet inchoare ascensum sub termino stāte determinate nisi determinatio accepta nō vnica acceptiōe immediate præcedat, sed tunc inchoamētū cōscēdēdi a determinatione capere operepreciū est, addēdo relatiuū idēptitatis termino stāti determinate. ¶ Contra, tūc hæc illatio erit bona istius hoīs b asinus nō est currēs, & istius hoīs idē b asinus non est currēs &c. ergo cuiuslibet hoīs b asinus non ē currēs, antecedēs erit verū in prima singulari platonē demōstrādo, quæ verificatur p̄ brunello platonis, & postea veniēdo ad sortē q̄libet singularis erit vera, vt patet per relatiuū idemptitatis.

Respōdetur, hæc negatiua est falsa, cuiuslibet hoīs b asinus nō est currēs, patet per sui cōtradictorij veritatem, nec valet ascēsus assignatus sub determinabili primo stante determinate respectu determinatiōis distribute quādo prædicatū distribuitur, nec sub determinabili primo ascēdes nec sub determinatione addēdo relatiuū idēptitatis determinabili stanti determinate, primordiū ascēdēdi capies a determinatiōe sicut in suo cōtradictorio nō addēdo relatiuū idēptitatis determiabili accepto determinate, sic ascēdes istius hoīs b asinus nō est currens, & istius hoīs b asinus nō est currēs, ergo cuiuslibet hoīs b asinus nō est currēs & sicut cōseq̄ns est falsum, sic eius antecedens ex p̄ parte in qua sortes demōstrat. Nec incōuenit a pluribus determinatis respectu partiū multitudinis ratiocinari q̄n determiabile accipit pluribus determiatis ad singularia determinatiōis relatis. Eapropter sub determiatione ascēdēdo p̄termitte relatiuum idēptitatis, aliog determiabile denotaret habere vnicā determinatā tātū. ¶ Vel sic sub alijs verbis, (& in idē redit) nō incōuenit discurrere a pluribus determinatis quādo terminus respectu cuius p̄redit stat determiate in ātecedēte respectu termini distributi sicut in cōseq̄nte. ¶ Dicitur vniuersaliter ascēdēdū descēdēdūq; opposito modo ad termios in affirmatiua, vt facimus hic nō vterq; hō currit, nō oē aīal fuit in archa Noe, opposito modo ad distributionē p̄ generibus singulorū. ¶ Tertio dicit, nō p̄cedit a pluribus determinatis respectu partiū multitudinis &c. quū determiabile nō respiciat suā determiationē sicut in cōtradictorijs retulimus, secus est ascēdēdo sub prædicato primo.

Secundo respōdetur ad rationē, potes capere relatiuū idēptitatis in oībus singularibus p̄ asinis possessis ab vno hoīe, vt cuiuslibet hoīs b asinus nō ē currēs, istius hoīs b asinus nō ē currēs sortē demōstrādo, & istius hominis idē asinus nō est currēs, postea oportet adire alium hominem scilicet platonem dicēdo & istius homīs asinus nō est currēs, capiendo relatiuū idēptitatis pro asinis eius solum,

quia hoc denotabatur per illã vniuersalẽ, cu-
iuslibet hominis b asinus non est currens.
¶ At fortasse dicis hanc, hominis quilibet asi/
nus est currens inferre hanc falsam a hominis
quilibet asinus est currẽs a determinata ad cõ
fusam caeteris paribus, arguitur a propositio
ne habente pauciores causas veritatis ad pro
positionem habentem plures, falsitas conseq̃n
tis patet, bene sequitur, a hominis quilibet asi
nus currit, ergo a hominis iste asinus currit, &
a hominis iste asinus currit, & sic de singulis,
consequens est falsum, & sequela patet, cum
determinatio stet confuse tantum. videtur ꝙ
ab ea nõ exordiemur descensum ascẽsumve.
¶ Respondetur. consequentia illata est bona,
a hominis quilibet asinus est currens est vera
ex priore sequens, sed nego descensum sub ter
mino asinus primo. cum praedicatum non di/
stribuitur idem est determinationẽ stare con/
fuse tantum, & determinate, & sic primo sub
ea probationem capies.

Secundo argumentor, non sequitur.
gratia formę, iste hõ currit, & iste homo currit
& sic de singulis. & isti homĩes sunt omẽs ho-
mines, ergo omnis homo currit, & tamen est
ascensus, ergo ascensus non est consequentia
bona. patet illam non esse formalem, procedi-
tur a non distributo ad distributum.

Respondetur negando argumentum
esse a non distributo ad distributum equiua-
lenter, cum omnia supposita termini distribu
ti capiuntur in antecedente. ¶ Secundo, ad rẽ
dico, stat dare aliquas consequẽtias formales
ratiocinando a non distributo ad distributũ,
patet in ratione assumpta. ¶ Secundo, hoc ip/
sum patet sic argumentando, tantum animal
omnis homo est, ergo animal omnis homo ẽ.
¶ Tertio, adhuc instaſ, si homo currit animal
currit, ergo si omnis homo currit animal cur-
rit. ¶ Quarto sic, bene sequitur Sortes ab ho/
mine non differt, ergo Sortes non differt ab
homine.

Tertio argumentor, non sequitur iste
homo iste homo est, & iste homo iste homo ẽ
& sic de singulis continue demonstrando, idẽ
a parte subiecti & a parte praedicati, ergo om
nis homo omnis homo est, & tamen est ascẽ-
sus, igitur. consequentiae malitia patet, an/
tecedens est verum, & consequens falsum.

Respondetur, concedendo non sequi
tur. nec bene ascenditur, non est error simul a-
scendere sub duobus terminis, sed quia nõ de
monstrantur omnia supposita taliter qualiter
per distributionem denotatur, per vniuersa/
lem significatur, Sortes omĩs homo est, & Pla
to omnis homo est, & sic de quolibet homine
denotatur ꝙ omnis homo est, oportet igitur
demonstrare Sortẽ in prima, & ipsum demõ
strare a parte vtriusq; extremi, & postea subie
cto eodem demonstrato oportet demonstra-
re omnes homines in mundo a parte praedica
ti, & postea oportet demonstrare Platonem a
parte subiecti, monstrando omnes a parte prę
dicati. & ita cum quolibet a parte subiecti qui
libet homo a parte praedicati demonstretur.
¶ Contra hoc argumentor continue demon
strando idem a parte subiecti & praedicati de-
monstrantur omnes homines, & extrema di/
stribuuntur solum ꝑ hominibus, ergo in pri/
mo ascensu demonstrantur omnia supposita
extremorum. ¶ Forte dicis (sicut dicendũ est)
licet demonstrentur omnia supposita, non ta
men taliter qualiter per distributiones in vni-
uersali denotatur. ¶ Cõtra, illę singulares suf-
ficienter inferũt aliquam vniuersalem, & nul-
lam nisi hanc, omnis homo omnis homo est,
ergo illam inferunt. ¶ Negatur minor. immo
istam omnis homo est ipsemet vel ipsamet in
ferunt. ¶ Forte dicis, quęlibet singularis istius
omnis homo est ipsemet, equiualet vni singu
lari istius. omnis homo omĩs homo ẽ, & ecõ/
uerso, ergo habebunt penitus easdẽ singula/
res. ¶ Quicquid sit de consequentia, nego an-
tecedens pro secunda parte, scilicet econuerso
iste homo est iste homo demonstrãdo diuer/
sa a parte subiecti & praedicati, quae est singu
laris huius, omnis homo omĩs homo est, nul-
li singulari alterius equiualet. Et eodem modo
soluunt talia argumenta, isti hoĩes sunt duo
homines, demonstrando duos homines, & i-
sti homines sunt duo homines, demonstran/
do alios duos. & sic de singulis duobus, ergo
omnes homines sunt duo homines, antece/
dens est verum. & consequens falsum, quia li
cet ego demonstrem quemlibet hominem in
mundo, non tamen capio sufficientes singula
res ex parte subiecti distributi, subiectum di/
stribuitur pro duobus, pro tribus, pro quatu/
or, pro quinq;, proinde oportet tales singula/
res accipere. Et similiter hic, iste propositiones
non sunt vere, & iste propositiones non sunt
vere. & sic de singulis (semper demonstrando
duas contradictorias), ergo nullae propositio
nes sunt verę, antecedens est verum & conse
quens falsum. licet quaelibet propositio sit de
monstrata, non tamen demonstratione suffi/
ciẽti, necessum est capere omnia singularia ꝑ
quibus subiectum est verificabile. oportet igi
tur demonstrare tres propositiones veras, du/

as veras, quatuor veras, quia pro illis subie/ctum distribuitur, semper considerabis natu/ram suppositionis proportionabiliter ad eam ascendens, vt capta ista omnis homo est ani/mal & econuerso, si econuerso dicat couersio nem simplicem demonstrabis omnia suppo/sita brutorum (vti in vna ratiuncula posthac dicemus) quia illa denotat om͂e animal eē ho minem.

Quarto argumentor, nō sequitur iste homo currit, & ista homo currit. & sic de alijs, ergo omnis homo currit. & tamen est ascēsus ergo ascensus non est bona consequentia. maior patet. quia ponēdo quatuor homines cur rere, antecedens est verum. quia dicēdo & sic de alijs ibi hominibus inclusi stat determina/te, vel capiendo substantiua propria nomina in idem redit.

Respondetur, superius explicuimus quid valeat haec particula & sic de singulis. Et ex illo sequitur. haec consequentia nihil valet. iste homo currit & iste homo currit. & sic de singulis. ergo omnis homo currit, quia inter/dum ita erit sicut significatur per antecedens quando non ita erit sicut significatur per conse quens, quia totum antecedēs praecise comple ctitur copulatiuam compositam ex omnibus singularibus inferioribus nunc ad istum ter/minum homo, & si duo homines nascantur q̄ non currunt. antecedens erit verum. & conse quens falsum. ¶ Cōtra hoc argumētor, si an/tecedens esset verum & consequens falsum, hoc maxime esset in casu posito, signando cē tum vel mille singularia, ponendo vltra hoc aliquos nasci. Sed contra, quādo tūc sunt mil le homines cum illis duobus. illa particula & sic de singulis includit copulatiuam ex omni bus illis compositam, ergo tunc antecedens erit falsum sicut & consequens. ¶ Responde/tur, antecedens significans secundum signifi/cationem secundum quam termini nunc ca/piuntur, erit verum quando consequens erit falsum, & hoc sufficit ad malitiam consequen/tiae. Sed bene verum est illo tempore quo cō sequens est falsum, si capiantur omnia singu/laria subiecti consequentis antecedens erit fal sum. Ex toto hoc argumento patet. debemus sic ascēdere iste homo currit & iste homo cur rit & ista homo currit, & sic de singulis. & isti homines sunt omnes homines, ergo omnis homo currit, ponendo constantiam partē an tecedentis, an haec constantia cathegorica in sensu (quem facit) sit vniuersalis paulo antea est a nobis relatū. Ast quando disiūctiue ascē dimus sic de singulis disiunctiuā includit, sed si iste terminus singulis haberet pro substan tiuo terminum sub quo ascenditur. consequē tia est bona & formalis, siue capiantur singu laria in supponendo tantum, siue in supponē do & significatione simul.

Quinto argumentor, nō sequitur om ne ens est, ergo hoc ens est, & hoc ens est, & sic de singulis. & tamen ibi est descēsus. igitur. mi nor patet, & probatur maior, quia antecedēs est necessariū, & consequens contingens, ista est necessaria omne ens est, quia equalet huic aliquod est ens, quae sequitur ex hac deus est, ergo ipsa est necessaria, contingentia conseq̄n tis est nota de se, & idem patet hic secundum Aristotelē, om͂is homo est animal, ergo iste homo est animal, & ista homo ē animal & sic de singulis.

Respondetur pro materia argumenti, argumētando ab vniuersali affirmatiua, vel ab indefinita affirmatiua ad singulares eius si ne constantia non valet argumentum, sed ag gregatum ex constantia & vniuersali vel in definita debet esse antecedens, hoc est copula tiua ex descensu & constantia. Ad formam ergo argumenti concedo non sequitur, om͂e ens est, ergo hoc ens est & hoc ens est, & sic de singulis, & nego eum esse descensum, quia oportet capere constantiam cum descēsu pro totali antecedente, vbi antecedens erit contin gens propter contingētiam constantiae, & eo dem modo de exemplo Aristotelis dicatur.

Pro tota materia pono propositiones

¶ Prima propositio, discurrendo a superiore ad inferius negatiue cum distributione supio ris nō est opus constantia, bene enim sequitur nullus homo currit, ergo iste homo non cur rit, & iste homo non currit, & sic de singulis, hoc patet oppositum consequentis repugnat antecedenti, iste homo currit vel iste hō cur/rit, cum antecedente copulatiuam impossibi lem constituit. Sed si teneamus ad bonitatem descensus requiritur q̄ econtrario valeat ascē sus non esset bonus descensus & sufficiens, sed esset bona consequentia, sed hoc est contende re de nomine vti in primordio retulimus.

¶ Secunda propositio sequens ex hac est, pro cedendo ab inferiore ad superius disiūctiue & affirmatiue non est opus constantia, bene enī sequitur, iste homo currit, vel ista homo cur/rit, & sic de singulis, ergo homo currit, proba tur ex opposito consequentis sequitur oppo situm antecedētis per primam propositionē, ergo haec consequentia est bona, & habetur secunda propositio. ¶ Tertia propositio est,

a superiore ad inferius affirmatiue cum distributione superioris sine constantia nō valet cōsequentia, hoc patet ex principali argumēto. Et ex illo iterū sequitur, disiūctiua cōposita ex cathegoricis negatiuis nō infert propositionē particularem negatiuā. quia ibi proceditur ex opposito ad oppositum. ¶ Quarta propositio hęc consequentia nihil valet. iste homo nō est animal, & ista homo non est animal, & sic de singulis, vt sic de singulis cōpleat copulatiuā compositam ex omnibus cathegoricis negatiuis respōdentibus subiecto huius omnis homo non est animal, vel huius homo nō est animal (quod pro eodem accipio) ergo omnis homo non est animal. Illationis infirmitas patet, quia antecedens secūdum Aristotelem est cōtingens, & consequens impossibile, immo secundum veritatē ita erit sicut significatur per antecedens dehinc ad treecentos annos, & non ita sicut significatur per consequens. ¶ Et ex illo sequuntur propositiones, quarū prima & quita in ordine est hęc, hęc cōsequētia nulla est homo est animal, ergo iste homo est animal, vel ista homo est animal. & sic de singulis. hoc patet quia hic ex opposito consequentis ad oppositum antecedētis discurritur. ¶ Sexta propositio, ista copulatiua est possibilis, iste homo non est animal, & ista homo non est animal, & sic de singulis. & omnis homo est animal, probatur propositio, non sequitur iste homo non est animal, & ista homo non est animal. & sic de singulis. ergo null⁹ homo est animal, per quartam pręmissam, quia oppositū consequētis non repugnat antecedenti. sed oppositum consequentis est homo est animal, & cū quocunq; stat vnum ęquiualens, reliquum stabit. at omnis homo est animal ęquiualet huic homo est animal. ex dictis in materijs, ergo cum antecedente stabit. ¶ Septima propositio, aliquis homo est animal, & iste homo nō est animal, & iste homo nō est animal, & cętera. probatur propositio capiendo oppositum consequētis quod nō sequitur ex priore parte more propositionis pręcedentis. ¶ Octaua ꝓpositio aliqua vniuersalis est necessaria secūdum Aristotelem, cuius quęlibet singularis est contingēs, hoc patet de hac omnis homo est animal, & suis singularibus. ¶ Nona ꝓpositio ex hac sequens est, aliqua vniuersalis est impossibilis cuius quęlibet singularis est contingēs. patet de hac. nullus homo est animal cum suis singularibus. ¶ Decima propositio est, aliqua vniuersalis est contingens cuius quęlibet singularis est impossibilis, patet de hac omne animal in aula est asinus (summulistis solum existentibus in aula) ista vniuersalis potest esse vera, & potest esse falsa. ergo est cōtingēs, & quęlibet singularis impossibilis, demonstrādo Sortem summulistam hęc est impossibilis, hoc animal in aula est asinus. ¶ Vndecima propositio, aliqua vniuersalis est contingens cuius quęlibet singularis est necessaria, probatur. hęc est contingens nullum animal in aula est asinus. & tamen quęlibet singularis ei⁹ est necessaria, hoc animal in aula non est asinus, demonstrando Platonem conuertitur cum hac Plato non est asinus, cuius necessitas claret per impossibilitatem sui contradictorij. Ex omnib⁹ his tamen non oportet ex possibili sequi impossibile vel ex necessario cōtingēs. ¶ Duodecima, aliqua vniuersalis ab aliquo est scita, cuius nulla singularis est ab eodem scita. probatur, ego scio hanc omnis homo existens Romę est Romę, & quacunq; singulari mihi proposita ipsa est mihi dubia iste homo existēs Romę est Romę demonstrando Clementem sextum est mihi dubia. ¶ Et ex hac ꝓpositione sequitur, aliquā vniuersalem scio esse falsam & quamlibet singularem eius dubito esse falsam. vt patet de contraria vniuersalis datę & singularib⁹ eius nec propterea sequitur aliquam consequētiā esse bonam a me scitam esse bonam cuius antecedens est scitum & consequens dubium, quia haec consequentia est nulla. omnis homo existens Romę est Romę. ergo iste homo existens Romę est Romę demonstrādo summū pontificem. & si capias hanc, omnis homo existēs Romę est Romę. & isti homines sunt omnes homines existētes Romę. ergo iste homo existens Romę est Romę. cōceditur consequētia, sed quēadmodum consequēs est mihi dubium, ita est antecedens pro cōstantia ¶ Tertiadecima ꝓpositio, aliqua vniuersalis est falsa cuius quęlibet singularis est vera, & ecōuerso hoc patet capiēdo istā, omnis propositio vniuersalis est falsa, ista semper est falsa & se falsificans, & facile est dare omnes singulares eius veras. Secunda pars potest dari in eisdem.

¶ Quartadecima ꝓpositio, extra insolubilia est aliqua indefinita vera, quæ nullam habet singularem veram in propria forma, patet de hac tantum animal est homo, quæ est vera, & ista est falsa tantum hoc animal est homo quocunq; demōstrato, idem patet de hac a homo nō est animal. ¶ Vltima ꝓpositio est, aliqua vniuersalis potest esse vera extra insolubilia cuius nulla singularis de pronomine demonstratiuo aliquid demonstrāte potest esse vera, hoc patet de hac nullum ens demonstratur, quę potest esse vera, & tamen hoc ens non de

monstratur, nō potest esse vera, & nulla similis singularis aliquid demonstrando, sed videt̃ quęlibet singularis eius potest esse vera, saltē huius nulla creatura demōstratur, quia de sorte facio hanc consequētiam, sortes non demōstratur, ergo hoc non demonstratur hæc consequētia est bona, & post mortem sortis videtur consequēs esse verum sicut antecedēs, qapropter desitionem sortis non oportet consequēs desinere esse propositionē singularē, quāuis desinat esse singularis alicuius vniuersalis, sed gratia argumenti do nullam talem posse esse veram, non propterea sequitur, ex vero sequitur falsum, quia quamprimum singulares erunt false, antecedēs quod est propositio vniuersalis negatiua erit falsum. Eodē modo potes hic procedere omne non demonstratum est non demonstratum cum sigularibus eius.

Sexto argumentor, non sequitur, a homo non est animal, & isti homines sunt om̄es homines, ergo iste vel iste vel iste homo & sic de singulis non est animal, & tamē est descensus, igitur. maior patet, quia antecedēs est verum & consequens falsum.

Respondetur concedendo maiorem, negata minore, quia proceditur a suppositiōe confusa tantum ad determinatam contra regulam in fronte huius materię notatam.

¶ Contra hoc non tollit argumentum, nam animal in ista omnis homo est animal supponit confuse tantum, & in singularibus determinate. ¶ Forte dices (sicut dicēdum est) non est inconueniens ratiocinari a suppositione cōfusa tantum ad determinatam deleta multitudine, sed cum termino distributo inconuenit, quapropter oportet sic descendere in præsentiarum a homo non ē animal, & isti homines sunt omnes homines, ergo a iste vel iste vel iste homo non est animal, & illa consequētia est bona & consequens verum sicut antecedens. ¶ Contra hoc argumentor, iterum illud disiunctum supponit confuse tantum, & habet plura supposita, ergo sub ipso potest fieri descēsus, & sic in infinitum, quod est inconueniens, vel disiunctiue descēdes, & habebo intē tum. ¶ Respondetur, illud disiunctum stat cōfuse tantum, & nulla est repugnātia quin possumus sub illo descendere & sic in infinitum, quia equalis est ratio dare descensum in vno disiuncto & in aliis. Et ita sub prædicato huius omnis homo est animal. Sed vidēdo finē descēsus & ascēsus quando disiunctum est cōpositum ex terminis singularibus ibi quiescendum est, quia veritatem non habebis lucidiorem, sed ambulabis in tenebris. ¶ Cōtra hoc argumentor, possumus descendere sub subiectis istarum sortes vel plato non est homo, oē quod ē sortes vel plato vel cicero est animal, ergo solutio nulla. ¶ Respondetur, quādo disiunctum stat pure determinate vel confuse & distributiue vt omnis homo vel asinus est asinus, possimus bene descēdere, & status erit in singularibus simpliciter, sed quando stat confuse tantum ibi quiescēdēdum est. ¶ Contra hoc argumētor, quando deuentum est ad terminos singulares ibi non est status, ergo solutio nulla, antecedēs patet, sub termino singulari potest fieri descensus, & non est potior ratio sub vno termino singulari, quam sub alio, ergo sub quolibet termino singulari potest fieri descensum. assumptū probatur, capiendo hāc iste homo currit, ibi ille terminus homo supponit discrete, & sub ipso valet descensus, qđ patet, sub quolibet termino supponente determinate habēte plura supposita potest fieri descensus disiunctiuus, ille terminus in præfata propositione est huiusmodi, quia est subiectū propositionis indefinite secūdum dicta in substantia & quantitate propositionis tenendo partem propositionis esse propositionem, ergo sub ipso valet ascensus disiunctiuus.

¶ Respondetur, negando sub subiecto huius sortes currit & similiū posse fieri descēsum, & cōcedit̃ sub aliquo termīo discreto potest fieri descēsus, hoc est qn̄ simul & semel supponit determinate, quamadmodum contingit de subiecto huius iste homo currit, ponēdo iste non esse partem subiecti licet oppositum verius suspicor, vt in quātitatibus diximus, iste terminus homo est subiectum indefinite, & gratia illius sub eo descenditur disiunctiue & ascenditur, & ille idem terminus stat discrete. Interdū copulatiue descenditur sub termino stante discrete, hoc patet de subiecto huius non iste hō currit, ibi hō stat discrete, & sub ipso potest fieri descēsus copulatiuus. & distribuit̃ cū enī sic dare tres ꝓpositiōes vel quatuor, cū tn̄ iste reputatur pars extremi ab aliquibus negabitur partem illius propositionis esse propositionē vt puta homo currit, vbi non est idem subiectum cum totius subiecto, ratio eorū ē, vna & eadem copula non potest vnire diuersa, verum super hoc alias suo in loco loquimur. cōcedēdum ē sub termino stante discrete in sensu quo stat discrete potest fieri descēsus copulatiuus, patet expositorie sub illo termīo homo valet descensus copulatiuus, & ille terminus hō stat discrete ī sensu quo supponit discrete, gitur. ¶ Contra hoc argumētor, bene sequit̃,

sub illo termino potest fieri descensus. ergo habet inferiora, ergo terminus datus nõ est discretus. ¶ Et cõfirmatur dupliciter. Tũ primo iste terminus stat discrete. ergo repugnat ei supponere pro pluribus, & vltra sub eo potest fieri descẽsus. ergo ei nõ repugnat supponere pro pluribus. ¶ Tum secundo, sequeretur istã esse verã. iste homo est Sortes demonstrando Platonem. consequẽs est falsum. ergo & antecedens. & probo consequẽtiam, sequitur ex vero per ascẽsum iste terminus homo stat determinate per te, tũc oportet disiunctiue ascẽdere sic, iste homo est Sortes vel iste homo est sortes. & sic de singulis. Modo ista disiunctiua est vera, vt notũ est. ¶ Respondetur concedendo primã consequẽtiam, & consequẽs. terminus discretus secũdum acceptionẽ discretã habet inferiora secũdum acceptionẽ determinatam & nego secũdam cõsequẽtiam. ¶ Ad priorẽ confirmationẽ nego consequẽtiam, sed cõcludere debes. ergo ei repugnat supponere pro pluribus secũdum suppositionẽ discretã, quia termin⁹ supponẽs discrete pro quolibet ente mũdi supponit. vt patet de termino ens ĩ hac hoc ens est animal. ¶ Ad aliam cõfirmationẽ qua dicis ista esset vera, iste homo est Sortes demonstrando Platonẽ, nego si demõstres ꝑ pronomẽ propositionẽ singularẽ, sed si demõstres indefinitã ratione cuius prouenit iste ascẽsus. tũc argumẽtum probat verum. vnde hic semper seruãdum est: quando vnus terminus stat determinate & distributiue & discrete. si descẽdamus & ascẽdamus capiatur ꝓpositio ratione cuius termin⁹ sic stetit pro descẽsa vel ascẽsa. Hic potes iterũ probare sub termino discreto valet descẽsus in infinitũ, quia quando capis istam iste homo est animal, ibi iste terminus homo stat determinate sicut & supra, qđ relinquitur. ¶ Sed adhuc instatur cõtra dicta de descẽsu sub termĩo singulari. quia ex dictis sequũtur istę duę cõclusiones. Prima ꝓcedẽdo a superiore ad inferiora eius in supponẽdo & significando est descẽsus formalis. patet cõclusio, formaliter sequitur, omnis Sortes vel Plato vel Cicero est homo, & isti Sortes & Plato & Cicero sunt omnes Sortes Plato vel Cicero. Ergo Sortes est homo & Plato est homo, & Cicero est homo. Secũda conclusio, quę includit istam, & cũ hoc a superiore ad inferius est bona consequẽtia sine constantia, descẽdendo probatur. bene sequitur. Sortes vel Plato est homo. ergo Sortes est homo vel Plato est hõ. antecedens est propositio de disiũcto subiecto cuius subiectum stat determinate & cõsequẽs propositio disiunctiua, secũda patet, antecedens & consequẽs ęquiualent gratia formę. ¶ Respondetur cõcedendo cõclusiones propositas. Ex dictis patet, capiẽdo hãc homo vel asinus est homo (quę est vera) singularizãdo totum vnica singularizatiõe pro brunello esset falsa, & q̃q̃ iste terminus homo staret determinate tota illa singularis nõ esset consequẽs ex vero, quẽadmodum cõtingit de ista iste homo est Sortes demonstrando Platonem.

Septimo argumentor, nõ sequitur, nõ omnis homo est hoc animal. & nõ oĩs hõ est hoc animal. & sic de singulis. ergo nõ oĩs hõ est animal. & tamẽ est ascẽsus, igitur. maior patet quia antecedẽs est verũ, & cõsequẽs falsum.

Respondetur, nõ sequitur, & causa est iam in regulis applicata. proceditur a plurib⁹ suppositionibus determinatis respectu partiũ multitudinis ad vnã determinatam respectu totius (quod in prima regula vetitum est) iste error cõtingit in innumeris argumẽtis. vt hic, corpus est hic & corp⁹ est ibi &c. ergo corpus est vbiq;, aliud ab hoc vero est verũ, & aliud ab hoc vero est verum. & sic de singulis. ergo aliud a vero est verũ. nõ vterq; istorũ est iste istorum & nõ vterq; istorũ est iste istorum. & sic de singulis. ergo non vterq; istorũ est alter istorũ (propter breuiloquiũ suppono cõstantiam) iste homo currit, & alius ab illo, & iste homo currit, & alius ab illo. & sic de singulis. ergo omnis homo currit, & alius ab illo. Etiã illic illo capit ęquiuoce, ob diuersam relationẽ qua via illic ascẽdendum est ex dictis nosti.

Octauo argumentor, non sequitur a quolibet ente quodlibet differẽs est ens. ergo a quolibet ente hoc differens est ens demonstrando Sortẽ. & tamen ibi est descẽsus, quia semper suppono cõstantiã cum illa particula. & sic de singulis. consequẽtiam esse inualidam probo antecedens est verum, & consequẽs falsum, igitur. falsitas consequẽtis patet, bene sequitur a quolibet ente hoc differẽs est ens per hoc differẽs demonstrãdo Sortem, & hoc est ens eundem demonstrando, ergo ab hoc ente hoc differẽs est ens. cõclusio est falsa, & minor vera. ergo maior falsa, & descẽsę veritas patet ab hoc ente q̃libet differẽs est ens, & ab hoc ente q̃libet differẽs est ens. & sic de singulis. ergo a quolibet ente quodlibet differẽs est ens.

Respondetur, cõcedendo non sequitur, oportet inchoare descẽsum sub determinatione & ascensum similiter, vti in regulis diffuse recitauimus. ¶ Sed cõtra hoc argumentor sic. termini sub quibus nec ascẽdimus nec descẽdimus debẽt stare ęque restricte in ascensa &

aſcendẽtibus in deſcẽſa & deſcendẽtibus, ſed
hoc non ſeruatur deſcendẽdo ſub determina/
tione, igitur. minor patet, quia dicẽdo cuiuſli-
bet hominis quilibet aſinus eſt aſinus, aſinus
a parte ſubiecti ſtat pro quolibet aſino poſſeſ/
ſo ab homine. & in iſta iſtius hominis quilibet
aſinus eſt aſinus ſtat ſolum pro aſino Sortis. &
ita in qualibet alia ſingulari. ¶ Reſpõdetur, ne
gando cæteros terminos debere ſtare ęque re
ſtricte in aſcendentibus & aſcenſa, ſed ſufficit
eos pro tot accipi in omnibus ſingularibus ſi-
mul iunctis. & hoc potiſſimum quando eſt de
terminatio accepta non vnica acceptione cũ
ſuo determĩabili, licet in iſta iſtius hominis aſi
nus currit aſinus accipiatur præciſe pro aſino
hominis demonſtrati, in ſecũda ſingulari pro
aſino alterius accipitur. & ſic in tota multitudi
ne ſingularium pro tot ſicut in vniuerſali.
¶ Ex illo patet ſolutio hu9, ſemper omĩs ho
mo eſt animal, & iſti homines ſunt omnes ho
mines, ergo ſemp̃ iſte homo eſt animal & ſem
per iſte homo eſt animal. & ſic de ſingulis, de/
ſcenſus prius debet inchoari a determinatio/
ne dicẽdo, iſto tempore omnis homo eſt ani/
mal & iſto tẽpore omnis homo eſt animal. &
ſic de ſingulis, & tũc poſſimus deſcendere ſub
illo termino homo. ¶ Ex quo patet non eſſe
inconueniens in argumento principali, diffe/
rens in hac a quolibet ente quodlibet differẽs
eſt ens pro qualibet re mundi ſupponit, & ta/
mẽ in nulla ſingulari pro omni re ſupponit, in
iſta, ab hoc ente quodlibet differens eſt ens,
(monſtrando Sortẽ) differẽs non ſupponit p̃
Sorte, ſed pro quolibet alio ab eo. & propor/
tionabiliter in qualibet alia ſingulari dicatur,
& in tota multitudine (ſicut dictum eſt) ibi cu
iuſlibet hominis quilibet aſinus eſt aſinus.
¶ Sed contra hoc argumentor ſic, bene ſequit
a quolibet ente quodlibet differẽs eſt ens, er/
go quodlibet differẽs ab ente eſt ens, conſeq̃ns
eſt falſum & claudẽs contradictionẽ, ergo &
antecedẽs, probatur conſequẽtia ab equiualẽ-
tibus, termini enim ſupponunt eodẽ modo te
nẽdo ꝙ ad diſtributionẽ determĩabilis ſequi
tur diſtributio determinationis ¶ Forte dicis
(& ita dicẽdum eſt) conſequẽtia nihil valet. &
negatur antecedẽtis cum conſequẽte equiua-
lentia, ſubiectum conſequẽtis non ſupponit,
& ſubiectum antecedẽtis pro quolibet ente
mundi, quia eſt determinatio accepta vnica in
conſequẽte & accepta non vnica in antecedẽ
te. ¶ Cõtra hoc argumẽtor, iſte equiualẽt Sor
tes differt ab homine, & Sortes a quolibet ho
mine differt, & hoc gratia formę, & non alias
niſi quia termini ſupponunt eodẽ modo, & in
vna eſt determinatio accepta vnica, in altera
vero non, & tamẽ prædicatum in iſta Sortes
ab omni homine differt, p̃ quolibet ente mũ/
di ſupponit, & in iſta Sortes differt ab homi/
ne pro nullo homine ſupponit, ergo ſolutio
præcedẽs nulla. ¶ Reſpondetur, concedẽdo
iſte equiualẽt formaliter Sortes differt ab ho-
mine, & Sortes ab omni homine differt, & ta
mẽ prædicata non conuertuntur, & eſt deter
minatio accepta vnica in vna, & non in altera
ſecus eſt in alijs vbi vnum extremum in alte-
ra ſupponit, aliud vero non. In aliquibus ve/
ro difficile eſt dare aliud diſcrimẽ niſi penes de
terminationẽ accipi vnica vel non vnica, Sor
tes non differt ab omni homine non equiua-
let iſti, Sortes ab aliquo homine nõ differt, &
tamẽ homine ſupponit eodẽ modo in vtraq;
immo equiualet iſti Sortes a nullo homine dif
fert, & patet manifeſte per eius contradicto/
riam, Sortes differt ab omni homine equiua-
let huic, Sortes ab aliquo homine differt.
¶ Cæterum (vti ſuperius retulimus) quæ p̃/
poſitiones ſunt cõcedẽde reſpectu termini ſta
tis confuſę tãtũ, optime cognoſcitur per aſcẽ-
ſum, vt omnis homo ab homĩe differt, ab oĩ
homine differt homo, ab omni homĩe homo
non differt, prima ſic cognoſcitur, iſte homo
ab homine differt, & iſte homo ab homĩe dif
fert. & ſic de ſingulis, modo iſte ſingulares ſũt
vere, ſecunda & tertia pari modo cognoſcun
tur. Sed iſte ſunt negande, ab omni homĩe dif-
fert omnis homo, ab omni homine b homo
differt, Sortes non differt ab omni homine.
¶ Et ſi dicas bñ ſequitur ab iſto homine b ho
mo differt, & ab iſta homine b homo differt,
& ſic de ſingulis, ergo ab omni homine b ho/
mo differt. ¶ Reſpondetur, hoc argumẽtum
eſt ſolutũ ex dictis, quia diſcurrit a plurib9 de
terminatis ſuppoſitiõibus & cętera. ¶ Contra
hoc argumentor ſic, illæ ſingulares ſunt natę ĩ
ferre aliquam vniuerſalẽ & nullam niſi illam,
igitur. ¶ Negatur minor immo inferunt hãc
a quolibet homine homo differt. & ita vniuer
ſaliter, caput habet iſte homo & caput habet
iſta homo concludẽdum eſt a caput omnis ho
mo habet. ¶ Forte dicis, a hõ differt ab homi
ne ex dictis equalet huic vere a homo a quo-
libet homine differt, præterea ſequitur ex ve
ro a homo differt ab iſto homine & a homo
differt ab iſto homine per aſcẽſum, antecedẽs
eſt verum, ergo & cõſequẽs. ¶ Si dicas ex par
te huius termini differẽs proceditur a plurib9
ſuppoſitiõibus determinatis & ẽ par multitu
dinis in antecedẽte. Saltem capiam hanc a ho-
mo eſt a differens ab homine, & ſic aſcendam

a homo est a differens ab isto homine, & a homo est a differens ab isto homine. & sic de singulis, igitur. ¶ Ad prius nego istas equiualere, a homo differt ab homine, & a homo ab omni hoīe differt, est determinatio accepta vnica in prima, & nō in secūda. ¶ Ad secūdū de ascēsu dicatur sicut dictum est ratiocinādo vsq; ad illā particulam a homo est a differens ab homine, in qua est punctum argumēti. Et dicitur ibi primo negādo consequētiam, quia est determinatio accepta vnica acceptione cū suo determinabili. propterea oportet ascēdere disiunctiue sub toto, & hoc sufficienter extinguit argumētum. ¶ Secūdo dico distinguēdo non proceditur a pluribus determinatis, vel in forma cōceditur, in valore negatur, nullus terminus stat determinate ī forma. patet per regulas suppositionis, sed postquā formaliter idem est dicere, a homo differt ab homine, & homo differt ab homine, equivalēter aliquis terminus stat determinate. clarior est prior solutio, licet loquēdo bene consequēter secūda sufficit. ¶ Contra, bene sequitur, alicuius hoīs asinus currit. ergo alicuius hominis iste asinus currit, vel alicuius hoīs iste asinus currit. & sic de singulis. ergo licet primo descēdere sub determinabili. ¶ Respondetur distinguēdo vel quando nulla ponitur distributio conceditur, secus est quādo ponitur distributio. ¶ Cōtra, bene sequitur, cuiuslibet hominis quilibet asinus nō currit. ergo cuiuslibet hominis iste asinus non currit & tamen illic ponitur distributio, igitur. Consequētia est euidēs cū minore. probatur maior, licet sic descēdere in affirmatiua, & negatiua hoc imitatur. ergo & in negatiua licebit. itē sic descēdo non dabis antecedens verū consequente existente falso, igitur. ¶ Respondes id licere cum distributione in negatiua quando in affirmatiua licet.

Nono argumentor, non sequitur, homo est non iste homo, & homo est nō iste hō. & sic de singulis. ergo homo est non homo. & tamen ibi est ascēsus, igitur. maior patet, quia antecedens est verum, & consequens falsum. ¶ Forte dicis, proceditur a pluribus determinatis respectu partiū multitudinis &c. Tunc capio hanc a homo est nō iste homo, & ascēdo sub termino infinitato. ¶ Si dicas adhuc non homo stat determinate, finaliter capiam hanc a homo est a non homo, vbi homo & non hō stant cōfuse tantum. & ascēdam sub termino infinitato. ¶ Respondetur sicut ad argumētū precedens, & hoc est clarū postq̄ iste terminus non homo tantū valet in significando vel in consequēdo sicut iste terminus ens, quod non est homo, an et cōtrario valeat descēsus sub termino infinitato nō amplius ī presentia instio.

Decimo argumentor, non sequitur, alicuius speciei quodlibet indiuiduū est asinus ergo alicuius speciei hoc indiuiduū est asinus, demonstrando brunellum, & eiusdem speciei hoc indiuiduū est asinus, demōstrādo fauellū & eiusdem speciei hoc indiuiduū est asinus demonstrando Sortem & sic de singulis. & tamē ibi est descensus, igitur. Pet istū terminū indiuiduum oportet demōstrare Sortem & bouē probo, subiectum pro quolibet ente mūdi distribuitur, vel saltē iste termin⁹ indiuiduū sub quo descēditur. ergo oportet demōstrare oīa supposita pro quibus ille terminus distribuit.

Respondetur, nō sequitur, & nego eū esse descēsum ¶ Tum primo, oportet inchoare descēsum a determinatione sic, istius speciei quodlibet indiuiduū est asinus, vel isti⁹ speciei quodlibet indiuiduū est asinus, modo capiēdo vnā singularē veram indiuiduum solum stat pro indiuiduis asininis, tūc oportet cōplete descēdere sub illo termino indiuiduum, sed bene verum est indiuiduum pro pluribus stat in descensa quā in descēdentibus quando damus singularē veram descēdendo sub determinatione. ¶ Secundo dico, oportet copulatiue descendere sub disiunctione, hoc est partim copulatiue, & partim disiunctiue, ratio est. sunt ibi duo termini non habētes vnicam acceptionē, quorū vnus stat determinate, & alter distributiue, oportet sic descendere. alicuius speciei quodlibet indiuiduū est asinus. ergo alicuius speciei hoc indiuiduum est asinus demōstrādo brunellum, & eiusdem speciei hoc indiuiduū est asinus demonstrādo fauellū, capiēdo vsq; quaq; relatiuū idētitatis in suppositis asinorū Postea eundo ad homines demōstrando sortē dicatur, vel alicuius speciei hoc indiuiduū est asinus. & sic de singulis cum omnibus hoībus post sortē capiēdo relatiuū identitatis, postea demonstrando primū bouē dicatur, vel alicuius speciei hoc indiuiduū est asinus cū oībus aliis indiuiduis boum capiēdo relatiuū identitatis, ita q̄ descēdentes erūt vna disiunctiua cuius quelibet pars erit vna copulatiua composita ex oībus singularibus vnius speciei, & si vna pars illius disiunctiue fuerit vera, tota est vera, & ratio istius est, quia hoc denotabatur per propositionē vniuersalem, que dicit alicuius speciei quodlibet indiuiduū est asinus, hoc est istius speciei quodlibet indiuiduum est asinus vel illius, & sub isto termino indiuiduum in suo cōtradictorio opposito modo descēdatur

partim disiunctiue partim copulatiue, sed ista est neganda quodlibet indiuiduum alicuius speciei est asin⁹, nec ęquiualet huic a speciei qđlibet indiuiduum est asin⁹, licet speciei eodem modo supponat.

Vndecimo argumentor, non sequitur nullum caput omnis homo habet, ergo nullum caput iste vel iste homo habet, & tamen est descensus, quia ille terminus homo stat cōfuse tantum.

Respondetur, non bene descenditur, proceditur enim a non distributo ad distributum illud disiunctum in consequēte distribuitur, dicere solebamus non habendo oculum ad suppositionem mixtam, dabis suam ęquiualentem omne caput homo nō habet, & tūc audacter descendes sub termino homo disiunctim, quia illic distributioni ponitur obex. Secundo descendes artificiosius sic siue homo cōfuse siue mixtim supponat, nullum caput omnis iste vel iste homo & sic de singulis habet. Illud consequens est verū sicut antecedens, patet per eius contradictoriam, quæ est hæc. aliquod caput omīs iste vel iste hō &c. habet, vt omnis cadat in disiunctum, nec inconuenit addere signum vniuersale imediate termino discreto dummodo ita immediate feratur in terminum communem, sic est in proposito, tota lancea est ita ꝓpinqua parieti sicut cuspis eius parietem tangens. Tertio dicitur cum illic homo supponat confuse determinate, vt ex oppositionibus patuit, dico illā suppositionem nō tāgēdā quousq; primo auferat̃ suppositio cōfusa descendendo sub termino caput, sicut in sua contradictoria hoc ex dictis in oppositionibus ē solis iubare clarius quocirca illud hic nequaquam refrico.

Duodecimo argumentor, non sequitur a homo non est animal, ergo a homo non est hoc animal, & a homo non est hoc animal. & sic de singulis, & tamen isti est descensus, igitur. maior patet, quia antecedens est verum & consequens falsum.

Forte dicis (sicut dicendum est) consequēs est verū, & q̄libet singularis cōseq̄ntis.
℄ Contra hoc argumentor, ex illo sequit̃ omnes singulares huius a homo non est animal ęquiualent toti multitudini singularium hui⁹ homo non est animal, quia hęc a homo non ē hoc animal æquiualet huic homo non est hoc animal eodem demonstrato, & sic de qualibet alia, & per consequēs iste equalebunt a homo non est animal & homo non est animal, sed secunda est falsa, ergo & prima.

Respondetur concedendo descēsum, & quālibet singularem illius indefinite capiendo singulares ex parte distributionis. Et dico indefinite sunt duę propositiones nō ęquiualētes, & singulares illarū ęquiualēt inter se, hoc est tota multitudo singulariū vnius toti multitudini singulariū alterius ęquiualet, capiendo singulares ex parte p̄dicati, si ex parte subiecti capiant̃ nequaq̄ est ęquiualētia, Idē patet in affirmatiuis, vt q̄libet hō ē b aīal, q̄libet hō est aīal, q̄ nō æqualēt & tñ earūdē singulares ęqualēt capiēdo singulares ex pte p̄dicati vtriusq; aut subiecti vtriusq; Idē patet hic a hō omnis homo est, homo omnis homo est capiendo singulares ex pte termini distributi, sed bene verum est sic procedendo per singulares tota multitudo singularium vnius cum constantia nō infert indefinitā aliā vel vniuersalē.

Tertio decimo argumentor, non seq̃tur a homo est iste homo & a homo est iste homo, & sic de singulis. & isti homines sunt omnes homines, ergo a homo est omnis homo, & tamen ibi est ascensus, igitur. illationem nō valere probo, quia antecedens est verum. & consequens falsum, igitur.

Respondetur concedendo cōsequētis falsitatem, licet hæc sit vera a homo omis homo est, prædicatum primę non supponit, alterius vero supponit. Sed tunc restat punctum argumenti quare non sequitur, & dicitur virtualiter ratiocionatur sub termio accepto vnica acceptione, quia prędicatum ęquiualet huic in consequendo ens quod est omnis homo vt sæpius dictum est. ℄ Insuper ꝓceditur a supponente ad non supponens, potes dicere consequenter ad ea quæ diximus de hac a homo est a non homo, licet non fuerit necesse.

Quarto decimo, tangemus descēsum & ascensum sub determinatione accepta vnica acceptione cum suo determinabili, non seq̃tur omne animal pręter hominem est brutū, ergo omne animal præter istum hominem ē brutum (semper suppono constantiam) & tamen est descensus cum ly hominem distribuitur. ℄ Sed dicis, illic committitur error procedendo ab inferiore ad suum superius cum distributione superioris, quia hoc complexum animal pręter hominem est inferius ad istum terminum animal præter istum hominem, vel primo ascendatur sub illo termino animal non curādo illic de proprietate, vel ponendo. aliđ ab, & postea descēdere potes. Et eodē modo hic sor. nō differt ab hoie, ergo sor. nō differt ab isto hoie & sor. nō differt ab isto hoie,

illis ꝓcedit ab īferiore ad superius cū distinctione superioris respectu totius ꝑdicati, cū differēs ab hoīe est inferius ad differēs ab isto hoīe.

¶ Contra, nō sequitur Sortes videns om̄e animal nō est homo, ergo Sortes videns hoc animal non est homo & Sortes videns hoc animal non est homo demonstrando Platonem (quem videt) antecedens est verum, quia est negatiua de subiecto non supponente, & consequens falsum, & tamen ille error non cōmittitur, igitur ¶ Sed dicis ꝓceditur a termino nō supponente ad ipsum supponentem, verum vtrobiq; dices nos posse descēdere disiūctim.

¶ Sed pro omnibus istis notetur haec distinctio, duplex est propositio ex determinatione & determinabili acceptis vnica acceptione, nā aliqua est quae formaliter ęquiualet ꝓpositioni in qua determinatio accipit non vnica vbi termini eodem modo supponūt per solā trāspositionem terminorum, vt Sortes differt ab homīe gratia forme ęquiualet huic Sortes ab omni homīe differt, Sortes differt a quolibet homine ęquiualet huic sortes ab aliquo homine differt. Et in talibus descēdere potes disiūctiue & copulatiue, opposito modo in earū cōtradictorijs, si volueris, ęquiualentibus duab⁹ in quibus est acceptio non vnica, Sed certius ē in negatiuis quiescere, quando determinatio sequitur determinabile, homine est in hac Sortes non differt ab homine stat distributiue, & in hac sortes non differt ab omni homine stat determinate licet ęquiualeat huic Sortes a quolibet homine non differt contradictorie earū ęquiualēt, cum igitur veritatē & falsitatē per descensum in affirmatiuis cognoscere potes materiā obtenebrabis quęrendo veritatēvel falsitatē per descensum aut ascensum in negatiuis, quando determinatio sequitur determinabile. ¶ Sed dicis ex illo trahitur argumētū, determinatio accepta vnica acceptione cum suo determinabili distributa in vna contradictoriarū debet non distribui in alia. fateor in hoc esse colorem, & si argumēta tante apparētie vel maioris non praeberent offendiculum & plus suggerēt oppositum ita diceremus. In alijs autem vbi propositio in qua est determinatio accepta vnica nō ęquiualet propositioni in qua est determinatio accepta non vnica nequaq̄ est descendendum, vt hic Sortes videns omnem hominem non est animal, licet inferre poteris sub aliqua disiunctione Sortes videns omnem hunc hominem vel hunc hominem & sic de singulis non est animal, vbi si antecedens sit verum propter nō suppositionem subiecti eodem modo consequens esset verum, sed cum ista suppositio confusa tantū non elucidat sed obtenebrat ꝓpositionis veritatem descensus iste est inutilis, & cum non clare percipis quando propositio in qua ponitur determinatio accepta vnica acceptione cū suo determinabili ęqualet propositioni in qua accipitur non vnica, tutius erit hos modos descendendi relinquere. poteris dicere prius descēdendum est sub determinabili & postea descēdes vtrobiq; sub determinatione extra conditionalem formaliter vel virtualiter, patet exēplariter quilibet asin⁹ hominis currit postquā sub termino asinus descenderis potes disiūctiue sub termino hominis descendere. Idē patet in hac negatiua quilibet asinus hoīs nō currit, & hic omne animal quod non est homo est irrationale, cū habes hanc hoc animal quod nō est homo est irrationale potes copulatiue sub termino homo descendere, sic hic omne animal praeter hominem est irrationale non stando in improprietate singularium cum ly praeter. Terminus reduplicatus vel prędicatū reduplicatiue virtualiter ingreditur conditionalem, vt patet per exponētes eius. si hoc nō placet dicas nunq̄ licet descendere sub parte termini quādo accipitur vnica acceptione, & nō magisq̄ sub determinatiōe accepta vnica, multe sunt vniuersitates artiū in quibus nunq̄ auditus est descensus disiūctus, & multi antiquorū dicunt, non licet descēdere sub parte extremi (quod non recipio) quia descensus & ascēsus est potissima via inueniendi veritates vel falsitates sub parte extremi, vt quando est determinatio accepta non vnica, disiunctum vel copulatum non vnica acceptione sumptum. At illud placet quando est terminus acceptus vnica acceptione. Istud iterū tibi suadeo, quādo disiunctum est acceptum vnica acceptione vt omnis homo vel asinus est asinus vbi ascendes copulatiue pro quolibet supposito, ꝓ quo illud disiunctum est verificabile. Similiter iste homo vel asinus est asinus demonstrando Sortem singularizando totum disiunctū, vnica singularizatione illa de disiunctio est falsa, nec habendus est oculus ad terminum asinus stantem determinate. Eodem modo hic omnes homo & asinus currunt, vbi totum copulatum distribuitur & neutra pars, prior stat determinate & potest defendi secunda pars confuse tantum stat, quia mediate sequitur signū vniuersale affirmatiuum non impeditum, sed qualitercunq; supponit puta siue determinate siue confuse tantum, ei & ascensui & descensui nulla est communicatio, hoc ipsum patet sub termino stante determinate qui est

pars termini vnica acceptione accepti, vt hic Sortes qui animal non est non est substantia, illa est falsa vt patet per veritatem sui contradictorij. Sortes q aĩal nõ ẽ est substãtia & lucedarius est animal illic stet determiate, & si sub eo descẽsus disiũctiuus admitteretur dabit vna singularis vera, puta hæc. Sortes qui hoc aĩal nõ est nõ est substãtia Sortẽ mõstrãdo. vt patet per falsitatẽ sui cõtradictorij, cui⁹ subiectũ nõ supponit, talis suppositio determinata vel cõfusa apud antiquos vocabatur immobilis, alia autẽ vocabatur mobilis, nõ tamẽ nego quin argumẽtosa apis cauẽdo ab erroribus cõseq̃ntias impediẽtibus aliquẽ descẽsum & ascẽsum hic darer, non immemor sum verbi apostolici multa licent quæ non expediunt.

Quintodecimo argumentor, non sequitur omne aĩal fuit in archa Noe, ergo hoc aĩal fuit in archa Noe (demõstrãdo regẽtẽ) & hoc aĩal fuit in archa Noe (mõstrando discipulũ respõdẽtẽ). si sit distributio ꝓ generibus singulorũ, quia in casu facili antecedẽs est verũ, & consequẽs falsum. ¶ Hic aĩaduertas, multi dãnant illã antiquã distinctionẽ. duo ergo in hac materia facere ꝓpono. Primũ est ostẽdere illã distinctionẽ antiquorũ theologorũ & sophistarũ rationabilẽ. Secũdũ est illã ratiõibus examiare, quia cõtra eã occurrũt sicut crebro aduersus verũ ratiões senticose, accedẽdo ad prius distĩctionẽ prius recitabo. Secũdo rationes cõfirmabo, duplex est distributio. quędã ꝓ singulis generũ siue cõpleta, hoc ẽ distributio pro singulis indiuiduis contentis sub genere. Alia est distributio pro generibus singulorũ, hoc ẽ pro speciebus, ita ꝙ ad veritatẽ talis requiritur ꝙ cuiuslibet termini speciefici indiuiduorũ contẽtorũ sub termino distributo aliqua singularis sit vera, & tantũ valet sicut distributio pro specieb⁹ singulorũ indiuiduorũ, ita vt singulorũ habeat pro substãtiuo suppositorũ vel indiuiduorũ, & singulis pro substãtiuo habeat ly indiuiduis vel suppositis, & generũ tãtũ valeat sicut specierũ. sic legiste & vulgares crebro vocabulo vtuntur. Et ita theologi exponunt hanc propositionẽ Iohãnis primo. deus illuminat omnẽ hominẽ veniẽtẽ in hunc mundũ, & hanc deus vult oẽs hoĩes saluos fieri. i. ad Thimo. ij. & hãc omne quod in os intrat in ventrẽ vadit & in secessum emittitur. Math. xv. (asser & grecus sunt inferiores denominatiue ad terminũ homo, & si impręssentiarum dicuntur species eius) vt disti. xlvi. primi sentẽ. apud magistrum & suos expositores hoc videre est. Et quando dicitur est distributio pro speciebus, non capitur speciebus secunde intentionaliter pro terminis specificis sed primę ĩtẽtiõaliter vt Hora. capit ingens. Mille hominum species & rerũ discolor vsus. Ita ad veritatẽ talis propositionis requiritur & sufficit ꝙ p̄dicatũ conueniat cuiuslibet speciei aliquo indiuiduo, vt species hũana in ꝓposito illic species capitur pro multitudine hominũ qui sunt vel fuerunt cũ species præcedat terminum ampliatiuum ampliatur ita ꝙ sensus hui⁹ de specie humana aliquod animal fuit in archa Noe sit iste de omnibus hominibus (capiendo signum collectiue) aut de tota multitudine hominũ quæ sunt vel fuerũt aliquod animal fuit ĩ archa Noe, vel sic inter homines quę sunt vel fuerũt aliquod animal fuit in archa Noe, & sic de specie asinina & qualibet alia dicatur, vt inter asinos q sunt vel fuerunt aliquis fuit in archa Noe. Ad veritatem eius (si sit distributio ꝓ singulis generum) requiritur prædicatum competere subiecto pro quolibet suo supposito. ¶ Termin⁹ potest sic distribui, patet. dabile est vnum signum distributiuum pro duobus vt vterq; neuter. Similiter sophistæ reprobantes hanc distĩctionem distingũt istam quotlibet partes cõtinui sunt in hoc continuo, si sit distributio pro specieb⁹ tunc illa est vera, & sensus est de qualibet specie numeri aliqua est in continuo, & hoc ẽ verum ascendendo per omnes species numeri, si sit distributio pro singulis generum illa est falsa. Similiter qualislibet currit, si de qualibet specie qualitatem habẽs currat. Similiter subiectum istius omnis essentia diuina est pater potest complete distribui, & potest vocari distributio pro singulis generum, vel incomplete, & tunc erit distributio pro generibus singulorum, vt omnis essentia diuina est pater, potest esse distributio pro singulis suppositis tam mediatis quam immediatis essentiæ diuinæ, vel pro generibus singulorum essentiæ diuinæ, ista sufficiunt ad ostendendum rationẽ illius distinctionis.

Sed contra ista argumentor, non potes saluare veritatem istius omne animal fuit in archa Noe, vt sit distributio pro generibus singulorum, ergo distinctio est inanis, probatur antecedens, illa est vniuersalis affirmatiua de subiecto distributo cuius prędicatum non competit cuilibet supposito subiecti, ergo ipsa est falsa, consequentia tenet, quia non alias est hæc falsa, omnis Britannus est Anglus, antecedens patet, animal fuit in archa Noe, est indefinita, ergo per additionem signi vnis

uersalis tota propositio efficitur vniuersalis,
reliquae partes sunt notae.

Respondetur, concedendo veritatem
illius in illo sensu (loquēdo de animalibus nō
generatis per putrefactionē nec de aīalibus q̄
cōmuniter ex duobus indiuiduis specie distin-
ctis generantur,) sciebat Noe longeuus ex asi
no & equa generātur mulus & mula, ergo ne
cesse non erat pręcipiente numine ponere mu-
las infertiles in archā vt saluarentur animalia
vniuersi, dixi cōmuniter, stat multa aīalia fuis-
se fęcunda quae ipsum Noe latuerūt, vt theo
phrastus recitat de mula, & experientia cogni
tum est in francia in diebus nostris, pisces vi/
xerunt in aqua melius q̄ in archa eius. ℂ Ad
formā igitur argumēti cōcedo illā esse vniuer
salē cuius subiectū est animal siue addito, non
est dubitatio vlla de veritate huius inter arti/
stas de qualibet specie animalis aliquod aīal
fuit in archa Noe, & subiectū istius supponit
pro quolibet animali vt patet per diffinitionē
suppositionis, sed ipsum incomplete distribui-
tur, nec requiritur prędicatū competere subie
cto pro quolibet suo supposito quando subie
ctū incōplete distribuitur, argumentū demon
strauit propositionē falsam cuius subiectum
cōplete distribuitur, & patet in aliis de hac oīs
essentia diuina est pater (q̄ in vno sensu est ve-
ra), & tamē subiectū supponit pro aliquo ꝑ
quo non supponit prędicatū absolute loquen
do, distinctio ista manuducit ad oppositiōes in
terminis diuinis, & ecōuerso. ℂ Sed cōtra hoc
argumētor, ille due sūt synonime oē aīal fuit
in archa noe & oē aīal fuit in archa noe vt ī v-
na sit distributio ꝑ singulis generū, ī alia vero
ꝑ gn̄ibus singulorū, ergo quicquid requirit ad ve-
ritatē vnius requirit ad veritatē alteri⁹, sed ad
veritatē vnius requiritur prędicatū cōpetere
subiecto ꝑ quolibet suo supposito, ergo id ē
ad alterius veritatē exigitur, assumptū sic de
claro. Ille due indefinite sunt synonime vt pa/
tet per synonimitatē copularū & extremorū
& signa vniuersalia sunt synonima, semper lo
quor in mente, igitur. ℂ Respondetur negan-
do illas duas vniuersales esse synonimas, illa
duo signo distributiua specie differūt, & nul/
latenus sunt synonima, intellectus potest ha/
bere actus syncathegoreumaticos specie distī
ctos super cathegoreumata oīno similia latos,
reuolue hoc ī relatiuis. ℂ Cōtra hoc argumē-
tor, ex solutiōe sequitur duas cōtrarias esse si-
mul veras, ista eni est vera per te, oē aīal fuit ī
archa noe, similiter hęc est vera oē aīal nō fuit
in archa Noe, quia sensus eius est de qualibet
specie aīalis aliquod aīal nō fuit in archa Noe,

q̄ sint cōtrarie ꝓbo, sunt duę ꝓpositiones vni
uersalis affirmatiua & vniuersalis negatiua,
quibus nulla cōditio ad cōtrarietatē requisita
deest, igit. ℂ Insuper si essent de qualibet spe/
cie aīalis duo indiuidua vnū sanū, & aliud ae-
grū, tūc quęlibet istarū est cōcedēda, oē aīal
est sanū, omne aīal est ęgrū. distribuēdo subie
cta ꝑ generibus singulorū, & vltra, oē aīal est
ęgrū, ergo oē aīal ē nō sanū, & per cōseq̄ns
oē aīal nō ē sanū, ab affirmatiua ad negatiuā
prędicato variato penes finitū & infinitū, & vl
tra, ergo nullū aīal est sanū per secūdā regulā
ęqpollētiarū ℂ Respōdet negādo q̄ dētur cō
trarie simul vere, distribuēdo subiecta pro ge
neribus singulorū iste nō cōtrariant, qa nō sunt
vniuersales vniuersalitate sufficiēti ad cōtra/
rietatem, vt vterq; hō currit neuter hō currit,
oīs eēntia diuina ē pater, oīs eēntia diuina nō
est pr̄ incōplete subiecta distribuēdo, oportet
subiectū vni⁹ cōplete distribui ꝑ quolibet suo
supposito, qđ hic nō seruat. & nō oportet ī v-
traq; subiectū cōplete distribui, sufficit in nega
tiua subiectū cōplete distribui, & incōplete in
affirmatiua ad bonā cōtrarietatē. Ista nō pos/
sunt esse vera, nulla res q̄ fuit aīal fuit in archa
Noe, & de qualibet specie aīalis aliqđ aīal fuit
in archa noe, sed si fuerit cōpleta distributio in
affirmatiua & incompleta in negatiua est ma
ior difficultas, quia ponēdo quodlibet animal
fuisse in archa Noe, iam affirmatiua est vera,
& negatiua patet. per suam aequiualentem in
consequendo, de qualibet specie animalis ali/
quod animal non fuit in archa Noe, cuius cō/
tradictoria est haec, de aliqua specie animalis
quodlibet aīal fuit b ens in archa noe, sed ad
istud facile diceret oportet explicare illā negati-
uā sic de qualibet specie aīalis b aīal non fuit in
archa noy, immo ponimus signum particula/
re vt fiet determinate dicentes de qualibet spe
cie animalis aliquod animal non fuit in archa
Noe, sed illic non est facienda vis in pręsentia,
in cōtrariis in logica super hoc (deo auspice)
loquemur, sufficiat propositiones ꝓpositę non
contrariantur. Et quādo infers omne animal
est aegrum, ergo omne animal non est sanum
dico si subiectum consequētis distribuatur ꝑ
singulis generum, illatio ē nulla, proceditur a
minus distributo ad magis distributum, si sit si
milis distributio concedo consequens, & om
nia consequentia illata.

ℂ Sed contra istud argumētor, contradicto-
ria istius est vera, oē animal fuit in archa Noe,
ergo non potes sustētare veritatē illius. proba
tio assumpti, haec est vera. aliquod animal nō
fuit in archa Noe, quia asinus Habrahe non

fuit in archa Noe. ¶ Respondetur. oportet capere signa proportionabilia in particulari negatiua ad contradicēdū vniuersali affirmatiue, q̄admodum capimus completam singularizationē & incompletā ī terminis diuinis, cū iste nō equalēt secūdū fidē oīs eēntia diuina ē pater oīs eēntia diuina est pater, vt sit cōpleta distributio in vna, & incōpleta ī alia. Ita necesse est habere cōpletā particularizationē & incōpletā secundum exigētiam contradictiōis, sic dico in proposito. Contradictoria istius omne animal fuit in archa Noe potest dari dupliciter vno modo sic. non omne animal fuit in archa Noe, cuius sensus est, non de qualibet specie animalis aliquod aīal fuit in archa Noe Alio modo sic, aliquod animal non fuit in archa Noe, cuius sensus est, de aliqua specie animalis nullum animal fuit in archa Noe. Non est sua equiualēs in significando, sed in cōseq̄ndo, aliqd aīal fuit in archa Noe, sensus eiꝰ ē de aliqua specie aīalis quodlibet aīal fuit ī archa noe, & aliqd particularizās cōplete & icōplete equoce capit, sicut dictū ē de signo vniuersali, sic oportet dicere ī cōtradictorijs taliū, q̄dlibet partes continui sunt in cōtinuo, quālibet homo currit quali libet homo currit. signa opposita sunt aliquot, aliquārum, aliqualis. ¶ Et ex isto sequitur particularis particularizata ꝓ generibus singulorum infert particularē particularizatam ꝓ singulis generum. probatur, vniuersalis in qua signū vniuersale distribuit pro singulis generum infert propositionē in qua signum vniuersale distribuit pro generibus singulorum, cuius ratio ē, proceditur a ꝓpositione habēte pauciores causas veritatis ad propositionē habētē plures, & hoc clarum est in terminis diuinis, ergo ex opposito consequētis sequitur oppositum antecedētis. ¶ Sed contra istud argumētor, hoc animal non fuit in archa Noe demonstrando patrē tuum, & hoc animal est vel fuit aliquod animal, ergo aliquod animal non fuit in archa Noe, expositorię antecedēs est verum, ergo & conseq̄ns. ¶ Respondetur (capiēdo propositiones singulares proportionabiliter ad vniuersalitatē de qua loquimur) non est sillogismus expositorius, maior ęquiualet huic huius speciei animalis de qua est hoc animal aliquod animal non fuit in archa Noe, & sic medium non est singulare, nam per eius ęquiualētiam sumptum ꝓ pluribus accipitur, & per consequēs ad sillogismum expositorium est inhabile, & sic capiendo iste non repugnant eodem demonstrato, hoc animal est sanum, hoc animal est ęgrum, vt proportionabiliter singularizāt ad vniuersales, sensus vnius ē huius speciei animalis aliquod aīal est sanū, sensus vero alterius est istius speciei animalis aliquod animal est ęgrum. Et eodem modo dicatur de talibus, hoc animal est sanum, hoc animal non est sanum. Sed ista negatiua potest capi duobus modis. vno modo vt ęquiualeat huic de ista specie animalis aliquod animal non est sanum, & sic non contradicit alteri cum est incompleta singularizatio in vtraq; est particularitas, contradictoria illius affirmatiue est hęc, non hoc animal est sanum, non de ista specie animalis aliquod animal est sanum. & hęc etiam contradicit illi affirmatiue hoc animal non est sanū, vt singularizetur conformiter particularizationi opposite distributioni pro generibus singulorum, tum sensus erit huius speciei animalis nullum animal ē sanum. sic hoc animal fuit in archa Noe vt sit singularizatio conformiter ad particularizationē oppositam distributioni pro generibus singulorum contradicit huic hoc animal non fuit in archa Noe, vt sit singularizatio conformiter illi distributioni in negatiua, sensus enim affirmatiue est huius speciei animalis omne aīal fuit in archa Noe. Patet igitur ex his quomodo inter duas singulares hoc animal fuit in archa Noe hoc animal non fuit in archa Noe oppositio omnis inueniri poterit per multiplicationem sensuum conformiter ad distributionem pro generibus singulorum vel oppositam particularizationem. ¶ Cęterum istę propositiones hoc animal non est sanum vt subiectum singularizetur conformiter ad distributionē pro generibus singulorum & hoc animal est aliquod animal non inferunt vllo pacto contradictoriam illius cōmunis puta aliquod animal non est sanum vt contradicit affirmatiue in qua ē distributio pro generibus singulorum, sed si subiectum singularizetur discrete infert contradictorium vniuersalis in qua ē distributio pro singulis generum.

Iam vtcunq; de oppositione propositionis date loquuti sumus loquendum erit, igitur consequenter de descensu & ascensu. ¶ Quocirca sic argumentor, bene sequit̄ omne animal fuit in archa Noe, ergo hoc animal fuit in archa Noe demonstrādo teipsum, cōsequens est falsum, cōsequentia est descēsus, & cum consequentia sit bona, & consequēs falsum, sequitur antecedens est falsum, & non ꝓ constantia, ergo pro hac propositione omne animal fuit in archa Noe, vt sit distributio ꝓ generibus singulorum,

Respõdetur, descensus est nullus. quã do est distributio pro speciebus, tribus modis descẽdere potes. ¶ Vno modo per species vt omne animal fuit in archa Noe, ergo bos fuit in archa Noe, & leo fuit i archa Noe, & sic de singulis animalibus de quibus loquuti sum⁹. & illæ species per ascensum inferunt vniuersale, sic deus vult omes homines saluos fieri, deus vult Hebręos saluos fieri, deus vult Græcos Latinos & Barbaros saluos fieri. & illi termini sunt species vulgares ad illum terminũ homo. & res significatæ per eos sunt species primæ intentionaliter, licet talis consequentia sit materialis & nõ formalis nõ refert. inutile est in difficultate extrinseca pro formalitate materiam impedire, & iste modus procedẽdi est facilis. ¶ Secundo dico, potes ascendere & descẽdere singularizando pro speciebus, hoc est pro generibus singulorũ, vt sic omne animal fuit in archa Noe. & ista animalia sunt vel fuerunt oĩa animalia, ergo hoc animal fuit in archa Noe quocunq; homine quẽ volueris demonstrato, & hoc animal fuit in archa Noe demõstrato quocunq; asino, & hoc animal fuit in archa Noe demonstrato quocunq; leone. & sic de singulis. sensus primæ est (vt superius diximus) huius speciei aĩalis aliquod animal fuit ĩ archa Noe. & ita ĩ alijs. ¶ Tertio modo potes descẽdere & ascẽdere sub subiecto huius omne animal fuit in archa Noe, aut omne animal est sanum, vt sit distributio pro speciebus sic capiẽdo singulares, hoc animal est sanum demonstrando Sortẽ, vel hoc animal est sanum demonstrando Platonẽ, vel hoc animal est sanum demonstrando Ciceronẽ. & sic de singulis hominibus sub disiũctione, & postea copulatiue demonstretẽ primum suppositum equorum (quodcũq; libet capere pro eo) sub disiũctione ad omnes alios equos sic dicẽdo. hoc animal est sanum, a equo demõstrato, vel hoc animal est sanum bucifalo demonstrato & sic de quolibet equo sub disiunctione. Et iterum incipiendo ab asinis in demonstratione primę singularis capiatur coniunctio copulatiua. & ita cum omnibus animalibus procedas, ita q͂ semper in demonstratione primæ singularis nouę speciei capiatur coniunctio copulatiua & cum omnibus alijs indiuiduis eiusdem speciei capiatur coniunctio disiunctiua. & ratio huius est, quia hoc exegit natura signi distributiui. Ad veritatẽ huius omne animal est sanum distribuẽdo subiectum pro generibus singulorum requiritur vnum bouẽ esse asinum, & æqualis est ratio de quolibet boue, ergo oportet capere omnes boues sub disiunctione, Et vnum asinum oportet esse sanum, & æqualis est ratio de omnibus, oportet igitur sub disiũctione eos omnes accipere. & ita in alijs speciebus procedẽdum est, prẹsupposita constantia specierum, quia si essent homines asini & serpẽtes. & de nullo genere animalium alia animas lia, & vnus serpens esset sanus vnus asinus sanus vnus homo sanus, tunc ista esset vera, omne animal est sanum & nulla verificatio requiritur pro bobus & alijs non existentibus, quia illo dato aliarum specierum deficit constantia. Opposito modo procedendum est in suo contradictorio non omne animal est sanũ disiunctiue sub copulatione ascendendo & descendẽdo, ita q͂ ad veritatẽ huius non omne animal est sanum, oportet sic ascẽdere hoc animal non est sanum, demonstrato Sorte, & hoc animal non est sanum demõstrato Platone. & sic de singulis hominibus copulatiue sic q͂ negatiuę singulares capiantur in sensibus contradictorijs ad affirmatiuas, & postea capiatur cõiunctio disiunctiua quando demonstratur primum suppositum alterius speciei puta asin⁹, & dicatur sic vel hoc animal non est sanũ brunello demonstrato, & hoc animal nõ est sanũ fauello demõstrato. & sic de singulis asinus copulatiue demonstrando, & semper cum demõstratiõe primi indiuidui noue speciei capiatur vel, & ly & cum omnibus indiuiduis alijs eiusdẽ speciei, & vna pars totalis illius disiunctiue sufficit ad verificandam hanc non omne animal est sanũ quæcunq; fuerit illa pars, hoc seruato vt vna totalis copulatiua cõposita ex cathegoricis negatiuis in quibus omnia indiuidua vnius speciei demonstrant pronomina, vna pars principalis illius disiunctiue reputabitur, & ita dicendum est de hac omne animal fuit in archa Noe & suo contradictorio.

¶ Cæterum in propositionibus cũ similibus signis incomplete distribuẽtibus non dissimili modo procedẽdum est, vt qualislibet homo currit vbi signum distribuẽs incomplete restrĩgit terminum cui additur ad standum tãtum ꝓ supposito aliqua qualitate qualificato, ascẽde ergo copulatiue sub disiunctiõe sic scilicet per coniunctionẽ disiunctiuam singulares eiusdẽ speciei qualitatis cõiunguntur, & per copulatiuam singulares diuersarum specierum, vt iste hõ currit, vel iste homo currit. & sic de singulis hoĩbus albis, & iste homo currit vel iste homo currit, demonstrando homines nigros. & sic de alijs hominibus atris. & ita consequenter per omnes species qualitatis, ergo qualislibet homo currit, cuius sensus ẽ de quali bet specie homĩs qualificati homo qualis cur/

rit. Simili modo in ista ascende quãtuslibet homo currit, vbi signum quãtuslibet distribuit incõplete & restringit notionẽ cui additur ad standũ pro aliquo aliqua quãtitate quãto sensus est de qualibet specie animalis quanti aliquod animal quãtum currit. In earum oppositis opposito modo ascendẽdum est disiunctiue sub copulatiõe. proportionabiliter cũ alijs signis incomplete distribuẽtibus facito, nec lectori consulẽdum est in hisce raro vsu accedẽtibus paruęq; frugis tempus nimium cõsumere satis est haec solide intelligere.

Sextodecimo argumentor, non sequitur vterq; homo currit, ergo iste homo currit & iste homo currit & sic de singulis. & tamen est descensus, igitur, ꝙ non sequatur. patet, antecedẽs sepicule est verum, & consequens falsum. ad veritatem illius antecedentis non requiritur quemlibet hominem currere.

Respondetur, a multis nõ admittitur talis propria sine pronomine demonstratiuo, & hoc est difficile expugnare, in aliquibus sine pronomine demonstratiuo vtimur vocabulo, vt neutrum oculum habendo tu potes videre, omnis copulatiua cuius vtraq; pars ẽ vera est vera, sed vnus homo non solet plures habere oculos quam binos, & copulatiua pręcise habet duas partes principales. (sed admissa proprietate illius propositionis sine pronomine demonstratiuo) signum illud solum distribuit pro duobus, sicut vter quærit de duobus, quare hæc consequẽtia est nulla omnis homo currit, ergo vterq; homo currit, si solus esset vnus homo & currẽs in mundo, antecedẽs est verum & consequẽs falsum, sed cum non ponitur pronomẽ demonstratiuum specificãs ꝓ quibus duobus accipitur est difficultas, & dico ad veritatẽ huius vterq; homo currit sufficit & requiritur duos homines (quicũq; fuerint) currere, oportet sic descẽdere pariter & ascẽdere, iste homo currit & iste homo currit quibuscunq; hominibus demonstratis & illa erit vna pars principalis sufficiens ad veritatẽ illius, postea disiunctiue dices. vel iste homo currit & iste homo currit, & sic de singulis capiẽdo vnam disiunctiuam ex pluribus copulatiuis compositam, & si aliqua pars illius disiunctiue fuerit vera, propositio de vterq; redditur vera quę requirit prędicatum competere subiecto pro duobus suppositis eius, & hoc etiã sufficit. ¶ Ex quo sequitur hęc consequẽtia est nulla vterũq; animal currit & vterq; homo ẽ, ergo vterq; homo currit ponẽdo duos asinos currere, antecedẽs est verum, & consequẽs falsum. non proceditur cum distributione cõpleta superioris ¶ Secũdo patet, hæc illatio ẽ nulla vterq; homo vtrumq; animal nõ est, ergo vtrumq; animal vterq; homo non est, nam tacite proceditur a confusa ad determinatam respectu multitudinis, vtrumq; enim includit particularitatem que confunditur a ly vterq; in antecedẽte, non autẽ in cõsequẽte, ex quo iterum sequitur prius ascendẽdũ esse sub priori termino ratiõe particularitatis, sicut in simili non sequitur a quolibet homine vterq; homo differt, ergo vterq; homo a quolibet homine differt. Insuper sua contradictoria est nõ vterq; homo currit vel alter homo non currit, vbi alter facit oppositam suppositionẽ ad vterq; ad cuius veritatẽ requiritur omniũ singularium veritas, ad minus vna dempta, duę singulares false propositionẽ falsificant. In ea autẽ opposito modo ad propositionẽ de vterq; ascendatur, nosti ex hypotheticis quæ propositio disiunctiue & copulatiue contradicit. Ista propositio vterq; homo currit supposito ꝙ ad eius veritatẽ duarum singularium veritas sufficiat satis conueniẽter explicatur naturaliter sic, aliquorum duorum hominum quilibet homo currit. dixi naturaliter, quia si Sortes & Plato currerẽt, & ex materia Sortis & forma Platonis fieret vnum compositum, & ex forma Sortis & materia Platonis fieret aliud compositum, quæ duo supposita erunt Iohãnes & Robertus, & ponatur quodlibet eorum quiescere, tunc ista est vera, vterq; homo currit, tamẽ ista est falsa. aliquorum duorum hominum quilibet homo currit, ꝓpterea simpliciter melius est sic explicare, aliquorũ duorum entium quorum vnum est homo, & alterũ est homo, vnus homo currit, & alter homo currit. Similiter sensus istius vterq; homo non currẽs est homo erit iste aliquorum duorum quorum vnum est homo non currens, & alterum est homo non currẽs, vnus homo non currẽs est homo, & alter homo non currẽs est homo. Vel sic aliquorum duorum hominum vnus homo currit, & eorundẽ duorum hominum alter homo currit, capiẽdo alter relatiue, vt sit sensus secũdę cathegoricę eorundẽ duorum hominum alter homo ab illo homine currẽte currit, aut per hanc de copulato (& diuisiue capto) aliquorum duorum hominum vnus homo & alius homo currit. Ex hoc facile potes facere verificationẽ subiecti, & hæc alter homo non currit explicatur per hanc, quorumlibet duorum hominũ nõ vnus homo & alter homo currit, vt equiualeat disiunctiue contradicẽti copulatiue cui sensus cõ

tradictorius ęquiualet. aut sic dabis sensum illius omniū duorū hominū quilibet homo vel quilibet alius homo nō currit, capiēdo ly vel diuisiue, aliter homo currit, quorūlibet duorū hominū quilibet homo vel quilibet alius hō currit. cuius contradictoria vterq; homo non currit, est vera solo Sorte existēte, cū subiectū non supponat, licet nō habeat duas singulares veras, & sic ī hac vterq; homo vtrūq; animal est, dicatur expone propositionē primo ratione vnius signi postea ratione alterius signi, vel siuis (sed res est magis intricata) simul ratione vtriusq; signi. Si tamen ly vterq; distribuat cōplete pro quolibet duorū, sicut apud priscos sophistas in vsu erat alio modo descendendi vti necessum est, vt cuiq; ingenioso palā est.

Septimodecimo argumentor, non sequitur, non omnes apostoli dei currunt. ergo non omnes isti apostoli dei currunt, & nō oēs isti apostoli dei currunt. & sic de singulis & tamen est descēsus. ergo descēsus non est bona consequētia. Probatur minor, Apostoli dei distribuitur. ergo oportet descēdere copulatiue. Consequētiam nō valere ostēdo, antecedens est verum in casu, & consequēs falsum (loquamur ac si apostoli dei essent) si sex currerēt ista esset vera, non omnes apostoli dei currunt, vt patet per falsitatem sui contradictorij scilicet, omnes apostoi dei currunt, vtrobiq; capiēdo omnes collectiue.

Respondetur vno modo, negando sequelam, ly apostoli dei in neutra distribuitur signum collectiuum impedit negationem ne distribuat terminū distribubilē apostoli dei, taliter supponit in negatiua qualiter ī affirmatiua, oportet igit descēdere copulatim & ascēdere sicut in affirmatiua, hic autē omnes apostoli dei sunt duodecim vel currūt (idem est) oportet ascēdere & descēdere. isti apostoli dei, & isti apostoli dei. & sic de singulis. sunt duodecim, sicut quando descendimus copulatiue sub vno termino descēdimus disiunctiue sub illo termino in suo contradictorio vtrobiq;, quia copulatiua & disiūctiua cōpositę ex partibus cōtradicētibus cōtradicunt. sic in proposito propositioni de copulato extremo propositio de copulato contradicit. ❡ Contra istud argumentor, ex ista solutione sequitur duę indefinitę contradicerēt, consequēs est falsum. ergo & antecedens, & consequētia patet, quia apostoli dei ī neutra distribuitur. ❡ Respōdet, nec istud sequitur, nec illatum est incōueniēs. nā non sequit, quia subiectū est hoc totū oēs apostoli dei, modo stat illud totum distribui parte eius non distributa, sicut in affirmatiua, licet apostoli dei stet confuse tantum, subiectū stat determinate, sic in proposito. non omnes apostoli dei sunt duodecim, totū subiectum distribuitur, licet apostoli dei stet cōfuse tantū. illatum nō esse incōueniēs patet. sic homo est species, homo nō est species, cōtradicunt secūdum reales, & nec sibi hoc videatur extraneū potes idem concedere hic. omnes apostoli dei sunt duodecim, omnes apostoli dei non sunt duodecim, vtrobiq; capiēdo omnes collectiue istę nō possunt esse verę de forma, nec possunt esse falsę de forma. Item oēs apostoli dei sunt duodecim, ęquiualet huic. omnes oēs apostoli dei sunt duodecim, & illa cōtradicit huic, oēs apostoli dei nō sunt duodecim. ergo ꝓpositū. ❡ Si dicas, isti omnes apostoli dei sunt duodecim, omnes apostoli dei non sunt duodecim, subcontrariantur quo ad modum enunciādi, cum sint duę indefinitę, & contradicunt quo ad legē, hoc nō est valde irrationabiliter dictū & istud nō cōtingit nisi quādo terminus accipitur pro vno solo, sicut subiectum huius, homo est species capitur pro vna natura cōmuni, similiter subiectū istius, omnes apostoli dei sunt duodecim nō potest accipi pro pluribus simul & semel. & idem est de dictione superlatiui gradus affirmatiue exponēdo. vt doctissimus, & sic aliquo pacto tales dicuntur singulares. ❡ Sed contra, si iste ascensus copulatus sufficiat, sequeretur has propositiones esse cōcedendas, omnes duo apostoli dei sunt duodecim, omnes apostoli dei pauciores duodecī sunt duodecim, sed patet oppositum, bene sequitur. omnes duo apostoli dei sunt duodecī. ergo duo apostoli dei sunt duodecim. similiter omnes apostoli dei pauciores duodecim sunt duodecim. ergo apostoli dei pauciores duodecim sunt duodecim, ab inferiore ad superius, vel a propositione de signo collectiuo ad suā prę iacentem, hoc cōplexum, oēs apostoli dei est inferius ad ly apostoli dei, & sequęla patet per ascēsum. isti duo apostoli dei demōstrādo duos, & isti duo. & sic de singulis, sunt duodecim, & ita de alijs. ❡ Respōdetur, concedendo duas ꝓpositiones illatas. vt patet per ascēsum & nego ly duo apostoli esse superius ad ly oēs duo apostoli dei, nec apostoli dei pauciores duodecim est superius ad hoc cōplexum omnes apostoli dei pauciores duodecim, hoc cōplexum apostoli dei est superius ad hoc complexum omēs apostoli dei gratia materię, sed cum terminus numeralibus iam inseruimus, nec a propositione de signo collectiuo ad eius prę iacentem est bona consequētia. vt in expo

nibilibus dicetur. ¶ Ex isto patet, licet duodecim apostoli dei sunt duo senarij vel tres quaternarij, non tamen sunt duo apostoli, vel quatuor apostoli, notanter apostoli, quia duo apostoli sunt duodecim entia, & licet ascendendo copulatim totale copulatum non sit inferius ad terminum ad quem ascenditur. nihil impedimenti est quin sit ascensus. sufficit quālibet partem copulati per vnum pronomen sumptam esse terminum īferiorem ad terminum ad quem ascēditur remoto signo collectiuo, vlterius patet, duo apostoli dei supponit pro quibuscunq; duobus apostolis, sed nō supponit pro pluribus apostolis quam duobus. Cū omnibus his stat hęc, omnes apostoli dei pauciores duodecim sunt pauciores duodecim capto omnes distributiue. patet per ascensum. isti apostoli dei pauciores duodecim sunt pauciores duodecim. & sic de singulis. Et si dicat, in ista non omnes apostoli dei sunt duodecim apostoli distribuit, quia negatio distribuit omnem terminum distribubilem non distributū hoc non est vtrobiq; verum, superius insteuimus, & cum illis instantijs haec supputabitur. Secūdo demus terminum illum distribui, & signum collectiuum non posse afferre impedimentum, adhuc copulatim constendē dum ē, propterea (vt iam diximus) nō pili interest siue dicatur distribui siue non distribui.

Duodeuigesimo argumentor, non sequitur omne totum in aliqua proportione ē maius sua parte, ergo hoc totum in aliqua ꝓportione est maius sua parte, & hoc totum in aliqua proportione est maius sua parte, & tamen est descensus, igitur. maior patet, consequentia est vera, & descensa est principium mathematicum, falsitas consequentis patet. accipiamus vnā singularem, & illa probata falsa, probantur omnes false. hoc totum in aliqua proportione est maius sua parte demonstrando Sortem, quarto in qua proportione an multiplici, super particulari, superpartienti, mixta, vel aliqua specie earum. Si dicas in proportione dupla hoc totum est maius sua parte, ergo in proportione dupla est maius ista sua parte demōstrando suam tertiam quod est falsum.

Respondetur, potes dicere procedi tur a suppositione confusa tantum ad determinatam respectu multitudinis, aliqua ꝓportione stat confuse tantum in antecedente, & determinate in consequente respectu multitudinis. Si dicas hoc totum (seipso demonstrato) est maius sua parte, & sic in aliqua proportione, quia illud totum ē aliqua proportio cum proportio non distinguitur a rebus proportionatis. Hęc solutio nō est ad rem mathematice loquendo, & tenendo relationem distingui a fundamento & termino vel nominalizādo paucis mutatis terminis nō potes sic euadere. ¶ Redeo ad sensum illius propositiōis in se, iste terminus in aliqua proportione potest determinare istum terminum totum, & sic ipsa est vera. Si determinat maius sua parte videtur falsa. & prædicatum ꝓ nullo supponit. de nullo verum est dicere hoc est in aliqua ꝓportione maius sua parte, licet potes habere diffugium per suppositionem confusam tātum dicendo. verificatio sic debet fieri hoc est in a proportione maius sua parte. ¶ Ex quo sequitur iste simul stant, hoc totum in a proportione est maius sua parte &, hoc totum in nulla proportione est maius sua parte, secundę repugnat haec hoc totum in aliqua proportiōe est maius sua parte. ¶ Ex illo claret responsio ad formā argumenti, ꝙ talis solet dari distinctio determinationis. patet, hāc distinguimus quilibet asinus hominis quilibet asinus est, an ly hominis determinat ly asinus præcedens vel subsequens.

Vndeuigesimo. non sequitur istud animal non est homo si est animal, & istud animal non est homo si est animal. & sic de singulis, ergo nullum animal est homo si est animal, quia ponendo sola bruta esse, antecedens est verum, & consequens falsum. falsitas consequentis patet per veritatem sui cōtradictorij, quam liquet esse veram ex dictis in conditionatis.

Respōdetur, oportet demōstrare omnia animalia existentia & non existentia, hoc patet per ęquiualentiam sue conditionalis, q̄ suam veritatem regulat, vt ex conditionatis notum euadit.

Vigesimo, non sequitur iste homo est animal & econuerso, & iste homo est animal & econuerso. & sic de singulis, ergo omnis homo est animal & econuerso. & tamen est ascēsus, igitur.

Respondetur, consequentia est nulla si econuerso dicat cōuersionem simplicē, quia tunc non sufficit solos homines demonstrare ex parte subiecti secunde cathegorice, sed etiā oīa bruta. terminus econuerso potest capi pro illa vniuersali negatiua & sic dicit simplicē cōuersionem quāuis talis conuersio simplex nō fuerit conuersio, sed mala consequentia.

Vigesimo primo, nō sequitur hoc corpus non esse hic est possibile, & hoc corpus nō

esse hic est possibile, & sic de singulis, ergo omne corpus non esse hic est possibile.

Respōdetur, propositiones assumptæ in antecedente non sunt singulares, nec consequens est vniuersalis, sed indefinita, propterea copulatiuus ascensus est inualidus.

Vigesimo secundo, non sequitur quasi quilibet homo est albus, ergo quasi iste homo est albus, & quasi iste homo est albus, & sic de singulis, supposita constantia. & tamen est descensus, igitur. si enī quilibet homo (forte tartaro dempto) esset albus, antecedens est verum & consequens falsum.

Respondetur, cum subiectum incomplete distribuitur ita tamen ꝙ ad veritatem ferme cuiuslibet singularis veritas exigitur, descendes quasi quilibet homo est albus, quasi iste homo est albus & iste homo est albus & sic de singulis. vt quasi feratur in totam copulatiuam, & nullam eius partem, sicut per descensum denotabatur.

Demum vigesimo tertio argumētor, non sequitur. cuiuslibet hominis quilibet asinus hoc rudibile vel hoc rudibile. & sic de singulis non est, & ista rudibilia sunt omnia rudibilia, ergo cuiuslibet hominis quilibet asinꝰ rudibile non est, & tamē est ascensus, igitur. quod non sequatur patet, antecedens est verum & consequens falsum, casu quo nulli sint asini nisi decem in mundo possessi a Sorte. Iā consequens esse falsum, probatur. suum oppositum est verum. scilicet hoīs a asinus quodlibet rudibile est, & antecedens est verū, igitur.

Respondetur, hac in argumentatione tangitur illa difficultas de termino distributo in ordine ad duos terminos, quorū vnus supponit confuse tantum, alter vero determinate quanam suppositione stabit in contradictēte, & de modo descendendi sub illo termino de quibus superiori in libro in cōtradictorijs ac copulatis luculenter fati sumus, nihilominus ad rationem cum est proposita paucis strictim respondebimus, concedo non sequitur, proceditur enim a confusa ad mixtā respectu multitudinis. quando enim in aliqua ꝓpositione ponitur suppositio mixta nequaq̄ ipsam ascēdēdo aut descendendo attinges, verum sub termino a quo primo in cōtradictoria, ī qua nulla ē suppositio mixta, probatio inchoatur est primitus ascendendum. Nam vbilibet in oppositis ab eisdem notionibꝰ probationem suscipimus, synonimos terminos pro eisdem accipio, modo in cōtradictoria propositionis in argumento assumptę sub determinatione stāte determinate primo ascendimus, ergo & eodem modo in ea, quo facto vocabulum quod supponebat mixtum pure determinate supponit, nam in altera tollitur suppositio determinata, & manet suppositio confusa respectu distributiōis, & cum sub termino stāte pure determinate ascende disiunctiue sicut in sua contradictoria sub termino distributo, & ita hoc argumentum finale ex his & dictis in superiori libro facile diluitur.

Concludendo igitur circa descensum ascensumq; canamus receptui, vnum tamen repetēdo dico, cum in eadē propositione fuerit suppositio confusa ac determinata a determinata probationem inchoato, dehinc a distributione (si quæ fuerit) sitq; terminus confuse tantum supponens vltimo probabilis, quoniam tūc post descensum sub alijs notionibus determinate stabit, illud intelligo modo confusa determinate nequaq̄ ęquiualeat, satius ē id facere q̄ descensum disiunctum nullius frugis sub termino stante cōfuse tantum primo temptare, quocirca in hac propositione omnis homo vel asinus est b animal disiuncto varijs acceptionibus capto primo sub prędicato descende sic, omnis homo vel asinus est b animal & hoc animal & hoc animal & sic de alijs (capiendo & diuisiue) est animal, & omne animal est hoc animal vel hoc animal & sic de singulis, ergo omnis homo vel asinus est hoc anial vel omnis homo vel asinus est hoc animal & sic de singulis. Iam epilogando vtor illa copulatiua constantia quatenus eius non sis immemor, alias tamen constantia communi vsus sum, sicut in huius tractatꝰ exordio dixerim, dein sub termino homo, & demum sub vocabulo asinus ascendas descendas ve. ¶ Insuper quando est terminus acceptus vnica acceptione licet interdum descendere aut ascēdere potes sub partibus sine errore cōducibilius est tamen cum talis probatio sępiuscule sub partibus est tenebrosa sub toto, partibus intactis, perinde ac si esset terminus incomplexus enūtiones probare, hac enim procedēdo via omnia solis iubare clariora extant, vt fructū ascēsus descensusq; inuenias. Per ipsum tales cognosces veras, qlibet homo est vnus solus homo, iste homo est vnus solus homo, & iste homo est vnus solus homo, & sic de singulis. igitur, ab vtroq; istorum enūciatum est verum, supponendo vnum dixisse iordanus est terminus oriētalis iudee & alterū mare magnum ē terminus occidentalis. quilibet homo ab homine differt, in quolibet regno est vnus rex,

omnis homo est non omnis homo, omnis homo non omnis homo est. falsitates talium deprehendes per eandem vim modo prius sub termino stante determinate descendas, sonus est quicquid proprie & precise ab auditu percipitur. caput omnis homo habet. verū est enūciatum ab vtroq; istorū in casu prefato. vnus solus homo quilibet homo est. Et hęc de descensu & ascensu sufficiunt.

Sequitur tractatus ampliationum.

De ampliationis diffinitione.

Ampliatio logicaliter sumpta est notio supponens pro suo significato in ordine ad terminum importātem plures temporum differētias ad duas saltē separatim verificabiles. Omnis enim ampliatio est āpla suppositio siue ampliatio tēporū siue suppositorū fuerit.



Ecundum suppositionum tam in absolutis q̄ in relatiuis materiā finitoq; descensus tractatu, reliquum est de ampliatione illius inferiori denominatiue loqui Generalia inferioribus preponi solent. Omnis ampliatio est suppositio, sed non contra vniuersaliter, verum suppositio non est terminus quidditatiue & essentialiter superior, sed solū denominatiue, extraneam connotationē suppositioni superaddit. Ex litera sua cōnotatio liquet. Vltra verificationē mediante copula sue propositionis connotat terminū accipi in ordine ad diuersas differentias temporū diuisim, modo nunquā terminus geminam connotationē habēs est superior ad alium supplicem cōnotationē habentem, propterea coenare nō est inferius quidditatiuum ad agere, sermo est de ampliatione logicaliter sumpta, hoc est secunde intētionaliter, prime intētionaliter, sicut cetera verbalia in ... io eunt ia capitur actiue pro re ampliante, vel passiue pro re ampliata, vt ignis est ampliatio actiua lactis rarifacti, & ipsum lac ampliatio passiua phisice loquendo. ℭ Proportionabiliter terminus ampliās est ampliatio actiua logice loquēdo, & terminus ampliatus est ampliatio passiua & hoc modo nouissimo capitur ampliatio in litera. Dicitur ergo suppositio pro genere, pro suo significato ad significandum nullum terminum ampliari quin significet, & extendimus significatum ad singulare & plurale. hoc est pro suo significato vel significatis, terminus singularis ampliatur ampliatione temporū solum. Quicq; enim sunt differentię temporales, est, fuit, erit, potest esse, & imaginatur. Vnde differētia temporis secunde intentionaliter nihil aliud est quā terminus extrema vniens pro vno tēpore. Dicitur pro suis significatis ob terminos qui ampliantur ampliatione suppositorum, vt patet de subiecto hu⁹. homo fuit, quod ampliatur ampliatione suppositorum & tēporū. Nullus quoq; terminus ampliatur ampliatione suppositorū tantum. Vnde fit, terminus discretus non ampliatur pro pluribus suppositis sed ī ordine ad diuersas differētias tēporum diuisim, & in illo seruatur ampla suppositio. Ex quo patet oīs ampliatio suppositorum est ampliatio tēporū sed nō econuerso vniuersaliter, patet etiā solū terminum cōmunē ampliari ampliatione suppositorum. licet non quilibet talis, vt notum est de termino deus, qui non pro pluribus supponit in hac deus potest esse q̄ in hac deus est, copulam imaginarie excludo. ℭ Secundo sequitur subiecta istarum nō ampliari adamus fuit, antichristus erit, chimęra imaginarie est. a potest esse, sit a nomen proprium, entis possibilis nunq̄ habētis esse in omnibus eadem est ratio etquidē facilis relatu, quia istarum propositionum subiecta non supponunt mediātibus varijs temporū differētijs seperatim, nō sufficit hanc esse verā Hoc est vel fuit Adam cum veraq; harū non est vera, hoc est Adam hoc fuit Adam. subiectū tamen istius ampliatur, antichristus potest esse, quia est verificabile in ordine ad copulam de futuro & possibili suppono pro nūc Mahometū arabē pseudo prophetam non extitisse antichristum. sed aliū expectamus. Terminum ergo supponere ī ordine & cetera. nihil aliud est q̄ ipsum supponere respectu copulę importātis diuersas temporum differentias, verificariq; de pronomine suum significatum monstrāte ad minus in ordine ad duas illarum diuisim. Solemus tamē hanc consequētiā negare Adam est mortuus. ergo Adam est dicentes ab amplo ad non amplum disceptatur non quia subiectum antecedentis proprie ampliatur, sed quia ex parte termini ampliantis nō est defectus sic ꝙ subiectū ample accipit ꝙ satis est ad cōsequētię maliciā ℭ Tertio sequitur, terminus superior ampliatur, & inferior eius cū eadem copula minime ampliatur, patet de subiectis istarū, instans fuit

hoc instans fuit. ¶ Et ex isto quarto sequitur, aliquis terminus ampliatur, & tamen pro nullo eius supposito, sed pro suppositis ampliat. ¶ Quinto sequitur, subiectum huius homo fuit ampliatur, patet. quia tota diffinitio ampliationis ei conuenit. Idem patet de subiecto huius Adam fuit vel erit, vlterius patet ampliationem proprie dictam tam a suppositione quam significatione dependere proximius tamen a suppositione. ¶ Caeterum dicitur, nō sequitur hic terminus supponit pro illo quod est & fuit, ergo ampliat, patet de subiecto huius Iohannes est. Praeterea dicitur licet subiectum huius aliud a vero est verum pro pluribus accipiatur quam subiectum huius a vero erit verum, non tamen consequens est si amplietur in secunda in priore ampliatur. ¶ Demū patet, termini non supponunt eque ample in contradictorijs cum non semper amplietur.

Sequuntur ampliationum decē regulę. Prima est.

Vocabulum a parte subiecti positum respectu copulę principalis de praeterito, aut participij praeteriti temporis ī recto, ampliatur ad standum pro his q̄ sunt vel fuerunt. Omnes regulas hoc sale condies si notio in ordine ad duas differentias temporum separatim supponat.



Dicitur in littera a parte subiecti positum, non enim requiritur ipsum esse subiectum propositionis, praedicatum huius ampliatur sortes homo fuit. Similiter Iohannis hic ampliatur Iohannis mannus mollitur incessit, dicitur etiam a parte subiecti si vero poneretur a parte praedicati nō ampliaretur, nullus terminus hic ampliatur, fuit Sortes currens. ¶ Dicitur respectu copulę principalis, quia homo in hac homo qui fuit est non ampliatur, non potest verificari in ordine ad quamlibet earum diuisim. ¶ Dicitur in recto. sortes non ampliatur in hac sortes habet equū mortuum, hic tamē credo Iulium secundum mortuum Iulium ampliatur, licet non ponatur eo in dicto in recto reducitur ad vnam in qua sunt recti, vt Iulius secundus mortem opperijt, homo etiam ampliatur in hac homo est doctus vel currens, quia si vna pars praedicati fuerit participium in recto hoc sufficit. ¶ Virtute huius regulae tales propositiones concedantur, paruus in vtero matris vixit quatuor annos, candela lucens est extincta, viuū est mortuum, aliquis homo praecessit Adam, patet de Christo, pater meus commedens est positus in terra, manus actualiter clausa est aperta, manus amplissime aperta est clausa, sortes in curia est clausus in domo, homo mortuus est visus a me. Etiam per harum resoluentes (de quibus post hac dicemus) hae & omnes propositiones sequentes clarius patefiunt, vt hoc est fractum, hoc est vel fuit lācea integra, vel hic binarius est lancea fracta, & hic binarius est vel fuit lancea integra, ergo lancea integra est fracta, carnes super dorsum bouis sunt assatae, lebes positus super ignem est remotus ab igne, oua cruda sunt decocta, homo actualiter Romę est incarceratus Parisijs, Sortes nudipes est calciatus, & ita de talibus. ¶ Amplius patet has esse concedēdas hō mortuus est mortuus, moriturum est mortuum.

Contra dicta argumentor, fuit nō ampliat praedicatum huius homo fuit animal, ergo nec subiectum, cōsequētia tenet conuenientiae similitudine.

Secundo argumentor, praedicatum huius non ampliat homo est mortuus, ergo nec subiectū, cōseq̄ntia tenet, nullus terminus ampliat alium nisi se ampliet, igitur.

Ad prius respondetur, negando consequentiam, ratio est natura termini in mentali, & in significatione ad placitum in vocali & scriptura hominum vsus & communis modus concipiendi, sicut aliquod signum distribuit post se, & non ante se, primo obtuitu hāc concedimus quando candela primo illuminatur hoc lucens prius erat candela, & hāc negamus, haec candela prius fuit lucens.

Ad secūdum, concedo antecedens, & nego consequentiam, communissime terminus amplians non est ampliatus, vt patet de copulis propositionū. Sed cū terminus mortuum sicut participia praeteriti temporis habeat amplum modum significandi sicut copula fuit, & rei quae est & rei quę non est conuenit, termini ampliatiui mediante copula de praesenti a parte praedicati conueniunt non existēti, secus est de non ampliatiuis, quare praedicatum huius Adam est mortuus mediante copula de praesenti supponit pro re quę non est, & non praedicatum huius homo ē animal mediante simili copula. communis logica cū isto quadrat. ¶ Cōtra, bene sequitur homo ē mortuus, ergo mortuum est homo, consequens ē falsum, ergo & antecedens, conseq̄ntiā vltra

conuersionis apparentiam probo, consequens esse synonimum antecedenti, patet. quilibet terminus antecedentis est synonimus vni participio consequentis, & contra. ¶ Secundo, omnis homo est viuus, ergo nullus homo est mortuus, consequentia tenet priuatiue opposita nunquam conueniunt eidem distributo vel singularizato.

¶ Tertio, ista nunquam erat vera homo moritur, ergo nec ista homo est mortuus, consequentia tenet propositio in valore de praeterito vera prius habuit vnam de praesenti veram. ¶ Ad primum, nego consequentiam, consequens non est synonimum cum antecedente, mortuum aliter significat a parte praedicati quam subiecti, nemo est qui non concedit hanc homo est mortuus, ergo a parte praedicati subiectum ampliat, a parte autem subiecti illa ampla significatione vacat. Et sufficit ad suppositionem subiecti verificatio per aliam copulam dummodo terminus vniformiter in verificatione & suppositione accipiatur, nec illa conuersio valet vt ex conuersionibus notum euadit. ¶ Ad secundum, nego consequentiam, a non amplo ad amplum distributiue praeceditur, inferendum est nullus homo qui est est mortuus. Et si dicas, nec iste homo est mortuus, nec ille, & sic de aliis. infisi de Adam & Abraham, sisic de aliis includat omnia singularia non enumerata (pro quibus terminus distributus) multo plures singulares sunt falsae quam verae. ¶ Ad tertium, nego assumptum, quando anima desinit informare partes extremales tunc Sortes morit, & toto illo tempore est alius Sortes ob abetam totius compositi, licet anima subito ab olipo creetur ipsa tamen sensim informabile informare desinit, hois proximo morituri pedes primo, dehinc tibiae, & cordi appropinquando frigescit, toto illo tempore separationis animae a partibus Sortes morit, & in primo instanti non esse est primo mortuus. ¶ At forte rogaa quid est mors & quid est illud quod est mortuum.

¶ Responsio illam parti negotium logicale trascendit, sed cum est in medium allatum respondere haud grauabimur, anima cum corpus informat est vita, & eadem ab ipso separata est mors, quum priuatiue opposita sunt circa eadem, mors enim supponit pro anima connotando quod corpus informauerit & nunc non informat capiendo corpus pro altera parte compositi, vnde sit vita erit mors, corpus est viuum quod aia informatur, & idem mortuum, per aie separationem, siue capiat mortuum pro illo qui vixit & participaliter, siue pro illo quod caret vita & est mortuum nominaliter primo modo di/ua virgo est mortua, cum semel moriebatur quis nunc sit, & sic concedimus christus est mortuus. Secundo modo illa est falsa, falsum est quod aliquid di/cunt antichristus est mortuus nominaliter, falsum est dicere antichristus caret vita. ¶ Secundo, sub dubitas de veritate huius Iohannes mortuus est Londini, Iohannes vixit Londini & nunc non viuit Londoniis cum Parisiorum leutitia degit.

¶ Hoc non sufficit ad esse mortuum Londini, sed requiritur Iohannem esse mortuum ea tempestate qua extitit Londini ¶ Tertio dubitas, an si Adam sit resuscitatus vere dicatur mortuus.

¶ Responsio, hoc ex nuperrime dictis sufficienter solui, dico si mortuus priuatiue capiatur ista erit falsa quia viuit, modo viuere & mortuum priuatiue non competunt eidem, tum sensus est. Adam non viuit & est aptus natus viuere, tunc nominaliter dicitur mortuum capi, esset tamen mortuus participaliter, desiit esse & est resuscitatus, quo modo subiectum ampliat, hoc enim pacto lazarus resuscitatus a dno Iesu erat mortuus in cena, & Christus iam viuens mortuus, mors vltra illi non dominabitur.

Tertio argumentor, subiectum huius homo fuit mortuus non ampliatur, igitur. antecedens patet, quia vel a copula vel a praedicato, sed neutrum illorum est dicendum, postquam est aequalia ratio ex parte copulae & praedicati, ergo nullo modo amplia, quemadmodum volens consecrare vnam hostiam inter mille in confuso nullam specificans non consecrat, quis non est maior ratio de vna quam de alia, idem est iudicium in proposito, igitur.

Quarto, iste aequiualent homo fuit animal, & homo est vel fuit animal, sed praedicatum ampliatur in secunda, ergo & in prima.

Quinto argumentor, si animal in hac ampliaretur Sortes animal fuit, sequeretur si Sortes in hoc instanti inciperet esse illa esset vera, consequens est falsum, omnis propositio de preterito vera prius habuit vnam de presenti veram si fuisset formata, ita non est hic, igitur.

Sexto, subiectum huius non ampliatur homo est animal mortuum, ergo male dictum est, probatio antecedentis. opposito dato subiectum huius ampliatur, homo est animal, sed non hoc, a nullo termino ampliatur, non a seipso, nec a praedicato, & si a copula verbum de praesenti ampliat, quod est falsum, igitur. sequela patet. hoc subiectum in hac homo est animal mortuum ampliatur, & hoc subiectum in ista homo est animal mortuum est subiectum in hac homo est animal, igitur.

Ad tertium, quadripharium responde tur, primo negando subiectum ampliari, duo signa ampliatiua mutuo sese praepediunt.

¶ Secundo dicitur, ampliatur a copula tanquam a termino propinquiori. ¶ Tertio dic

citur, ampliatur ab extremo tanquam ab extremo, quia est prīcipalior pars propositionis. ¶ Quarto dico, ampliatur & a copula & a prędicato tam copulatim quā copulatiue. In hac nouissima solutione standum est, priores autē responsiones pro iuuenibus quatenus sese exercitēt solum tradimus, vt si hic aut alias in solutionē minus probabilē incidant consequenter loquantur. ¶ Contra ista argumentor, sequitur duo signa āpliatiua sese impedire q̄admodū signa distributiua, hoc cōmuniter non est dicendum, igitur. probatur consequētia, si tolleretur prædicatum copula ampliaret subiectum, & modo non ampliat, ergo pędicatū impedit ampliationem actiuam copulę, & similiter probare potes pędicatum impediri.

¶ Respondetur, signum impediri potest intelligi duobus modis, vno modo quando signū ip̄m impeditur ab effectu totali, sic ꝙ ipsum non pręcise effectū facit, & sic concedit in ꝓposito, q̄admodū duo ignes possunt sese prępedire quo ad calefactionem totalem. Alio modo se impediunt signa quando effectus oppositus vel disparatus vtrinq; ꝓducitur, vt nō omnis homo est animal. ibi quodlibet illorū signorum est natum distribuere, & tamen producunt non distributionem respectu illius totalis, secus est in proposito, quia copula & pędicatum ex suis naturis ampliant subiectum, quem effectum vtraq; istarum causarum seorsum nata est producere.

Ad quartū, nego istas ęquiualere mētaliter aut in consequendo, quando expresse ponitur copularum disiunctio tunc tam a tergo quā a fronte copula ampliat, nō aūt ī alia.

Ad quintum, concedo hanc esse verā in illo casu cum sensus est in consequendo q̄d est vel fuit Sortes est vel fuit aīal, ex qua non sequitur Sortes fuit animal, licet ecōtrario valeat consequentia. similiter hęc est vera hoc instans instans fuit demonstrando instans præsens, & nego omnem propositionem de pręterito veram prius habuisse vnam de præsenti veram licet illa fuissent formata, patet in proposito cum pędicatum præcedit copulā, etiā cum distributiōe ꝓpositiuo de pręterito & pręsenti ęque cito incipiunt esse vere, extra hanc materiam iam non loquor.

Ad sextum, nego antecedēs, & ad probationem concedo subiectum huius homo ē animal quę est pars alterius ampliari, sed hoc nūquam est ab hoc verbo est, sed a participio mortuum, & cōceditur aliquis terminus ampliatur ab illo termino qui non ē pars illius ꝓpositionis cum termino ampliato, sed bene verum est, est pars propositionis vnde prouenit vt talis terminus sit ampliatus. Insuper sequitur, in conuersa terminus stat ample & in cōuertēte non stat ample, & ratiocionādo ab amplo ad non amplum affirmatiue & sine distributione ampli valebit consequētia hoc declaratur, quia homo ē animal quę est pars huius homo est animal mortuum bene conuertitur in hanc animal est homo, vbi nulla est ampliatio. Et ex consequente vlterius conceditur duæ propositiones contradicunt quarum subiectum vnius ampliatur alterius vero nō, corolarium est lucidum. ¶ Quarto sequitur, subiectū huius supponit Antichristus est animal quæ est pars huius Antichristus est animal futurum, nec ex illo sequitur hanc esse verā Antichristus est homo dando subiectum supponere cum illa suppositio non proueniat ex hac Antichristus ē homo, neq; illud pędicatum supponit pro antichristo, & ex toto isto nō sequitur aliquem terminum ampliare alium terminum cum quo in nulla propositione ponitur. ¶ Sed circa hanc solutionem hęsitas si verbum pęsentis temporis absoluatur a tempore an āpliet. Potes affirmatiue respondere, sed de hoc primo periarmenias. ¶ Contra ista argumentor, verbum pęsentis temporis dato ꝙ non absoluatur ampliat, ergo non opus est dicere subiectum pęiacentis illius antichristus est homo futurus ampliari a participio, antecedens patet, est importat plures differentias tēporum, ergo ampliat, tempus pęsens importat, & cum hoc futurum, illū pęsentialiter cōsignificat quum erit pęsens. Similiter accipiebatur olim pro tempestate præterita quando erat pęsens. ¶ Respondetur, est solū tempus pęsens importat, non autem discrete illud q̄d nunc est pęsens, sed quodcunq; quādo erit p̄sens, sicut cathegoreuma desinit supponere ꝓ re pro qua supponebat, & īcipit supponere ꝓ alia sic de acceptione tēporis ¶ Sed cōtra istud adhuc argumētor, hęc cōcedit Aristoteles dicit hoc. Similiter cui ī oppositū est Aristoteles in logica, sed hoc nō nisi subiectū ampliaret, ergo copula solū de p̄senti āpliat. ¶ Respōdetur nos solemus illas cōcedere, loq̄mur de eo ac si esset, quēadmodū hic, oēs apostoli dei sūt duodeci, vel vtimur suppositiōe synecdochica, nō tn̄ debemus ꝓpter ꝓpositiōes cōcessas in sensibus in qb⁹ sūt, & nō ī sensib⁹ quos ex cōi logica faciūt āpliatiōes extēdere, hoc esset concedere terminus manet & nō manet termin⁹ quod communiter (& bene) reprobari solet.

Et nisi restringatur ad vnam.



Vo ad omnem ampliationem sunt requisita. ¶ Prius terminum habere significatum respondens ad diuersas temporũ differentias separatim (sicuti in ampliationis diffinitione explicuimus) necessum est. ¶ Secundo, requiritur notionem talẽ non restringi ad standum pro suo significato praecise in ordine ad vnam differentiam temporis. & multipharia m hoc patefaciam, in primis hic homo qui nõ est homo fuit animal, & hic homo qui est fuit substantia. non tantum loquor de restrictione suppositorum, palã enĩ est non accipitur pro tot homo sicut in ista homo fuit animal. Sed loquor de restrictione temporum, potest enim intellectus addere qui est illi termino homo quamuis non sit pars extremi vt a b & c in contradictorijs ad limitandũ terminum homo solum stare pro homine prȩsenti qui est, & tunc secundum copulam implicationis quae est minus principalis est verificabilis, & nullum respectum ad principalem habebit, & sic in hac omne ens quod potest esse ẽ ens supponit ꝓ quolibet ente possibili, & tũc dicit̃ capi' purȩ restrictiue siue verbaliter, hoc est restringens terminum secum cõnexum secundum sui exigentiam non habendo respectum vllum ad copulã principalem, & sic haec est falsa omne quod fuit est, sed hȩc est concedenda album q͛d fuit est Sortes, si Sortes nũc sit niger & prius fuisset albus, album stat pro albo quod fuit solum, & tunc subsumes secũdum exigentiam copule implicationis, & nõ principalis, Sortes qui fuit est totum subiectũ regitur a verbo ẽ, nec relatiuum illic a fuit regitur, quũ immediate suo antecedenti adiungitur a nullo regitur, & a quocũq; regitur terminus Sortes non interest, cum capiamus illic pure restrictiue, sicut aliqui artiste vsi sunt & rationabiliter. hic modus in ampliationib' est peculiaris. ¶ Alio modo qui est quod fuit & huiusmodi & communius extra hanc materiam participialiter capi dicuntur, & tunc tãtum valent sicut participia verborum respondentium vt quod est valet existens, quod erit futurum, quod potest esse possibile, non q̃ sit synonimum cum suo participio quando participialiter capi dicitur, sed propterea quia terminus cum quo iũgitur vtramq; copulam respectat sicut cum participio respondẽti, vt homo qui est fuit animal. Illic homo supponit ꝓ homine qui est & fuit vtramq; copulam respicit, ȩquiualet enim huic, homo existẽs fuit animal, licet solum in consequendo, omne quod fuit est ȩquiualet huic omne prȩteritum est. Et sic hae sunt vere omne futurũ est, omne quod potest esse est, omne quod nõ erit est, subiectũ stat pro instanti prȩsenti, omne quod erit est, subiectum namq; stat pro ente quod ẽ & erit, non aũt pro instanti, oẽ quod fuit est, nec seq̃tur oẽ quod erit est Antichristus erit, ergo antichristus est, praedicatũ ei in minore accipitur pro aliquo pro quo nõ distribuitur in maiori contra artẽ syllogisticã, subsumendũ est antichristus erit ens quod est, quȩ minor est falsa, sicut ipsa conclusio, nec homo adhuc ampliatur in hac homo qui ẽ fuit, quia terminus homo nõ verificatur in ordine ad diuersas differẽtias tẽporũ diuisim verificari cõiũctim in ordine ad diuersas differentias copularũ ad ampliationem non sufficit.

Secũda regula. terminus positus a parte subiecti respectu copulȩ principalis de futuro aut participij futuri tẽporis i recto ampliatur ad ea q̃ sunt vel erũt.

HEc regula ex prioris expositione est lucida. ¶ Virtute cuius tales concedende veniunt, pasilli comesti sunt comedendi, homo mortuus est decollandus, meretrix erit virgo, doctor theologus erit summulista, summus pontifex erit in vtero matris, sanctus in coelo erit peccator, corruptum est generãdum, homo senex erit iuuenis, omnes hae propositiones pro resoluentes (sicut in prȩcedenti regula dictum est) vltra explicationem ampliationis lucidae clarent, hoc sic practicatur, sanctus in cȩlo erit peccator, hoc erit peccator demonstrando Sortem prȩdestinatum qui cras peccabit hoc ẽ vel erit sanctus in cȩlo, igitur. ¶ Sed contra hanc regulam argumentor, Aristoteles tenet terminum laborans ample in hac sanabitur laborans primo elenchorum. Nam illam distinguit penes hoc q; laborans ampliat̃ vel ne, & tamẽ sequit̃ copulã de futuro, igit̃. Ad hoc respondetur, multȩ ꝓpositiones (quȩ nõ sunt distĩguẽde de virtute sermõis) ꝓpter affinitatẽ cũ alijs sunt distinguẽde, hoc videre est de modali cõposita & diuisa. licet hȩc sit affirmatiua ꝓsitiuiorẽ te vidi neminẽ ab oratoribus loco negatiue accipit̃, & talis distĩgui potest. ¶ Dubitat̃ an subiectũ huius ens q͛d erit ẽ futurũ ãpliat̃. ¶ Rñdet̃. si ly q͛d erit se teneat a pte subiecti & subiectũ sit hoc totũ ens q͛d erit tũc subiectũ ãpliat̃, & illud subiectũ habet suppositũ rñdẽs ꝓ pñti & futuro, nec hoc totum restringit̃ ad supponendum praecise in ordine ad copulam de futuro, si teneatur ly quod erit non se tenere a parte subiecti, sed a parte

signi, cum ens sit subiectum supponēs solum
pro futuris & non ampliatur, nec totum sub/
iectum ampliabitur. ¶ Dubitatur secūdo, an
subiectum huius amplietur non nigrum erit
nigrum, dicitur sic vt patet ex ampliatiōis dif
finitione & quodāmodo superius in simili te/
tigimus. ¶ Contra, subiectum nō ampliatur
in hac non nigrum est nigrum, & tamē hic ꝓ
pluribus supponit, igitur. consequētia tenet,
ampliatio est ampla suppositio, minor patet.
ex capite de nomine, quando dantur duo ter/
mino finiti quorum vnus pro pluribus suppo
nit, alter pro paucioribus vtriq; addendo ne/
gationem infinitantem de superiore erit inferi
us & contra ad bonum sensum, sed nigrū sup
ponit pro pluribus in ista nigrum erit nigrū
quam in ista nigrum est nigrum, igitur. Idem
est hic cum relatiuo diuersitatis. Alium a ve/
ro est verum & aliud a vero erit verum.
¶ Respondetur concedendo antecedens, & ne
gando consequētiam, nec vocatur ampla sup
positio, quia terminus vtrobiq; ampliatus ꝓ
pluribus supponit quam non ampliatus, sed
quia ei conuenit ampliatiōis quidditas, termi/
nus homo in hac Sortes erit homo pro pluri/
bus supponit a parte prędicati, patet. post re/
surrectionem, quam homo in hac homo fuit,
& tamen non ampliatur a parte prędicati, nō
igitur est inconueniēs dare duos terminos sy
nonimos quorum vnus ampliatur alter vero
non, & tamē terminus ampliatus pro paucio
ribus supponit quam terminus non amplia/
tus ¶ Secundo argumētor ad idem, subiectū
in hac non nigrum erit nigrum non habet si/
gnificatum respondens in ordine ad diuersas
differentias temporum, quia nec in ordine ad
copulam de pręsenti, nec de futuro, non enim
supponit pro nigro quod est aut erit. ¶ Respō
detur, difficultas est inter artistas pro quo sup
ponit terminus infinitus extra copulā de prę/
senti, quia si copula fuerit de pręsenti sine vlla
ampliatione non est res ardua, hoc citra om/
nem controuersiam est concessum, vt in prio/
ri libro circa nominis materiam diximus. Sed
quando ponitur alia copula vtpote ampliati/
ua, multi dicunt terminus infinitus pro nullo
illo supponit mediante simili copula ꝓ q̄ sup/
ponit suus terminus finitus, negatio est mali
gnantis naturæ, ergo cadēs super terminum
ampliatū illā ꝓrsus euertit, & qa nigrū in ista
nigrum erit coloratū supponit ample tam ꝓ
nigro quod est quā pro nigro quod erit subie
ctum istius nō nigrum erit coloratū nec pro
nigro quod est aut erit supponit, Similiter sub
iectum huius ens intelligitur supponit ꝓ om

ni ente intelligibili, subiectum autem hui9 nō
ens intelligitur pro nullo tali supponit, & quia
prædicatum huius nigrum erit nigrum pro
paucioribus supponit quam subiectum prędi
catum istius non nigrum erit non nigrum ꝓ
pluribus supponit quam subiectum hoc cor/
relarie sequitur, ex isto fundamento cum di/
ctis in capite de noīe. ¶ Ex quo sequitur has
esse impossibiles, Sortes possibiliter est nō cur/
rens pręscitus potest eē non pręscitus, prędesti
natus pōt non prędestinari cōtra cōmunē mo
dum hominum concipiendi ac theologorum
scholam. ¶ Pari forma sequitur hanc esse im/
possibilem non citharizantem possibile est ci/
tharizare contra Aristotelem primo elencho
rum. & in fallacia compositionis hunc paralo/
gismum ponit quemcunq; possibile ē scribere
possibile est ꝙ scribat, sed non scribentem pos
sibile est scribere, ergo possibile est ꝙ non scri/
bens scribat. Aristoteles illic fallaciā composi
tionis reputat, quando ex propositionibus in
sensu diuiso veras vna de sensu composito fal
sa infertur, & prisci omnes expositores Aristo
telis ante buri. istas distinxerunt. quare cōfor/
miter ad Aristotelem vetustos & cōmunē lo
quendi modum tales distinguo vt facies op/
positas conuenire faciam, distinguo hanc prę/
scitus potest eē non præscitus, aut si negatio
omnem acceptionē termini contradictorie op
positi euertat, vt sic illa est falsa impossibilisq;
p̄dicatū hui9 p̄scitus possibiliter ē p̄scitus ꝓ q̄
libet reprobo possibili supponit. vel si aliquā
suppositionem secundum vnam differētiam
vel duas ad libitum vetat, & non omnes, illā
concedo, sicut homo qui nec est nec fuit nec e/
rit potest esse, ex qua non sequitur hæc ab af/
firmatiua ad negatiuam & cętera. pręscit9 im
possibiliter est pręscitus, ad talem modū arguē
di requiritur prędicatum affirmatiue comple/
te īfinitari, vt suo in loco (deo auspice) dicet,
logica nō est inuenta vt absona admittat aut
consona inficietur, sed vbi regulæ eius nō vin
cunt est hominum vsui coaptanda, sępenume
ro peritorum aures conciliande sunt, vt retho
res suis in flosculis aiunt. non minus in propo
sito, & regulæ hic quadrant vt ex dialectico/
rum principe primo elenchorum citauimus.
Sic has & similes distingues non currēs potest
est currens, non nigrum erit nigrum, secus est
de negatione negante in distributione subiecti
& prędicati, quia in hoc omnes conueniūt. per
suppositionem termini ex nuperrime dictis
cum ampliationis diffinitione intelligere po/
tes quid dicendum est de ampliatione sub/
iecti. Et pari passu dicendum est de hac, ali/

ud a nigro erit nigrum, si relatiuum diuersitatis prohibeat omnem suppositionem termini finiti illa ē falsa, quia infert hanc aliud a nigro quod ē erit nigrum & aliud a nigro quod erit erit nigrum, si autem secūdum vnam temporis differentiam tantum, illa est concedēda, cū sensus est aliud a nigro quod est erit nigrum.

Ex his regulis corrolarie sequitur tertia, copula præteriti cum participio de futuro aut futuri cū participio de præterito subiectum ad tria ampliat.

Hoc est ad præsens præteritum & futurum. Intellige semper dūmodo participium sit in recto & terminus habet significatū respōdēs &c. & non sit restrictio. ¶ Virtute huius regulæ hæc est concedenda, Sortes summulista fuit disputaturus in sorbona, ponendo eum nunc esse de prima licentia, nec vnq̄ disputauit in sorbona nec nunc disputat, sed in posterū per biēnium disputabit, patet per sensus explicatiuos/ nem & per resoluentes. ¶ Forte hic argumētaberis bene sequitur in darij quicquid fuit disputaturum disputat disputauit vel disputabit, Sortes summulista fuit disputaturus, ergo Sortes summulista disputat disputauit vel disputabit, conclusio est falsa, quia hæc est falsa, Sortes sūmulista disputat, similiter & hęc Sortes summulista disputauit, pari forma & ista sortes summulista disputabit, ergo aliqua pręmissarum est falsa, & non maior, ergo minor. ¶ Respondetur concedendo consequentiam cum consequente, conclusio est vna cathegorica de disiuncto extremo vera vel de disiuncta copula (non facio vim), sed bene verum est in sensu disiunctiuo ista est falsa, vt ex superius relatis (si mente teneas inibi dicta) patet.

¶ Quarta regula, ista vocabula potest possibile contingens in potentia primæ intentionaliter & syncathegoreumatice sumpta ad quatuor a tergo, & a fronte ampliant.

Sic de necesse dicatur, possibile vt est terminus secundę intentionis & cathegoreumaticæ captus nan ampliat, sola propositio existens est possibilis. ¶ Virtute huius regulæ tales cōceduntur, optimus homo potest esse melior, altissimum potest esse altius, callidissimus potest esse callidior, Sortes quū est sedens potest esse currēs, sortes currens in campo potest esse in vtero materno, auus potest esse puer, sanctus in celo potest esse damnatus, creans necessario est deus etiā deo non creāte. prima propositio patet, iste potest esse melior (demonstrando Sortem bonum) & iste est vel potest esse optimus homo, igitur. non intelligo optimum simpliciter posse esse melius, sed aptanda sunt exempla in creaturis. ¶ Contra regulam argumentor, in hac propositione hominem possibile est eē hominem prædicatum præcise supponit in ordine ad copulam est, & sic solū supponit in ordine ad vnam copulam & non ad plures, & per consequens non ampliatur in ordine ad rem/ pus. ¶ Negetur prædicatum hominem supponere solum pro præsentibus. Immo supponit pro præsentibus præteritis futuris & possibilibus, sicut subiectum.

Quinta regula, Prius & posterius quā do ordinem temporis important tam ante qaam retro ampliant.

Hanc ampliationem harum p̄positionum veritates Adam est prior antichristo, antichristus est posterior Adam enucleant. Sic dicatur de his notionibus anteire, pręcedere, sequi & similibus. Sēsus huius Adam est prior Antichristo est iste. Adam qui est vel fuit est prior Antichristo q̄ est vel erit. Dixi ordinem temporis, si importent ordinem naturę vel honoris non ampliant ¶ Contra, bene sequitur, adam est prior antichristo, ergo antichristus ē prior Adam, sed consequens est falsum, igitur. ¶ Respondetur. consequentia est nulla, sic conuertatur, prius Antichristo qui est vel erit ē vel fuit Adā, vel sic prius Antichristo est vel fuit Adam, & sufficit sic. prius Antichristo est Adam, quia ibi significatum denotatur præcedere, & stat in ordine ad ea quæ sunt vel fuerunt, prędicatum istius Adam est prius Antichristo (sicut & subiectum) non ampliatur nec aliqua pars eius, sed quia solum habet amplum modum significandi demonstrando in hoc instanti adam hæc est vera hic est prior antichristo.

Sexta regula, dictiones primę intētionis in bilis aut in tiuum desinētes aptitudinem ad vtrumq; significatum important es ad ea quæ sunt vel possunt esse ampliant.


Ossibile secūdę intentionalis ret non ampliat nec cubile & sedibile ampliant. ¶ Ex hac regula sequitur has esse cōcedendas, genitum est generabile, corruptum est corruptibile. ¶ Contra hanc litteram argumentor, ex ea sequitur risibile esse terminum ampliatiuum & sic non esset passio huius termini homo, cuius oppositū prædicatur in prędicabilibus, seque la patet. hæc est vera Antichristus est risibilis hæc autem falsa Antichristus est homo, modo passio de nullo debet verificari de quo nō verificetur subiectum cum sint termini cōuertibiles, igitur ¶ Secundo argumentor, subiectum huius omnes homīes possibiles sunt accipitur pro vno solo scilicet pro omnibus hominibus possibilibus cōiunctim, & in hac homines sunt accipitur pro pluribus. ergo dictiones in bilis non ampliāt suppositionem, sed eā attenuāt. ¶ Ad prius istorum respōdetur, ꝓprie passiones ab hac regula excipiuntur quæ solum ampliant quo ad formale, & non materiale, non sufficit in eis aptitudo materialis significat°. Nā risibile supponit ꝓ hoīe q̄ ē mediante copula de præsenti siue ponatur a parte subiecti siue prędicati, sed quo ad formale ampliatur hoc est dictu. ad veritatem huius crassus est risibilis non requiritur ipsum actu ridere, sed sufficit eum esse in potentia propinqua ad ridendum. Et tenendo digitum hominis esse hominem, ipse ē risibilis, hoc est habēs potentiam propinquam quantum est ex parte animę ad producendum risum, si instrumēta desint ad risus apparitionem ad extranihil impedimēti est, vt patet in aliquibus ore & labijs priuatis. Ad secundam obiectionem iam superius responsum est.

Septima regula, vocabulū sequēs aut precedens dictionem importantē mutationem acquisitiuam, in cuius significatum acquisitio denotatur ferri ampliatur ad ea quæ sunt vel statim post hoc erunt, & si corruptionem importet ad ea quæ sunt vel fuerunt.


Irtute huius regulæ tales conceduntur Sortes facit domum post eius initium, pariter & hæc Sortes facit circulum, & licet nullus circulus sit in mundo nec domus, terminus circulum supponit pariter & domus, si Sortes facit a domum, & a domus non compleatur, hæc est falsa Sortes facit a domum, licet putabatur vera tempore structure Ex eodem fonte hę cōceduntur, domus fit, asinus generatur, equus corrumpitur, Incipit ampliat ad tempus futurum, sed non ad quodlibet vt suo in loco dicetur.

Octaua regula. terminus explicās cōnotationem alicuius vocabuli ampliatiui ampliatur ad tot temporis differētias adquot talis terminus cuius connotationem explicat ampliare potest.


T Sortes est visibilis visione inibi visione ad quatuor differentias temporum ampliatur.

Nona regula. terminus importans actum sensus ampliatur ad ea quæ sunt vel paulo ante hoc fuerunt.


Icimus nos audire sonum quando est corruptus, illic consistat ꝓ sono qui parum ante hoc fuit, qui putatur audiri quando nō est, potes dicere ad quatuor, communiter apud theologos tenetur deum posse facere notitiam intuitiuam sine obiecto (licet conterraneus hoc nō admittat) deus potest secundum hoc facere me habere notitiam intuitiuā a albedinis sine concursu a albedinis vel eius præsentia, tunc ista videtur concedenda video a albedinem, & cum est affirmatiua oportet dicere a albedo ibi ampliatur, quod non est verum nisi terminus albedo ampliaretur ad quatuor, dixi potes, nō est necesse istud admittere, potest enim dici in illo casu video, & non video a albedinem nec aliquid. Ad veritatem istius video sufficit visionem intuitiuā in intellectu vel oculo sensu exteriori vel interiori habere, & sic non erit necesse ampliationem hanc multiplicare.

Decima regula dictio posita cū termino importante actum animę interiorē intellectus aut volūtatis in cuius significatum vis verbi trāsire denotatur ad ampliationem amplissimā ampliatur.


Ermini actum interiorem importantes sunt tales. Intelligo concipio significat supponit verificatur aueo cupio desidero volo nolo glorior, & sic de talibus actum in

tellectus aut voluntatis importantibus. vt cognoſco hoiem. ¶ Dicit in cuius ſignificatũ &c quoniã chimęra non ampliatur hic, chimęra ſignificat chimærã, quare hęc cõcedunt chimęra intelligitur chimera ſignificat chimærã. Chimęra eſt obiectũ noticię, Homer' viuit vt poeta pͥmo periarmenias hoc eſt ĩ intellectu, res impoſſibilis poteſt actũ intellectus terminare Vendo autẽ & emo & ſimilia nõ ſic ampliant nõ ſolum actus interiores importãt, ſed alios contractus exteriores ſibi vẽdicant, quare nõ ſequitur. Pariſius & Romę vẽditur piper, itaq̧ omne piper Pariſius & Romę vẽditur.

Circa hanc literam dubitatur an ſit ponenda aliqua ampliatio vltra quatuor.

Reſpõdetur, licet hic partita ſit poſitio partem affirmatiuam teneo, quã ampliationẽ in litera voco ampliſſimã. Nam voluntas eſt impoſſibilium. iij. Ethicorũ. Propterea primus angelus velle poterat ſe eſſe deũ, licet illud impoſſibile cẽſeret. & nõ minus potẽs eſt intellectus intelligendo impoſſibile q̃ voluntas volendo ergo vtraq̧ illarũ potẽtiarũ in impoſſibile fertur obiectiue. ¶ Secũdo, intellectus poteſt facere quãdam cõpoſitionẽ impoſſibilem vniẽdo multas res poſſibiles mutuo, quę ſũt incõpoſſibiles, vt apprehendendo deum eſſe partem compoſiti, animam intellectiuã eſſe de eſſentia dei, illa apprehẽſio ad impoſſibile illud complexum terminat, nõ ſolũ fertur in animã nec in eſſentiã diuinã tantũ, ſed in hoc totum animã intellectiuã exiſtẽtẽ de eſſentia diuina, quod eſt impoſſibile, igitur. ¶ Tertio, chimęra ſignificat chimęrã, ſimiliter aſinus habens animam intellectiuã tanq̃ partem eius ſignificat talem imaginatum aſinum, Et hæc non poſſunt ſaluari nec ſimiles, niſi ampliationes tales ponendę eſſent. ergo talis ampliatio minime neganda venit. ergo chimęrã in hac ſupponit chimęra ſignificat chimęrã. & ſic eſt verificãda hoc imaginarie eſt chimęra. Similiter hic. chimęra ſignificatur per chimęram, ſupponimus quid nois chimęrę, chimęra eſt ens cõpoſitum ex incõpoſſibilibus (vti alibi fuſius retulimus) & ſic impoſſibile eſt ſignificabile. ¶ Quarto, hęc conſequentia eſt nulla Nabuchodonoſor exiſtens bos apprehẽditur errare in ſylua, proinde Aſſirius poſſibilis bos errat in ſylua, & nullus eſt error, niſi quia a magis amplo ad minus amplũ diſcurritur. itaq̧ ampliatio quinas ad differentias tempeſtatis prorogatur. Cenſeo has rationes ſuaſionibus ad oppoſitũ fortiores, propterea his perſuaſus earum concluſionem ſuſtineo.

Contra iſtud argumẽtor, ſequitur hãc eſſe neceſſariam. Sortes intelligit chimęram, ſimiliter chimęra eſt intellecta a ſorte. cõſequẽs eſt falſum. ſi nõ ſit intellectio ſortis ĩ anima, illa eſt falſa.

Secũdo, hęc erit neceſſaria, Sortes imaginarie eſt Plato. ſed cõtra ſubiectũ non ſignificat Platonẽ. ergo nõ ſupponit pro eo.

Ad prius iſtorũ nego ſequelam, ſicut probatio bene oſtendit, requirit noticia actualis in ſorte ad vtriuſq̧ veritatẽ, licet chimæra ſupponit illic ampliſſime, illa ampliatio non prohibet qui requiratur illic intellectio actualis ad eius veritatẽ. Eodem modo. hęc eſt contingens, ſortes eſt imaginatus aſinus, ſortes eſt aſinus imaginatus, quod pro eodem recipio, ſequitur actualis imaginatio ad veritatẽ illius nec ſequit Sortes eſt imaginatus aſinus. ergo Sortes eſt aſinus, ſicut nõ ſequitur Adam eſt homo mortuus. Ergo Adam eſt homo. Pari forma, hęc eſt contingens. Sortes eſt actualiter Platoni apparẽs aſinus, & vera quando ſortes graditur manibus & pedibus indut' pelle aſinina, & iudicatur aſinus a vendente.

Ad ſecundum, concedo ipſam eſſe veram & neceſſariam, & nego ſubiectum non ſignificare Platonẽ de ſignificatione reſpectiua. ¶ Pro cuius lucidiori intelligẽtia ſcito duplex eſt ſignificantia, quędam eſt reſpectiua (quam aduẽtitiam appellabo) quę cõtrahitur ab ampliſſima copula aut termino ad quinq̧ tẽporũ differentias ampliante, et hac ſignificatione Sortes ſignificat Platonẽ, & quãlibet rẽ mũdi etiam anteq̃ imponeret ad ſignificãdum, quẽadmodum facit hęc dictio buf, quia in hac ſignificatiõe ſignificat omne illud quod poteſt imaginarie eſſe tale. & hac ſignificatione ſortes & plato ſignificant idem adequate. At hęc cõſequentia eſt nulla Sortes Platonẽ ſignificat ſignificatione aduẽtitia. ergo Sortes Platonem ſignificat ĩ abſoluto modo loquẽdi. Si tñ cõcederetur illud cõſequẽs nihil aliud haberes quã eſſet ſolũ pugna verbalis, hęc ſignificatio nõ ſufficit ad tranſcẽdens nec ad terminũ eſſe cõmunẽ, & dicta in terminis & in alijs locis communibus extra hãc materiã non intelligũtur de hac ſignificatione. ¶ Alia eſt ſignificatio abſoluta quã terminus ſignificat extra ꝑpoſitionem & in ꝑpoſitione ex impoſitiõe vel ex ſua natura a qua ſignificatione (ſi in mente fuerit) terminus nõ cadit, & de iſta ſignificatiõe ſemper loquũtur artiſte extra hanc materiã. Conceptus ſpecificus (cui ſubordinat hæc vox homo) omnes homines poſſibiles ſignificat, & ẽ

naturalis similitudo talium. Sic conceptus huius vocis Iohannes naturaliter absolute nō repræsentat Platonem, aduenticie respectiue ac cōplexiue significat Platonē, copula de ymaginario significationem illam extra impossibilia extendit, nec hoc ē naturaliter proprie nec ad placitum proprie significare sicut communiter loquimur in terminis. Ad Sortem respectiue repræsentare Platonem sufficit q ymaginaria sit similitudo Platonis, & quęlibet res mundi est suum significatum respectiuum & vltimatum, & pro illa personaliter supponit. Et quia ad placitum intellectus aut voluntatis ē sic extrema vnire potest dici vtcunq; ad placitum repręsentare, hoc quod solum respectiue significat & in propositione terminus aliquid significat hac respectiua significatione qd extra ꝓpositionē minime repſentat, & ab hac significatiōe termin⁹ mētalis cadere pōt.

Tertio argumentor, subiectum istius mentalis homo existēs asinus ymaginarie currit ꝓ nullo impossibili supponit, quod patet, quia vel ille cōceptus causatur a rebus impossibilibus, & hoc non, quia nulla talis est nec esse potest, vel a rebus possibilibus, & non hoc, quia sicut Sortes causat notitiam sui & nō Platonis, sic quęlibet res possibilis causat cōceptū rei possibilis, immo per se ipse fuimet.

Respondetur, negādo subiectum istius non supponere pro re impossibili, Istam dicimus veram homo existens asinus significatur per hoc complexum homo existens asin⁹, & subiectū supponit pro re impossibili, & conceptus illius rei impossibilis a rebus possibili⁹ causatur, quia res possibiles conceptum simplices rerum possibilium causant, vt Sortes causat conceptum sui, & brunellus conceptū brunelli. Iam habentur illę notitię in intellectu vel in sensu interiori, tūc intellectus vnit illos cōceptus simplices mediante aliqua coniungibili dicens, Sortes existens brunellus apponens prędicatum Intellectus est participatiue liber, & ad voluntatis imperium hęc facere potest. Interdum mere naturaliter ex aliquibus apprehensionibus pręuijs quę ad talem complexionem aditum dant, vt in sensu in somniante, sicut interdum potest intellect⁹ copulam cathegoricam formare & alia syncathegoreumata, interdum vero non, & causam reddere tā his q̄ illis ē communis, propterea ob talem rationem hęc via non impugnatur. Et dico per illū conceptum complexum nedum hominem in se aut asinū in se intelligo, sed aliquod vnū ex his conflatum, & sic intellectus terminet tā ad possibile q̄ ad impossibile. ¶ Dicis obiectum intellectus tunc non erit solū ens, si intelligas de ente existente palam est, appręhēdēdo charum patrem defunctum quā do eius pro anima præcamina fundo, etiam vltra ens possibile intellectus intelligendo scandit, Iosephus aloqui litteratum peritus suspicabatur assirium regem bouem, potest quispiam sane illud ymaginari, si duo aut tres eruditi boni testimonij id militi militia assueto aut deliro anui hoc ipsum verū asserentes referētibus assentirent.

Quarto argumētor, sequeretur istū terminum homo significare asinum etiā de significatione absoluta, consequēs est falsum, & sequela patet, significat omne illud quod potest esse homo & potest ymaginarie esse homo.

Respondetur, argumentum non concludit, dicam homo significat omnem hominem qui potest esse & omnem hominem quē ymaginari potes esse, sed non significat omne illud quod ymaginari potest esse hominem, illę propositiones late differunt, mediantibus alijs copulis de possibili idem est, istę ęquiualent homo significat omnem hominem possibilem & omē illud quod potest esse homo homo significat, nō sic in appellatione rationis, & sic de alijs copulis citra ymaginatur. vel sic (& fortasse melius) sicut istę in alijs equiualent homo omnem hominem possibilem significat & significat omne illud quod potest eē homo, sic in proposito, homo significat omne illud quod potest ymaginari esse homo & omnem hominem quem ymaginari potes esse significat, & licet hęc sit vera capto subiecto huius homo est asinus significat asinum non sequitur hanc esse veram homo est asinus, quia illa significatione absoluta vbi non est amplissima ampliatio homo non significat asinum, nō habendo oculum ad ampliationem, hoc ē dictu naturalis similitudo & incomplexa hominis non est naturalis similitudo asini.

Quinto argumentor, sequitur aliquā esse indiffinitam quę nullam potest habere singularem, hoc est inconueniens, & patet consequētia, capio hāc hō ymaginarie est asinus, da mihi aliquam singularem eius Sortes ymaginarie est asinus aut iste homo ymaginarie esse asinus nullam potes apparentiorem singularē assignare, sed nulla istarum ē singularis, cum vtriusq; istarum subiectum pro pluribus accipi potest mediante simili copula, Sortes prædicatur de Platone mediante copula istius ꝓpositionis. Eodē modo iste homo ymaginarie ē Plato, demonstrando Sortem, subiectū istius

mediante copula supponit pro Platone.

Respondetur, concedendo illatum citra restinctionem, nec hoc reputo incōueniēs. ¶ Hic tamen animaduerte pro hac positione non oportet ponere aliquod cōplexum significabile ab incōplexis distinctum, sicut alias dicemus. quia sortē currere nihil aliud est q̄ sortes currens. Sic hominē esse asinum significatur p hanc, homo est asinus. & subiectum supponit pro aliquo impossibili q̄d intelligitur ex hoīe & asino cōponi, hoc est ex vnioni hoīs & asini.

Sexto argumētor, aliquod impossibile prime intētionaliter nō est significabile, & idē est iudiciū de quolibet, igit. Maior patet, quia ista nō est concedenda nō intelligibile est intelligibile. ergo impossibile nō est significabile, cōsequētia apparet, quia intelligibile & significabile cōuertūtur. antecedens patet, cōuersiue infert hanc intelligibile est non intelligibile. & ista infert hanc, intelligibile nō est intelligibile ab affirmatiua ad negatiuā prędicato variato penes finitum & infinitum. & omne impossibile est intelligibile. ergo duo cōtradictoria vera ex positione sequuntur.

Respondetur, concedendo quodlibet impossibile esse intelligibile siue implicet contradictionem, vt homo existens asinus siue eā explicet. vt Sortes est & non est. In cuius veritate possibili vetulā Buridani hesitabundam stetisse memorię proditum est, diuinā potētiā vltronea magnificabat. sed istā non intelligibile est intelligibile distinguo, vel negatio infinitans prohibet omnē suppositionē oppositā suppositioni termini infinitati. & sic illa est falsa & impossibilis, si aliquam prohibeat aliquā admittendo. tunc illa cōcedatur, in quo sensu non infert illam negatiuā de prędicato finito. vt ex secūdo Periarmenias lucebit, ex quo rationem in forma facile diluere potes.

Septimo argumētor, sequeretur istas esse synonimas, Sortes imaginarie est Plato, Sortes imaginarie est Sortes de significatione aduenticia cum significent idem adęquate & eodem modo.

Respondetur, si illatum concederetur de significatione respectiua positionem nō infringeret. ¶ Secundo, nego sequelam, est enim vnus terminus in vna nō habēs similem synonimitatem in alia, & licet sit conuertibilitas nō tamen sequit̄ synonimitas, liber est lector hoc vel illud seligere.

Octauo, tunc deus erit potentior secūdum intellectum q̄ voluntatem cū intelligit impossibile nō tamen vult impossibile.

Respondetur, nō sequit̄ propter duo. Primo, eadē res numero est intellectus & voluntas diuina. Secundo habet actum nolendo latum ī impossibilia, modo nolle est actus voluntatis sicut & velle. ¶ Epilogando dicimus dabilis est ampliatio ad quinas differentias tēpestatis, & non solum concedimus, homo est imaginatus asinus. vbi prędicatum est imaginatus asinus, sed hāc concedimus verā. homo imaginarie est asinus, vbi copula est hoc totū imaginarie est. & extrema homo & asinus. At illius affirmatiue extrema pro eisdē rebus supponunt. & omnis suppositio est significatio, quare non ab re aduenticiā illā significationē prorogauimus. si dicas hoīem supponere pro asino, & cum nō significare aduenticie saltem aperis mihi viā id cōcedendi in copula de possibili & inferioribus. hāc per epilogationē alias imaginationes (quas inter reparandū dare consueuimus) retundere laboro, demū oīs suppositio est termini acceptio suo p significato &c.

Dubitatur quomodo propositionum veritates cum terminis ampliatiuis deprehendi possunt.

Respondetur triphariam, per resoluētes, per ampliationis explicationem, & per regulas a non amplo ad amplum, & contra discurrendo. Quo ad primū ponitur hęc regula.

Propositionis indefinitę, particularis, aut singularis sine subiecto demōstratiuo, veritas per resoluentes cognoscenda venit.



N priori resoluēte prædicatum & copulam resolubilis cum pronomine demōstratiuo accipito pro subiecto. Secundę resoluentis subiectum erit pronomen idem demonstrans, & subiectum resolubilis erit prędicatum, & capietur copula ppositionis secūdum ampliationis exigentiā, vt centenarius erit puer vnius anni, sic resoluit̄. hoc erit puer vnius anni, demōstrando ephebum qui cētū annos viuet, hoc est vel erit cētenarius, igitur. Quo ad secundum dicitur.

Non omnis ampliatio est explicanda copulatiue, disiūctiue, aut copulatim, & per consequens eam disiunctim exprimere necessum est.



Rima pars patet, quia tūc hæ duę essent falsę. Omnis homo fuit animal homo nō fuit animal, si nūc primū nascatur Sortes. Sēsus prio

tis est, omnis homo qui est fuit animal, & omnis homo qui fuit fuit animal, modo hoc ē falsum. sensus secunde est homo qui est non fuit animal, & homo qui non fuit non fuit animal. Et si omnis ampliatio disiunctiue exprimeretur retento eodem casu illę duę essent vere, de expressione copulatim patet sicut pręcedens, ergo cum ampliatio est exprimēda eam disiūctim a sufficienti diuisiōe exprimere necessum est. ¶ At forte dicis, quando terminus distribuitur explicatio erit copulatiue, quando vero non distribuitur explicabitur disiunctiue, immo eodem modo quando terminus stat confuse tantum copulatim vel disiunctim explicāda venit, & sic probationes conclusionum negatiuarum non procedunt contra istud, quia diceretur hæc est vera in illo casu homo nō fuit animal cum disiunctiue explicanda venit.

¶ Contra, tunc hæc erit falsa omne creans necessario est deus deo nihil creāte, cum explicetur per vnam copulatiuā cuius vna pars pricipalis est falsa, sed consequens est falsum, est necessaria vt ex modalibus patuit. ¶ Dico igitur paucis ampliationem explicandam disiunctim, hoc est per cathegoricam de disiūcto extremo, & in explicatione disiunctim ampliationis fac disiunctum pro solo illo & omni illo supponere pro quo terminus ampliatus supponit, vt si non in hac non nigrum erit nigrū prohibeat suppositionem totius ne supponat pro aliquo illo pro quo supponit terminus finitus, puta nec supponit ꝓ nigro quod ē nec pro nigro quo erit. sic explica ampliationem. illud quod est vel erit res quæ neq; ē nigra neq; erit nigra erit nigrum, si solū ꝓhibeat suppositionem termini secundum vnam differētiam temporis sic explicabis. Illud quod ē nō nigrum vel quod erit non nigrum erit nigrū, & sic dicatur illic aliud a nigro erit nigrū, aggregatum ex relatiuo & ablatiuo sequenti cōmunius non supponit pro illo pro quo supponit talis ablatiuus.

De tertio respondetur per hanc regulam fundamentalē, terminum ampliatum ad ipsum nō amplum vel minus amplum superiorem obseruabis.

EX hac regula fundamētali aliquas regulas particulares pro materie vberiori intelligentia deducamus quarum prima est:

A nō amplo ad amplum vel a minus amplo ad suum magis amplū affirmatiue sine distributione ampli cōsequētia est bona.

¶ Hæc regula est similis illi in qua arguitur ab inferiori ad superius affirmatiue sine distributione superioris, vt sequitur homo est currens, ergo homo est vel fuit currens, dicitur affirmatiue, nō enim sequitur Sortes nō est Sortes, ergo Sortes non est vel fuit Sortes. Ex qua regula secunda iterum sequitur hæc.

Procedendo ab amplo ad nō amplum negatiue cum distributione ampli cōsequentia est bona.

¶ Patet ex oppositis cōsequētis ad oppositum antecedentis prioris norme discurritur, dicitur negatiue, nam affirmatiue non sequitur etiam cum distributione omnis homo est vel fuit albus, ergo omnis homo est albus nec sequitur sine distributiōe sortes currēs nō est vel fuit, ergo Sortes currens non est. ¶ Vlterius tertio patet consequentiam non valere a non amplo ad amplum negatiue sine constātia. ¶ Quarto patet, ab amplo distributo ad non amplum affirmatiue sine constantia consequentiam esse nullam. Ex basi præmissa hæ duę regulæ sicut & pręcedentes suam euidentiam suscipiunt. dicitur sine constantia nō ampli, quoniam hęc consequentia est bona omnis homo est vel fuit currens, & homo est, ergo omnis homo qui est ē vel fuit currens. Similiter negatiue cum constantia & sine distributione a non amplo ad amplum valet consequentia. sequitur enim bene homo qui ē nō fuit currens & homo est, ergo homo non fuit currens, sed non sequitur hęc, nullus homo fuit currens etiam capiendo hāc pro maiore nullus homo qui est fuit currens.


Contra primam regulam ex fundamēto deriuatam argumentor sic, non sequitꝰ Sortes est, ergo Sortes fuit, & tamen pręceditur a non amplo ad amplum affirmatiue, igitur. ¶ Similiter non sequitur Sortes potest esse, ergo Sortes ymaginatur, & tamen discurritur a minus amplo ad magis amplum affirmatiue igitur. ¶ Tertio, non sequitur, omne currens est asinus, ergo omne currēs potest esse asinꝰ. Sed dicis proceditur cū distributiōe sicut non sequitꝰ Plato omnis homo est, ergo Plato omnis homo est vel fuit. ¶ Contra, bene sequitur omne currens est asinus, ergo currēs potest eē asinus, & tamen est distributio, igitur. At dicis (& bene) sequitur cum distributiōe nō ampli ¶ Contra, bene sequitur omnis asinus est currens, ergo omnis asinus potest esse currēs,

Et tamē arguitur cū distributione ampli, igitē. Ad primum concedo, nō sequitur, nō discurritur ad amplum suū cum alius error a parte pr̨dicati cōmittatur. reliquos terminos vniformiter ad regul̨ radicem in eis teneto. ℭ Ad secundum, pariformiter respondetur, hanc tamen bene infert Sortes imaginarie est. ℭ Ad tertium inter argumētandum ad calcē vsq; responsum est. Ad quod dico argumētū tenere solum gratia materį.

Contra tertiam regulam argumentor, bene sequitur, asinus non est currēs, ergo asin⁹ possibiliter nō est currēs sine constantia. ℭ Respondetur, hoc est gratia materį ob cōsequētis necessitatē. In simili forma facile est instare, hanc illationē nō si i esse nullam, creans non est deus, ergo creans possibiliter non est deus.

Sequitur de appellationibus.

Appellatio est terminus cōnotatiuus in propositione existens.



Ppellatio passiua est termin⁹ cuius significato denotatur aliquid vel aliqualiter cōuenire ratione alterius termini in ipsum cadentis. Appellatio actiua est termin⁹ cōmuniter cathegoreumaticus ratione cuius denotatur alter terminus taliter accipi, & interdum est syncathegoreuma, communiter dicimus in modalibus, deus necessario est creans, est falsa, quia necessario suū aliqualiter significare hoc est suam significationem denotat cadere in cōnotatum alterius termini. Et si dicas h̨c est vera, Sortes necessario possib. est currēs Et h̨c falsa, de⁹ possibiliter necessario est creās. ergo syncathegoreuma est appellatio passiua Respondetur significantia aduerbij necessario in priore denotatur cadere super illud totum possibiliter currens ita q̄ possibiliter currēs de necessitate cōpetat Sorti, & hoc est verum, & in alia denotatur necessario creans possibiliter cōpetere deo. & hoc est falsum. Omnis enim appellatio est connotatio (intellige de appellatione actiua, de qua litera intelligitur) sed non econuerso, terminus extra propositionem connotat, & non appellat.

Quo fit aliqua appellatio est suppositio, & nonnunq̄ secernuntur.



Pr̨dicatum eni huius, homo est albus, & supponit, & appellat, Pr̨dicatum autē huius, homo est animal supponit, & non appellat. Ergo aliqua suppositio est non appellatio. Pr̨dicatum vero huius, homo est Sortes cœnans ponendo eum nō cœnare appellat & non supponit, si pars termini appellat totū ratione partis appellat. C̨terum quāq̄ de termino cōnotatiuo habunde in terminis sim fatus illorum aliqua hic refricare haud pigebit, sine connotationis finitiōe appellationē intelligere nequis, illud enim in huius quid nōis locatur. ℭ Termini cōnotatiui sunt termini qui de sua significatione pricipali & essentiali importāt aliquid per modum adiacentis vel non adiacentis siue extrinsecesce siue intrinsecece. Dicitur de significatione essentiali, quia secūdum grāmaticos genitiuus significat per modum vt cuius & datiuus per modū vt cui hoc est, ill̨ sunt not̨ genitiui & datiui, sed hoc est de significatione grammaticali & nō principali & essentiali, qn̄cūq; rectus est terminus absolut⁹ obliquus etiā est absolut⁹, hoc dixerim ꝓpter nōnullos qui obliquos absolutorum cōnotatiuos reputant. Dicitur per modum adiacentis propter terminos qui positiue cōnotant, & hoc cōtingit dupliciter Aliqui termini rem subiecto inh̨rentem connotant, vt album, nigrum. Alij termini aliam habitudinē circa illud pro quo supponunt important, vt pater habitudinem ad filium, & sedens partes ipsius sedentis sic se habere importat. Sed secūdum alios paternitas & sessio sunt duo accidētia patri & sedēti inh̨rentia. hoc est vnus est respectus intrinsecus adueniens, & alter extrinsecus adueniens, non adiacētis ꝓpter terminos priuationis, vt cæcus, ignarus, pauper, inops, Bona fortunæ cōnotant, sed per modum defectus. ℭ Rursus terminus connotatiuus duplex significatum habet, Materiale pro quo supponit, & Formale quod cōnotat. Et si idem sit materiale & formale, vt in istis terminis pater idem sedēs, tūc si terminus connotatiuus materiale connotat, hoc nō est inquantū materiale, sed inquātum formale coincidit cum materiali. res alba est significatum materiale termini albū. albedo vero significatū formale, & terminus mētalis rn̄dens est etiā connotatiuus & incōplexus naturaliter proprie verumq; significans, sed pro vno (qd̄ in recto significat) supponit, pro alio vero (quod in obliquo significat) nō supponit. hoc est, in eius quid nominis vnum ponitur in recto, & aliud in obliquo.

Dubitatur, an terminus appellans suū

significatum formale omne significatum formale appellet vel aliquod & aliquod non. Respondetur, appellat omnem suum significatum quod significat secũdum vnum & eundem cõceptum siue illud sit fuit erit vel potest esse, nec ad verificationem propositionis oportet omne illud quod terminus appellat inesse illi cui appellet adiacere, sed sufficit aliquod appellatum inesse ei quod sufficit denominare subiectum secundum exigentiam acceptionis termini, hæc est vera, album currit quãdo vnus septẽtrionalis currit quia licet album omnem albedinem cõnotet, hoc tamen est sub disiunctione. Et ex illo patet terminus connotatiuus secundum eundem conceptum semper ęqualiter appellat quantum est de se, ipse tamen positus secũdum suum synonimũ in diuersis propositionibus cũ aliis & aliis terminis aliter & aliter appellat, vt ĩ regulis mox ponendis patebit.

Circa appellationem realem sex regulę notandæ veniũt, quarũ prima est. Deficiente cõnotatione vocabuli positiui mediante copula propositionis eius suppositio deest.



Ppellatio enim realis ẽ terminus connotatiuus in propositione existens denotãs suum significatum conuenire alicui nõ importans actum anime ĩteriorem de significatione adequata. ¶ Virtute huius regulę hæc est neganda æthiops est albus, quia prædicatum non supponit pro æthiope cum ei non conueniat connotatio termini albus. Albus enĩ denotat albedinẽ adiacere rei pro qua debet supponere, & quia non adiacet non supponit pro illa re. Pari forma hæc est falsa Abel fuit pater, pater enim positiue connotat filium, & quia mortuus est virgo prędicatum illud pro eo minime supponit, dicebatur positiue si terminus fuerit priuatiuus non requiritur adiacẽtia, quare hæc est vera Sortes agricola est ignarus, licet ignarus scientiam connotet, hoc tamẽ est priuatiue, ad talem terminũ pro eo supponere sat ẽ illius termini priuationem agricole conuenire, quo fit hæc est vera, socrates fuit pauper, cũ pauper priuatiue cõnotet opes, hoc est supponit pro aliquo connotãdo opes deesse, hæc tamen est falsa Socrates fuit ignarus.

Secunda regula. Quando duæ dictiones cõnotatiuę quarum vna aliam determinat, a parte eiusdem extremi ponuntur, & ad idem extremum se applicant semota ampliatione sua significata formalia cõuenire eorundem significatis materialibus pro eodem tempore adequato appellant.



Vltę particulę huius regulę sunt perutę, nec ad eam oportet determinabile præcedere & determinationem sequi. vt video regem & ego sum regẽ videns ęquiualẽt percutio regentem, & regentem percutio. ¶ Dicitur duo termini cõnotatiui, si vnus fuerit terminus absolutus, hoc nõ oportet, dicitur a parte eiusdem extremi, quia si non ponerentur a parte eiusdẽ extremi tũc non appellarent pro eodem tempore pręcise, proptereaper istam denotatur percussi doctorem theologum eram percutiẽs eum tempore doctoratus, patet. omnes conditione regulę illi prędicato cõueniunt, illę enim sunt duo termini connotatiui scilicet percutiens & doctorem a parte eiusdem extremi, quia a parte prędicati, omnes concipiunt per hanc ego comedi crudum ꝙ tempore comestionis res comesta erat cruda, & ad veritatem illius nõ sufficit rem quam comedi in aliquo tempore prę terito fuisse crudam, & in aliquo tempore prę terito me illam comedisse, & illi termini accipiuntur vnica acceptione, ergo regula rationabiliter fundatur. Dicebatur semota ampliatione multum refert dicere crudũ comedi, & comedi crudum, prior est vera propter a. [illegible]liationem alterius termini appellantis, sic hic sortes facit domum de rigore regulę illa esset falsa, sed illic domũ ampliatur. ¶ Vnde fit omnes tales negande veniunt, Iohãnes percussit doctorem theologum Parisiensem, Iohannes ꝑcussit rectorem Parisiensem, Iohannes comedit carnes crudas, Iohannes comedit panẽ integrum, Iohannes comedit integrum pomũ vel Iohannes comedit pomum (malum fractum non est pomum) resurgent cæci in iudicio, resurgent claudi ad gloriam, erunt peccatores in celo, deus fecit malum angelum, deus produxit Adam patrem Caim, Sortes vidit summum pontificem, ponendo eum vidisse hunc virum antequam fuisset supremus præsul, & nunquam tempore põtificatus. Prępo nendo tamen terminos a parte copule omnes tales concedende veniunt, cęci claudi & peccatores resurgent ad beatitudinem, integrũ po

mum comedi. carnes crudas comedi, romanū
prǫsulem vidi. Similiter hǫ sunt vere, & sǫpius
in me verificate, rectorem Parisiensem percus
si in lectione, doctorem Parisiensem percussi,
panem integrum comedi, cum copula de prǫ
senti idem est. Iste namq; ǫquiualent panē sum
comedens & sum comedens panem, nisi dice/
re voluens in vna ē determinatio accepta v
nica, in alia autem non vnica, & sic ad veritatē
istius regentem percutio non requiritur eum
esse regentem tempore percussionis, sed tem/
pus prǫsens in duas partes secabitur, in prio
re erit regens, in posteriore percussus. hoc est
vnum voluntarium, & non placet, dico istas
equiualere regentem percutio & percutio re/
gentem, ad quorum veritates requiritur ꝙ in
instanti vel mensura adequata (qua pulsatur)
regēs extat. Similiter ꝓbabile ē istas ǫquiuale
re fui carnes crudas comedens & fui comedēs
carnes crudas, & illud probari potest per dein
esse earum tenendo totum illud a parte prædi
cati debere stare in sua deinesse, licet quis dice
re potest in vna est determinatio accepta vni
ca acceptione & non in alia, rationabilius ē di/
cere eas æquiualere. Ex quo patet hanc conse/
quentiam esse nullam quicquid heri emisti ho
die comedisti carnes crudas heri emisti, ergo
hodie comedisti carnes crudas ¶ Sed cōtra di
ces conuertens istius carnes crudas comedisti
est falsa, ergo & conuersa, assumptum patet,
carnes crudas comedens est vnum extremū,
& tu alterum tunc conuertens erit tu fuisti ꝓo
medens carnes crudas. ¶ Respondetur, male
conuertitur quia vel capis hoc totum carnes
crudas comedens pro subiecto vel prædicato
Si secundum facile est illam conuertere Si pri/
mum debes illam sic conuertere, ergo tu car/
nes crudas comedens fuisti, & non in hanc
tu fuisti comedens carnes crudas. Ratio est qa
termini debēt eodem modo appellare in con/
uertente sicut in conuersa, saltem non magis
stricte appellare in conuertēte quam in cōuers
sa. In ista carnes crudas comedisti illi termini
connotatiui non appellant significata forma/
lia pro eadem mensura, sed in conuertēte ma
le signata appellant pro eodem tempore ade
quato. Ex istis vlterius patet iste non æquiua
lent anima Christi corpori vnita ad inferos de
scendit & descendit ad inferos anima Christi
vnita corpori, prior ē vera, & secūda falsa. nec
iste æquiualent comedi rotundum & rotun/
dum comedi, deꝰ produxit diabolum, & dia
bolum deus produxit, prǫdicabit rector cras
& cras rector prædicabit, si cras prædicet fu/
turus rector ad decem annos ista est vera, re/

ctor cras prædicabit, & ista est falsa cras præ/
dicabit rector, equum Platonis uidi & vidi e
quum Platonis, licet equum sit terminus ab/
solutus & sic Plato non inconuenit hoc totū
esse terminum connotatiuum, si hoc de signi/
ficatione grammaticali dependeat & totū sic
terminus absolutus adhuc ad veritatem huiꝰ
equitaui equum Platonis requiritur ꝙ equū
possessum a Platone equitauerim. Ista tamen
est concedenda percussi illum qui fuit rector.
Eodem modo hæc percussi rectorem Parisiē/
sem vel discipulum, actus percutiendi cadit in
totum disiunctum, tamen in prǫdicato istius
est appellatio secundum regulam percussi re/
ctorem & discipulum.

Contra hanc regulam primo sic argu
mentor, casu prǫdicto hæc est falsa summum
pontificem Sortes vidit, nam summum pon
tificem videns nō verificatur in ordine ad co
pulam illius propositionis, quia ista de disiun
cto non est vera Sorte demonstrato hoc ē vel
fuit summum pontificem videns, vt patet ꝑ
disiunctiue falsitatem ad quam reducitur, nā
hǫc pars est falsa hoc est summum pontificem
videns, vt liquet, & similiter illa de præterito
nunq̄ habuit vnam de præsente veram, nunq̄
enim fuit hǫc vera hoc est summum pontifi
cem videns, Sorte demonstrato. ¶ Secūdo sic
argumentor. sequitur ex regula hanc esse fal/
sam Sortes comedit poma Sortes comedit pi
ra qui nullǫ pira & poma comedit contra com
munem modum cōcipiēdi hominum immo
naturaliter Sortes non potest comedere po
mum integrum vt per eius deinesse & iam di
cta patet.

Ad prius argumentorum responde
tur, oportet sic verificationem facere Sorte de
monstrato hoc summum pontificem vidē
est vel fuit modo hoc est verum. ¶ Ad poste
rius concedo illas falsas, tempore comestionis
non sunt poma, & pira, & tempore quo Sor/
tes est comedens pomum est fractum, nisi di
ceretur adhuc nō desunt esse pomum ob par/
ue partis ablationem, sed tunc ibis ad hanc Sor
tes comedit pomum integrum, cōcedo ergo
illas esse falsas, iste tamen sunt vere pomū Sor
tes comedit quod pro vulgo sufficit, & con/
cedo illam modalem. arte sua iuuenis logicus
vtatur, vt in his regulis habituetur, exercitas
tio est artis altrix, & cum in ea eruditus fuerit
communiter loquentium modo vtatur.

Tertia regula. terminus appellatiuus
solitarie positus suum significatum ap
pellat conuenire rei pro qua natus est
supponere solitarie sine addito vel cū
solo termino absoluto poni dicitur.

EXemplari manuductione hęc
regula deregitur, cum dico Sortes ē
albus albus albedinem connotat ad
iacere rei pro qua terminus albus natus ē sup
ponere, per hanc denotatur albedinem suffici
enter denominare Sortem Sorti inherere. Sic
Sortes est homo albus, album currit, Sortes ē
bonus prædicatum bonitatem moralem ap/
pellat Sorti adiacere Sortes est doctus, illic ly
doctus omnem doctrinam indifferenter im/
portat. Aliter tamen appellat quando imme
diate hęret termino connotatiuo vt in regula
pręcedenti retulimus & sequenti adhuc dice/
mus, non concipimus per hanc Sortes est bo
nus clericus ipsum esse bonum moraliter, sed
peritum in litteris, tūc enim restringitur adie/
ctiuum a substantiuo connotatiuo ad impor
tandum tale vel tale de significato formali se/
cundum exigētiam substantiui & ita videtur
terminus bonus in illis duabus Sortes est bo
nus Sortes est bonus artista equiuoce capi.

Quarta regula. Quando duę dictiōes
connotatiue se habentes sicut substan
tiuum & adiectiuum immediate con
iunguntur quorum connotatum vni
us natum est cōnotato alterius compe
tere tunc notio quæ se habet instar ad
iectiui suum significatum formale ap
pellat & denotat competere conno
tato substantiui, modo talia vocabula
non fuerint numeralia & accidens in
herere denotant.

HEc regula patet exemplariter
per hanc Sortes est niger monachus
si sit ꝓfessionis eorum qui nigrum
habitum differunt, illa ē vera, & cō
cedenda de Sorte dacho albissimo (vt solēt se
ptentrionales esse), per illam enim denotatur
Sortes est habens habitum nigrum, & hoc est
verum, nec refert siue substantiuum siue adie
ctiuum præcedat, idem enim est dictu Sortes
est niger monachus & Sortes ē monachus ni
ger. at hoc non esset si taliter appellaret sicut
in hac Sortes est animal nigrum vel Sortes da
chus est homo niger, ergo regula vera. ¶ Po
nuntur aliquæ conditiones ad hoc ꝙ regula
verum habeat requisite dicitur in primis con
notatiue quia si alter fuerit absolutus tūc nō
oportet, idem est si aliquid interferatur vt bo
nus & monachus deflent peccata, & idem est
hic Sortes monachus cuius equus ē niger be/
ne dormit, vbi niger non appellat nigredinē
adiacere habitui monachali, requiritur ꝙ deter
minet illum terminum monachus, licet illic di
cere potes vnum non hęret alteri immediate,
Geminam habet cōnotationem monachus,
vno modo connotationem inferiorem ad ter
minum religiosus, qui connotat virum relin
quere ob sanctitatem fluctus seculi & vana eius
desideria, monachus connotat talem modum
quo nostri monachi viuunt vel viuere debēt
puta hominem esse talis professionis sancti be
nedicti vel alterius & tunc exemplum de re/
gula pręcedenti latitat. Alio modo connotat
habitum monachalem, hęc distinctio ponitur
propter aliquas propositiones quibus vtimur
& paulopost peramplius patebit, facile depre
hendes quis terminus est adiectiuus & quis lo
co substantiui ponitur, capiamus prędicatum
huius Sortes est magnus logicus, logicus est
substantiuum quia adiectiua quæ hominibus
& superioribus puta deo & angelis conueniūt
substantiuantur in masculino genere vt iustus
germinabit sicut lilium, magnus pluribus cō
petit, ꝓpterea a ratione substātiui magis elō/
gatur. Si illi termini non se habeant sicut sub/
stantiuum & adiectiuum eius tunc regula in/
stantiam patitur. vt patet hic fui ꝑcutiens mo
nachum vbi connotatio de percutere non de
notatur cadere in connotatum termini mona
chus, dicitur dummodo connotatum vnius
quia possit conuenire connotato alterius de
aliis regula non intelligitur, quare ad verita/
tem istius Sortes est albus musicus requiritur
Sortem esse musicum & Sortes esse album, q
musica nō est alba neq; nigra. Similiter hic sor
tes est artista risibilis connotatum vnius non
est natum connotato alterius competere pro
pterea appellant sicut in regula præcedēti. Ex
vsu in modalibus habemus dicere ꝙ aduer/
bia aliqua denotant suas significationes ca/
dere in connotata terminorum sequentium
vt deus necessario est creans, licet non potest
creare de necessitate, tamen propositio illa hoc
denotat, & sic de contingēti impossibile & ta
libus, sed huiusmodi vocabula non sunt adie
ctiua nisi sicut aduerbium est adiectiuum ver
bi secundū Priscianū, sed adhuc istud nō videt
sufficere quia ista est falsa deus est necessarius
creator, similiter hęc ē falsa essentia diuina est
necessaria creatrix & nō eēt falsa nisi q cōno


ratio termini necessarius denotatur cadere in formale termini creatrix cui nō potest competere, propterea si ad veritatem illius sufficeret deum esse ens necessarium & creare facile daretur illa vera, sed quicquid sit non expugnatur haec regula & de illis posthac loquemur. Dicitur dummodo tales dictiones nō fuerunt numerales quia si adiectiuum sit terminus numeralis in illis regula non intelligitur, nam si eadem anima informaret tres materias de potētia dei & fierēt tria supposita scilicet Sortes Plato & Cicero, ista non est concedenda sortes & plato & cicero sunt vnū animatum licet vna anima fuerit in illis tribus immo sunt tria animata, & hoc capiendo & complexiue, bene enim sequitur sortes & plato & cicero sunt vnum animatum, ergo hoc vnum animatum demonstrato sorte, vel illud animatum demōstrato platone, & sic de cicerone, sed consequēs est vna disiunctiua pro qualibet sua parte falsa, illic terminus numeralis appellat suum cōnotatum conuenire cōuenite significato materiali substantiui. Et eodem modo si tres personae in diuinis assumerent eandem humanitatem (quod opposito puto probabilius) ista est neganda pater & filius & spiritussanctus sunt vnus homo, quia sicut superius argumentatus sum non sunt iste vnus homo demōstrato patre, nec iste vnus homo demonstrato filio, & sic de spiritusancto. inutile est dicere sunt vna essentia diuina quae est vnus homo, ergo sunt vnus homo, dico pater & filius & spiritussanctus sunt tres homines & homines tres, idem est pręponere & postponere adiectiuum, de talibus pater & filius sunt duo spirantes & non duo spiratores ad summulistas nō attinet, quia est materia duodecime distinctionis primę sententiarum, conducibilius est circa creaturas q̄ circa coelestia puros artistas immorari Dicitur & accidens inherere denotant hoc est significātes sua significata formalia per modum inherentie q̄ significatis materialibus ꝓpter tales, deus est creator rudibilis in recto, quae nō est vera quando deus asinum creat, licet creator creaturam connotat non tamen per modum inherentie sicut albus albedinem, sic pater connotat filium non tamen per modum inherentie, quare regula nō tenet in istis sortes est occisus pater ad cuius veritatem requiritur sortē inesse paternitatis occidi. nam illic adiectiuū appellat occisionem super materialem significatum substātiui scilicet sortem, & non habet verificari hęc propositio pro morte filij nisi de per accidens, quia filio soligenito mortuo sortes desinit esse pater, pater albus currit non requirit filij albedinem ad eius veritatē, sed patris. ¶ Virtute huius regulę tales sunt concedende sortes est bonus regens licet malus homo, & hoc si fuerit occulte malus, ad esse bonum regentem sufficit & requiritur eum eius dite & ordinate legere, & exterius bonum exemplum ostendere. Cacus est bonus fur vel latro, non vtimur tamen talibus sortes est bonus malus licet potest dici (si admittatur) per eam significatur iste habet excessum in malo vel aliqd̄ simile, sed talibus improprijs minime vteris. Insuper hoc antecedens est verum est propositio distinguenda demonstrando antecedens huius consequētie homo est asinus, ergo homo est rudibilis, vel pręcdicatum habet pro substantiuo subiectū, vel capitur substātiue. primo modo est propositio vera in cuius pręcdicato est appellatio per hanc regulam. Secundo modo ipsa est falsa. nam verum tunc appellat suum formale conuenire eiusdem significantie materiali per regulam praecedentem. Eodem modo tales sunt distinguēde clericus est magnus, iste pater est tuus demōstrādo equum tuum qui genuit aliū. Aliquas tales propositiones habes in materia de propositione loquendo de praedicato propositionis. Itidem haec est distinguenda hoc caput est tuum, demonstrando caput canis tui quod ē tua res, licet non caput tuum, & per consequens haec est distinguenda haec pars demonstrato eodem capite est tua & hoc os est tuum. Sic haec est concedenda in vno sensu os tuum rodit ossa sub mensa tempore quo prandes. Eodem modo dicatur de hac propositione similitudo Sortis ad Platonem intenditur tenendo relationem non distingui a re relata vel rebus relatis, & sit casus Sortes & Plato sint albi, vt quinq;, postea dealbet Sortes Platone remanente aequaliter albo, tunc Similitudo Sortis ad Platonem est albedo, & ista est concedenda similitudo Sortis ad Platonem intenditur vt facile expositorie deducitur, sed hoc est falsa, intenditur similitudo Sortis ad Platonem ꝓpter aliam appellationem, significatur per illud Sortes & Plato sunt similiores quam ante, quod est falsum. Et sic iste sunt concedendę similitudo Sortis ad Platonem non remittitur, sed remittitur similitudo Sortis ad Platonem. Idem est dicere similitudo Sortis ad platonem est intensior similitudo & similitudo intensior. etiam de virtute sermonis haec consequentia est nulla, similitudo Sortis intēditur, ergo similitudo Sortis est intensa, nec componūtur illę duę propositiones ex eisdē pręcdicatis, q̄admodū nec iste Sortes diligit & Sortes

est dilectus, quia passiuum præsentis temporis
non includit participium præteriti, & in talib⁹
non habemus participia appropriata. Ista est
vera calor intenditur in pricipio motus & fal
sa est ista calor est intensus ante quartū vel qn
tum gradum. at hoc magis habet practican i
philosophia. Eodem modo possumus dissol/
uere talia argumenta, faber facit cultellum, er
go faber facit aliquid, consequentia est nulla.
per antecedens denotatur postq̄ Ponūtur duo
termini connotatiui a parte prædicati faber ē
faciens rem taliter se habere quod sufficit ad
cultellum, vt facio appellat factionem secūdū
quid, sed per consequens significatur faber fa
cit aliquid quod est falsum, quia nec substanti
am nec accidens non facit ferrum calibē neq̧
partes eorundem. Et ex isto iterum patet hanc
consequentiam esse nullam, faber facit cultel
lum, ergo cultellus fit a fabro, quia cultellus ī
consequente non taliter appellatur qualiter in
antecedente, per consequēs enim significatur
rem quæ est cultellus puta ferrum fieri, sed de
bes inferre ex illo actiuo a fabro fit cultellus,
& hoc iterum est verū. Eodem modo hęc cō/
sequencia est nulla Sortes facit Platonem esse
doctum artistam, ergo facit Platonem, nec se/
quitur Sortes facit Platonem esse doctum arti
stam & Platonem esse doctum artistam est Pla
to, ergo Sortes facit Platonem. nec ex posito/
rie proceditur propter variationem appellatio
nis. Eodem modo appellant isti termini con/
struo edifico īcipit definit ago produco. Inter/
dum enim appellant sua significata connota
tis terminorum connotatiuorum conuenire
videlicet quando connotatiui termini sequū
tur vt Sortes desinit esse albus ita q̧ ad verita
tem illius sufficit albedinem desinere inherere
Sorti. Interdum appellant suas significationes
conuenire significatis materialibus aliorū ter
minorum vt quando ponuntur cum terminis
absolutis aut terminis connotatiuis præceden
tibus vt album incipit esse, ad cuius veritatem
non sufficit albedinem incipere esse, sic hic cre/
ans necessario est deus, ad cuius veritatem re
quiritur solum necessitas materialis significa
ti de creans. ¶ At dicis ex dictis sequitur has
concedendas Iohannes vidit album, Iohānes
comedit pistorem supposito q̧ albedinem ex
tra subiectum videbat & panem comedit, nā
significatum verbi fertur præcise ī significatū
formale termini connotatiui sequētis ex dictis
ita q̧ ad veritatem prioris sufficit visionē fer
ri in albedinem. ¶ Respondetur, non omnia
verba sua significata appellant conuenire si/
gnificato formali termini connotatiui sequen
tis, sed interdum significato materiali, vt in p
posito nec etiam certam legem dabo quando
ita est & quando non, sed secundūm commu
nem modum concipiēdi propositiones veras
vel falsas procedendum est. In præsentia autē
comedit suum significatum formale cadere in
significatum materiale termini sequentis (pro
eodem tempore adequato pro quo termin⁹
sequens ex secunda regula appellat) denotat.

Circa tertiam regulā & hoc quod nu-
perrime diximus difficultas vna occurrit vi-
detur albus solitarie non appellat albedinem
adiacere rei pro qua supponit in ista Sortes est
albus & q̧ appellat albedinem adiacere habi-
tui monachali & canonicali in hac Sortes ē ca
nonicus albus vel religiosus albus, & hoc cla-
re ostendam capio mentalem istius Sortes est
albus, sensus illius erit Sortes est res alba vel
Sortes est albus, adde ei terminum religiosus
dicendo Sortes est albus religiosus tūc vel al
bus adhuc appellat albedinem adiacere Sorti,
& tunc regula est nulla, vel appellat albedinē
adiacere habitui monachali, & nullo pacto ad
iacere Sorti, & tunc terminus cadit a sua signi-
ficatione in mente, connotatio termini est sua
significatio. Et sic argumentor hic Sortes est
magn⁹ prædicatum appellat magnitudinem
molis (quæ secundum ternam demensionem
copulatim metienda est) adiacere Sorti, adde
ei vocabulum artista in mente tunc prædica/
tum non appellat per te magnitudinem mo/
lis adiacere Sorti, sed magnitudinem virtutis,
hoc est perfectionem secundum illud Augu/
stini, in his quæ non mole magna sunt idem
est esse magnum & perfectum, & hic idem est
significatum materiale & formale, ergo si ma
gnus in hac Sortes est magnus artista non ap-
pellat magnitudinē adiacere Sorti vel rei ma-
gne terminus cadit a sua pricipali significatio-
ne in mente quod nō videtur dicendū ¶ Pro-
pter hoc argumētum forte dicis albus vniuo-
ce albedinē connotat adiacere rei pro qua sup
ponit solitarie & connotationi alterius termi-
ni, sed alter terminus connotatiuus ei additus
facit & limitat illum terminum & suum signi-
ficatum formale denotat adiacere connotato
alterius, & sic terminus non cadit a sua signifi
catione in mēte, significat idem ly magnus in
ista Sortes est magnus clericus quod significa
bat in hac Sortes est magnus, sed propter de/
terminationem limitatur ad hoc quod pro a-
lio accipiatur. ¶ Sed contra, cum omnia illa
vniuoce significat non videtur ip̄m magis de
bere accipi p magnitudine molis in hac sortes

est magnus quam pro magnitudine virtutis puta pro magno artista vel magno studente. Similiter Sortes est albus canonicus in ista albus appellat albedinem adiacere Sorti sicut in ista Sortes est res alba, ergo tunc sensus erit Sortes est res alba canonicus. sic hic Sortes dachus est niger prędicator capto vocabulum praedicator vt habitum connotat. A superiore clamide religiosus albus vel niger denominatur sicut a pilis brutum album vel nigrum vt in auibus & in quadrupedibus dicere solemus. Sed per monachum crebro in modo loquendi quẽcunq religiosum intelligimus, dicimus habitus nõ facit monachum, quod cuilibet religioso ęqualiter applicatur. ¶ Forte aliter dices melius est tenere positionem illam quę dicit albus adiectiue tentum praecise albedinem significat, sed non est synonimum cum termino albedo, quia significat concretiue albedinem de modo significãdi essentiali, hoc est cõtermit subiectum denotando terminum albus vel solitarie vel cum addito pro re alba accipi. nõ sic tamen ẽ de termino albedo propter ea significat albedinem per modum per se stãtis, & non per modum alteri adiacentis. Et ex isto non sequitur terminum cadere a sua significatione, quia cum dico album currit album ꝓ re alba accipitur. Cum dico animal album currit solum accipitur pro albedine concretiue, & denotat albedinem cõpetere animali & sic Sortes est albus monachus denotat albedinem conuenire habitui monachali, & sic quando capitur adiectiue praecise significat albedinem, sed propter varia additamenta varijs albedinem adiacere denotat, sed hoc vnico conceptu albi. Ex quibus patet terminũ ipm non cadere a sua significatione. ¶ Contra, dicendo album currit quãdo est substantiuum rem albam significat, & potest ei addi vocabulũ animal, & tunc sic argumẽtor, vel significat idem quod ante significabat vel non, si secundũ cadit a sua significatione, si primum male respondes, extraneum est concedere substantiuum non posse ei immediate addi. Item hoc alias tanquam vero inimicum reiecimus. ¶ Respõdetur, vides quicquid dicamus est apparentia in oppositum. Sed hanc partem iam elegimus licet poterint aliæ fractiones non inapparentes argumento dari. Non inconuenit terminum cadere a sua significatione connotatiua quæ est minus principalis in hac Sortes est magnus praedicatum appellat magnitudinẽ adiacere rei pro qua supponit. In hac Sortes ẽ magnus artista praedicatum appellat magnitudinem virtutis & non molis artibus adiacere, & sic concedo terminus ille est in mente, & quando ponitur ei determinatio connotatiua ab aliqua priore significatione naturali cadit, non autem a materiali, & licet idem sit significatum materiale & formale non cadit a materiali inquantum huiusmodi. Ratio quare hãc partem citius quam aliam eligo est, quia seruat regulam circa quam laboramus melius in mente & voce quam aliter. Et initetreparandum cum conmilitonibus meis regentibus solemus admittere hoc de syncathegoreumate, etiam in suppositionibus ostendimus syncathegoreuma aliquod manere in mente, et ab aliqua significatione sua actuali cadere. Sic concedo aliquod cathehoreuma significatione ab aliqua sua significãtia actuali cadit hoc est connotatione.

Quinta regula. Si a parte vnius extremi duo vocabula sese habẽtia sicut determinatio & determinabile, quorum vnum est connotatiuum & aliud importat locum tunc appellant taliter vt connotatio alterius debet cõuenire illi pro quo determinatio supponit.



Licet ista sit concedenda hoc corp9 Christi in sacramẽto eucharistie est lõgum sex pedib9, ista tñ est neganda hoc corpus ẽ longum sex pedibus in sacramẽto eucharistie. prior ꝓbatur expositorie, hoc benedictum corpus Christi in cęlo est longum sex pedibus, & hoc corpus Christi in coelo est corpus Christi in sacramento eucharistie, ergo hoc corpus Christi in sacramento eucharistie est longum sex pedibus. Sed secunda significat illam longitudinem sex pedum prouenire in sacramento eucto eucharistie quod est falsum. Similiter posito casu quo Sortes sit Romę & Parisius, Romae currens & Parisius studens, iste sunt concedende, Sortes studens est Romę, Sortes currens ẽ Parisius, & istę duæ sunt negande, Sortes est currens Parisius & Sortes est Romę studens. facile priores expositorie probantur, falsitates secundarum ex regula lucent.

Sexta regula. Vocabulum nõ ampliatiuum connotat seu appellat suum significatum secundum exigentiam copule propositionis in qua ponitur.



HEc regula patet, prędicatum huius Sortes fuit albus albedinem ꝑ tempore praeterito, prędicatum vero huius Sortes est albus pro tempore pręsenti appellat. Dicitur non ampliatiuus quia prędicatū huius Adam est productus non appellat productionē passiuam ꝑ tempore pręsenti sed pro tempore pręterito Similiter praedicatum in hac Antichristus est futurus prędicator, nō appellat actum prędicandi ꝑ tempore pręsenti importato per copulam, sed ꝑ tempore futuro. Subiectum huius album fuit nigrum appellat albedinem pro tempore pręsenti sub disiunctione ad pręteritum. Extrema huius fur potest esse iustus appellant sua significata pro quocunq; tempore possibili. Contingens & necesse aliter denotant sua significata cadere a parte prędicati & a parte subiecti (vt partim iamiam retulimus) ad hoc ꝙ propositio sit vera, sed idē est quo ad suppositionem, de hoc alibi fusior habetur sermo. ¶ Virtute huius regulę hę cōcedende veniunt, album fuit quando non fuit album, pater erit quando nō erit pater, suppositio fuit quando non fuit suppositio.

Sequitur de appellatione rationis.

Appellatio rationis passiua est notio secundum propriam rationem secundum quam significat accepta.



APpellatio rationis &c. Quāuis appellatio formalis significati & realis communiter teneantur pro eodem quum tamen appellatio formalis significati non videtur aliud esse quā terminus cōnotatiuus denotās formale significatū ꝑ aliqua tpis differētia alteri adiacere vel nō adiacere (hoc ꝓpter terminos priuatiuos aut abnegatiuos addo) omnis appellatio saltem actiua potest vocari appellatio formalis significati. Vnde dico appellatio rationis actiua est terminus connotatiuus importans actum animi interiorem appellans suum formale significatum secūdum illam determinatam rationem & propriam secūdum quam terminus super quem fertur suum significatum repręsentat, vt in ista propositione cognosco ly cognosco pro cognoscente supponit & in generali omnem cognitionē connotat sub disiunctione eidem adiacere, addatur ei ly venientem tunc restringitur ad appellandum suum significatum formale cōuenire rei pro qua supponit mediante notitia ꝓpria termini venientem in quem eius victus fertur, & cū appellatio passiua est acceptio termini in propositione pro suo significato secundum conceptum secūdum quem talis terminus suum significatum significat, (vt in littera retulimus) sequitur terminum absolutum esse appellationem rationis. Ex istis patet sensus huius cognosco venientem est iste cognosco venientem sub conceptu venientis. Si sub alio conceptu eum cognoscam hoc non sufficit ad veritatem huius. Sensus huius cognosco Sortem est iste cognosco Sortem sub proprio conceptu & singulari repręsentatiuo Sortis. Cognosco hominē sub conceptu absoluto & specifico hominum repręsentatiuo.

De appellatione ratiōis duę ponentur regule quarū prior esto.

Quęlibet dictio sequēs notionem importantem pręcise actum interiorem cognitiuum aut appetatiuum in quā denotatur actus verbi cadere propriā appellat rationem nisi aliunde alienetur vt sortes cognoscit venientem sub conceptu substantie.

NOn dixi importantem actū animi propter actus angelicos, licet quemlibet spiritum interdum animam vocamus, sicut philosophi vocarunt deū animam mundi. ¶ Dicitur pręcise ob tales terminos emo vendo & similibus de quibus nuperrime dictum est. ¶ Potencia appetitiua est potētia volitiua & nolitiua breuiter est ipsa voluntas. Actus huiusmodi potencię sunt nolo volo appeto desidero ꝓmitto, quia ꝓmissio interior nihil aliud est quam velle facere aliquid licet illa promissio per verbe exterius patefiat, nam a volitione interiori vera promissio exterior oritur. Et ex consequenti debitum quare promitto & debeo hic annumerare solent, vt promitto tibi equū & cum appetitus naturalis non distinguitur a voluntate non oportet loqui de actibus & desiderio naturali eius. Nec hāc appellationem rationis nimis extēdere expedit. Ratio ab antiquis de ea modicus habitus ē sermo. ¶ Termini importantes pręcise actum cognitiuū interiorem sunt termini sensus interioris & intellectus cuiusmodi sunt imaginor cognosco apprehendo significo cuius actus terminātur ad potentiam cognitiuā quod sufficit. Ergo non

preciſe tales actus importat, multa hic ſuppo-
nenda ſunt ex philoſophia. Sed tu ſummuliſta
regulã habeto bene reſpondendi. Dummodo
quęris a argumentante, an terminus (de quo
contenditur) importat actum inferiorem, &
ſecundum hoc reſpondebis, ad te nõ attinet
venari potentias animi vel angeli. ſed hoc no-
tabis, ſi proponatur tibi talis. Video albedinẽ
eam diſtingues. vel ſi video importat viſionẽ
corporeã. tunc dices, vt oculo corporali cõue-
nit nõ appellat ad intentionem regulæ. Si ve-
ro importat actum animi interiorẽ. ſicut theo
logi vtuntur vocabulo (tum appellat & capi
tur pro intelligere. Sic dicimus. Sãcti in patria
vident deum. & tamen deus (potius dicã diui-
nitas) nõ cadit ſub obiecto viſus corporei, cũ
eſt inextenſa. Illic videre eſt intuitiue cogno-
ſcere. ¶ Redeo ad regulam in qua dicitur ter-
minus ſequẽs, quia ad hoc ꝙ ſit appellatio ra-
tionis ſecũdum ꝓpriam rationẽ termini recti
a verbo importante actum animi &c. requiri
tur illũ terminũ ſequi & non precedere. Si enĩ
precedat appellat ſecũdum ꝓpriã rationẽ, &
actum ac nõ adęquate ſed ſub diſiunctione ad
alias rationes particulares & vniuerſales rei
conuenientes ſi nõ ponatur reſtrictio, vt ſortẽ
ei⁹ ſingulari noticia cognoſco. In iſta veniẽtẽ
cognoſco. ly cognoſco appellat conceptũ ve-
nientis ſiue quãcunq; aliam rationẽ venienti
cõuenientem ſiue ſit ratio hominis ſiue anima
lis, quare ad eius veritatem ſufficit me habere
aliquã noticiam de veniente, vtpote ſubſtan-
tię entis animalis vel patris, nõ ſufficeret habe
re noticiam aſini vel bouis, quia illa nõ accipit
pro ſorte veniente. veritas iſtius patet expoſi-
tione, hunc hominẽ cognoſco monſtrando pa
trem, & hic homo eſt veniẽs, vt ſupponitur, er
go venientẽ cognoſco, ſed iſta eſt falſa cogno-
ſco veniẽtem, nõ habeo proprium cõceptum
ſecũdum quẽ dicitur veniẽs. fateor tamen mẽ
talis iſta nõ poteſt eſſe vera veniẽtẽ cognoſco
quin iſta etiã fuerit vera cognoſco venientem
ſi iſta mentalis ſit vera, venientem cognoſco,
oportet veniẽtis conceptum fore in mente. &
tunc poſterior eſt vera. tamen poteſt eſſe ſicut
ſignificatur per hãc, veniẽtẽ cognoſco, quãdo
nõ ita erit ſicut per hanc ſignificatur cognoſco
venientem. & hoc ad maliciam conſequentię
ſufficit. An iſta conſequentia ſit bona reſpectu
intellectus diuine Deus venientẽ cognoſcit,
ergo deus cognoſcit venientẽ, nihil ad nos ſe-
cũdum illud Catonis. Mitte archana dei cœlũ
inquirere quid ſit. Sed hãc & ſimiles diſtigues
cognoſco patrẽ vel matrem. vel ly cognoſco
appellat ſuper totũ diſiunctum, & tũc appellat
propriam cognitionẽ diſiuncto illi cõpetentẽ,
vel ſuper partes ſeparatim, & tunc ad eius ve
ritatem ſufficit cognoſcere patrẽ vel matrem
¶ Dicitur notanter in quam denotatur actus
verbi tranſire, quia mihi in iſta appeto mihi
beatitudinẽ nõ ſtat ſecũdum propriã rationẽ
¶ Ex iſto ſequitur homo non ſignificat omnẽ
hominem, vel omnes homines. ſed hoc com-
plexum omnis homo, ſignificat omnẽ hoĩem
ſignificat etiã importat actum ad intellectum
terminatũ. Per iſtam homo ſignificat omnem
hominem, denotatur homo ſignificat omnẽ
hominẽ ſecũdum conceptum cui ſubordinat
hoc cõplexũ omnis homo. ſimiliter Sortes nõ
ſignificat aliquid. Vocabulum autẽ cõceptus
ad actum & conceptũ indifferẽter in materijs
laxamus. ¶ Vlterius ſequitur, hæc cõſequẽtia
eſt nulla. Sortes ſignificat ſortem. ergo ſortes
ſignificat hominẽ, licet ſortem ſit inferius ad
hominẽ tamen ſignificans ſortem nõ eſt infe-
rius ad ſignificãs hominẽ. & ſic non eſt inferio
ritas reſpectu talium extremorũ. hoc tamen
cõſequiũ eſt firmum. Sortes cũ ſimilibus ſortẽ
ſignificat. ergo ſortes hominẽ ſignificat. ¶ Vl
terius ſequitur, iſte homo ſignificat iſtum ho-
minem, ſed Sortes nõ ſignificat iſtum hominẽ
Sorte vtrobiq; demõſtrato. Nec ſequitur ho-
mo ſignificat hominẽ. ergo homo ſignificat ri
ſibile. Sortes ſignificat ſortẽ. ergo ſortes ſignifi
cat ſortẽ vel platonem Non eſt cõuertibilitas
reſpectu talium extremorũ. Cõmuniter tamẽ
extra hanc materiã non ſtamus in appellatio-
ne rationis, niſi ſpecialiter mẽtionẽ de ea alibi
faciamus, ſed vulgariter loquimur. Præterea
ſequitur, hęc cõſequẽtia eſt bona, homo ſigni-
ficat hominẽ. ergo homo hominem ſignificat
Ratio proceditur a propoſitione habente pau
ciores cauſas veritatis ad propoſitionẽ habẽtẽ
plures, quia in conſequẽte quãcunq; rationem
appellat ſub diſiunctione. & virtualiter proce-
ditur ab inferiore ad ſuperi⁹ ſine errore. ¶ Am
plius ſequitur, hæc conſequẽtia eſt bona, pro-
mitto tibi equum ergo omne equum tibi pro
mitto. Ratio per antecedens denotatur equũ,
Promitto ſecũdum rationẽ ſpecificã cuilibet
equo cõuenientem, & cum omne promiſſum
ex ore fidelis cadat in debitum promittens in-
tendit ſe ad hoc aſtringere, omnẽ equum tibi
debeo, quia ſi debeo tibi equum obligor dare
tibi equum ſecũdum rationẽ ſpecificã cuilibet
equo cõuenientẽ. ergo cuilibet equo cõuenit.
& per conſequẽs conſequentia bona. Si dicam
Promitto tibi equum, & dolo malo nõ intẽdo
tibi dare, nõ ſum obligatus dare tibi equũ. ho-
mo non ſemper tenetur implere iuramentum

cadens super materiã licitam (quę est etiã licita materia iuramẽti) vtpote quãdo ẽ dolosum, ergo a fortiore non tenetur adimplere promissionem, sed hoc ad summulistam non attinet sufficit eiinniti huic medio omne promissum ex ore fidelis cadit in debitum.

Ex his sparsim dictis recolligitur secũda regula. Argumentando affirmatiue a vocabulo sequente terminum facientem appellationem rationis ad ipsum præcise non sic appellatum affirmatiue distributiue vel non distributiue est bona consequentia, non autẽ econtrario. ¶ Quo fit negatiue a dictione præcedente appellationem rationis actiuam ad notionem sequentẽ consequentia valet non aũt ecõuerso.

HEc regula patet ex prius immediate dictis, proceditur enim a ꝓpositione habente pauciores causas veritatis ad propositionem habentem plures. Ad veritatem huius cognosco venientem requiritur eum sub conceptu veniẽtis cognoscere. & hoc sufficit verificare hanc veniẽtem cognosco, & cum hoc verificari potest si venientem sub conceptu animalis substantię aut alio conceptu venienti conuenientẽ (vt iã retulimus) cognoscam. Corrolariũ patet, qa proceditur ex opposito consequentis ad oppositum antecedentis, modo talis consequentia est infallibilis, bene sequitur. nullum equũ tibi promitto, ergo nõ promitto tibi equum, sed non sequitur hoĩem cognosco aut quemlibet hominem cognosco, ergo cognosco hominem, varijs modis antecedens verificatur quibus consequens non verificatͬ. Ex quibus manifestum est licet formaliter argumẽtari a nõ distributo ad distributum, non tamen intelligas hãc illationem esse bonam equum tibi debeo vel equum tibi ꝓmitto, ergo quemlibet equum tibi promitto vel quemlibet equum tibi debeo, neutra istarum valet. Ad veritatẽ istius equum tibi promitto requiritur & sufficit ꝙ hunc equum vel illum & cætera tibi ꝓmittam, cum equũ in illa stet determinate nullus est error quin possimus & debemus disiunctiue ascendere & descendere, & licet debeam tibi equum vbi equum stat determinate & ex consequente quemlibet equum sub disiũctione, tamen sum deobligatus dando tibi quemcunq; equum postquam promissio erat facta sub ratione specifica determinate equo conueniente & sine distributione post verbũ debeo, & sic omnem equum promitto & omnem equum debeo & ero deobligatꝰ non omnem equum tibi dando, immo hũc equum tibi dãdo. Si promittam tibi equos tunc debeo tibi equos & omnes equos debeo, sed dãdo quoscunq; duos deobligor a debito, qa taliter ꝓmisi & deobligor dando promissum secundũ rationem promissi. Si dicam promittam tibi omnes equos oportet videre si intelligam de omnibus possibilibus quia quod tunc promitto nemo potest adimplere. Intellectis promissionibus videtͬ quid promittẽs dare intẽdit.

Contra regulam argumentor, non sequitur promitto tibi equum, ergo equum tibi promitto, immo oppositum consequentis stat cum antecedente, nullum equum tibi promitto, vt patet inductiue. ¶ Item proceditur a suppositione confusa tantum ad determinatam remanente signo confusiuo, & talis consequentia non valet. ¶ Secundo argumentor bene sequitur omnem equum tibi debeo, sed gradanus reginę est equus, ergo gradanũ reginę tibi debeo. Idemtidem de regis sonipede argumentabor, quę concedere est incõueniẽs.

Ad prius nego consequentiam nõ valere, nec oppositum consequentis stat cum antecedente. Et vno modo dicitur, non est incõueniens a suppositione confusa tantum ad determinatam hic argumentari. Secundo, sequẽdo hanc viam inutile est asserere hos terminos confundere. ¶ Ad posterius sufficienter ex dictis est respõsum, dico equum regis reginęq; debeo, sed non teneor vnum illorum equorũ dare, quia non est ꝓmissio secundum equum regis reginę ve facta in particulari, sed ꝓmissio erat in vniuersali per rationem vniuersalẽ cuilibet equo conuenientem.

Sed dubitatur, quare ponenda est appellatio rationis. ¶ Respondetur apud antiquos logicos parua habita est mentio istius appellationis expresse, sed quia Aristoteles secũdo elenchorum hunc sillogismum negat, cognosco choriscum & choriscus ẽ veniens, ergo cognosco veniẽtem; at infallibiliter sequitur ex illis præmissis venientem cognosco, ergo discrimen intellexit inter has cognosco veniẽtẽ & venientem cognosco, nec videtur aliquod aliud interesse nisi sola appellatio rationis. Iã istud abijt in rem iudicatam tam in theologia quam in logica. dicimus inimicum effectu & affectu teneor diligere in casu, sed non teneor diligere inimicum. Itẽ multa nunc in vsu sunt

que apud maiores non visa sunt, patet de obligationibus, insolubilibus, & multis alijs calculationibus phisicis, huc vsq; secũdum modum nrothericorum respondimus.

Alius est modus veterũ artistarum logices sue tempestatis non expertiũ casu quo promitterem tibi vnum equum, concederent istas, debeo tibi equum quem nõ debeo, promitto tibi equum quem non promitto, debeo tibi aliquid promitto tibi aliquid. Dicunt terminos sequẽtes ista verba stare confuse tantũ, sed nõ sequitur debeo tibi equum. ergo equũ tibi debeo, modus iste defendi potest paucis.

Sed contra eũ argumentor sic, ponẽdo Sortem platoni pro fideli seruitio promittere equum tunc secundum hanc viam nõ sequit̃. Sortes debet Platoni equum. ergo equum platoni debet. & vltra, nullum equũ platoni debet. & nihil aliud a partibus & adiacẽtib' equi platoni debet. ergo nihil ei debet, & hoc negare in foro contradictorio est debitum inficiari quod est inconueniens, sic enim iudex sortem absolueret a debito. ¶ Secundo argumẽtor. Sortes debet Platoni equum. ergo equus a sorte Platoni debetur. consequens est falsum, ergo & antecedens. ¶ At dicis, oportet inferre. ergo a sorte Platoni debetur equus. ¶ Contra hoc argumentor, equus saltem erit vnum extremum, & aliud extremũ a sorte platoni debitus vel ens debitum. modo illud totũ non supponit, & est affirmatiua. ergo falsa. Si dicas supponit. ¶ Cõtra, nõ supponit nisi pro equo ergo hec erit vera, equus debet Platoni a sorte contra responsionem.

Ad priorem harum rationũ concedo, non sequitur, & etiam sortes nihil Platoni debet, sed debet platoni aliquid. Si vere dicere possit nõ debet platoni aliquid negat debitũ, & deberet a iudice perito absolui. & non si dicat, nihil debeo Platoni. ¶ Ad secũdum argumẽtũ inter ratiocionãdũ sufficiẽter respõsum est ad finẽ vsq;, cõcedo em̃ vnũ extremũ non supponit, sed nõ sequit̃ propterea eam esse falsam. vt in exponibilibus hoc nõ habet verũ ita nec cum istis verbis deuincior, teneor, obligor, debeo. quia secũdum hãc viam vti explicuimus, iste dictiones cõfundunt terminos sequẽtes in quorum significata eorũ actus cadere denotatur, vtramq; viarum probabilem relinquo, pro suo arbitrio lector preeligat viã quã magis imitare libuerit. At secũdum hũc posteriorem modum sustinebo tibi, debeo tibi antichristum & chimeram, propterea prior modus neothericorum plus placet.

Sequitur de restrictione.

Vocabulũ restringitur quod pro paucioribus accipitur q̃ acciperetur restrictione semota.



Estrictio passiua & secunde intẽtionalitet capta est terminus restrictus sicut actiua terminus restringẽs. ¶ Vnde triplex est restrictio, Scilicet Materialis siue suppositorũ. Formalis siue temporum, & suppositorum & temporum simul. Primo modo, terminus restringitur qui non supponit pro tot suppositis sicut supponeret tali restrictione seclusa, sed pro paucioribus significatis vel vno. vt homo in hac, homo albus currit ratione termini albus restingitur ad standum pro solis hominibus albis & masculis, & si vnus precise esset cum multis foeminis etiam niuijs pro eo solum staret. ¶ Secũdo modo, restringitur terminus quando nõ supponit in ordine ad tot differentias temporum ratione dictionis restringentis sicut ea semota. vt homo in his, homo qui non est erit, homo qui est fuit animal, inibi homo est restrictio formalis passiua, quia restringitur per copulã minus pricipalem (que est pars formalis & nõ materialis propositionis.) ¶ Ex isto patet quis terminus restrictione suppositorum & tẽporũ simul restringitur. ¶ Secundo sequitur restrictione formali restringitur terminus discretus. & quilibet terminus habens significatũ respõdens pro diuersis differẽtijs temporum, solus terminus cõmunis restrictione materiali restringitur, multa sunt signa restrictiua. Sed ob facilitatem sufficit dare aliqua exẽpla, animal homo currit, animal illic restringitur ad stãdum pro homine, & ita vniuersaliter, quãdo addit̃ inferius quidditatiue vel denominatiue suo superiori in creaturis, essentia diuina qui est pater, pro pluribus stat q̃ terminus pater, homo est currens in domo. illic currens non stat pro quolibet currẽte. Sed pro solo currẽte ĩ domo: Sortes currit velociter, vbi cursus restringitur ad celerem cursum, & ita in alijs. Tamen interdum aliquis terminus potest restringere terminum precedentem vel sequentem. & tunc tales sunt distinguende. vt Adam in a instanti fuit omnis homo. vel in a instãti potest esse determinatio termini Adam, vel omnis homo & secundũ hoc potest esse vera vel falsa. Eodẽ modo, hec est distinguenda quilibet asinus ho

minis quilibet aſinus eſt. Ex quibus patet hāc eſſe falſam, omnis homo eſt homo albus caſu quo omnes viri ſint albi & mulieres nigrę.

℄ Status eſt vocabulū nec ample nec reſtricte acceptum. ℄ Status ſuppoſitionis eſt terminus ſupponēs nec ample nec reſtricte.



N propoſito nō capimus ſtatū pro dignitate, vt quādo dicimus quanto ſtatus altior tāto caſus grauior, nec capim⁹ pro termino ſicut capitur ſecundo methaphiſice quando ponim⁹ ſtatum in prędicatis eſſentialibus, nec ſicut in obligationibus pro ſtatu affirmatiuo negatiuo vel dubitatiuo, ſed quid nominis eius vt capimus in propoſito erit hæc. ℄ Status eſt acceptio termini quo ad ſuppoſitionem vel appellationem pro omnibus ſuis ſignificatis ſecundum vnam differentiam temporis. ℄ Status ſuppoſitionis in littera diffinitur, vt prędicatum huius homo fuit animal, extrema hui⁹ homo eſt animal. ℄ Status appellationis ē terminus irreſtrictus appellans præciſe reſpectu vnius differentie temporis ſuum ſignificatū vt homo fuit albus, ille terminus albus appellat albedinem pro tempore præterito. Similiter dicendo cognoſco hominem inibi cognoſco cognitionem humanam pro præſenti appellat. Interdum ſtatus appellationis & ſuppoſitionis coincidunt, patet de prędicato huius Sortes fuit albus, & ſi nihil ſit currens dicēdo homo eſt currens ly currens ē ſtatus appellationis, & non ſuppoſitionis, clarum eſt poteſt eſſe ſtatus ſuppoſitionis ſine ſtatu appellationis. ℄ Ex iſta diffinitione patet, licet homo in iſta homo albus currit ſupponit reſtricte tamen totum ſubiectum ſupponit ſecundum ſtatum. Secundo patet, licet ſubiectū huius quilibet homo currit ſuppōit reſtricte ſubiectum tñ huius quidē homo currit ſtat ſecūdum ſtatū. hoc patet ſupponendo illud quod circa ſubiectum propoſitionis dicimus quidē eſt pars ſubiecti, igitur totum ſubiectum accipitur ſecundum ſtatum.

Alienatio eſt dictio a ſua propria ſuppoſitione alienata ſecundum exigentiam additi accepta.



Lienatio ſuppoſitionis in littera diffinit, vt homo in hac homo pictus videtur a me, illic terminus homo ratiōe illius dictionis additi ei conuenientis alienatur vt non accipiatur pro ſuo ſignificato primario, ſed ꝓ ſuo ſignificato ſecūdario. Idē patet de ly ridet in hac pratum ridet. Similiter homo in hac homo mortuus mouetur, & ita quandocunq; ponitur terminus alienans pro ſuo ſignificato min⁹ pricipali, ſuꝑ hoc latior ī locis dyalecticis fuerit ſermo. ℄ Alienatio appellationis eſt terminus appellatus non ſecundum propriam eius formā ſiue ſignificatū ꝓprium, ſed ſecundum rationem impropriam vel aliquid quod trāſſumptiue ſignificat, vt intelligo lupum in fabula, ſcio Sortem ſine libro haurire aquam cribro, cognoſco videntē regentem.

Remotio eſt vox non ſupponens gratia determinationis addite in propoſitiōe qua ſupponeret ſi additum remoueretur,

VT homo in hac homo rudibilis currit eſt remotio paſſiua & rudibilis inibi eſt remotio actiua, & ita vtrobiq; in ſimilibus diſparatis.

Sequitur de modo cognoſcendi veritates propoſitionum per earum deineſſe. Et primo ponitur hæc regula fundamentalis.

Cuiuſlibet propoſitionis de pręterito futuro & modalis veritas falſitaſq; per ſuā vel ſuas deineſſe mēſurari poteſt.



Vnc conabimur tradere modum quonā pacto veritates ꝓpoſitionū cū terminis ampliatiuis ſiue de tēporibus extrinſecis per earum deineſſe deprēhēdantur, licet varijs alijs modis vtpote per aſcenſū deſcenſum reſoluentes ſyllogiſmum ſenſuſq; explicationem earū veritates ac falſitates venemur, hac tamen via præcipue in eis verum a falſo ſegregatur, Ethicorū primo carpit Ariſtoteles poſitionem ſolonis de fęlicitate dicēdis

aliquem esse foelicem in obitu, non autem in vita, inconueniēs reputat Philosophus dicere quēpiam fuisse foelicē, de quo in vita nō verū erat dicere, iste est fęlix. Idem ait in calce primi perihermenias in materia de futuro cōtingēti hoc ipsum exēplari probatione panditur, concedimus hanc Adam fuit, hac negata Antichristus fuit, & nō nisi quia interdum verum erat dicere Adam est, & non Antichristus est tenendo cōmuniorē apud theologos viam, & cōcedimus hāc. quilibet homo resurget in iudicio, hac negata. bellus resurget in illo ob eandem causam. sic de modalibus facile est exemplificare. ergo regula vera. ¶ Ceterū scito hic propositio deinesse nō conuertitur cū propositione de presenti. Verum ad hoc illud est superius, hęc enim Sortes fuit currēs huius modalis Sortes possibiliter fuit currens deinesse erit, sed bene verum est ista per aliam deinesse adhuc cognosci poterit.

Contra hanc regulam argumētor, ista est vera. Frāciscus primus fuit iunior q̄ ipse est. Similiter & hęc, Iohannes erit senior q̄ ipse est. & hoc per earum deinesse minime deprehenditur hę enim sunt impossibiles. Franciscus est iunior q̄ est. Iohannes est senior q̄ est. Item hęc est vera, tu potes plura scire q̄ scis, cu⁹ deinesse est impossibilis. tu plura scis q̄ scis. ¶ Insuper hęc est concedenda, Antichristus possibiliter est homo qui non est, cuius deinesse nequit nō esse falsa. Idem patet de talibus. Sortes possibiliter est in instanti in quo nō est, Sortes possibiliter est in instāti futuro. ¶ Aliqui omnes has negarent qui prędicatum in deinesse in ꝓpria forma tenēt, & isti magnā solitudinē fodiēdo propositiōes inesse a suis humeris excuterent. Sed quia hoc est contra cōmunē modum concipiendi, nec pro se rationem habent hunc modum relinquo, deus cras erit, & altitonans erit crastino die iuxta concedimus. Eapropter regulam ponemus, cuius explicatio has obiectiones eluit.

Consonam acceptionem in deinesse ad ampliationem amplectere nunc vocabula oblitterando, nūc vnum in aliud permutabis.

¶ Patet hęc regula, album erit nigrū, verificatur pro illo quod est vel erit album, quod posthac erit nigrum. vt ex ampliationibus patuit, nō habebit hanc deinesse. album est nigrum. sed hanc hoc est nigrum demonstrando illud pro quo hęc propositio verificatur. Si enim subiectū pro nullo accipiatur, ipsa est falsa, propter nō suppositionem extremi, proinde non satis est monstrare nigrū quod nunq̄ est vel fuit albū. bene ponas hanc suā deinesse. hoc ꝙ album fuit est nigrum, copula principalis est de presenti. Sic in terminis impertinētibus album erit dulce vel sedens. ¶ Ex his patet aliquem terminum oblitteramus, quando subiectum est connotatiuū sępius ipsum abolemus. In exemplis pręfatis hoc iampridem patuit. Iam patet illa particula de variatione, concedimus enim Iacobus quintus fuit iunior q̄ est, anno exacto, cuius deinesse est hæc, Iacobus quītus est iunior q̄ tūc erit, quia hoc anno demonstrando duodecimū annum suæ vitæ est iunior q̄ hoc tempore erit demonstrando annū decimū quintū quem nūc attingit, ita ꝙ copula minus principalis in ista de pręsenti importet idem tempus cum copula implicatiōis illius de pręterito. ¶ Similiter dicatur de hac Iohannes erit senior q̄ est, deus erit cras, illa verificatur pro die sequenti, scilicet die Iouis, cuius deinesse est deus est hodie, vel deus est in hoc tēpore tu potes plura scire q̄ scis, habebit hāc deinesse, tu scis plura q̄ sciebas hoc tēpore demonstrando tempus quo illam verificabas in quo eras tirūculus in artibus. Antichristus possibiliter est homo qui non est. Antichristus est homo qui nō fuit die mercurij quę est possibilis, vel Antichristus est homo qui non fuit in hoc tēpore hunc diem in quo sumus demōstrando, quę est possibilis. Antichristus possibiliter est quando nō est crastina luce non est, & illo tempore possibiliter est. Sortes fuit homo qui est, hęc est sua deinesse, Sortes est homo q in hoc tempore erit. demonstrando tēpus pręsens importatum per copulam de præsenti in alia Sortes cras mouebitur, Sortes isto tēpore mouetur, demonstrando crastinum diem. Sortes possibiliter est in Instanti futuro. Sortes est in hoc instanti, demonstrando instans futurum. Helena peperit quinq; filios habebit quinq; singulares deinesse, primo hanc demōstrando maximum natu. Helena parit hunc filium. & sic de alijs quatuor. Sortes vixit quinquaginta annos. resolue tēporis magnitudinem in suas partes, & da suas deinesse. Sortes bis fuit Parisijs, duas de inesse successiue indipiscetur, & hic Sortes quater fuit leuitię quatuor varias deinesse requirit. Adam & Noe fuerunt est vera, erāt viuentes & mortui sunt. proinde fuerunt duas de inesse habebit. vnde fit. hæc consequentia est nulla. Adam & Noe fuerunt. ergo aliquando fuerunt, loquēdo de tempore adęquato si tempus expādere volueris ad eorum existētias potes hanc admittere Adam & Abraham sunt.

Vniuersales cum ampliatiōe singulares inconiunctim sumptas pro sue veritatis possibilitatisve mensura efflagitant.

¶ Patet hæc regula, supponamus hāc veram, qlibet adulc⁹ in vniuersitate parisiaca fuit sub pūo pōte, vel mariano augusto r̄ tē/plo, & tamen neutra harum fuit vera quilibet adultus in vniuersitate parisiaca est sub paruo ponte, quilibet adultus leucinie est in templo nostre domine, hæc etiā est vera, quilibet col/legium montis acuti inhabitans fuit in sacel/lo eiusdem, huic de preterito sine tripudiatio/ne adhereo, cuius deinesse vniuersaliter acce/pta merito ambigitur, licet bis annue genera/tim fiat ut a (quorum institutioni consensum nos ipsi contulimus) legāt. Ad veritatem hu/ius & similium sufficit & requiritur quālibet singularem inconiunctim sumptam extitisse veram de presenti. vel sic primo tolle distribu/tionem cū termino distributo cum sit primus terminus ratione cuius propositio primo pro/bāda venit, & posthac cuiuslibet singularis de inesse dabis. Sic de ista dicatur homo possibili/ter nō est animal, cuius deinesse non est imme/diate danda, quia hāc reputat Aristoteles im/possibilem homo non est animal, & tamen ꝓ/positio cum modo ab eodem tenetur vera & necessaria, semper a capite probatio est incho/anda, primus terminus stās determinate ē ori/go probationis, da singulares eius, modo iste homo non est animal, ac Sortes non ē animal est contingens, dico etiam negatiuarum veri/tates de extrinseco tempore per affirmatiuas oppositas & earum deinesse facile cognoscun/tur, modo hæc per descensum & suas deinesse impossibiles cognoscitur omnis homo neces/sario est animal. ¶ Insuper tantum deus ē ens non est deinesse istius tantum deus de necessi/tate est ens postq̄ tātum est primum signum ratione illius propositio illa est probanda, ē in primis exponenda, at exponentium ambigua/rum veritates per deinesse vētilabis. Pari mo/do hęc ē falsa, omne animal potest esse homo, & hæc possibilis omne animal est homo, pro/inde non est deinesse illius, per descēsum illius fal/sitatem explicaueris, sic veritatem huius om/nis homo potest eē in bibliotheca mea per a/scensum inuenies, attamen per multas deines/se mediate hæc comprobatur falsa, omnis ho/mo potest esse omnis homo, quia cum modo possibili requiritur cuiuslibet singularis possi/bilitas inconiunctim, & quia ita non est, illa est impossibilis, & hęc possibilis, quilibet hō mun/di potest stare in bibliothecā mea naturaliter loquendo.

Ad propositionis de præterito verita/tem eius deinesse fuisse veram exigi/tur. Sed ad propositionē de futuro de præsenti fore veram necessum est. mo/dalis autem de possibili deinesse possi/bilitatem perinde sicut de necessario necessitatem expostulat.

Exempla duarū primarū parti/um istius quadrimembris regulę su/perius in hui⁹ tractatuli primordio posuimus. Quare hæ sunt false Anti/christus fuit, chimera erit, cum prior nūquā habuit de presenti veram, nec secunda vnquā vnam de presenti veram habebit. Tertia pars regule patet, hæc est possibilis Sortes possibili/ter est albus, ob sue deinesse possibilitatem, & per oppositum hæc est impossibilis Sortes pos/sibiliter ē asinus, ob deinesse impossibilitatem. Pari forma hanc negamus, deus necessario est creans, quia sua deinesse est contingens, & hāc concedimus deus necessario est ens cuius dein/esse est necessaria. Similiter hæc est vera Sortes necessario possibiliter currit vbi necessitas de/notat cadere in possibiliter currere, hæ tn̄ sunt false sortes Sortes possibilis necessario ē Sortes possibiliter necessario currit. Eodē modo hęc ē vera Sortes contingenter est homo, nam om/nis propositio de contingenti cuius deinesse ē contingens est vera, & si propositionis de cō/tingenti deinesse fuerit necessaria vel impossi/bilis ipsa est falsa, quare hæc est falsa creans cō/tingenter est deus, pariter & hæc Sortes cōtin/genter est creans. Ex quibus patet hanc esse ve/ram sortes impossibiliter est creans. affirmati/ue veritas vel falsitas negatiue opposite qua/litatem vtrobiq; indicat. Cæterum modales composite realiter sunt deinesse, eapropter su/peruacaneum reor de eis loqui de illis primo libro sufficienter sermo habitus est.

Contra hanc regulā argumentor, hęc modalis est vera, ista possunt esse vera Sortes currit Sortes non currit demonstrando, licet hanc nō reputem modalem (loco possibiliter est capio potest) non refert, hoc dixerim extra materiam particularem loquor vt plures, hoc sale meum modum vtrobiq; intellige, & tamē deinesse illa nequit esse vera, hęc enim ista duo sunt vera est falsa & impossibilis. ¶ Forte di/cis habebit duas deinesse hoc est verum, qua/rum vtraq; est possibilis. ¶ Contra ergo hæc

est concedenda isti possibiliter sunt angelus demonstrando Michaelem cum Gabriele. ¶ Respondetur illa modalis poterit non improbabiliter sustineri vera hac existente falsa. vt in modalibus diximus. dico rationabilius illam esse falsam vt argumentum aperit, & suadetur ratione sua modalis composita respondens est falsa, possibile est has duas contradictonas esse veras, ergo ipsa est falsa. Sed hæc Sortes possibiliter currit & nō currit, si possibiliter vtrumque verbum determinet est concedenda si eius est determinet totum vnica acceptione acceptum, hoc enī modo sua deinesse erit hæc Sortes currit & non currit, quæ est impossibilis per quācunque potentiam, licet hęc fuerit possibilis de potentia supernaturali Sortes est albus & niger, si vtrumque verbum determinet & non totū, sua deinesse dabitur per duas singulares incōiunctim. Nam ad modalium cōpossibilitatē non requiritur earum deinesse cōpossibilitas, vel dices cū mod⁹ nō cadat i totū ꝙ sequit veritas ei⁹ cognoscē p deinesse, sed p copulatiuā ad q̄ reducit, sicut veritas huius p cōditionalē sortes possibilitē ē curiēs si est hō.

Cōtra has regulas omnes generatím disceptabim⁹, primo sic. Sortes iustus damnabitur iuste est vera, cuius deinesse nō potest esse vera, ergo dicta nulla, assumptum patet. ponendo Sortem hodie iustum cras transumbe rantem Platonem ferro, & perhendie damnatum. hæc enim est falsa Sortes iustus iuste dānabitur, immo Sortes iniustus iuste damnabitur ¶ Secundo, Adam fuit omnis homo est falsa patet per descendentes multas falsas sub termino homo cuius deinesse erat vera, Adā est omnis homo ¶ Tertio, Sortes dixit falsum est vera. cuius deinesse est falsa, Sorte dicente hanc Sortes dicit falsum, & nullam aliam. ¶ Quarto, aliqua est de præterito vera cuius deinesse nunquam fuit, ergo ipsa nunquam fuit vera ¶ Quinto, hæc est vera Sortes pertrāsiuit hanc intercapedinem demōstrando mille passus cuius deinesse non est vera. ¶ At dicis deinesse est vera in quolibet instanti intrinseco illius temporis quo fuit pertransiens hoc spacium. ¶ Contra, ergo in quolibet instanti illius temporis verum est dicere Sortes pertrāsiuit illam intercapedinem ꝙ nō ē cōcedēdū.

Ad primū dicit. ꝓpositio assumpta est vera. patet per resoluentes iste damnabitur iuste, & iste ē vel erit Sortes iustus, igitur. sua deinesse ē hæc iste damnabitur iuste cancella terminum cōnotatiuum a parte subiecti, vt antea dictum est, hæc autem est falsa. iuste damnabitur iustus stante hypothesi, cuius deinesse est iste damnabitur iustus, quod ē falsum, iste damnabitur nō iustus. cum pro iniquo homicidio est animaduertendus, nescis hanc ex resoluentibus veri, ostendere ¶ Vnde fit, latū est discrimen inter has, iustus damnabitur iuste, & iuste damnabitur iustus. ¶ Ad secundū concedo illius falsitatē vt argumentatio ostēdit, has tamen concedo Adam fuit aliquando omnis homo, Adam fuit aliquo tempore omnis homo. illic homo restringitur & aliquādo sic fuit ꝙ Adam est omnis homo, & aliquando hæc de præterito fuit vera Adam fuit omnis homo scilicet ante Euam, ergo in perpetuum fuit vera. non sequitur. propositio de prę terito vera est perpetue veritatis seclusa distributione si a futuro contingenti non dependeat, multas habebit deinesse quarum omnes vno dempto sunt impossibiles, vel sic da suā deinesse (& in idem redit) Adam est a omnis homo, ita ꝙ a faciat terminum homo accipi pro tot sicut in propositione de præterito accipiebat. ¶ Ad tertiū dicit, nō incōuenit in insolubilibus ꝓpositionē de p̄terito eē verā eius deinesse existēte falsa, dūmodo ita ē in re sicut sua deinesse significat, imo ꝙ amplius ē nō inconuenit propositionem de præterito significare omnino taliter esse qualiter est & propositionem de præsenti aliter esse quam ē, & hoc quando deinesse habet aliter esse annexum. ¶ Ad quartū, subintelligit si fuisset formata, vel sic p deinesse fuisse verā ita fuisse in re sicut sua de pręsenti significat intelligimus, modo licet hęc nūꝗ fuisset mētaliter formata hō ē animal fuisse tamē ab initio orbis cōditi ita in re sicut ipsa significat ꝙ ad habuisse vnā de p̄senti verā sufficit. ¶ Ad quintū respōdet, in instāti quo totū interuallū est primo pt̄āsitū hęc ē primo vera, sortes hāc itercapedinē ptrāsiuit, pōnē sortē ptrāsiuisse hāc mēsurā p̄ise ī vna hora, tūc in istāti horā finiētī. verū ē prio dicere sortes nūc ptrāsiuit hoc spaciū, & licet añ in aliq̄ instāti verū eēt dicere sortes ptrasiit hoc spaciū q̄ hoc nō ē verū ꝓ isto instāti vel ꝑ e añ tale instās hęc de p̄terito nō fuit prius vera requirit lapsꝰ oim istātiū tpis p̄teriti ad veritatē istiꝰ de p̄terito. ¶ Cōtra, simꝰ nos in istanti totiꝰ tēpꝰ terminātē. tūc hęc ē vera, sortes ptrāsiuit hoc totum spacium, ergo hoc totum spacium fuit pertransitū a Sorte, ab actiua ad passiuam. ¶ Respondetur, sequitur hoc spacium est vel fuit pertransitum a Sorte. ¶ Sexto argumētor, hęc ē vera, Sortes fuit binarius Romæ, ponendo materiam & formam eius fuisse illic separatas, & nunc Parisijs primum vnitas,

eius deinesse est falsa, Sortes ē Romę, veritas illius de præterito probatur, hic binarius fuit Romę vel binarius Romæ, & hic binarius est vel fuit Sortes, igitur. ❡ Septimo, hęc est vera sortes potest videre omne astrum, similiter continuum potest esse diuisum in omnem suam partem. patet ascendendo sub termino distributo, & tamen illarum deinesse sunt falsę, igitur. minor patet, iste sunt sue deinesse continuum est diuisum in omnem suam partē, Sortes videt omne astrum. prior est absolute impossibilis posterior vero impossibilis per naturam. ❡ Octauo, deinesse istius prędestinatus reprobabitur est possibilis, & illa de futuro impossibilis, cum non est trāsitus a prędestinatione in reprobationem aut econuerso. ❡ Nono hęc ē vera, hora octaua fuit, & nō habuit vnā de pręsenti veram. hora octaua ē, quia in nullo instanti hęc est vera. hora octaua est in hoc instanti. ❡ Ad sextum respondetur, quando subiectum propositionis de extrinseco tēpore significat rem compositam ex materia & forma, & prędicatum est pluralis numeri aut terminus collectiuus tunc capiendus est terminus supponens pro omnibus ex quibus tales res componitur tam separatis quā coniunctis deinesse ergo illius est. hic binarius est binarius Romę, aut a ē binarius Romę, sic ꝙ a ęquiualenter valeat cū vno disiuncto composito ex infinitis singularibus partium Sortis, & ratio est. quia pro illis partibus verificabatur maior semper dabis verificationem consentaneam in illa de pręsenti secundum exigentiam extrinseci temporis, sic hic Sortes potest eē partes separate, quę non habebit hanc. Sortes est partes separate. quia illa modalis non verificatur pro Sorte, sed pro eius partibus, hęc erit sua deinesse. hæ sunt partes separate demonstrando materiam & formam disiunctas quæ possunt esse Sortes, licet non sunt partes sunt partes separate. ❡ Ad septimum dici potest, quando ē determinatio accepta vnica acceptione cū suo determinabili (sub qua non licite ascenditur) illa integra in sua deinesse manebit, & sic tales propositę sunt falsę, ascensus est inutilis sub determinatione accepta vnica. Sic hanc negabis Heccuba peperit quinq; filios, hic autem Sortes possibiliter est omnis homo cum licite possimus ascendere & descēdere sub termino homo, & suppono signum nō esse partem extremi illā etiam negabis cuius deinesse inconiunctim per singulares dabis. hæ tamen concedēde veniunt omne astrum Sortes potest videre in omnem suam partem cōtinuum potest esse diuisum, quarum deinesse ex dictis patent. hæc autem est falsa. in omnem suam partem continuum esse diuisum est possibile. & q̄libet harum vera. in hanc suam partem continuum diuidi est possibile, in illam suam partē continuum diuidi est possibile, & sic de singulis. ille sunt simul compossibiles cum sint vere, sed ab eis omnibus ad hanc cōtinuum in omnem suam partem diuidi est possibile nullum est ratiocinium. ❡ Vnde fit, hę sunt false Sortes potest esse albus sine albedine & Sortes potest esse sine albedine albus, in vtraq; est determinatio accepta vnica cum albedine sequatur sine a quo regitur. terminus potest supponere extra propositionem, istis existētibus veris, omni albedine sine sortes potest esse albus omnem propositionem extra terminus potest supponere, si tamen prędicte per singulares inesse ponantur ipsę sunt concedende.

❡ Ad octauum in primo sentētiarum respōdemus, & ex dictis facile solui potest.

❡ Ad nonum, ipsa ad quartum phisicorum quodammodo attinet, sed quia solutio tironibus est captu non difficilis dicitur, hæc est sua de pręsenti, in hoc tempore demonstrando totum illud tempus horale hora octaua est, & in quolibet instāti illius verum est dicere. in hoc tempore hora octaua est, sed hora octaua non est in hoc instanti, sic hic dicatur hęc fuit demōstrando illam vocalem homo est animal cuius deinesse est vera tempore prolationis illius vocalis. ❡ Decimo, ponendo Hectorem post letale vulnus ab Achille acceptum vixisse triginta dies & Achilles obijsset mortem ante eum. argumentor sic, hæc conceditur Achilles Hectorem peremit, sed hæc nunquam fuit vera Achilles occidit Hectorem, non quando vulnus inflixit, quia si tūc Hector erat occisus, homo occisus comedit carnes loquitur & moritur, & illa de pręsenti non est vera (vt lucet) ea hora qua Hector moritur. Nam tunc falsum est dicere Achilles Hectorem peremit cum sit affirmatiua vltra instantias de subiecto non supponente, igitur. ❡ Vndecimo, si Sortes cognouisset Bertham & ex ea genuisset Platonem, & ante Platonis animationem mortem obijsset, cōcedimus Sortes genuit Platonem & Sortes fuit pater Platonis, & nunquam habuit vnam de præsenti veram nō ante animationem Platonis, quia tum prædicatum ratione determinationis non supponit nec post animationem Platonis, quia tum subiectum non supponit, igitur.

❡ Duodecimo, concedimus hanc archimenides fecit circulum, Salomon fecit templum & tales nullas de præsenti veras habuerunt non

rebus terminatis ut notum ē, nec anteà, quia tempore quo operantur nec phanum nec circulus est. nulla enim portio seculi est circulus, siue circulus capiatur pro peripheria siue ꝓ figura plana quam circunferentia ambit in idē redit, & per consequens totum prædicatum nō supponit cum determinatio nō supponit.

¶ Decimo tertio argumentor, si semper morиatur unus homo præcise tunc ex dictis hæc erit vera, quilibet homo morietur quando unus solus homo morietur. patet per singulares inconiunctim sumptas de præsenti, & per descensum, sed hoc ē falsum. nam bene sequitur quilibet homo morietur quando unus solus homo morietur, ergo quando unus solus homo morietur quilibet homo morietur.

¶ Decimo quarto hæc est vera, Sortes erit nō homo, quia hic binarius post mortem Sortis erit non homo, & hic binarius est vel erit homo, & tamen sua deinesse Sortes ē non homo semper est falsa. ¶ Decimo quinto, hęc de prę terito est vera Sortes homo fuit, ponēdo eum nunc primum esse, & nunquam habuit unā de præsenti veram, igitur. ¶ Decimo sexto, hæc est vera. baf baptizabitur, ponendo tras aliquem esse natum cui nomen baf imponatur, & eñ illa de p̄senti falsa secūdū significationē secūdū q̄ termini nūc significant, qua in ꝓpositionibus uti oportet, igitur. ¶ Ad decimū, dico illa de præterito vulgariter conceditur, sic sua de præsenti quando Achilles Hectori vulnus letale inflixit, & si contra Hectorē spiculum direxisset & fuisset interemptus a Paride antequam sagitta Hectorem tetigisset deinesse erat vera, quando tathapultā emisit ad hunc sensum Achilles interemit Hectorem, id est Achilles facit aliquid ratione cuius sequitur mors Hectoris, & cōcedo occisus comedit carnes in hoc sensu, nihil aliud denotatur, nisi homo habens letale vulnus gratia cuius morietur comedit carnes, & si non moriatur nec illa de præterito nec illa de præsenti erit vera, hoc enim dependet ex uno de futuro contingenti. ¶ Ad undecimum, dico de virtute sermonis hęc est falsa, Sortes fuit pater Platonis, ob falsitatem sui de præsenti, sed rotunde loquendo conceditur utraque, Sortes emisit materiam ad Platonis generationem, & deinesse fuit vera tempore materię emisse ad hunc sensum, Sortes est ministrans semen de sua substantia ex quo generabitur Plato, quia deus animam producit, & hoc ad hereditatem habendam satis est, logicę loquēdo in primo instanti quo fetus animatur verū est dicere, nūc primum Sortes est pater Platonis utroque existente, Sortes tamen generauit Platonem, sua deinesse erit vera antequam Plato esset, quia generat ampliat terminū rectum ab eo a tergo, iste homo adultus de rigore nō habuit matrem, an Sortes filius esse potest si mater in primo instanti moriatur non tenēdo matrem efficientiam habere respectu fœtus alias videbitur. ¶ Ad duodecimum, dicitur deinesse illic sunt vere, quia ille termin⁹ ampliat ad ea quæ sunt vel erunt, ut in ampliationibus dictum est, nec hoc ab deinesse respuendum est. Unde fit, iste simul stant Sortes fecit domū & Sortes non perfecit domum. ¶ Ad decimum tertium, concedo hanc quilibet homo morietur quando unus solus homo morietur, quia sensus ē, quilibet homo morietur tempore quo unus sol⁹ homo morietur, ubi tempore stat confuse tantum, in consequente vero determinate respectu multitudinis, & per consequens consequentia nulla. ¶ Ad decimum quartū, concedo Sortes erit non homo tenendo terminos contradictorios mediante copula ampliatiua posse verificari de eodem. sua deinesse erit hæc, hæc sunt non homo demonstrando partes separatas ut supra diximus, verum si teneatur ꝙ termini contradictorij non possunt verificari de eodem mediante quacunque copula sic ꝙ terminus infinitus pro nullo supponit ꝓ quo terminus finitus oppositus, tūc illa de futuro esset falsa, cuius deinesse est, hoc est aliquid quod nunquā erit homo, sic ꝙ prædicata iō propositione de præsenti & futuro pro eosdem accipiantur vel ponatur a cum termino infinito hoc denotans dicendo, hoc ē a non homo, modo illa nunquam erit vera.

¶ Ad decimum quintum, cōcedo illa de præterito est vera, & ita cito præcise est illa de pręsenti vera, ut in ampliationibus dictum est. Aliqua ē propositio de præsenti nunquam vera qui prius sua de pręterito fuit vera ut sunt iste Sortes mouetur Sortes currit. Et possunt dari duæ propositiones de præterito quarum deinesse prioris prius fuit vera quam deinesse posterioris, & tamē secunda de præterito prius fuit vera quam prior. hoc patet capitis his duabus propositionibus hoc album fuit Sortes ponendo nunc primum Sortem esse albū & antea semper nigrum, & Plato fuit currēs ponendo eum die hesterno & non ante cucurrisse. tunc deinesse istius album fuit Sortes fuit vera dehinc ad triginta annos supposito eū vixisse tot annos, & ista de pręterito nisi hodie primo vera, & tamen hæc Plato fuit currens heri fuit vera.

¶ Ad decimum sextum, nego illam de futu/

ro eſſe verā baſ baptizabitur,ſenſus eſt. hic ter
minus baſ baptizabiſ ſi teneat ſignificationē
quam nunc habet quod requiritur, homo &
non terminus baptizatur. Et ſi argumentare
ris hoc baptizabitur demonſtrādo virum, &
hoc eſt vel erit baſ.ergo baſ baptizabitur. Re
ſpondeo minor eſt falſa. ¶ Decimo ſeptimo
argumentor,iſta eſt vera Iacobus genitus fuit
Iacobus in vtero matris,& tamē nūq̄ habuit
vnā de pręſenti verā,igiſ. antecedēs patet ꝑ
minore, ſi iſta erat vera hoc ē Iacobus tēpore
quo erat ī vtero materno incaſſum vocaſſent
eum hoc nomine Iacobus, & veritas iſtius de
præterito probaſ,bene ſequitur . hoc fuit hoc
in vtero matris vel hoc fuit hoc in a(non ſto
in hoc q̄ ſucceſſiue augētur partes) ergo hoc
fuit Iacobus in vtero matris,tenet conſequē/
tia a conuertibilibus,cū Iacobus eſt terminus
abſolutus de prædicamento ſubſtantia (ſi ḡs
nobis poſſibilis ſit pro hoc ſtatu) hoc dico qa
conceptum intuitiuum ſingularem ſubſtātiæ
non habemus,& abſtractiuus intuitiuū præ/
ſupponit,ſed hoc non eſt de ꝓpoſito noſtro.
¶ Reſpondetur , hoc fuit Iacobus antequam
hæc vox Iacobus imponeretur ad eum ſigni
ficandum,quia fuit illa res quæ eſt Iacob⁹, ve
rum multum intereſt dicere iſte ē Iacobus, &
iſte vocatur Iacobus . Nam in ſecunda Iaco/
bus ſtat materialiter vt in ſuppoſitione mate
riali dictū eſt,homo poteſt vocari leo, ſed nul
lus leo poteſt eſſe homo, ſed illa vox Iacobus
non ſignificabat ante impoſitionem hunc iu/
uenem. Et ſic concedo hanc vocalem eſſe ve/
ram,iſte fuit Iacobus.& tamē non habuit v
nam vocalem veram,ſed ſufficit eam habuiſ
ſe vnam de pręſenti veram ſcilicet hoc eſt hoc
monſtrando rē pro qua illa propoſitio de præ
terito verificatur. Nec ego habeo dubitare
an ego ſum Iohannes ſupponēdo terminum
Iohannes ſignificare hanc rem,& impoſita eſt
ad ſignificandum idem quod conceptus mei
ſingularis naturaliter ſignificat. ¶ Duodeui/
geſimo argumentor,hæc ē impoſſibilis nigrū
poſſibiliter eſt non nigrum,& tamen ſua dein
eſſe eſt poſſibilis,ſcilicet hoc eſt non nigrū, igi
tur.¶ Reſpondetur,ſi negatio infinitans pro
hibeat ſuppoſitionem termini ne ſupponat ꝑ
aliquo illo pro quo ſuus terminus finitus ſup
ponit,ſic ipſa ē falſa & impoſſibilis.Nam om/
nis modalis diuiſa falſa de nullo extremo re/
ſtricto eſt impoſſibilis,& ſua deineſſe erit hæc
vel ſimilis hoc eſt non nigrum poſſibile,ita vt
ſuppoſitionem de nigro poſſibili prohibeat,
ſi pro vna differentia temporis ſolum ſuppo
ſitionem prohibeat ſic illa eſt vera cuius deine


eſſe ſufficiens inter ratiocionandum datur,
nec inconueniēs ē duos terminos contradicto
rie oppoſitos verificari de eodem ſingulari cū
copul de poſſibili.Immo hoc contingit cum
copula de futuro,patet in his veris,Sortes erit
homo Sortes erit nō homo, deus erit exiſtēs
in hoc inſtanti futuro deus erit non exiſtēs in
hoc inſtanti futuro. Sed iſtę duæ de prædica/
tis infinitis in his ſenſibus non inferūt has Sor
tes non erit homo,deus non erit in hoc inſtan
ti futuro. ¶ Vndeuigeſimo & finaliter argu/
mentor,iſta eſt vera Laurētius fuit martyr &
nunquam habuit vnam de præſenti verā,igi
tur.(ſupponatur illa poſitio inter theoſophos
vera requiritur actualis tollerantia mortis ad
martyrium)Laurentius habuit actum mar/
tyrij,& non poſt mortem.nec in primo inſtan
ti non eſſe (quo inſtanti iam poteſt dici mors)
nec actus eius erat actus martyrij in aliquo in
ſtanti ante mortem , quia poterat non pati &
mutare propoſitum . ¶ Reſpondetur , a pere/
grina profeſſione nos abſtinere decreuimus,
ſed quia argumentum dialecticus paucis de/
luet eius ſolutionem ponere nō grauabimur.
Dico illam habuiſſe vnam deineſſe verā,an/
te diui Laurentij necem,puta ea tēpeſtate qua
noluit negare Chriſtum deum,vel litare dijs
non obſtante interitus conditione ablata, ve
rum ad illum actum voluntatis dici martyri
um Laurentium vt martyrem ex vno de fu
turo contingenti dependet. ſcilicet Laurenti⁹
mortem tollerabit,& ſi eam non ferret, actus
ille nunquam erit martyrium nec cū propter
ea habens martyr nuncupabitur,iſta enim co
pulatiua eſt impoſſibilis ob partium incom/
poſſibilitatem hic actus eſt martyrium & per
ſona actu inſignita interitum nō perferet. Hac
enim via ad hanc reſpondebis, iſte perſeuera/
uit in alma aſtrea aut aliqua alia virtute,ſua
deineſſe erit hæc, iſte perſeuerat quia,ex vno
de futuro dependet ponendo illum perſeuera
re quæ virtutem inchoatam haud differat,li/
cet illa non proprie ſit vocabuli acceptio, ſed in
ſignificatus logicam ambagē adauget, & ab
ethica philoſophia non eſt alienus.

Epilogando dico Sortes poteſt vide
re omnem ſummuliſtam huius collegij habe/
bit hanc deineſſe Sortes videt omnē ſummu
liſtam huius collegij quę ē vera,ponendo quē
libet ſummuliſtā huius collegij a Sorte vide/
ri. Et licet hoc complexum omnis ſummuliſta
non ſupponat, tamen hoc totum videns om
nem ſummuliſtam ſupponit, quod ſatis eſt ſi/
cut ſuperius meminimus. Pari forma deus ne

cessario est creans vel non creans quæ est necessaria vt necessitas cadat in totū, habebit hanc de inesse deus est creans vel non creans quæ ē necessaria, sicut secundum Aristotelem hęc pę coeli necessario est illuminata a sole vel carens eius lumine. Nec inconuenit vnum disiunctū competere alicui cum vniuersalitate vt modo de necesse cuius nulla pars cum eodem modo conuenit. Nam in simili cum signo vniuersali veraq; istarum est falsa in casu facili, Sortes est & fuit albus, sortes est & fuit non albus. Si autē ly necessario cadat in partes & faciat hūc sensum deus necessario est creans vel nō creās necessarium, ipsa etiam est vera. Sed hæc ē falsa antichristus qui est possibiliter ē homo, cuius de inesse est possibilis, regula superius posita de propositionibus extremis non restrictis intelligitur, talium autem veritates per suppositionem melius cognoscūtur, modo subiectū istius non supponit, igitur ipsa est falsa, Antichristo tamen existente ipsa est vera. Sic dicas de secunda parte huius copulatiue creans est deus & ille necessario est deus quæ deo creante est vera, & ipō non creante falsa. Vnum etiam antequam canam receptui dicā cum veritatem aut falsitatem in promptu per descensum alio ve tramite habes non te in positione propositionum inesse fatiges, sed sicā dare conducat ex præfatis deprahendere potes.

Sequitur de consequentiis in cōmuni, & primo de consequētię diffinitione,

Consequentia est oratio ex antecedente consequente & nota illationis illatiue sumpta conflata.



Ec littera ex dictis in primordio termiorum est peruia, & ad huc ea sic explano, consequentia est oratio ex antecedente cōsequente & nota illationis cōposita aut aliquid sal orationi subordinatū, quare hoc additur statim dicetur, Quando si tenetur promissiue non efficit consequētiam, nec quādo nota negatur aut stat materialiter tenetur illatiue vt in his Sortes currit, ergo est coniunctio, non si homo currit animal currit quæ vales hanc in inferendo quamuis homo currit nullum animal currit. Ex quo manifestum est cuiuslibet consequētię contradictorium non est consequentia, antecedens est propositio vel complexum propositionale quod consequens inferre denotatur, siue inferat siue non. In conditionali autem & causali imediate sequitur ly si, vbi alia propositio vel complexum propositionale est consequens. In rationali antecedens præcedit ergo. & consequens sequitur. In syllogismo tota copulatiua præcedens notam vocatur antecedēs, licet ipsa ex maiore & minore & coniunctione conflectur, cum antecedens & consequens relatiue dicantur vtrūq; in alterius quidditate poni potest, nota illationis est coniunctio coniungens antecedens cum eius consequente, Note illationis sunt si quia ergo ideo igitur & similes. ¶ Ex hac diffinitione & eius succincta explicatione corrolaria infero, primum est. antecedēs & cōsequens non sunt consequentia, sed eius pars. ¶ Secundo sequitur cum priorum patrociniis propositio separata a consequente non est antecedens. ¶ Tertio sequitur, a propositio incipit esse antecedens quū ipsa non incipit esse, similiter b desinit esse consequens quando b propositio non desinit esse. ¶ Quarto, dico aliqua propositio est verum antecedens, & tamē nō est propositio vera, patet hic homo est asinus ergo Sortes currit. ¶ Quinto dicitur, aliquod antecedens est propositio vera & ipsa est antecedens, & tamen ipsa non est verū antecedēs, dato ꝙ omne antecedens sit propositio, casso pro tempore complexa ꝑpositionalia. ¶ Sexto, dicitur stat concedere antecedens & consequens negando consequentiam, patet hic, animal est, ergo homo est, negare autem consequentiam est negare habitudinem consequētis ex antecedente, & hęc habitudo nihil aliud est quam consequēs & antecedēs sic sumpta, sic stat negare antecedens & consequens, & cōcedere consequētiam & stat hæc omnia iuxta concedere, nec habendus est oculus ad appellationem rationis, sed vulgariter loquendum est. ¶ Septimo, sequitur ex dictis antecedens est verum, & falsum antecedens. ¶ Octauo sequitur, aliquod est antecedens neq; verū neq; falsum, patet hic, si homo curreret homo mouēretur, & ex illo sequitur, aliquod est antecedens nec concedendum negandum nec dubitandum. ¶ Nono, dicitur aliqua consequētia est pars antecedentis, patet argumentādo in conditionali cum positione antecedētis aut contradictorio consequentis.

¶ Decimo sio, aliquod eē antecedēs primę intentionaliter & secundę. Interdum hęc longo

interſtitio inter ſe differunt, hoc eſt clarum ex
dictis in conditionalibus. ¶ Vndecimo, aliqḋ
conſequens eſt concedendum, & tamen nunꝗ̄
concedetur, patet ſi deus eſt & homo eſt aſinꝰ
conuertantur conceſſa hac deus eſt, alia nega/
bitur quotienſcunq; proponitur, & concedo il
lam eſſe concedendam, ſed hoc ex obligatio/
nibus dependet quare tranſeo. ¶ Cōtra iſta ar
gumentor, ſi a tantum valeret ſicut homo cur
rit, ergo animal currit eſt conſequentia, & ta/
men diffinitio hæc non conuenit illi, igitur.
¶ Reſpondetur, minor eſt falſa, in valore & in
mentali cui ſubordinatur habet & antecedēs
conſequens cum nota inferendi, ſic hic, lego
ergo ago.

Dubitatur quæ conſequentia dicitur
mutua. ¶ Secundo quid eſt conſequentia pro
batiua. ¶ Tertio, quod conſequium eſt intrin
ſece bonum. ¶ Ad primum reſpondetur con
ſequentia mutua eſt conſequentia bona cuiꝰ
conſequens rurſus infert antecedēs, vt homo
eſt currens, ergo currens eſt homo, nullum ani
mal currit, ergo nullum currens eſt animal, &
ita communiter omnis conuerſio ſimplex eſt
mutua. ¶ Ad ſecundum dicitur conſequen/
tia probatiua eſt ea cuius antecedens notius
conſequente ipſum probat, Quo fit cōſequē
tia biphariam dicitur nō probatiua. Vno mo
do quando antecedens eſt minus notum quā̄
conſequens, vt homo eſt aſinus, ergo deus ē.
Alio modo conſequentia dicitur petens prin
cipium ſiue non probatiua quādo antecedēs
ęque notum conſequenti ipſum infert, vt pro
bando ſynonimum per ſynonimum. ¶ Ad
tertium, dicitur illatio bona intrinſece eſt con
ſequentia tenens propter habitudinem alicu/
ius termini in antecedente ad aliquem termi/
num conſequentis, aut quia proceditur ab in
feriore ad ſuperiꝰ, aut quia a ſynonimo ad ſy
nonimum, vel aliquod ſimile. Cōſequētia bo
na extrinſece eſt quæ non tenet virtute alicu
ius relationis inter antecedens & conſequens,
vt quando ſolum tenet ratione impoſſibilita
tis antecedentis aut neceſſitatis conſequentis.

Conſequētiarum quędam bona quæ
dam vero mala. Conſequentia bona ē
ea in qua ita eſſe ſicut ſignificatur vel
ſignificari poteſt per antecedēs & nō
ita ſicut ſignificatur per conſequēs (ex
tra reflexiua) impoſſibile eſt eſſe. per
oppoſitum conſequentia mala diffi
nitur.

H Ic impoſſibile ſuper to
tum & non ſuper antecedēs
aut conſequens ſolum cadit
denotans impoſſibile eſt ita
eſſe ſicut ſignificatꝰ per antece
dens & nō ita eſſe ſicut ſigni
ficatur per conſequens, eſſe fuiſſe fore affirma
tiue ſiue negatiue includit, noſti ex modalibꝰ
ſiue modus ponatur a propoſitionis fronte ſi
ue a tergo ipſum modalem compoſitam eſſe
cere, dicitur vel ſignificari poteſt propter hāc
ac ſimiles nulla propoſitio eſt negatiua, ergo
aliqua propoſitio eſt negatiua in qua tamē eſt
non poteſt dari ita eſſe ſicut ſignificatur ꝑ an/
tecedens quin ita erit ſicut ſignificatur per cō
ſequens tamē poteſt ita eſſe ſicut interdum ſi
gnificabatur per antecedens quando nō erit
ita ſicut tunc per conſequens ſignificabatur,
vt quando nulla ꝓpoſitio eſt, & ita dices hic
omnis res ē deus, perinde homo eſt rudibilis,
nec eſt diſſimile in hac omnis propoſitio ē par
ticularis Itaq; aliqua eſt vniuerſalis, licet ante
cedentia pręfata nō ſunt verificabilia ſunt ta
mē poſſibilia, dixi extra reflexiuas ob tales hoc
conſequens nō ſignificat ſicut eſt, ergo hoc cō
ſequēs non ſignificat ſicut eſt vtrobiq; demō
ſtrando conſequens. nempe illa conſequentia
eſt valida, quia a ſynonimo ad ſynonimū pro
ceditur, & tamen ita eſt ſicut ſignificatur per
antecedens & non ſicut ſignificatur per conſe
quens ob recalcitrationem ſuam in ſignifican
tiam, etiam hanc malam conſequentiam per
reflexionem adimo, hæc conſequentia eſt bo
na. ergo homo eſt aſinꝰ de qua paulopoſt edif
ſeremus. ¶ Cęterum vulgo dicitur conſequē
tia bona ſemper eſt bona, & ſemel mala ſem
per eſt mala, & hoc eſt verum poſita conſtan
tia. Ex diffinitionibus ſequitur hanc eſſe bonā
homo currit, ergo animal currit, & hanc ma/
lam animal currit, ergo homo currit. ¶ Dubi
tatur an conſequentia dicatur vniuoce de bo
na & mala. ¶ Reſpondetur affirmatiue male
conſequentie conuenit quum diffinitio in cō/
muni ſicut malo homini conueniunt hominis
eſſentialia ſcilicet corpus & anima. ¶ Contra,
malus denarius nō eſt denarius, ergo mala cō
ſequentia non eſt conſequentia, Concedo an
tecedens ſi nummus eſt malus in materia for
ma aut in vtrauis peccat, cum ei eſſentialia iu
ſti nummi deficiunt, ſecus eſt in propoſito.

Contra hanc diffinitionem argumen
tor, ex ea ſequitur hanc conſequentiam eē bo
nam, omnis ꝓpoſitio eſt affirmatiua, ergo nul
la propoſitio eſt negatiua, conſequens eſt fal/

sum, ergo & antecedens. minor patet, antecedens potest esse verum, & cōsequēs nō potest esse verum, ergo ipsa nihil valet.

Respondetur, concedendo bonitatem illius consequentie, nec improbatur minor, cōcedo aliquā consequentiam esse bonam, cuius antecedens potest esse verum, & cōseques nō potest esse verū patet de cōsequētia proposita nec hoc inconuenit, vt literam intelligenti est peruiū. ¶ Contra, si antecedens potest esse verum, & consequēs non potest esse verū, ponatur ita esse sicut antecedens significat, quo posito habetur antecedens verū, & cōsequēs falsum cum nunq̄ potest esse verū. ¶ Responsio, hoc antecedens potest esse verū Patet, hec propositio potest esse vera, & haec propositio est aut potest esse hoc antecedēs. ergo hoc antecedēs potest esse verū, cuius de inesse erit hec, hoc est verum, demonstrando hanc, omnis ꝓpositio est affirmatiua. verū enim vero cū non est antecedens verū, saltē respectu illius cōsequētis, quādo cōsequēs ē illud antecedens est falsum Et ne illud tibi rationi dissentaneum videatur hoc ipsum multiplici exēplo manifestauerim: In primis hic nihil demonstratur. ergo hoc nō demōstratur ostēdendo promōtoriū in freto. Similiter solus homo demonstratur. ergo hec marmorea cautes nō ostēdit. etiā bene sequitur Iohannes nō est, ergo Iohānes nō est, cuius antecedens tu habeas i mēte. ego autē cōsequēs iam istud cōsequēs naturaliter non potest esse verū me nō existente ipsa nō est, & me existēte ipsa est falsa, omnis syllaba est plures litere. ergo nulla syllaba est vna litera, huius consequentie antecedens potest esse verū, non autē consequens, si ponas cōsequētis illius non existentiā antecedens nec est verum nec falsum. ergo illic habes bonarū consequentiarū antecedentia posse esse vera, & consequentia non possunt esse vera, sic in ascēsu. hec ꝓpositio est singularis & illa, ergo omnis ꝓpositio est singularis. ¶ Ex isto patet aliquā consequētiam esse malam, cuius antecedens non potest esse verū consequēte existente falso. patet de hac, omis ꝓpositio est particularis. ergo homo est asinus, similiter deus est. ergo aliqua ꝓpositio est particularis, prioris consequētie antecedēs nō potest esse verū. patet, da oppositū, antecedens potest esse verū, vel hoc est quando antecedens est, vel quando nō est, non primū. quia tunc aliqua ꝓpositio non particularis est, nec quando nō est, bene em̄ sequitur, hoc non est. ergo nō est particularis, posterioris cōsequētie consequēs semper est verū, quando formatur cum habet particularitatē annexā. ¶ Secundo sequitur a propositio est cōpossibilis b propositioni, cum qua nō potest facere copulatiuam veram. ¶ Tertio sequitur, due propositiones sunt synonime, quarū vna potest esse vera, & non reliqua. patet de his duab⁹, nulla vox est nulla vox est, quarum vna est in voce, altera vero ī scripto. ¶ Quarto sequitur, aliqua propositio potest esse falsa, imo de facto est falsa, cuius contradictoria non potest esse vera. Sed quispiam hic diceret vtendum esse transgressione tēporis, vt cōtingit in talibus. ego bibo ego taceo, Iohānes nihil loquitur. Omnis propositio est particularis potest esse vera vt illa vniuersali pro secunda medietate hore in qua nulla erit propositio, saltē totalis nisi particularis. In priore medietate hore existentē verifico, sicut ego tue vocali prolate cōtradico referendo tēpus prolationis ꝓpositionis meae tua pro enunciatione. verū hic potest esse replica, omnis propositio est, fuit, vel erit particularis. ergo homo est asinus, cuius antecedens difficulter verificatur. Propterea liber vtitur alia diffinitione, extra tamen hanc materiam cum cōmuniter loquentibus reprobat bonas per antecedens posse esse verū cōsequēte existēte falso, & per oppositum obstipat bonas.

Secundo argumētor, hec consequētia est bona, hoc consequēs significat aliter esse q̄ est. ergo hoc cōsequēs significat aliter esse q̄ est demōstrando cōsequēs vtrobiq;, proceditur enim a synonimo ad synonimū, & tamen consequens significat aliter esse q̄ est. & antecedēs sicut est, ꝓbatio quia vel consequēs significat taliter sicut est vel aliter esse q̄ est. Si secūdum intentum habetur, si prius & ipsum significat consequens significare aliter esse q̄ est, & ita est per te. ergo cōsequēs significat aliter esse q̄ est. Ex illo patet q antecedens significat taliter esse qualiter est in re, igitur. ¶ Et confirmatur illud de hac consequētia hoc consequens non significat sicut est, ergo hoc cōsequēs nō significat sicut est, demōstrando vtrobiq; cōsequēs, ita est sicut antecedens significat, & consequēs nō significat sicut est, patet vel significat sicut est vel non significat sicut est. Si secūdum propositum, si prius & ipsum significat hoc consequens non significat sicut est, & ita est per te. ergo hoc consequēs nō significat sicut est. ¶ Respondetur sicut inter explicandum literam diximus in reflexiuis cōcedendo aliquā cōsequētiam esse bonam, in qua antecedens significat taliter sicut est in re omnino, & consequens significat aliter esse q̄ est, & non significat sicut est, nec sequitur ita est in re sicut cōsequens significat, ergo consequens non significat aliter

esse quam est, vel nõ sicut est, Sed oportet addere in antecedente & consequens non reflectit se significando aliter esse q̃ est, vel significando se non significare sicut est. ¶ Pro quorum vberiori intelligentia ponuntur hæ propositiones, quarum prima est. Aliqua cõseq̃ntia est bona & consequens significat aliter esse quam est & antecedens non significat aliter esse quam est, quando enim consequẽs reflectit se in significando aliter esse quam est nõ est inconueniens. Et ex isto sequitur due propositiones sunt synonime quarũ vna significat omnino sicut est, alia vero significat aliter esse quam est patet de antecedente & consequẽte consequẽtie assignate. Tertia propositio in aliqua bona consequentia consequens non significat sicut est, & antecedens significat sicut est, patet in confirmatione argumẽti. Ex quo sequitur quarta propositio hec cõsequentia est nulla ita est sicut hec propositio significat ergo ipsa non significat non sicut est, & patet clarius capta hac affirmatiua hec propositio est non significans sicut est.

Tertio argumentor, aliqua consequẽtia est mala in qua nõ potest ita esse sicut significatur per antecedens quin ita erit sicut significatur per consequens, ergo definitio nulla, patet de hac consequentia hec consequentia est bona secundum hãc significationem, ergo homo est asinus, demonstrando illam mentalem per pronomen, Si enim ipsa est mala iam antecedens est impossibile, ergo non potest ita esse sicut antecedens significat, igitur, Si dicas ipsã esse bonam antecedens est verum & tunc sic sit hec consequentia est bona secundum hanc significationem homo est asinus, sed nullus homo est asinus, ergo hec consequẽtia non est bona totum antecedens est verum quia copulatiua vera, ergo & consequens. ¶ Tertiã argumentationem pleriq̃ ponderarunt, aliqui dixerunt antecedens illius consequentie significare hominem esse asinum, aiebant enim quando est aliqua propositio quæ est pars alicuius consequentiæ, quæ denotat consequens talis consequentie sequi ex ea, omnis talis propositio significat illud quod consequens significat, & sic est in valore copulatiua. Istud reprobauimus impugnando vanas positiones insolubilium vt patet in calse logices. Insuper hęc propositio, consequẽtia est bona significat precise consequentiam esse bonam, addam cõsequẽs prefatum homo est asinus cũ pronomĩe demonstratiuo etiam in mente pronomen nihil significat de illo consequente nec reliqua pars antecedentis prius, ergo nec modo. Aliq̃ negant pronomẽ posse demonstrare propositionem cuius est pars, & admittunt hoc ĩ istis facilioribus hoc est falsum quod non videtur dicẽdũ. ¶ Aliter ergo respõdetur strictim, cõsequentia proposita est mala, & concedo non potest ita esse sicut significatur per antecedens quin ita erit sicut per consequens significetur, sed hoc ad consequentie bonitatẽ minime sufficit, quia cum hoc etiam requiritur consequẽtiam eius bonitatem nõ euertere, aut in suam bonitatem non recalcitrare, hoc est ad eam esse bonam non sequatur eã eẽ malam, illa duo in hoc concurrunt homo currit ergo aĩmal currit, & ita in qualibet bona, & vnum istorũ solum extra reflexiua sufficit, ergo alterum duorum ad consequentie malitiam sufficit, ergo diffinitio bone consequentie intelligitur extra reflexiua ¶ Contra sequitur bene hec consequẽtia est bona, ergo homo est asinus demõstrando priorem consequentiam seruando idẽ consequens, & hec consequentia est synonima priori, igitur. ¶ Respondetur, non est inconueniens in reflexiuis dare duas consequentias synonimas, quarum vna est bona, altera vero ẽ mala, & dare vnam mentalem malam cuius vocalis ei subordinata erit bona, ad hanc secũdam esse bonam non sequitur eam esse malã. ¶ Dubitatur an aliqua consequentia simpliciter mala sit bona vt nunc. ¶ Respondetur affirmatiue, vt hæc Iohannes est, ergo Iohãnes scribit, rebus se habentibus vt nunc antecedens non potest esse verum consequente existente falso, si Iohannẽ ponas non scribere res ipsę non manebunt vt nunc manent, ea propter non argumentaris ad propositum. Vnde fit a consequentia est bona vt nunc, & nullo tẽpore ipsa est bona, & per consequens nũc non est bona, perratus ẽ hic modus argumẽtandi, ea propter non est extendendus, sed potius ad certos limites coarctandus.

Cęterum illationum bonarum quedã est bona gratia materie, quedam vero gratia forme, in simili enim forma malam consequentiam formalis non admittit, Ad hoc vt propositiones similis forme dicantur similem qualitatem: parem quantitatem: et haud dissimilẽ vocabulorum situm efflagitant.

PEr similem qualitatem copularum similitudinem siue synonimitatem earũdemq; similem affirmatio

nem & negationē intelligito. & hęc nō solum de copulis principalibus, verum etiam de copulis minus principalibus cum copularum determinationibus est intelligendum, Si enī vna copula de presenti fuerit, alia de presenti erit. Et si vna de futuro, aliam etiam de futuro esse necessum est. quare istę nō sunt eiusdem formę Homo fuit animal, homo erit animal. nec iste homo qui fuit erit currens, & homo qui erit, erit currens. Similiter nec istę. Homo qui non currit mouetur, & homo qui currit non mouetur. Identidem istæ non sunt similis formę, Sortes qui nō currit mouetur, & Sortes q currit mouetur. Licet sint ambę affirmatiuę. Nec istę Sortes forte dormit, & Sortes nō forte dormit. Nec istæ Sortes cōtingēter currit, & Sortes possibiliter currit sunt eiusdem formæ, capiendo contingenter specialiter. ¶ Per quantitatem similem terminorū similis suppositio (si termini supponant) tam a parte subiecti q̄ prędicati intelligitur. & sic de appellatione, restrictione, & alijs proprietatibꝰ logicalibus capito. Quare istæ non sunt eiusdem formę. homo est Sortes, homo est animal. nec istę, a homo non est animal, homo non est animal. Nec istę, verūq̄ animal currit, omne animal currit. Omne animal fuit in archa Noe, vt sit distributio pro generibus singulorum, & singulis generum. Omnis essentia diuina est pater. vt sit cōpleta & incōpleta distributio. Syncathegoreumata enim sunt diuersarum naturarum & vario modo subiecta propositionū mobilitant. Nec istę, asinus fortis currit, asinus hoīs currit sunt eiusdem formę ¶ Tertio similis terminorum & propositionum situs requiritur, hoc est similis terminorū ordo. Similis numerus, similis synonimitas. Similis ordo, hoc est seruetur similis series inter partes propositiōis vnius sicut alterius quo ad præcedere & sequi Quare istę nō sunt eiusdem formę. homo non currit, nō homo currit. nō solum stando in terminorum acceptione, cū in vnius fronte syncathegoreuma. In alterius vero capite cathegoreuma ponatur. Quare si in aliqua propositione pars distributa pręcedat, etiam in alia sit prior. Et si alicuius hipotheticę prima pars sit vniuersalis, in alia etiā prima pars erit vniuersalis. Et si prior pars fuerit affirmatiua, in alia etiam primā partē esse affirmatiuā necessum est. Eapropter celarent & camestres non sunt eiusdem formę. In primo loco vnius negatiua In alterius affirmatiua locatur. nec darapti & datisi. Per hanc particulam requiritur similis terminorū numerꝰ hoc est tot cathegoreumata & sincathegoreumata sunt ī vna sicut ī alia Et sub isto quoties intelligitur. Nam si tot sint cathegoreumata pariter & syncathegoreumata in vna sicut in alia, quoties aliquis terminus ponitur in vna toties ipse vel alius reperitur in altera. Similis terminorū synonimitas, hoc est quot sunt termini synonimi quo ad quēcunq̄ modum significandi in vna tot sint secundum eundem modum repręsentandi in alia. Quare istę nō sunt eiusdem formę. homo est homo, homo est animal. In secūda eīn sunt duo termini capiendo terminū pro extremis. In priori vero est pręcise vnus terminus synonimos pro eodem accipiendo Et nō solum ad synonimitatem essentialem, sed etiā accidentalē oculus flectendus est. Ecce argumētū in darij cuiuslibet hominis asinꝰ currit, & Plato est homo. ergo Platonis asinus currit, si instare studueris in simili forma similem obliquitatem seruare necessum est. Nec istę sunt eiusdem formę, omnis homo currit, & isti homines sunt omnes homines. ergo iste homo currit, & iste homo currit. & sic de singulis. & omnis homo currit, & isti asini sunt omnes asini. ergo iste homo currit, & iste homo currit. & sic de singulis, quia plures sunt termini synonimi in vna q̄ in alia. Et si inferas aliquos homines currere, quos in constantia nō demonstras non habes eandem formā cum propositione in qua oēs homines demonstras. Nec istę sunt eiusdē formę, homo currit, & ipse non currit, & homo currit, & homo non currit. Nam virtualiter sunt plures termini in vna q̄ in alia. Similiter istę non sunt eiusdem formę. homo est homo & homo est homines. Nec addenda est conditio more aliquorum, pro hac tu es qui es. sed quies est requies. ergo tu es requies. Nā qui es duæ dictiones & vna dictio formam variat. Vlterius dico omnes sillogismos 1 varijs figuris, immo in varijs modis formaliter differre. Sæpicule sillogismi ī eodem modo formaliter differūt ob varios terminos impositos vel ob similes nō synonimos secūdum talē acceptionem. vt cōtingenter generaliter & specialiter sumptum formā variat. Sic & copulatim & diuisim, & vel tantū in sensu exclusio & exclusiuo, nec incōuenit dare disiūctiuā falsam eiusdem formę cum disiunctiua ex cōtradictorijs conflata nā hoc est scānum vel hoc nō est scānum, est eiusdem formę cum hac disiunctiua, hoc est falsum, vel hoc nō est falsum, incōuenit tamen dare disiunctiuā non ex contradictorijs conflatam eiusdem formę cum disiunctiua ex contradictorijs. Insuper terminus complexus vnica acceptione captus particularitatem vel vniuersalitatem sincathegoreumaticā (penes

quam variatur falsitas vel veritas propositionis) non includens loco incomplexi sumptus aut a vel b tantum significans non impedit ꝑpositiones esse eiusdem forme, secus est de cōplexo non vnica acceptione sumpto. iste enim sunt eiusdem formę asinus hominis nō est animal & homo non est animal, non tamen iste hominis asinus non est animal, & homo non est animal, aut loco determinatiōis accepte nō vnica cum suo determinabili. pone a adequate tantum significans & idem erit. ¶ Ex dictis liquet impossibilem cum necessaria esse eiusdē forme vt hic homo possibiliter est animal, homo possibiliter est asinus, tamen Sortes est & non est formaliter est impossibilis, nam nō potest dari non impossibilis eiusdem formę secum, hæc etiam formaliter est necessaria, hoc est currens vel hoc non est currens, licet dederis falsam eiusdem forme secum in insolubilibus, vt hoc est falsum vel hoc non est falsum dico eam falsitatem necessariam ꝓpositionē. Hoc modo Parisienses formalitate vtuntur. Multę ponuntur propositiones esse similis forme acceptionis terminorum & si ponantur dictas. Ad hoc vt propositiones dicantur eiusdē formę acceptionis terminorum omnia requisita ad propositiones dici eiusdem forme dempta synonimitate extrinseca requiruntur. Synonimitas autem intrinseca ea est quę non est varianda secundum materiam subiectam vt inter subiecta & prędicata in oppositionibus necnon inter subiectum conuerse & prędicatum conuertentis in conuersionibus, & sic de similibus. Alia synonimitas varianda secūdū materiam subiectam dicitur extrinseca vt inter subiectum & prędicatum eiusdem propositionis in oppositis & inter subiectum conuerse & conuertentis, necnon inter prędicatū cōuerse & conuertentis in conuersionibus. Et licet ipse primus isto modo loquendi vsus sim, vt in meis antiquissimis scriptis in artibus patet, quia tamē posteriores illum modum in riuos inutiles deduxerunt, & quia in maiorum vsu non erat, fas tus est modum illum pessundare, propterea illud membrum minime pono. ¶ Sed contra istud argumentor, si non ponatur illud membrum sequitur duas subcontrarias participare legem cōtradictoriarum de forma, patet de his homo est homo, & homo non est homo. In simili enim forma nescis dare duas veras aut falsas. ¶ Solebam hic dicere in simili acceptione terminorum instatur, sed hoc relicto non tanquam falso, sed quia occasionem dat inutili verborū multiplicitati aliter respondendo concedo illatum in terminis synonimis, & sic dicendo non permittitur locus illi membro. ¶ Cæterum vicini nostri angli atq; Itali aliter formalem consequentiam diffiniunt, aiunt enim hoc pacto, cōsequētia formalis est illa sic se habens ꝙ si intelligas qualiter significatur per antecedēs intelliges ita eē sicut significatur per consequens, vt si quispiā intelligat te esse hominem intelliget te esse animal, verū Parisiorū lucitia nō ita ꝓcedit, vt dictū ē, a cuiꝰ fonte pene reliq̄ nationes Europę bibentes illam viam ignorant illam recitatam, propterea nec eam formalitatē tenebrosissime datam oppugno.

Consequentia bona gratia materię est illa quæ sic est bona cui in simili forma datur vna mala.

¶ Vt homo est asinus, ergo homo currit est bona, vt patet per diffinitionem bone consequentię ꝙ formaliter non valeat patet. in simili forma datur vna mala, vt homo est animal, ergo homo currit, antecedēs huius cōsequentię est similis forme cū antecedēte prioris, & consequens cum consequenti, & similis est habitudo consequentis ad antecedēs in posteriori sicut in priori, igitur. Dixi similis habitudo, crebrius dantur duę consequentie dissimilis formę, quarum antecedentia sunt similis formę pariter & consequētia, hoc patet hic homo est animal, ergo animal est homo, & homo est animal, ergo animal ē asinus, prior cōsequentia est conuersio, consequētia posterior vero non, modo nunquam conuersio est eiusdem forme cum non conuersione.

Reliquum est aliquas regulas generales argumentandi tradere, & præcise numero denario contētí manebimus, quarum princeps est. Cuiuslibet bonę consequentiæ contradictorium cōsequentis antecedentis contradictorium infert.

ET si contradictoriū consequentis contradictoriū antecedentis non inferat, consequentia data non valuit, & signāter contradictorium, & nō aliud oppositum, probatur. quia si sic maxime erit contrarium, sed hoc non, licet sequatur nullum animal currit, ergo nullus homo currit, non tamen sequitur omnis homo currit, ergo omne animal currit, sed bene sequitur homo currit, ergo animal cur

rir, demonstratur hęc regula, si homo currit in
ferat animal currit, si non sequatur nullum ani
mal currit. ergo nullus homo currit, tūc stabit
antecedens verum cum contradictorio conse
quentis, & sic hæc stabunt in veritate, nullum
animal currit & homo currit, & homo currit.
infert hanc animal currit. At homo currit est
verum. ergo animal currit erit verū. ergo ani
mal currit & nullum animal currit stabunt in
veritate. quod est impossibile. ¶ Pari forma ex
cuiuslibet consequentię sillogisticę opposito cō
sequentis cum vna premissarum sequitur op
positum alterius pręmissę. Hoc ī sequēti libro
clare ostēdetur. ¶ Contra hanc regulam argu
mentor, bene sequitur. nullus homo est asinus
ergo hęc consequentia non est bona disceptā
do ex opposito consequētis ad oppositū ante
cedentis cōsequētię in capite pręcedenti tactę.
consequens em̄ est necessarium sicut & antece
dens. & in eius bonitatē non recalcitrat. ¶ Se
cundo argumentor, non sequitur vnum con
tradictorium est verum. ergo alterū est verū.
& tamen ex opposito consequētis sequitur op
positum antecedentis, scilicet neutrum est ve
rum. ergo non vnum est verum. ¶ Ad prius
cōcedo sequelam, nō potest ita esse sicut signi
ficatur per antecedens quin ita erit sicut signi
ficatur per consequens, & nō recalcitrat in suā
bonitatem. Regula autē intelligitur vltra cō
sequentias, quarū nulla per suā significationem
suā bonitatem euertit. ¶ Ad secūdum cōcedo
non sequitur, capiēdo alterum relatiue pro re
liquo, vt sit relatiuum diuersitatis, nec fit con
sequentia ex opposito consequentis sic ratiocio
nando. Secus est si capiatur indefinite.

Secūda regula. Solius bonę cōse
quentiæ cōtradictoriū cōsequētis
eiusdem antecedenti aduersatur.

¶ Hæc regula est nota. Nam si aliqua
consequentia sit bona contradictorium conse
quētis repugnat antecedenti, & copulatiuam
impossibilem secum constituit. Et si non aduer
setur antecedenti consequentię datę. Iam con
sequentia data nihil valet, sit data consequen
tia bona. Sortes currit. ergo hō currit. si nullus
homo currit stet cum hac Sortes currit cū infe
rat hanc Sortes nō currit ex pręmissa, & stat cū
hac Sortes currit. eadem propositio stabit cū
duabus contradictorijs, quod est impossibile.
In consequentia mala consequens cōpatitur
antecedens, vt nō sequitur animal currit. ergo
homo currit. ergo ista simul stabunt. Animal
currit, & nullus homo currit. Vnde sit hęc si
mul stant. instās pręsens est, & hoc instans nō
est, demonstrando pręsens. patet non sequitur
instans pręsens est. ergo hoc instās est, ergo op
positum consequentis stabit cum antecedente
¶ Contra, hęc est bona consequētia. tu credis
precise aliquē hominē decipi. ergo aliquis ho
mo decipitur. & oppositum consequentis stat
cum antecedēte, igitur. Probatio maioris. aut
tu credis precise sicut est. & sic aliquis fallitur;
aut aliter assentiris q̄ est, & sic illuderis. & per
consequēs aliquis homo decipitur. Minor pa
tet. nullus alius abs te decipitur hoc suppono,
& tu nō deciperis, quia credis omnino sicut est
cum credis hominem falli, & ita est. ergo non
falleris. ¶ Respōdetur, cōcedendo bonitatem
illius cōsequētię, & nego oppositū cōsequētis
stare cum antecedente. nego hāc, nullus homo
decipitur, immo tu deciperis. Aliquis homo
fallitur solum assentiendo vero quando ad ta
liter assentire sequitur talem decipi. ¶ Secūdo
argumentor, sequitur bene. homo est asinus.
ergo nullus homo est asinus ob duas causas. &
si regula sit vera, eadem ꝓpositio sibi inimicatur
¶ Tertio argumentor, non sequitur, hęc conse
quentia est bona secūdum hāc significationē.
ergo homo est asinus per pronomen demon
strando totam illam consequētiam. & tamen
oppositum cōsequētis aduersatur antecedēti.
cum ipsum sit impossibile, igitur. ¶ Quarto ar
gumentor, sequitur bene, omnis homo currit,
& Sortes est homo, ergo Sortes currit. & tamē
oppositum consequētis non repugnat antece
denti, cum nulli propositioni eius repugnat.
¶ Ad secūdam obiectionē, concedo cōsequē
tiam, & oppositum consequētis repugnare si
bijpsi quando ipsum est impossibile omnino:
inconueniret autem aliter, Repugnare antece
denti est cum eo copulatiuā impossibilē posse
constituere, quod in proposito contingit hoc
ostenditur, ex sola impossibili sequitur contra
dictio, sed illa copulatiua infert duo contradi
ctoria. quia vtraq; pars infert seipsam & suum
oppositum. ¶ Ad tertium, concedo maiorē.
regula intelligitur vltra hęc reflexiua. ¶ Ad
quartum, allego illud Philosophi secūdo Me
taphisicę. Homines in conuiuijs egre ferunt, si
ad minimū vsq; soluatur. Dicā tamen vnum
verbum inter transeundum, oīs homo currit
& Sortes est homo, inferunt hāc Sortes est hō
a tota copulatiua ad alteram eius partē. Simi
liter sequitur, omnis homo currit, & Sortes nō
currit. ergo Sortes non est homo, in baroco.
ergo ista copulatiua infert duo cōtradictoria.

Tertia regula. Ex vero falsum
sequi est impossibile.

¶ Hæc statim ex diffinitione bone cõsequentie sequitur. ¶ Idem tidem ex possibili non sequitur impossibile. Vnde fit hæc illatio est valida, hæc consequentia est bona, & consequens est falsum, ergo & antecedens, cum si antecedens est verum, consequens est verum. Vlterius sequitur hęc consequentia est bona, & antecedens est verum, ergo & consequens extra reflexiua. Similiter sequitur hęc consequentia est bona, & consequens est impossibile, ergo & antecedẽs, sed nõ oportet inferre de qua libet præmissarum.

¶ Contra regulam argumentor. ex vero sequetur falsum, ergo ex vero potest sequi falsum. ¶ Respondetur, concedẽdo antecedẽs cum consequẽte, immo consequens est necessarium, sed nihil ad a. non probatur hæc ex vero sequi falsum est possibile, licet ex vero potest sequi falsum quæ non habet hanc pro de inesse ex vero sequitur falsum vt nostri, sed impossibile est ex vero non falso aut ex vero in mente sequi falsum. ¶ Secundo argumentor, bene sequitur hoc consequens ẽ falsum, ergo hoc consequens est falsum, vtrobiq; demonstrando consequens, sed consequens ẽ falsum & antecedens verum, (vt facile ꝓbari potest) ergo ex vero sequi falsum est possibile. ¶ Tertio argumentor, bene sequitur non deus est, ergo homo est asinus, capiẽdo non neganter, & tamen antecedens est verum & consequẽs falsum, igitur. minor patet, antecedens est verũ in a sensu (sit a sensus in quo negatio capitur infinitanter) ergo antecedens est verum. patet consequentia, hæc bene sequitur antecedens ẽ falsum in b sensu, ergo antecedens est falsum, nam si non sequatur tunc dabitur vtriusq; cõsequentię oppositum consequentis cum antecedente, & sic dabitur vna propositio quę nec est vera nec falsa, quod est a ratione longe alienum. ¶ Ad secundum respõdetur, regula extra insolubilia itelligitur. facilia insolubilia obiter occurrentia (vt alias retulimus) extra sui tractatulum tangere non obest. ¶ Ad tertiũ concedo ex vero quod etiam est falsum sequitur falsum, at ista seq̃la ex vero non habet originem, quia ex hac vacca nõ est illa cauda, sed ex alia alietate saltem rationis.

Quarta regula. Sicut ex impossibili sequitur quodlibet, ita necessarium a quolibet infertur.

¶ Hoc est dictũ propositio impossibilis quamlibet propositionẽ ifert. Vtraq; pars huius regulę per diffinitionem bone cõseq̃ntie patet. quia in vtrauis consequentia non potest ita esse sicut significat per antecedẽs quin ita erit sicut significat per cõsequẽs, ergo per bone consequentie quidditatẽ vtraq; est bona.

Contra hanc regulam argumẽtor, nõ sequitur hęc consequentia est bona secundum hanc significationem, ergo homo est asin⁹ demonstrando hanc consequentiam per pronomen (vt sæpius superi⁹ meminimus) & tamẽ antecedens est impossibile simpliciter. ¶ Secũdo argumentor, non sequitur hoc est impossibile secundum hanc significationem, ergo homo est asinus, demonstrando illam cathegoricam per pronomen, & tamen antecedens est impossibile, igitur. minor patet. quia vel ẽ impossibile simpliciter vel possibile, si primũ ꝓpositum, si secũdum, ergo ita potest esse sicut illa significat, & qualitercunq; potest significare sic, nunc significat & ipsa significat se esse impossibilem, igitur. ¶ Ad prius dicitur. regula limitationis est indiga. vtpote extra reflexiua, quæ suas bonitates euertunt vel magis ꝓprie loquendo bonitatibus obicem præstant. ¶ Ad secundum concedo maiorem, antecedens enim est solum impossibile per reflexionem & sese impossibilitans, cum ita est in re sicut ipsa significat. ¶ Contra secundam regulę partẽ argumentor, primo non sequitur hoc non est necessarium, ergo hoc non est necessarium, vtrobiq; demonstrando consequens, & tamen necesse est ita esse sicut consequẽs significat secundum hanc significationem, ergo ipsum est necessarium ¶ Respondetur, consequens non est necessarium, & antecedens est necessarium, cum semper intelligimus secundũ hanc significationem, nec est inconueniens ex necessario sequi necessarium, cum consequẽs in suã nõ necessitatem reflectit. ¶ Secundo argumẽtor, non sequitur nullus homo ẽ asinus, ergo hæc consequencia non est bona secundũ hanc significationem demonstrando ipsammet cõsequẽtiam, & consequens est necessarium, igitur. necessarium non a quolibet infertur. ¶ Si dicas eam bonam tunc sic argumentor, si nullus homo est asinus hæc consequentia non est bona, sed nullus homo est asinus, ergo hæc cõsequentia non est bona, antecedens est verum immo necessarium, ergo & consequens, ergo ipsum est verum. & vltra. ergo ita est sicut cõsequens significat, sed ipsum significat hãc cõsequentiam non valere, igitur. ¶ Si dicas eam non valere tunc consequens est necessarium, & per consequens datur aliqua consequentia mala cuius consequens est necessarium ¶ Tertio argumẽtor, bene sequitur deus ẽ, ergo aliꝰ

qua propositio est particularis,& tamē conse
quēs est cōtingēs & antecedēs necessariū igi
tur.maior patet antecedens nō potest esse ve
rū cōsequēte existēte falso ¶ Ad secūdū respō
det cōcedēdo cōsequētiā nō valere. & cōcedo
necessitatē cōsequētis,sed ipsum obicē bonita
ti cōsequētie p̄stat,ī hoc cōsequētie malitia ser
uatur ¶ Ad tertiū nego maiorē & ad proba
tionē qua dicitur ātecedēs potest esse verū cō-
sequēte existēte falso,dicit eodē modo sicut di
ctū est superius ad hāc cōsequētiā oīs ꝓpositio
est particularis ergo homo est asinus.

Quinta regula,Si aliqua cōsequentia
est bona & antecedens concedendum
consequens est ab eodē concedēdum.

¶ Quinta regula ꝓbat,si antecedēs est
cōcedēdū vel illud ē verū vel tāq̄ aliq̄d seq̄ns
in arte obligatoria,vtrouis horū modorū da
to etiā cōseq̄ns est cōcedēdū. ¶ Cōtra hāc re-
gulā argumētor,bene sequit hoc cōseq̄ns nō
est cōcedēdū,ergo hoc cōseq̄ns nō est cōcedē
dū,illic cōseq̄ns nō ē cōcedēdū & añs verū &
cōcedēdū. ¶ Rñdet,regula vltra reflexionē ī-
telligit vt in hac cōsīq̄ntia hoc cōseq̄ns ē fal/
sum,ergo hoc cōseq̄ns ē falsum. illic cōseq̄ns
(sicut ꝓpositio falsa) est negādū,nō aūt ē añs.

Sexta regula.Si aliqua est consequen-
tia bona & consequens est negādum
ita est antecedens.

¶ Hec sexta regula probatur,cū cōse-
quens est negādū,& oppositū cōsequentis in
fert oppositū antecedētis ex prima regula &
oppositū cōsequētis est cōcedēdū,ergo etiam
oppositū antecedētis. ¶ Cōtra hoc argumen
tor primo,bene sequit.hoc est negandū , ergo
hoc est negādū demōstrādo cōsequēs,sed cō-
sequēte negato antecedēs est cōcedēdū ¶ Re
spōdet,extra reflexiua loquimur. ¶ Secundo
argumētor,ex hac regula sequit hāc cōsequē
tiā esse bonā consequēs est negādū,ergo ante
cedēs nō est dubitādū,quoniā est negādū q̄d
si cōcedas. ¶ Contra hoc argumētor,bene se/
quit oīs rex loquit iste est rex(demōstrādo ta
cētē ante me)ergo iste loquit,cōsequēs est ne
gādū,& tamē dubitas antecedēs cū vtraq; ꝑs
eius est tibi dubia,& partes sunt simul cōpossi
biles. ¶ Ad secūdū respōsum est sufficiēter ad
vltimā particulā vsq;,cōcedo consequēs ē ne
gādū,quoniā est scitū esse falsum, & quęlibet
singularis est mihi dubia,sed scio antecedēs es
se falsum ob cōsequētis falsitatē. ¶ Et ex hac
regula seqtur,si antecedēs est dubiū cōsequēs
nō ēa te negādū,patet.quia tūc oppositū cō-

sequentis concedendum infert oppositum an
tecedentis concedendum.

Septima regula . Quicquid antecedit
ad antecedēs antecedit ad consequēs,
sub alijs verbis quicq̄d sequitur ad cō-
sequēs bone cōsequentie ad eius ante
cedens consequitur,& sic de primo an
tecedente ad vltimum consequens est
bona consequentia.

¶ Hęc regula facili paradigmate liq̄t,
sortes currit,ergo hō currit,hō currit, ergo a-
nimal currit,ergo bene sequit de primo ante/
cedēte ad vltimū cōsequēs sortes currit,ergo
aīal currit. Et ex isto patet quicq̄d stat cū an/
tecedēte bone cōsequētie . illud cū cōsequēte
eiusdē stat,& hoc patet si a antecedēs infert b
cōsequēs & c ꝓpositio stet cū a & nō cū b tūc
ita est sicut per c ꝓpositiōes & a significat & a
infert b,ergo ita ē sicut b significat , ergo etiā
b stat cū c sicut ipsum a.Et cū cōsequēs sępicu
le plures causas veritatis habeat quicq̄d conse
quenti repugnat illud antecedēti aduersatur.

Cōtra hanc regulā argumētor primo,
necessariū antecedit ad necessariū vel nō neces
sariū,sed necessariū vel nō necessariū antecedit
ad nō necessariū,ergo si regula sit vera,neces/
sariū ad nō necessariū antecedit. ¶ Secūdo be-
ne sequit,nullū tēpus est,ergo nullus dies est,
& vltra bene sequit nullus dies,ergo nox ē na
turaliter loquēdo.& tamē nō sequit nullū tē/
pus est,ergo nox est ¶ Tertio bene sequit, pa
ter est,ergo suus filius est, & tamē aliquid an/
tecedit ad antecedēs & nō ad cōsequēs,nā seq
tur filius est,ergo pater est,sed nō seqtur filius
est,ergo suus filius est ¶ Quarto bene sequit,
quadrupedale est,ergo bipedale sua medietas
est, & bipedale sua medietas est , ergo peda/
le sua medietas est,& tamē nō sequit quadru
pedale ē,ergo pedale sua medietas ē. ¶ Quin-
to bene seqtur,tu curris,ergo tu curris vel hō
est asinus & vltra tu curris vel hō est asinus,
sed tu non curris,ergo homo est asinus a tota
disiūctiua cū destructiōe vnius partis ad posi
tionē alterius partis,& tamē nō seqtur tu cur
ris,ergo hō est asinus. ¶ Sexto argumētor, be
ne seqtur si tu es vbiq; tu es in hoc loco,si tu es
in hoc loco tu nō es in illo, & si tu nō es in illo
tu nō es vbiq;,& tamē nō sequit si tu es vbiq;
tu non es vbiq;,ergo regula nulla.

Ad primū respōdetur,non ꝓceditur a
primo antecedēte ad vltimū cōsequēs vt pa-
tet speculāti. ¶ Ad secūdū respōdetur primo
simpliciter secūda cōseq̄ntia est mala , si sol nō

sic nec est dies neq; nox, similiter in instãti cõti nuatiuo noctis & diei nec ẽ nox neq; dies, sed incipit eẽ nox & desinit eẽ dies. Secũdo dicit̃ in lumine naturali loq̃ndo vltima cõseq̃ntia ẽ bona & antecedẽs ĩpossibile. ❡ Ad tertiũ dicit̃, capiẽdo termios vniformiter nulla ẽ ambages, bene sequit̃ filꝰ ẽ, ergo suus filꝰ ẽ, id ẽ p̃ris filꝰ est. ❡ Ad quartũ respõdet̃ similiter sua ꝗquoce refert, nec cõseq̃ntia erit bona, nisi sua ĩpropꝛie antecedẽs remotũ referat. ❡ Ad q̃ntũ respõdet̃, si antecedẽs secũdæ cõseq̃ntię in sensu disiũcto capiatur vt in prima cõsequẽtia nihil valet, nã quãdo argumẽtamur a tota disiũctiua cũ destructiõe vniꝰ partis antecedẽs ẽ vna copulatiua, cuius altera pars ẽ disiũctiua, reliq̃ vero pars alterã partẽ illius disiũctiue destruit. Si secũdę cõseq̃ntię antecedẽs sit vna copulatiua tũc media sunt variata, quia primum cõsequẽs primę cõsequẽtię fuit vna disiũctiua, & antecedẽs secũdę cõsequẽtię vna copulatiua. ❡ Ad sextũ aliq̃ ponũt regulã nõ tenere propter rationẽ factã nisi cõsequẽtiæ intermediæ formales fuerit, sed hoc nihil ẽ dictu, nec p̃ma cõsequẽtia valet, nec secũda, nec tertia etiã valet. ❡ Breuiter ad regulæ bonitatẽ reqrit̃ur & illud sufficit cõsequẽs primę cõsequẽtię eẽ p̃cise antecedẽs secũdę in sensu quo fuit cõseq̃ns & consequẽtię intermedię sunt bonę, quare nimirũ de cõsequẽtia pręfata & talibus sortes ẽ, ergo nõ deus ẽ, nõ deus est, ergo hõ ẽ asinus & tñ nõ seq̃tur sortes est, ergo homo est asinus.

Octaua regula. Si aliqua consequentia est bona scita esse bona & antecedens est scitum, consequens est scitum.

❡ Contra hanc octauam regulã argumẽtor sic, hęc cõsequẽtia ẽ bona a ẽ verũ, pono a eẽ alterã istarũ sortes currit sortes nõ currit, illud. s. q̃d est verũ, & te fugiat q̃d illorũ sit a sicut latet te q̃d istorũ duorũ sit verũ, & sciã per subiectũ cõsequẽtis demonstrari a, tunc scis hãc cõsequentiã eẽ bonã cũ scias subiectũ antecedẽtis & cõsequẽtis supponere ꝓ eodẽ, huius antecedẽs ẽ scitũ & cõseq̃ns dubiũ, cũ ꝑ ꝓnomẽ nõ demonstrat̃ nisi alterũ illorum, & vtrũq; demõstratorũ, dubitas esse verũ ex hypothesi. ❡ Cõfirmatur bene sequitur, a ẽ verũ ergo a est verũ, & scis cõseq̃ntiã eẽ bonã & antecedẽs ẽ scitũ, nõ aũt cõseq̃ns, q̃d ꝓbo. nullũ dubiũ scis, a ẽ dubiũ. igit̃ a nõ scis. ❡ R̃ndet̃, si a sit nomen ꝓpriũ cõseq̃ntia ẽ bona, tũc antecedẽs & cõseq̃ns sciũtur & nego vtrũq; illorũ dubito esse verũ, scio ꝑ casum demõstrari a q̃d scio esse verũ, nõ tñ eo inficias ista nõ ẽ scita a me hoc ẽ verũ, si ꝑ ly hoc scio demõstrari hãc sortes currit aut suũ oppositũ, sed bene sciã a demõstrari. ❡ Ad cõfirmatiõnẽ stãte casu argumẽtatiõis cõcedo a eẽ verũ, licet a dubitã esse verũ in sensu diuiso, sicut vtrũq; istorũ dubito esse regẽ, & scio alterũ eorũ esse regẽ, si sim certificatus regẽ esse alterũ istorũ. ❡ Secũdo argumẽtor, bene sequit̃ hoc est nescitũ, ergo hoc ẽ nescitũ vtrobiq; demõstrando cõseq̃ns, & antecedẽs est scitũ & conseq̃ns nescitũ, igitur. ❡ Respõdet̃, regula itelligit̃ q̃n cõseq̃ns in suã nõ scietiam nõ recalcitrat. ❡ Ex hac regula seq̃tur hãc eẽ verã scio oẽm hominẽ lõdini esse lõdonijs, patet. bene seq̃tur aliq̃s homo lõdoni est lõdonijs, ergo oĩs hõ lõdini est londonijs, antecedẽs est a me scitũ, ergo & cõseq̃ns. ❡ Pari iure hãc scio oẽ astrũ supra me esse supra me & nullũ astrũ scio esse supra me.

Nona regula. Si aliqua consequentia est bona volita esse bona, & antecedẽs est volitum consequens est volitum.

❡ In hac regula dicitur volita esse bona, nã licet sequatur istũ pęnitet, ergo iste peccauit, & antecedẽs est volitũ, & tamẽ cõseq̃ns non est volitum, cum consequentia nõ est volita esse bona.

Decima regula & finalis, ex antecedẽte pure negatiuo non impossibili, nõ sequitur consequẽs puræ affirmatiuũ non necessarium.

❡ Quare non sequitur logice loquendo regnum meum non est de hoc mundo, ergo ego sum rex. & locus a contrario sensu absolute non valet, tamen in iure & vulgari modo loquendi multum efficacie sibi vendicat. Dicitur purę quia formaliter sequitur, tantũ sortes non currit, ergo omnis non sortes currit. Etiam sequitur nullus deus est ergo baculus stat in angulo, & sortes non currit ergo deus est, facile ẽ formaliter etiam exemplificare, & hęc de regulis consequentialibus dixisse sufficiat & ita secundo summularũ libro in quo terminorum naturas & passiones succincte explicare nisus sum seu alio nomine paruis logicalibus tirunculis in artibus maxime necessarius finem impono.

Paruorum logicalium finis.

Exordium tertij libri ſummularum de ſillogiſmis.

Sillogiſmus cathegoricus eſt cõſequẽtia formalis cuius concluſio ex pręmiſſis medij gratia infertur.



Sillogiſmus biphariam accipit vno modo pro præmiſſis tãtũ, & ſic vocabulũ capit Ariſtoteles ſecundo priorũ inquiẽs vnũ ſillogiſmũ poſſe plura concludere. Alio modo pro tota conſequentia, & ſic in pręſentiarũ vocabulũ accipimus. ¶ Et iterum ſillogiſmus eſt duplex, nã quidẽ eſt hypotheticus, cuius altera præmiſſarũ ẽ ꝓpoſitio hypothetica, vt ſi homo currit aĩal currit, ſed homo currit, ergo animal currit, de talibus modis argumentandi in primo libro ſumus loquuti. Alius ẽ ſillogiſmus cathegoricus quando vtraqꝫ præmiſſarum eſt propoſitio cathegorica. ¶ Conſequẽtia formalis eſt genus, nã oĩs ſillogiſmus eſt conſequẽtia formalis & nõ cõtra. ¶ Addiť in diffinitiõis calce cuꝰ concluſio ratiõe medij ex p̃miſſis inferť ad ſeiugãdã argumẽtationẽ a tota copulatiua ad alteram eiꝰ partẽ pricipalẽ. ¶ At forte cõtraiſta ſic argumẽtans, hęc ꝓpoſitio ẽ hypothetica, omẽ aĩal currit, & oĩs homo ẽ aĩal, ergo oĩs homo currit, & hęc ꝓpoſitio eſt hic ſillogiſmus, ergo hic ſillogiſmus ẽ hypotheticus. ¶ Secũdo, hęc diffinitio cõuenit argumẽtationi a tota copulatiua ad alterã eius partẽ, ꝓinde ea argumentatio ꝑ diffinitiõis caudã non eijciť, añs patet, hic oĩs hõ eſt hõ & hõ eſt hõ, ergo hõ ẽ homo. ¶ Tertio, maior minor cũ ſua nota nõ ſunt cõſequẽcia formalis, & tñ ſunt ſillogiſmus, igiť. ¶ Ad primũ nego cõſequẽtiã, tu ex quatuor terminis ratiocionaris cõclude, hic ſillogiſmus eſt ꝓpoſitio hypothetica ¶ Ad ſecũdũ, cõcedo antecedens nõ incõuenit eãdẽ argumẽtationẽ eſſe ſillogiſticã, & a tota copulatiua ad alterã eiꝰ partẽ qñ i terminis ſynõimis ꝓcediť ¶ Tertia argumẽtatio eluiť ꝑ diſtinctionẽ vocabuli ſillogiſmꝰ i cõmẽtarij capite explanati.

In ſillogiſmo prima propoſitio maior. Secunda vero minor. Tertiaqꝫ cõcluſio nuncupatur. Medium eſt extremũ totale bis in pręmiſſis ſumptum per ſe concluſionem non ingrediens.

Exemplo hoc detegere haud grauamur omne aĩmal currit & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo currit. prima harum eſt maior ſecũda minor, & ea quæ copulã, ergo ſequitur cõcluſio, copula ergo premiſſas cum concluſione nectit & licet maior ſit indiffinita aut particularis & minor vniuerſalis adhuc ſecunda eſt minor, & prior maior, Si ſenſim in mente formentur omnia ſunt proſpicua ſi vero i eodem momẽto ambe præmiſſe mentem diſcurrentis ſubeant tuo pro arbitrio vtramlibet premiſſarum pro maiore capere poteſt. dicitur extremum licet copula bis ſumatur ante concluſionem per illud ipſa ſecluditur. ¶ Contra dicendo omnis homo albus currit / ſortes eſt homo albus ergo ſortes currit ſequitur terminũ homo eſſe medium cum bis ſumatur ante cõcluſionem. ¶ Secũdo omnis homo eſt homo, & homo eſt homo, ergo homo eſt homo, medium ingreditur cõcluſionem, ergo diffinitio medij eſt nulla. ¶ Prior harũ rationum eſt nulla, cum non eſt extremum totale in altera præmiſſarum, pars medij non eſt medium. ¶ Pro ſecunda ratione dicitur, medium de per accidens ingreditur concluſionem quando eſt ſynonimum cum maiori aut minore extremitate, extra horum ſynonimitatem nuſquam medium concluſionem intrabit, Aliqui dicũt ſillogiſmũ ex ſynonimitate cõflatũ nõ eſſe ſillogiſmũ, mediũ dicunt differre a p̃miſſis, & ab vtraqꝫ illarũ, hoc reijcimꝰ. Nã i reductiõe ſillogiſmi ex oppoſitis i ſynonimis diſceptamus.

Totũ materiale (medio ſemoto) quod in maiore propoſitione ponitur maiorem extremitatem, & identidem i minore enunciatione minorem extremitatem appellant.

¶ **Maior extremitas hoc eſt materiale** extremũ in maiore ꝓpoſitiõe poſitũ, ꝓportionabiliter de minore dicať q̃ pars ſit materialis q̃ vero formalis ex dictis in materijs (mõ mẽtia polleas) noſti. cõcluſionẽ de ꝑ ſe hę extremitates igrediunť q̃ a eiꝰ maťiale cõſtant. Ex hiſce liq̃re ſuſpicor te cap̃e q̃ ſunt ptes materiales tã cõplexe q̃ icõplexe ſillogiſmũ cõponẽtes, hoc ẽ ip̃e ꝓpõnes cũ earũ materialibus vocabulis.

Sillogiſmum omnem in modo & figura collocant, debitam qualitatem ordinatam qꝫ quantitatẽ modus efflagitat. Ad debitam qualitatem premiſſarum altera affirmationem expetit, ſane ex puris negatiuis ſillogiſtice ſeqť nihil;



Hic præpositio in pro decapitur, causa quare ex puris negatiuis sillogistice nihil sequitur ea est, quia non oportet si aliq duo termini ab eodem remoueantur vel idem de duobus ꝙ illi inter se segregentur, quia hi duo termini homo & rationale ab hoc vocabulo asinus separantur, & tamen non remouētur inter se, & patet regula aliter, quoniam in talibus facile dabis antecedens verum, & cōsequens falsum, patet exemplariter. non sequitur nulus asinus est homo, & nullum rationale est asinus, ergo nullum rationale est homo.

Cōtra regulam sic obijcio, bene sequitur, nul us asinus est lupus, nullus canis est asinus, erglo nullus canis est lupus & tamen procedicur ex negatiuis, igitur. ¶ Respōdetur solum tenet gratia materie in simili forma instare est facile. ergo non tenet sillogistice. cum sillogismus sit consequentia formalis. ¶ Cōtra, bene sequitur de forma nullum non risibile ē homo nullus asinus ē risibilis, ergo nullus asinus est homo. ¶ Secundo, bene sequitur. omnem hominem contingit non esse currentem aliquod album contingit non esse hominem ergo aliquod album contingit non esse currēs. ¶ Tertio, bene sequitur omnē hominem necesse est non esse asinum, & aliquod album cōtingit non esse hominem, ergo aliquod albū contingit non esse asinum. ¶ Ad primum dicitur, cum non est idem medium in vtraqꝫ præmissarum non est sillogismus, ergo si formaliter teneat cum essentiale sillogismi ei deest non tenet sillogistice. Et si risibile pro medio acceptas alius error non latens committitur. ¶ Ad alias obiectiones dicitur, ille de contingenti sunt negatiue in valore affirmatiue, cū eisdem formaliter ex dictis ęquiualeāt, loquimur enī de pure negatiuis, vel tyrunculis modales teneat, & in propositionibus de inesse ꝓcedat, & licet antecedenti impossibili aut consequenti formaliter necessario aut quando altera præmissarum formaliter conclusionē infert argumentatio valida fuerit regula eā ob causam infirmitatem non adipiscitur, quoniā id natura vnionis medij cū extremitatibus nequaq̄ contingit sicut hic. nullus homo ymaginatiue est animal, sortes non ymaginarie est homo, ergo sortes nō ymaginarie ē animal, vbi maior formaliter impossibilis conclusionē formaliter infert, verum hæc illatio nō est sillogistica ob causam nuperrime illatā. ¶ Dubitatur quis sillogismus dicitur negatiuus. ¶ Respondetur, ille cuius altera pręmissarum est negatiua sillogism⁹ negatiu⁹ erit. ¶ Vnde sit est sillogismus negatiuus antecedente existente affirmatiua ꝓpositiōe, patet in cęlarēt & cęsare. & si nulla ponat copula hypothetica nō erit antecedens cum dicimus breuiloquij causa omne animal currit, omnis homo est animal, ergo om̄is homo currit supponimus & sed verum vel simile maiorem cum minore coniungens, alioqui non erit antecedens, cum nō est propositio nec complexum propositionale.

Debita quantitas alteram præmissarum esse vniuersalem requirit siquidē ex puris particularibus nihil sillogistice sequi nemo est qui nescit.



Cum particulari indiuiduū consortium indesinita tenet, ratio huius regulę est, nam ex indebita vnione extremitatum cum medio non sequitur vnio extremitatum inter se in conclusione.

Cōtra, bene sequitur formaliter homo est animal, & asinus non est homo, ergo asin⁹ animal non est. ¶ Secūdo bene sequitur (semper formaliter intelligo) homo est sortes animal est sortes, ergo animal ē homo. ¶ Tertio bene sequitur, homo currit & album est idem homo, ergo album currit. ¶ Quarto bene sequitur, omnem equum videt homo. brunellus est equus, ergo brunellum videt homo. ¶ Quinto bene sequitur, animal currit & asinus omne animal est, ergo asinus currit. ¶ Sexto sequitur, risibile necessario ē animal homo necessario est risibilis, ergo homo necessario est animal. ¶ Septimo formalis est illatio, omne non animal currit sortes est animal, ergo sortes currit.

Aliqui insulse omnes hasce instantias regulē accommodant, regulam intelligo particularitate medij, quo dicto vniuersę obiectiones & si plures essent eluuntur. ¶ In primo argumēto medium distribuitur, & cauetur ne a non distributo ad distributum procedatur. ¶ In secunda argumētatione medium est terminus discretus, & sic non argumentaris cum particularitate medij. Idem in valore in tertia ratione vsu venit, tamen hic potest esse trica, diuinitas est pater, & eadem est filius, ergo filius est pater ¶ In quarto argumento, maior ē vniuersalis vniuersalitate medij, & procedit in darij, & sic in quinto tuipse capis. ¶ Ad sextū argumētū dicit ipsum nō esse cōtra regulā cū cōclusio seqt formalit ex alta p̄missarū, & nō virtute cōnectiōis medij cū extremitatib⁹

sequitur enim risibile necessario est animal, ergo homo necessario est animal. Idem est quando antecedens est formaliter impossibile, aut consequens necessarium. ¶ Idem contingit in istis homo est ipsemet Petrus est homo, ergo Petrus est ipsemet. homo ens contingenter nō est, risibile ens necessario ē, ergo risibile homo non contingenter est, licet dicere potes in priore ꝓceditur ex quatuor terminis & regulam pati instantiam in contingenter specialiter capto. ¶ Septimum argumentum eluitur proportionabiliter ad primum in regulam praecedentē allatum. At dicis sequitur bene, omnes Britanni sunt Europei, sed Scoti & Angli sunt omnes Britāni, iccirco Scoti & Angli sunt Europei cum signo hicinde collectiue capto. Ad hoc dicitur, haec replica est parui pōderis quia licet talis consequentia sit formalis tamen medium naturam termini discreti sapit (pro pluribus simul accipi nequit mediante copula de pręsenti) cum tali copula ratiocionando sillogismus virtualiter expositorius erit, & per cōsequens non discurritur ex puris particularibus particularitate medij. Dixi cū copula de pręsenti, quoniam cum extrinsecis copulis argumentum erit inualidum. haec etiā consequētia nihil valet, omnes homines omnes homines ipsorūmet sunt, omnes homines omnes homines ipsorūmet sunt, ergo oēs hoīes oīs homines sunt, vt extremitates distribuātur & praedicatum sit signum collectiuum, illic suppositio totius ratione relatiui est dependens.

Si pręmissarum altera sit particularis conclusionem esse particularem necessum est.

¶ Istud phisice patet in agentibus naturalibus effectus causę particulari & non vniuersali assimilatur bos boui & non phębo aut altitonanti affinis est. At causa logica est, alioqui a nō distributo an distributum vel ex puris particularibus particularitate medij disceptabitur, hoc reserare non est difficile, animal ē substantia & omnis homo ē animal, ergo omnis homo est substantia, mediū in neutra pręmissarum distribuitur. Si maior sit vniuersalis & minor particularis iam si indirecte concludatur, discurritur a non distributo ad distributum respectu maioris extremitatis. Si directe idem sequitur respectu minoris extremitatis, hoc studiosus practicabit capiendo maiorem negatiuam & minorem affirmatiuam vel ecōuerso. Potes tamen has labes euitare abstinendo a mendis praefatis vt animal est substantia & omnis homo est omne anial vel potius omne animal est, ergo omnis homo est substātia. Similiter si maior extremitas distribuatur vel pro extremo terminus discret⁹ aut relatiuum identitatis capiatur tunc deliria praenominata resecabuntur.

Si altera praemissarum fuerit inficiatiua conclusionem inficiatiuam posueris.

¶ Sub alijs verbis hoc est dictu, si aliqua praemissarum sit negatiua conclusionem esse negatiuam necessum est, & cum totus sillogismus est negatiuus, & ob vnionem affirmatiuam vnius extremitatis cum medio in vna praemissarum, & vnionem negatiuam alterius extremitatis in altera praemissarum sequitur vnio negatiua extremitatum īter se in conclusione.

Figura est tres notiones secūdum subiectionem praedicationem q; congrue site ternam sillogisandi figuram philosophorum primus stabiliuit carmē vulgare licet agreste id anxie pandit: Sub pręprima, bis altera pręm, tertia bis sub.



Sillogismus proprie loquēdo non est in figura, sed de figura sicut propositio ē in materia, potissimum de sillogismo communi loquimur. In sillogismorū calce de sillogismo expositorio sabimur. Sub pręprima, hoc ē, medium in prima figura in vna subijcitur, in altera vero praedicatur. Bis altera pręm, hoc ē mediū in secunda figura bis praedicat. Tertia bis sub, hoc ē. in tertia figura bis medium subijcitur, hoc est in vtraq; praemissarum subijcitur.

Dubitatur an sit ponēda quarta figura quam Galenus vltra philosophorum principem posuerit. ¶ Licet varij hic diuersa scripsere carptim ad dubitationem respondebo negatiue. Prima figura quartam includit. patet cum medium in vna subijcitur & in altera praedicatur, hoc est bifariam. Vno modo subijcitur in maiore & praedicatur in minore, & sic est vna species primae figurae & potior, q̄a modus ratiocionandi ē euidēs & communior. Alio modo quando medium praedicatur in maiore & subijcitur in minore, vt homo ē currens & omne currens est animal, ergo homo ē animal. & haec etiam est species primę figurae, & minus communis suam euidentiā quodā modo per reductionē a priore mō accipit, q̄m ōis conclusio sequēs ex praemissis sic disposita

formaliter etiam sequitur ex eisdẽ præmissis
priore modo dispositis, patet per transpositio-
nem pręmissarum. Si prima figura caperetur
solum pro syllogismo cuius medium præcise
subijcitur in maiore & prædicatur in minore
tũc esset ponenda quarta figura vltra primã,
at sic non capitur. Cæterum prima figura con
notat medium in vna pręmissarum subijci &
in altera prędicari, hoc complexum secũda fi-
gura connotat medium in vtraq; prędicari, &
proportionabiliter de tertia dicatur.

Directe concluditur quando de
minore extremitate vel cũ maio
ris portione maius extremũ aut
eius pars prædicatur. e conuer-
so indirecte concluditur.

¶ Exẽpla vbi directe concluditur, om
nis mauritanus est affer, sortes est mauritan⁹
ergo sortes est affer. In compositis sic fit, cuius
libet Affri ingenium est afiutum, penus Han
nibal est affer, icirco peni Hannibalis ingeni-
um est afiutum. hic vna pars grandioris ex/
tremi de minore extremo prædicatur cum re
liqua parte maioris extremitatis. Ex hisce faci
le depręhendes quando indirecte cõcluditur.

Sillogismi affirmatiui valor expostu-
lat ipsum per dici de omni regulari, id
autem per dici de omni regitur quan-
do de subiecto cõplete distributo præ-
dicatum enunciatur, & sub illo subie-
cto minorem extremitatem subsumẽ-
do prior extremitas de subsumpto cõ
cluditur.


Vplex est dici de omni
quoddam est de omni poste
riorici, de quo a nobis in po
sterioribus latior fauentibus
superis habendus est sermo.
Aliud est dici de omni prio-
risticum, hoc pacto in sillo/
gismis & prioribus vocabulo vtuntur. Et in/
terdum accipitur ꝓ præmissa affirmatiua cu
ius vnus terminus complete distribuitur. In
littera autem pro pricipio regulatiuo sillogis/
morum affirmatiuorum capitur, & est oratio
truncata tantum valẽs sicut hoc complexum
omne quod dicitur de medio complete distri-
buto etiam cuilibet conuenit cui ipsum subie
ctum siue medium competit. Sæpius quando
aliquid est vulgare in omnium ore, ob breui/
loquium verborum prodigalitatem absumi
mus loco illius paucioribus vtẽtes. ¶ Sillogis
mus affirmatiuus euidenter concludens im-
mediate ꝑ dici de omni regulatᷓ vt barbara &
darij. Alij autem ineuidenter concludẽtes ab
eius euidentia nonnihil mendicant vnde alun
tur. hoc in sillogismorum reductiõe mox pau
lo aperietur, sermo est de sillogismis ex termi/
nis communibus, quando enim de alicuius sil
logismi bonitate ambigitur, obtuitum ad di
ci de omni flectimus & ex eius recta intelligẽ
tia discursus mendum aut integritatem perci
pimus ¶ Cęterum notato tu nouitie duplicia
sunt sillogismorum pricipia, nam quoddam
est materiale, & illud est bipartitum in propi/
quum quod est propositio cathegorica, & re/
motum subiectum aut prædicatum eius, nõ
est vsus copulas pricipia formalia sillogismo
rum vocitare. Tertium est principium regu/
latiuum seu directiuum sillogismorum vt di
ci de omni, & illud est pricipium extrinsecum
vt amussis in ęquando pariete, perpendiculo
murum lathomus regular, ex obiectionibus
in modos enucleatius hoc intellexeris.

Sillogismus negatiuus per dici
de nullo metieris. Tum per dici
de nullo disceptationem mode-
raberis, cum subiectum in nega
tiua complete mobilitatur.

¶ Dici de nullo in vna acceptiõe pro-
portionabiliter ad dici de omni potest capi ꝓ
propositione negatiua cuius vnus terminus
cõplete distribuitur. Sed in propositio ẽ prici-
piũ regulatiuũ sillogismorũ negatiuorũ tãtũ
valẽs sicut hæc propositio, quicquid negatur
de medio cõplete distributo id a quolibet sub
eo assumpto abijcitur, hoc paradigmate pan-
ditur. nullum a est b & omne c est a, ergo nul
lum c est b, maior namq; denotat de nullo de
quo verificatur a verum est dicere ipsum esse
b, & minor subsumendo asserit omne c esse a
tunc sequitur cõclusio illata. hic discursus vti
barbara est euidens, nec palo cui innitatur in/
diget. Sillogismus negatiuus euidenter cõclu
dens immediate per dici de nullo regulatur,
vt celarent ferio. alij autem indirecte conclu/
dentes mediate per ipsum diriguntur. Idem-
tidem sillogismi secundę & tertiæ figurę non
immediate per hæc principia fulcimẽtum sor
tiuntur, sed mediate per reductionem ad sillo
gismos euidẽtes qui immediate his regulant̃.

Cæterum ne inter sillogisandum
hallucineris aliquas mẽdas obiter
occurrentes euitaueris. Prima vt
mediũ in pręmissa in qua nõ mo-

bilitatur nunq̄ copiosius q̄ in præmissa in qua distribuit̄ accipiatur.



Effectu cuius hic discursus non est sillogisticus, omne currēs est gradarius, omnis homo possibiliter est currens. ergo omnis homo possibiliter est gradarius. Non enim regulariter per dici de omni, maior solum denotat de omni currente q̄ est ipsum esse gradarium, & subsumitur currens possibile respectu hominis, hic minor maioris limites prætergreditur, & sic magis ample hoc est copiosius dicit regula in minore accipitur q̄ in maiore. quare ex hac vnione præmissarum cū medio in præmissis nihil sillogistice cōcludere valebis. ¶ Nā pro regula habeto quādocūq; error est intrinsicus præmissę sunt indispositę, duplex poterit esse erratū in sillogismo. quod ex parte præmissarum originē habet hoc intrinsicū erit, quod vero ex parte conclusionis est hoc extrinsicum appellatur. Vnde fit quādo mediū extrinsicum pręcise in aliquo sillogismo committitur ibidē præmissę sunt dispositæ ad aliā conclusionem inferendam. Nam ex extremitatum cōbinatione cū medio nullus defectus oritur. Secundo sequitur quando in aliquo sillogismo error intrinsicus cōmittitur, nunquā oculatus respondens defectum extrinsicū assignabit. Tertio patet hanc consequentiam esse formaliter in darij, omne ens est homo, Sortes necessario est ens, ergo Sortes possibiliter est homo, immediate eni per dici de omni regulatur, nam si sortes necessario est ens, sortes est ens, nec minor egreditur limites maioris, quā uis medium pro quolibet ente possibili in ea supponat mediante tamē copula præmissæ in qua ponit̄ pro nullo potest accipi de quo non verificetur in maiore, q̄ requiritur ad hoc q̄ mediū copiosius ī minore q̄ ī maiore accipiat̄.

Ad sillogisticū discursum mediū in præmissarum altera esse totale extremum, necnō extremitates totalia extrema fore operepretium est.

¶ Eam ob rem hoc consequium est inefficax, cuiuslibet hominis asinus currit, cuiuslibet hominis asinus quiescit, itaq; asinus quiescens est asinus currens, & quāq; istę præmissæ duas inferant sillogistice dispositas ad aliquā cōclusionem inferādam (quod forte ab aliquo iterum inficias) haud quāq̄ est cōsequens hasce esse sillogistice dispositas ad eandem inferēdā. ¶ Pari forma nō sequitur, cuiuslibet animalis quodlibet rudibile quilibet asinus est, & cuiuslibet angeli quodlibet rudibile quilibet asinus est. ergo quilibet angel⁹ quodlibet animal est.

Ratiocinīū a non amplo ad amplum, & contra in ampliationē tergo relatū haud pętermittas.

¶ Quare non sequitur, omnis homo niger corrūpetur cras, & omne visibile est homo niger, idcirco omne visibile corrumpetur cras. A nō amplo ad amplū mobilitatum procedi tur, nec ob simile mēdum sequitur, omne currens fuit, & omnis homo est currens. ergo omnis homo fuit. Idem eni error sicut in priori emergit, & proportionabiliter in alijs exēplificare potes, de quib⁹ in barbara fusius dicem⁹.

Vltra subiectum distributum in maiore haud plus in minore prędicetur.

¶ Quare non sequitur, omnis homo vel asinus est homo, brunellus est homo vel asinus ergo brunellus est homo, priorē parē disiuncti precise distribuēdo. nec sequitur, omnis homo vel omnis asinus est homo, brunellus est homo vel asinus. ergo brunellus est homo. nec per idem valet consequētia, cuiuslibet hominis asinus currit, fauellus est hominis asinus. ergo fauellus currit. nec sequit̄, cuiuslibet hominis oculus est dexter, & aliquod sinistrū est hominis oculus. ergo sinistrū est dextrum sic sillogisabis cuiuslibet hominis oculus est dexter. Plato est homo, ergo platonis oculus est dexter. An hęc regula patiatur instantiam in argumētationibus contra formalitatē darij numine propicio dicemus.

Haud dissimilem obliquitatem in cōclusione collige qualem in præmissis seminasti.

¶ Sic argumentaberis, omnis billiger Alexandrum Macedonē effert, Hannibal Hamilcaris filius est belliger, proinde Hannibal Hamilcaris filius, Alexandrum Macedonem effert. A quolibet bellatore penus Hannibal laudatur. Scipio Affricanus est bellator, ergo a Scipione Affricano penus Hanniball laudat̄. & ita in alijs obliquis factitabis. Cæterū multi copulam conclusionis debere sequi copulam maioris aiunt si nautē sillogismus nequaquā per dici de omni regulabitur. Alia errata cōmunia vt a confusa ad determinatā, a non distributo ad distributum ęquiuocationē mediū & huiusmodi tanq̄ errores tritissimos breuitati studens missa facio, quoniā quilibet impeditiuus bonitatis illationis in aliqua materia lo

gices ex parte modi concludendi impręſenciarum obſtaculum præbebit, quę omia in argumentationibus poſthac exactius diſcutientur hiſce itaq; figura pręmiſſis ad vlteriora iter faciamus oportet.

Nouēnario numero primę figurę modos, ſupputant q hiſce verſiculis patēt. Barbara, cælarēt, darij, ferio, baraliptō. Celātes, dabitis, fapeſmo, friſeſomorū.



Vatuor primis modis euidenter concludentibus ſequentes quini ineuidenter inferunt. Euidenter inferre eſt directe concludere & ineuidenter indirecte. Quatuor primi modi (vt ſuperius meminimus) immediate per dici de omni aut nullo regulantur, reliqui vero mediate ſicut modi ſecundę & tertię figurarum ab his quatuor ſulcimentum indipiſcuntur.

Contra, ſunt ſillogiſmi expoſitorij in prima figura ſicut in cęteris, qui ſub nullo iſtorum modorum anuumeratur, ergo maior ē nūer⁹ modorū primę figurę q̄ nouenari⁹. ¶ Secundo, pręmiſſe de barbara rōcluſionē particularem inferunt cum vniuerſali, ergo barbara cum barbari in prima figura habebis, & ſuam conuertentem. Similiter cęlarent cum cęlaro. ¶ Tertio, animal currit & homo eſt idem animal, ergo homo currit, formaliter ſequitur. & ſub nullo iſtorum modorum includitur, igit. ¶ Quarto, iſte ſillogiſmus eſt in prima figura homo currit, & omne currens ē album, ergo homo eſt albus, & ſub nullo iſtorum modorū includitur, igitur.

Reſpōdetur, hic eſt ſermo ſillogiſmorum de medio communi, per hoc primo obiectui reſpondetur, & in valore ad tertium. ¶ Ad ſecundum dicitur, potes etiā plures modos illius figure fodere ſi volueris, quæcunq; pręmiſſe concluſionem vniuerſalem inferunt particularem inferre non abnuunt. At numerati ſunt vulgatiores, propterea dixit littera ſupputāt, hoc eſt dialecticorum claſſici numerant. ¶ Ad quartū reſpondetur, ipſum in valore eſt in darij, patet ſic. omne currēs eſt albū homo eſt currens, ergo homo eſt albus. Si a & b antrograde vnam propoſitionem inferant præpoſtere eandem concludent, quæ combinationes ſunt vtiles quæ vero inutiles (quas commentator artificioſe ſegregat) in logica videbis.

In prima figura maiori particulari directe nihil concluſeris.

¶ Habito ſermone de figuris generatim nunc ſpeciatim primę figurę binę regulæ traduntur, quarum prior eſt. Maiori exiſtēte particulari ea in figura recte concludere haud licebit. Indirecte bene argumentaberis, teſtis ē diſcurſus friſeſomorum, & id cauſa eſt regulę, tūc vel medium in neutra pręmiſſarum diſtribuitur, quod in ſillogiſmis eſt grande nephas vel a non diſtributo ad diſtributum proceditur q̄ non minus ē hic piaculum aſſumpti ꝓbatio, cum maior eſt particularis vel minor ē affirmatiua aut inficiatiua, ſi ſit conſtructiua, medium in neutra diſtribuitur vt etiam ipſe lippus cernit. Si vero minor ſit deſtructiua tūc maior extremitas in concluſione diſtribuitur, & non in maiore. Si autem ab his erratis abſtinueris illatio erit valida, vt bene ſequitur. Elephantus eſt animal & nullus Camelus eſt Elephantus, proinde omnis camelus animal non eſt, concluditur propoſitio de modo loquendi inconſueto ne animal diſtribuatur in cōcluſione. Si medium etiam in maiore diſtribuatur illam mendam ſepeliremus, & ſi medium eēt terminus diſcretus etiam cōſequētia valeret.

In hac figura cum minore deſtructiua nihil directe intuleris.

¶ Indirecte autē bene ſequitur, teſtes ſunt fameſpo & friſeſomorum, huius litteræ cauſa eſt. quia a nō diſtributo ad diſtributum proceditur, cum minor eſt negatiua maiorem eſſe affirmatiuam opere pręcium eſt, cuius prędicatum ratē ter diſtribuitur, & concluſio erit negatiua, quia ſi altera pręmiſſarum ſit negatiua eam qualitatem cōcluſio ex prędictis imitabitur, & ſic prędicatum maioris ſcilicet maior extremitas diſtribuetur in cōcluſione, quę ſteterit confuſe tantum in maiore. Si tamē circumſpecte ab hac labe euites nihil prohibet ſillogiſmum valere, vt omnis equus eſt ſubſtātia, nullus aſinus eſt equus, ergo omnis aſinus ſubſtantia non eſt. hic non diſtribuimus maiorem extremitatem in concluſione. Si ipſa maior extremitas in maiore diſtribueretur nō deuiabis. Si enim fuerit terminus ſingularis a fortiore non delirus erit ſillogiſmus.

Ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis concluſionem generalem affirmatiuam barbara valenter infert.



Vid a e i o vocales denotant prius hauſiſti. dicitur valēter hoc eſt in bona conſequentia, & etiam potenter vniuerſalem inferendo, quādo dicimus

aliquam argumentationem esse in barbara illā de actu exercito loco vnius de actu signato ca pimus. processus est in barbara, hoc est significatur per dictionem barbara. & ita se habet di sceptatio vt vocabulum barbara vel nauarra denotat. Sed titlus barbara ppter reductionē sillogismorum ineuidentium, vel sic barbara pro sillogismo supponit, cōnotando ipsum ex præmissis vniuersalibus affirmatiuis inferre conclusionē vniuersalem affirmatiuam, & ita in omnibus aliis modis intelligito. Potes tamen illam transitiuā loco vnius intransitiue sumere. Sillogismus est in barbara, hoc est ipsum barbara. Verum vt hic modus plenius intelligatur ipsum aliquot argumentatiunculis decore quaeremus.

Et primo sic argumentor, nō sequitur quicunq; dicit te esse animal, dicit verum, & quicunq; dicit te esse asinū, dicit te esse animal ergo quicunq; dicit te esse asinum, dicit verū. & tamen discurritur in barbara, ergo barbara non est consequentia formalis. consequētia tenet cum minore, & maior patet. antecedēs est verum, & consequens falsum.

Respōdetur, negando maiorem, & nego antecedens pro minore. minor est quicūq; dicit te esse asinum dicit te esse animal, vbi te esse asinum capitur materialiter pro illa propositione tu es asinus & te esse animal materialiter pro ista propositione tu es animal. & tunc sensus est quicunq; dicit istam propositionem tu es asinus dicit istam propositionē tu es animal. modo hoc est falsum saltem non oportet vt sit verum quia te esse asinum significatiue nihil est. & quando aliquid foret nemo potest hoc dicere, solum enim voces dicimus. ¶ Contra hoc argumentor, ponendo quēlibet dicētē te esse asinum dicere te esse animal. Iam antecedens est verum. ¶ Respondetur admisso casu etiam consequens est verum. Sensus consequētis est quilibet homo dicens hanc tu es asinus, dicit verum, & ita est, quia dicit hāc, tu es animal per casum. Sed veritas dicti eius non prouenit ab hoc q̄ dicit te esse asinum. & etiā tūc quicunq; dicit te esse asinum dicit non verum quia dicit falsum Sed hęc est neganda quicūq; dicit te esse asinum est nō dicens verum, quia infert hanc quicunq; dicit te esse asinum nō dicit verum Sed hęc consequentia nō est formalis, quicunq; dicet te esse animal dicit verum. & quicunque dicet te esse asinum dicet te esse animal. ergo quicūque dicet te esse asinum dicit verū. minor enī maioris limites egreditur.

Secundo argumentor, non sequitur, Omne currens est asinus, & omnis homo est currens ergo omnis homo est asinus, & tamē discurritur i barbara, igitur. Maior patet, quia conclusio est impossibilis, & antecedens possibile, patet maior est possibilis pariter & minor. ¶ Forte dicis (sicut dicendum est) partes esse incōpossibiles, non enim potest omne currens esse asinus & omnis homo esse currens. ¶ Contra, hæ partes sunt possibiles, & hæ parte sunt hoc antecedens. ergo hoc antecedens est possibile. ¶ Forte negas minorem, imo antecedēs est hę partes cum nota copulādi. Etiam male concluditur, sed oportet sic inferre. ergo antecedens est hæ partes possibiles. ¶ Contra hoc argumentor, antecedens est verum in aliquo casu, & consequēs falsum. ergo antecedens est possibile. antecedens patet vtendo tēpore pręsenti pro vna hora, in cuius priori medietate asini currāt, & in secūda homines. Iam minor est vera omnis homo est currens, & maior patet, omne currens in prima medietate horę est asinus. & prima medietas horę est tēpus præsens. ergo omne currens in tēpore præsenti est asinus. ¶ Respondetur, negando antecedens esse verum, maior enim est falsa. Sensus enim eius est de quocunque verum est dicere q̄ est currens de illo verum est dicere est asinus, & cū currens supponit imediāte copula de pręsenti & distribuatur supponit pro omni re quæ est currens in tēpore pręsenti, & pędicatum non pro qualibet tali supponit, & nego hanc consequentiam, omne currens in prima medietate horę est asinus, & prima medietas horę est tēpus pręsens &c. q̄q̄ prima medietate determinat currens. quia proceditur ab inferiore ad superius cum distributione totius. currēs in prima medietate horæ est inferius ad currens in tempore præsenti, & vtrumque distribuitur. propterea consequentia nihil valet.

Tertio argumentor, nō sequitur, omnis equus meus ibit Romam, & omnis equus est equus meus. ergo omnis equus ibit Romā & tamen proceditur in barbara, igitur. Barbara non est consequentia formalis. maior patet. ponendo omnem equum iam existentem esse meum, & quēlibet talem aditurum Romam, & postea nascantur alij equi qui nō ibunt Romam. Iam cum veritate antecedentis stat falsitas consequentis.

Respondetur, concedendo maiorem, & negetur minor, proceditur enī a nō amplo ad amplum cū distributione ampli respectu minoris extremitatis. modo talis cōsequētia est nulla, dicebatur enim in minore oīs equus

est equus meus, vbi equus nullo modo stat
ample, & in conclusione omnis equus ibit ro-
mam, illic equus stat pro equo qui ē vel erit,
modo talis consequentia non valet. vt ex am
pliationum calce liquebat, concludēdum est
ex illis premissis, omnis equus qui est ibit ro-
mam. vel sic vt formaliter sequatur omnis e-
quus qui est equus ibit romam. ¶ Ex isto pa-
tet hanc consequentiam valere nihil. omne al-
bum cucurrit, & omnis homo est albus, ergo
omnis homo cucurrit. ponendo nullam rem
fuisse albam preter hominem qui est (de re to
tali loquar) & omnis homo qui est cucurrisset
antecedens est verum & consequens falsum,
inferes enim ex illis pręmissis omnis homo qui
est cucurrit. ¶ Secundo liquet hunc sillogismū
non esse in barbara, omnis homo est currens
omne risibile omīs homo est vel fuit ergo om
ne risibile est currens. proceditur enim ab am-
plo ad non amplum affirmatiue & talis con-
sequentia vt hic ex ampliationibus suppeni-
tur est inualida, facile est instare capiendo cur-
rens pro medio & album & nigrum pro ex-
tremitatibus. ¶ Contra istud argumentor, be
ne sequitur. omnis asinus non est animal om-
ne risibile fuit asinus qui est asinus, ergo nullū
risibile est animal, & tamen proceditur ab am
plo ad non amplum affirmatiue cum amplia
tio ē in affirmatiua, igitur. ¶ Forte dicis eo ꝙ
sillogismus est negatiuus arguit ab amplo ad
non amplum negatiue. ¶ Contra, bene sequi-
tur, nullus homo erit currēs, risibile est homo,
ergo risibile non erit currens, & tamen proce
ditur a non amplo ad amplum negatiue per
te, at talis discursus est inualidus, igitur. ¶ Re
spondetur, in negatiuis sillogismus est forma
lis in quo ab amplo in affirmatiua præmissa
ad non amplum cum distributione ampli ꝓ-
ceditur. Idemtidem vbi a non amplo in affir/
matiua ad amplum ī negatiua sine distributio
ne ampli, secus est si tale amplum aut nō am/
plum fuerit in præmissa negatiua. Ex quibus
liquidum est rationes pręassumptas esse forma
les, optime eni sequitur. nullus homo erit ani/
mal aliquod currens est homo, ergo aliqđ cur
rens non erit animal. Similiter nullus hō cur/
rit, omne album possibiliter est homo qui est
homo, ergo nullum album est currens, addiš
enim qui est non vt sit pars extremi, sed vt re
stringat medium in minore ne maioris termi
nos egrediatur.

Quarto argumentor, nō sequitur om
nis equus mortuus ē iuuenis omnis equus se/
nex est equus moriturus, ergo omnis equus
senex est iuuenis, quia ponendo nunc omnes
equos esse iuuenes, & nullos senes ad senectā
vsq; viuant & postea mortem obeant, iā ma
ior ē vera. omnis equus qui est est moriturus,
& veritas minoris patet per ei⁹ sensum seu ex
plicationem quæ est hæc, omnis equus qui est
vel erit senex est equus moriturus, & conse/
quens est falsum.

Ad quartum, etiam concedo, nō sequi
quitur, quia medium minoris maioris limites
egreditur, hoc est sicut supradictum est iter nu
merandos errores communes predicatum mi
noris accipitur pro aliquo pro quo nulla est di
stributio in maiore, patet hoc subiectum ma-
ioris solum stat pro equo iuueni qui est & est
moriturus. Si sub illo subsumeres illatio esset
bona in barbara. Sed in minore dicitur omnis
equus senex est equus moriturus. vbi vi am-
pliationis predicatum minoris natum est sup
ponere pro aliquo pro quo nō est natum sup-
ponere subiectum maioris, quia stat pro equo
morituro qui erit licet non sit & per cōsequēs
medium accipitur pro aliquo in minore pro
quo non accipitur in maiore, & non distribui-
tur, nec accipitur in minore ante copulam hoc
est non ponitur aliquid ad faciendū terminū
accipi pro illo solo pro quo in maiore distribu
ebatur ne egrediatur eius limites, debes enim
sic argumentari omnis equus moriturus est
iuuenis omnis equus senex omnis equus mo-
riturus est ergo omnis equus senex est iuuenis
¶ Ex quo sequitur hec illatio non est forma-
lis omnis essentia diuina fuit ens, filius possibi
liter est essentia diuina, ergo filius fuit ens Pa/
ri forma hæc illatio non est valida in festino
omnis deus possibiliter non est creans, pa-
ter possibiliter est creans, ergo pater possibili-
ter non est deus. medium in affirmatiua acci-
pitur pro pluribus q̄ in contradictoria negati
ue mediante copula propositionis in qua po-
nitur quod ad consequentie maliciam sufficit

Quinto argumentor, non sequitur, ip
semet omnis homo est & quodlibet risibile est
ipsummet, ergo quodlibet risibile quilibet ho
mo est, & tamē proceditur in barbara. igitur,
consequentia tenet cum maiore, postq̄ illatio-
nis minor formaliter maiori equiualeat, & mi-
nor patet, subiectū maioris distribuitur ad di-
stributionē antecedentis. proinde licita fit sub
sumptio. ¶ Forte dicis (sicut dicendum est) nō
licet sub relatiuo subsumere. ¶ Cōtra non se-
quitur, quilibet asinus hominis currentis qui-
libet asinus ipsiusmet est quilibet asinus homi
nis quiescentis est asinus hominis currentis e-

go quilibet asinus hominis quiescētis quilibet asinus ipsiusmet est, & tamen illic non subsumitur sub relatiuo, ergo defectus nō prouenit eo ꝙ sub relatiuo fiebat subsumptio, ponēdo ei fortem inter homines pręcise quiescētem possidere binos asinos, sint Plato & Cicero currētes, & plato possideat cum forte vnum asinū, & Cicero cum forte aliū, nullusq; illorum alium habeat asinum, antecedens ē verum & cōsequens falsum, vt per inductionem patet.

Ad quintum, respōdetur sub relatiuo reciproco non licet subsumere, nisi ipsum referat in vtraq; pręmissarum eundem terminū distributum. propterea hæc consequentia est bona, omnis homo est ipsemet, & omnis homo est ipsemet, ergo omnis homo omnis homo est, si ipsemet vtrobiq; referat illum terminum homo distributum in maiore, si nautem valet nihil. ¶ Ad replicam dicitur consequētia est inualida, nec licet subsumere sub antecedente relatiui reciproci aut termio illud includente, sicut nec sub relatiuo nisi quando est ęquiualentia formalis inter propositionem in qua relatiuum reciprocum ponitur sine antecedente sibi addito & propositionē in qua sibi additur antecedens. Iste enim æquiualent formaliter omnis homo est ipsemet, & omnis hō est ipsemet hō, sed nō iste. q̄libet asin⁹ hoīs currētis q̄libet asinus ipsiusmet ē, & q̄libet asinus hoīs currētis q̄libet asin⁹ ipsiusmet hoīs currētis ē, prior ei est vera in casu dato, & secūda falsa, vt patet per descensum sub subiecto.

Sexto, principaliter argumentor, non sequitur omnis homo est animal, tantum omne risibile est homo, ergo tantum omne risibile est animal, & tamen proceditur in barbara, igitur. minor patet currendo per singulas conditiones de barbara, & si sit vnus homo totalis cum multis brutis in mundo antecedens ē verum & consequens falsum. ¶ Forte dicis ꝓceditur a non distributo ad distributum respectu maioris extremitatis quæ in maiore non distribuitur, & distribuitur in conclusione.

¶ Contra hoc argumentor, addendo signa distributiua impeditiua distributionis prædicati in conclusione retento signo exclusiuo semper consequens est falsum.

¶ Respondetur, delendam est signum exclusiuū in conclusione, & vniuersaliter consequētia erit bona sic cōcludēdo oē risibile ē aīal. hoc patet, maior erat oīs hō est aīal, & minor erat tātū oē risibile est hō & si sic oē risibile ē hō, ex quibus euidēter infert oē risibile est animal. Idem contingit in darij, omnis homo est animal & tantum risibile est homo, nō sequitur, tātum risibile est animal, sed risibile est animal. Istud clare patet captis exponētibus vel vniuersalibus in terminis trāspositis. vt capto hoc argumento in darij omnis homo est animal & tantum risibile est homo. ergo &c. loco minoris pone omnis homo est risibilis. tum in valore habes has duas omnis homo est animal, & omnis homo est risibilis. vbi neutrum prędicatum distribuitur, sed si ponemus in cōclusione signum exclusiuum semper prouenit distributio formaliter vel ęquiualēter. Potes etiā inferre vnā exclusiuā quarti ordinis nō tantū omne risibile nō est animal. Eodem modo discurrere potes in exceptiuis. omnis homo est animal omne ens pręter nō hominē est homo ergo omne ens pręter nō hominē est animal. Ex illis præmissis inferre nequis propositionē exceptiuā, vbi signū affirmatur. Si dicas hanc inferunt omne ens nō præter non hominem non est animal, obscura est illatio. Eodē modo argumētari potes in reduplicatiuis. vt omnis homo currit & omne risibile inquātum risibile est homo. ergo omne risibile inquātum risibile currit. & in celarent nullū currens est asin⁹ & omnis homo præter Sortē est currēs, ergo nullus homo præter Sortē est asinus. ¶ Satius est more antiquorū artistarū in omnibus exponibilibus dicere non proceditur sillogistice argumenta facta in barbara aut celarent, hoc est quę videbunt eē in eis non sunt sillogistica. Ratio barbara debet cōstare ex puris affirmatiuis. modo istę exponibiles licet sint propositiones affirmatiuę hoc nō sufficit, sunt propositiones affirmatiuę prægnantes, præterea inhabiles sunt ad vnā præmissarum de barbara vel ad minorem de celarent, nec sic respōdere est difficultatem effugere. sed sapienter inutilē solicitudinē euitare. veritates tenebrosę ꝓpositionum exponibiliū per lucidas exponentes venandę sunt, & non per ascensum descēsum aut sillogismum, nec per positionem inesse. ea propter multi vocabant eas hipotheticas, & licet eas cathegoricas reputē, tamē eas a multis legibus aliarum cathegoricarū preuilegiatas existimo, & crebro conātes regulas formales dare fundamenta ruinosa iaciunt, & cisternas nō continētes aquas fodiunt, & ꝙ longe fugiendum est lanā caprinam inutilem texūt. ¶ Sed contra istud argumentor, in vico stercminis vel in reparatione publica sic tibi argumētor, istę pręmissę omne a est b tātum omne c est a inferunt aliquā conclusionem gratia formę, & nō nisi istam omne c est b, non assumo illas præmissas dispositas in barbara, quia re

et, quia antecedens est verum & consequens falsum. ¶ Respondetur, negando rationē factam esse in cęlarent, plus enim prędicatur in minore quam erat subiectum distributum in maiore musca enim erat subiectum distributionis maioris, prædicatum ē hoc totum fortior musca, debebamus igitur dixisse in minore omnis homo est musca, & tunc consequentia fuisset bona, & sicut conclusio est falsa, ita est minor, & sic possunt solui illa argumenta communia nullus turonus valet liardum, omnis duodenus valet turonum, ergo nullus duodenus valet liardum. antecedens enim est verum & consequens falsum, minor enim debet esse oīs duodenus ē turonus, nec sequitur nullus turonus valens valet liardum, & omnis duodenus est turonum valens, ergo &c. quia medium non tenetur vniformiter.

Secundo argumentor, non sequitur. nullum subiectum est prædicatum cuiuslibet propositionis aliquis terminus est subiectum, ergo nullius propopositionis aliquis terminus est prędicatum, & tamē discurritur in cęlarēt, igitur. minor patet, antecedens est verum, & consequens falsum. ¶ Respondetur, proceditur a non distributo ad distributum, & illa est fędissima labes, & per consequens consequentia maxime est fugienda. Ista notio terminus in minore stat confuse tantum, & in conclusione distribuitur. oportet concludere cuiuslibet propositionis aliquis terminus non est prędicatum. & hic nullus equus est asinus cuiuslibet hominis est equus, ergo nullius hominis est asinus, ens in minore stat confuse tantum, & in conclusione distribuitur. Et eodem modo in talibus, nullum dextrum est sinistrum cuiuslibet hominis oculus est dexter, ergo nullius hominis oculus est sinister, vbi oculus stat cōfuse tantum in minore & in conclusione distribuitur, cōclude cuiuslibet hominis oculus nō est sinister. Et quāquam haec consequentia sit formalis vbi a non distributo ad distributum proceditur nullus asinus est homo, sortes est currentis asinus, ergo sortes ē currentis homo non refert quia conclusio formaliter sequitur ex alia conclusione illata sine hoc medio sillogistice ex premissis. Sequitur enim bene in tertio, nullus asinus est homo sortes est asinus, ergo sortes non est homo, & vltra formaliter sequitur. sortes nō ē hō, ergo sortes nō ē currētis hō.

Tertio argumentor, non sequitur, nullum animal dum dormit vigilat, oīs homo est animal dum dormit, ergo nullus homo vigilat. & tamen discurritur in celarēt, igitur. maior patet. antecedens est verum & consequēs falsum. ¶ Respondetur negando maiorem, & nego antecedēs esse verum in aliquo casu, & consequēs falsum animal dum dormit potest capi in sensu condicionato & causato vel temperato, sicut propositio de gerūdio ęquiualet saltem in consequendo conditionali rationali vel causali, in proposito solum capiemus illud complexum in sensu tēperato. & tunc hoc totum animal dum dormit tantum valet sicut animal tempore quo est dormiēs. tunc palam est maiorem esse veram, quia est vna negatiua vltra instantias communes cuius extrema non supponūt pro eodem, & ad minorem ipsa semper est falsa, quia est vna vniuersalis affirmatiua cuius prędicatum nunquam competit subiecto distributo, quod requiritur ad veritatē illius vniuersalis affirmatiue, & loquor de tempore post multiplicationē generis humani, dum Eua fabricabatur ex costa Ade minor erat vera. & dubito veritatem minoris tempore quo Noe erat in archa. Sed data veritate minoris tunc vel quocunq; alio tempore conclusio in eodem tempore est vera, quia est vna negatiua cuius extrema nō supponūt pro eodem & vltra instantias omnes.

Quarto argumentor, nō sequitur nullum viuum est mortuum quilibet homo est viuus, ergo nullus homo ē mortuus. & tamē proceditur in celarēt, igitur. ¶ Sed dices (& bene) argumētum est a non amplo ad amplum respectu minoris extremitatis cum distributione ampli, vnde oportet concludere nullus homo qui est est mortuus. ¶ Contra, concludendo conclusionem priorem non est possibile dare antecedens verum consequente existēte falso, maior enim est falsa. vt patet per suā contradictoriam, aliquod viuum est mortuū, & hoc est verum. quia hoc ē mortuum demōstrando Adam, & hoc est vel fuit viuum, ergo aliquod viuum est mortuum. ¶ Respōdetur. non sequitur formaliter, quia in simili forma instatur, nullum currens est mortuum, & quilibet homo est currens, ergo nullus ē mortuus, ponēdo nihil qđ est vel fuit currens esse mortuum, & quemlibet hominem nunc currere & aliquos mortuos qui nunq̄ cucurrerūt antecedens est verum & consequens falsum.

Quīto argumētor, nō sequitur. nulla cōclusio ē vera, oīs cōclusio de celarēt ē cōclusio ergo nulla cōclusio de celarēt ē vera, & tñ argumētū ē in celarēt, igitur. ponēdo eī nullā aliā cōclusionē ī mūdo ab ista antecedēs ē verū & cōseq̄ns falsum, ergo nō sequitur. veritas minoris

& non prædicatum. Non potes aliud assigna
re quam signauimus.
¶ Ex isto patet. aliquis terminus ampliatiuus
ampliatur. patet de subiecto huius producti
est productum. ¶ Secundo patet tales esse con
cedēdas, omne quod erit est, quicquid potest
intelligi esse est, omne quo fuit est.
¶ Ex quo patet sillogismi facti sunt nulli, mi/
nor limites maioris egreditur, medium in ma
iore stat solum pro existente, & in minore veri
ficatur pro illo quod non existit.
¶ Secundo, argumentum est ab amplo ad nō
amplum sine distributione ampli ex parte mi
noris extremitatis vt ante retulimus. Et conce
do tales, Adam ē præteritus Adam est Adā
pręteritus, Adam est homo pręteritus.
¶ Sed contra, omne pręteritum est omnis ho
mo est pręteritus, ergo omnis homo est, non
valet dicere illationem esse nullam, quia proce
dimus ab amplo ad nō amplum ex parte mi/
noris extremitatis hoc nō obstat, quia hoc fit
cum distributione ampli, modo quādo est sil
logismus ab amplo ad non amplum cum di/
stributione ampli non impeditur bonitas con
sequentię. Sed ꝙ ratio non valeat patet. quia
in aliquo casu antecedens potest esse verum si
ne consequente, ponēdo nullum hominem es
se & alia entia esse tunc præmisse sunt vere, si
minor teneatur vera & conclusio falsa, & per
per consequens oportet dicere minorem illā
esse falsam, sicut argumentum est de illa Adā
est præteritus, sic argumentari potes de istis
Adam est prior Antichristo, Antichristus ē
intelligibilis & similibus probando eas eē fal
sas. ¶ Respondetur, hæc replica soluitur sicut
principale argumentum. dico etiam ab amplo
ad non amplum consequentia est nulla etiam
cum distributione ampli, nisi ponatur constan
tia non ampli, sicut nō sequitur. omne animal
currit, ergo omnis homo currit amplum ē su
perius illatiue ad ipsum sumptū non ample.

Secundo argumentor, non sequitur.
omne indiuiduum alicuius speciei est asinus,
& sortes est indiuiduum alicuius speciei, ergo
sortes est asinus, & tamen proceditur in darij.
igitur. maior patet. antecedens est verum, &
consequens falsum. veritas minoris & falsitas
consequentis sunt notę, probatio maioris om
ne indiuiduum istius speciei ē asinus (speciem
asinorum monstrando) ergo omne indiuiduū
alicuius speciei est asinus ab inferiore ad supi⁹.

Respondetur, negando illationem nō
valere, & cōinficias antecedens esse verū, ma
ior enim est falsa, sicut & conclusio, & proba/
tio est nulla, proceditur enim ab inferiore ad
superius cum distributione superioris, hoc en
totum indiuiduū speciei distribuitur, licet spe
cies etiam superius non distribuitur.

Tertio argumentor, non sequitur. om
ne ens cum quo comedisti sedet in mēsa tecū,
coclear est ens cum quo comedisti, ergo cocle
ar sedet in mensa tecum. tamen proceditur in
darij, igitur.

Respōdetur, si ly cum semper dicat eā
dem associetatem consequentia est bona, sed
si instrumentalem dicat in vna & sodalitatē
in alia consequentia est nulla, & licet non lati/
ne dicitur comedisti cū cocleari, dicitur tamen
comedisti cum auiditate potest formari idem
argumentum, at tunc maior est falsa, tenēdo
termīos vniformiter cōseq̄ntia est infallibilis.

Quarto argumentor, nō sequitur. om
nia risibilia homo & omnis homo sunt, aliqua
nigra sunt risibilia, ergo aliqua nigra homo &
omnis homo sunt, & tamen argumentum est
in darij, igitur. ¶ At forte dicis (sicut dicendū
est) mendum est manifestum a confusa ad de/
terminatam respectu multitudinis.
¶ Contra hoc argumentor dupliciter, tū pri/
mo. Id nō inconuenit cum connexione medij
stantis determinate aut distributiue, patet. for
maliter sequitur in bocardo, homo nō est ani/
mal & omnis homo ē risibilis, ergo risibile nō
est animal. Similiter hoc consequium est for/
male in fapesmo, oīs homo est animal, nul/
lum risibile est homo, ergo animal non est risi
bile, igitur. ¶ Tum secundo, hæc consequen/
tia est formalis in darij, oīa risibilia risibile &
omnes homines sunt. aliqua nigra sunt risibi/
lia, ergo aliqua nigra risibile & omnes homi/
nes sunt, & tamen proceditur a confusa ad de
terminatam respectu multitudinis, igitur.

Ad quartum, responsum est sufficien
ter ad replicas vsq; ad quarum priorem cum
sermo fuerit de modis pręallegatis dicetur.
¶ Ad secundam nego formalitatem cōsequē
tie. sic infirmabis i simili forma, omnia risibilia ri/
sibile & omnes medietates materię sunt & ho
mines sunt risibilia, ergo hoīes risibile & om/
nes medietates materię sunt, sine enim præci
se sortes & plato inter homines anima ac me/
dietate materię superiore communicantes, tūc
antecedens ē verū cū cōtradictorio cōseq̄ntis.

Quinto argumentor, nō sequitur. qc
quid prędicatur in prima prędicatur in secun
da, sed idem de eodem prędicatur in prima, er
go idem de eodem prædicatur in secūda, & ta
men proceditur in darij, igi. cōsequij malitia

manet altero non manente distinguuntur realiter, sed sortes & paternitas sunt huiusmodi, igitur. sensus enim maioris est in quocunq; tēpore aliqua duo sic se habent q; vnum potest manere altero non manente distinguuntur realiter, hic non est sillogismus in darij. qualiscunq; est homo talis est asinus album ē homo, ergo album est asinus, medium nō distribuitur nec regulatur per dici de omni. per illam propositionē denotatur q; qualibet qualitate qua homo est qualificatus simili asinus est qualificatus. illa videtur æquiualens alterius. oportet subsumere albedo vel nigredo aut sciētia est qualitas qua homo est qualificatus. inferendo simili asinus est qualificatus. ❡ Sic dicatur hic, quantuscunq; est homo tātus est asinus ac hoc pedale est homo, ergo hoc pedale est asin⁹, cum mediū in neutra præmissarum distribuitur consequentia est inualida, sensus enim maioris est. quacunq; quantitate est homo quantificatus simili est asinus quantificatus. Quandocunq; fuit Adam fuit anima eius, & hoc tēpus fuit tempus quo fuit Adam, ergo in hoc tempore fuit anima Ade, quia maior æquiualet huic. omni tēpore quo fuit Adā fuit anima eius. Eodem modo hic quandocunq; est accidens est subiectum, sic subsumes. hoc est tempus in quo est accidens, igitur. & ita quandocū q; est distributio a parte signi distributiui prædicamenti quantitatis aut alterius prędicamēti, vide naturam signi & da æquiualentem eius, & si fuerit terminus distributus potes subsumere sicut denotatur per dici de omni, acsi esset signum distributiuum prędicamenti substantiæ, & nunquam erit error.

Octauo argumentor, non sequitur cuiuslibet hominis asinus currit brunellus est asinus hominis, ergo brunellus currit, & tamen proceditur in darij, igitur. maior patet ponendo quemlibet hominem habere duos asinos quorum vnus currat quiescente brunello.

Sed respondes (& bene) plus prædicatur in minore quam erat subiectum distributionis in maiori, & sic tales paralogismi soluūtur, omnes episcopi sunt sacerdotes asini sunt episcopi, ergo asini sunt sacerdotes, licet enim episcopelli fructus episcopatus tenent, & episcopi a vulgo vocentur, tamen secundum cōmuniorem positionem inter theologos non sunt episcopi, & sic maior est vera & minor etiam. si episcopi sit obliquus, tunc entia episcopi est prædicatum minoris, non loquimur de asinis bipedibus capiēdo episcopi in recto grāmaticaliter. ❡ Sed cōtra solutionem principalem argumentor, tunc saltem sequitur, cuiuslibet hominis asinus currit equus est hominis, ergo equi asinus currit. ❡ Sed dicis est idem error sicut commissus est in præcedentibus, vel sicut hic, cuiuslibet contradictionis altera pars est vera, homo est asinus ē contradictionis altera pars, ergo homo est asinus est vera, oportet dicere in minore homo est asinus est cōtradictio quæ est falsa, quia contradictio est duæ propositiones contradictoriæ. ❡ Sed dices tūc ad minus bene sequitur, cuiuslibet contradictionis altera pars est vera, binarius duorū cōtradictoriorum est cōtradictio, ergo binarius duorum contradictoriorum ē propositio vera, vel altera pars vera. ❡ Respondetur, male concluditur non concludēdo similem obliquitatem in cōclusione qualis seminata est in pręmissis. ❡ Argumentor contra solutionē principalem, bene sequitur in darij quilibet asinus hominis currit brunellus est asinus hominis, ergo brunellus currit. tamen plus prædicatur in minore quam distribuebatur in maiore, quia hominis partialiter prædicatur in minore & stat confuse tantum in maiore. ❡ Pro materia argumenti respōdetur per propositiones Prima est, vnus terminus est pars prædicati in minore qui nullo modo in maiore distribuitur, patet de illo termino hominis. ❡ Secunda propositio, non solum ille terminus asinus in maiori distribuitur, immo hoc totum asin⁹ hominis. ❡ Tertia propositio, ex hac sequens est nō pl⁹ prædicatur in minore, quam distribuitur in maiori. ❡ Quarta propositio, asinus hominis reputatur vnus terminus quia determinatio accepta vnica hominis asinus duo termini, vt sæpenumero a nobis superius est dictum. Ex illo patet solutio ad formam argumenti.

❡ Sed hic obiter dubitas cum sermo est de determinatione accepta vnica vtrum licite sub ea subsumere valemus, & videtur sic, hæc cōsequentia est formalis. quilibet asinus hominis non currit sortes est homo, ergo quilibet asinus sortis non currit. ❡ Respondetur, licet ita fieri possit vbi nullus error formalitatis sillogismi impeditiu⁹ cōmittitur vt qn̄ determinatio vnica nō vnice distribute ęqualet formaliter, iudico tamen tutius & melius esse subsumēdum sub toto partibus intactis q̄ad modum de eiusdem ascensu & descensu in pręcedente libro retulimus. totum enim vnica acceptione accipitur, perinde acsi esset alius terminus simplex incomposit⁹. Iccirco partes nō magis q̄ alterius termini simplicis contingas, sed sub toto est procedēdum. ❡ Contra dicta argumentor, formaliter sequitur. quilibet ho

Nono argumētor, nō sequitur, cuiuslibet hominis quilibet asinus currit, brunellus est asinus. ergo cuiuslibet hominis brunellus currit, & tamē arguitur i darij, igitur. ¶ Forte dicis, mediū tenetur magis ample in minore ꝗ distribuatur in maiorem, & sic minor limites maioris egreditur. & in minore asinꝰ pro quolibet asino stat, & in maiore solū stat pro asino hominis, vt patet ex dictis in contradictorijs. ¶ Contra, nec sequit. cuiuslibet hominis quilibet asinus currit, brunellus est hominis asinus. ergo cuiuslibet hominis brunellus currit. & capiamus illum terminū hominis nō pro parte medij in minore, sed vt restringat illum terminum asinus ad standum pro asino hominis, facile dabitur antecedens verum, & consequēs falsum. ergo causa quare nō valuit nō fuit eo ꝙ amplius capit asinus ī minore ꝗ in maiore.

Respōdetur, primo sub determinatione, quia irrestricte stat aptius ꝗ sub determinabili sillogizamus sicut de descensu ascensuꝗ est dictum sed ad replicam dico consequentia est nulla, & nego illationē illam esse in darij, sic in ferendo nō regulatur per dici de omni, per maiorem denotatur quolibet homine dato verū est dicere ꝙ illius quilibet asinꝰ currit, & si brunellus sit asinus hominis, oportet brunellum currere. sed non oportet cuiuslibet hominis brunellū currere, quia hoc non denotatur per maiorem. & ita extremitates in conclusione, alio modo denotantur sibi inuicem cōuenire ꝗ denotabantur cōuenire medio. Similiter potest dici nō esse possibile ipsum determinabile esse medium nisi sumatur cum sua determinatione. Determinabile em̄ in neutra premissarum cōplete distribuitur sic ꝙ sub eo copulatiue immediate descēdere possumus. Si tamen medium in minore cōplete distribuatur, modo nullum mēdum cōmittatur. consequētia erit formalis, sequitur em̄ formaliter, hominis quilibet asinus currit, brunellus quilibet asinꝰ est. ergo brunellus currit, vel hominis brunellus currit, & ratio est, tunc maior & minor non verificātur pro diuersis. imo maior nō potest pro aliquo verificari, quin minor (si verificetur) pro eodem verificetur. ¶ Demū possunt fieri talia facilia argumēta. cuiuslibet hominis asinus quodlibet rudibile est. Sortes est homo ergo sortis asinus quodlibet rudibile est, a cōfusa ad determinatam respectu multitudinis etiā in eadem ꝓpositione cū confusa procedit cuiuslibet rei deus est causa, peccatum est res. ergo peccati deus est causa. Dicat logicus audacter cōsequētiā bonam, cū immediate reguletur per dici de omni. Remittat autē materiā argumenti ad Theologos, consequēs est verū sicut antecedens, ꝙ autē ista nō debet concedi. deus est causa peccati licet peccati deus est causa, quodāmodo ad theosophū, quodāmodo ad dialecticē spectat. Per hāc polyeletus est causa imaginis, denotatur ꝙ causalitas in formam imaginis cadat quēadmodum est hic. Sortes facit statuā, vel regens facit Iohānē doctum summulistā, hęc ex appellationibus sunt trita supponatur ergo ex theologia peccatū de materiali supponere pro aliquo cōnotando ꝙ sic fiat & taliter fieri nō debeat vel nō fit, & tamē fieri debet. & ita per illam, deus facit peccatū, vel deus est causa peccati, denotatur deus facit aliquid & deberet non facere, vel omittit aliquid quod deberet facere, modo hoc est falsum & impossibile. Iudas tamen fecit peccatū connotatio de facere de facto cadit in cōnotationem peccati. Per hāc peccati deus est causa, vel peccatū deus fecit, denotatur illius rei quę est peccatum deus est causa, & illud est verum Per istam peccatum deus facit, significatur rē quę est peccatum deus facit, & hoc est verum siue peccatū fuerit cōmissiōis elicitū imparatū vt aut peccatū omissionis, nullam em̄ rem potest creatura ꝓduceret taliter propter suā imperfectionē, quālibet autē rem deus totaliter producere potest. Potest fieri talis sillogismus, quilibet homo est masculus, bertha est homo ergo bertha est masculus qui solutionē scripto non requiret, indigne ferunt in conuluṫs si ad minimū solutio fiat secundo Methaphisice, & haec de tertio primę.

Literę in ferio suū modum sufficienter enucleant.



Erio, hic est quartus modus primae figurę & nouissimus intercuidenter concludentes, ex maiore enim vniuersali negatiua, minore particulari affirmatiua, directe particularem negatiuam inferens conflatur, vt nullū a est b, aliquod c est a. ergo aliquod c non est b.

Contra formalitatem ferio argumētor non sequitur nullum mortuum est homo, & aliquis homo est mortuus, ergo aliquis homo non est hō & tamē proceditur in ferio, igitur. ¶ Secundo argumentor, non sequitur cuiuslibet hominis asinus non ē asinus, plato est homo, ergo platonis asinus nō est asinus, quia si quilibet homo haberet duos asinos antecedēs est verum & consequens falsum. ¶ Tertio argumentor, non sequitur nihil aliud a vero est

verum. hoc falsum (demonstrando hanc falsam Iohannes æquitat) est aliud a vero, ergo hoc falsum non erit verum. & tamen proceditur in ferio, igitur. ¶ Quarto nō sequitur, nulla terra est supra lunam sol est supra terram, ergo sol non est supra lunam. ¶ Quinto non sequitur, nullus homo est mulier, regina est homo, ergo regina non est mulier. ¶ Sexto argumentor. nō sequitur semper homo non ē animal hodierna dies est tempus, ergo hodierna die homo non est animal ¶ Septimo, non sequitur. nullus panis est vinum Parisius est panis ergo Parisius non est vinum ¶ Octauo nō sequitur. nullus homo est species, sed homo est homo ergo homo non est species.

Ad primum, negetur minor propter duo, tum primo proceditur ab amplo ad non amplum sine distributione ampli. Tum secundo medium in præmissa in qua non distribuitur supponit pro aliquo pro quo non supponit in præmissa in qua distribuitur quod ē cōtra artem sillogisticam, nec ex illis præmissis īfertur. homo qui est non est homo recte sub/sumas, & illatio erit bona. ¶ Ad secundum dicitur a cōfusa ad determinatam respectu multitudinis proceditur, dele distributionem vel pone a in conclusione. & consequentia erit bona, sed de illo amplius in sequentibus dicetur. ¶ Ad tertium respondetur. non bene procē/ditur in ferio, & antecedens est verum. vt patet per falsitatem huius aliud a vero erit verū. sic explicādo aliud a vero quod ē vel erit erit verum, hoc enim est falsum, ergo eius contradictoria est vera scilicet nihil aliud a vero erit verum, & minor vera, vt notum est, & cōclusio est falsa, quāq̄ concludatur hoc falsum q̄d est non erit verum. in minori medium ꝓ pluribus accipitur quam in maiori, quia quanto terminus sine relatiuo idempticitatis pro pluribus supponit tanto aggregatum relatiui cum eodem termino ꝓ paucioribus accipitur. vt de termino infinito dictum est in harum introductionum primordio. modo verum in hac ꝓ pluribus supponit verum erit verum, quā in hac verum est. oportet subsumere hoc fal/sum est aliud a vero ꝙ est vel erit vt nota abletas cadat in totum disiunctum, quia ab/ter non subsumitur secūdum moderationem maioris, maior verificaƭ quia nihil a vero ꝙ est vel erit erit verum, & non quia nihil aliud a vero ꝙ est erit verum. ¶ Et eodem modo non sequitur in cęlarēt nihil aliud a nigro erit nigrum, omne album est aliud a nigro, ergo nullum album erit nigrum nec licet cōcludere nullum album quod est erit nigrum. quia adhuc antecedens est verum & consequens falsum. Hic tamen distinguere potes aliud a vero erit verum sicut hanc non nigrum erit nigrum, quia vel relatiuum diuersitatis alienet aggregatū pro omni alio ab illo pro quo supponit verum mediāte copula de futuro & sic processimus. potest etiam alienare secundum vnam differentiam temporis tantum sicut negatio infinitans hic non citharizans potest citharizare. alia facilia argumenta quilibet sua/pte īgenio extricare potest. & hactenꝰ de modis euidentibus primę figurę.

Quinq; modorum ineuidentium primę figuræ per conuersionem & præmissarum transpositionem formalitatem medullitus capies, quomodo sunt conuertende & transponende carmina protrita indicant.

Simpliciter verti vult s, p vero p acci.
M vult trāsponi, c per īpossibile duci.



Sed quiq; modi nō sunt de se euidentes cū nō regulentur immediate per dici de omni aut dici de nullo. quæ sunt principia regularia sillogismorum. Ad talem enī regulationē requiritur ꝙ illud quod prædicatur in maiore idemtidem in conclusione prædicetur, quod in his modis minime contingit, quoniam indirecte in ipsis concluditur Ad quatuor euidentes modos (a quibus euidentiam mendicant) conuersiue reducuntur, & hoc secundum exigentiam elementorum in eis positorum. nam omnes modi euidentes inchoamentum suscipiunt ab horum quatuor elementorū vno b c d f, quorū vnū in capite. quilibet alius modus sortitur & per hoc ad modum euidentem qui sualitteera habet principium eorū vnusquisq; cōuersiue reducitur. Ita ꝙ baralipton ad barbara reducaƭ, quia a simili elemento ambo initium capiunt sic cęlantes ad cęlarent, sapesmo ad ferio reducitur conuertendo maiorem per accidens, pa/tet per carmen. p vero per acci. & minorē simpliciter, patet ꝑ carmen Simpliciter verti vult s, hoc est propositio designata per vocalē præcedentem s rōuertitur simpliciter, & quia ponitur m oportet transponere præmissas. nam

quando in inuidenti modo ponitur significat
qualem modum ad euidentem reducendo
transponēdę sunt pręmissę. verbi causa si quis
descendendo in arenā neget consequentiā de
baralipton sic argumentaberis.pręmissę de ba
ralipton inferūt pręmissas de barbara cum sint
eis synonimę.& præmissę de barbara inferunt
suam conclusionē vniuersalem affirmatiuam,
quę est cōuertenda per accidens.modo illa cō
uertens de barbara est conclusio de baraliptō
ergo pręmissæ de baralipton inferunt conclu
sionem de baralipton.Quicquid antecedit ad
antecedens alicuius bonę consequentię ad cō
sequens eiusdem antecedit, verū scito quādo
ponitur p aut f in tertia syllaba post tertię syl
labę vocalem non significat propositionem
significatam per vocalem pręcedentem debe
re conuerti per accidens,sed significat conclu
sionem illius sillogismi ad quē reducitur talis
sillogismus debere per accidens cōuerti,& per
consequens p in baralipton denotat conclusio
nem de barbara debere per accidens cōuerti,
Et f in dabitis & cęlantes extremis significat
conclusionem de cęlarent & darij debere in re
ductione conuerti simpliciter. patet istud,re
ducere modum imperfectum siue ineuidentē
ad euidentem nihil aliud est q̄ probare bonita
tem modi imperfecti per bonitatem modi eui
dentis.Sed isti modi nominati nō probantur
nisi ex eo q pręmissæ modi ineuidētis inferūt
pręmissas modi euidentis.& rursus istę forma
liter suam conclusionem quę conclusio infert
suam conuertentem conclusionē modi ineui
dentis.ergo quando ponitur litera in aliquo
modo imperfecto siue ineuidenti ex parte cō
clusionis denotabit illā conclusionē modi eui
dentis debere cōuerti in reductione.dixi post
vocalem tertię syllabæ,quia si in capite tertię
syllabæ ponatur idem est perinde ac si poneret
in secunda syllaba. Patet in frisesomorū quādo
vero ponitur p in prima aut secunda syllaba,
tunc denotat propositionem significatam per
vocalem pręcedentē per accidens esse conuer
tēdam in reductione.Sed quū c in aliquo mo
do & in vocabuli capite ponitur representat
talem modum per impossibile solum reducen
tem. vt sunt baroco & bocardo,de qua redu
ctione in secunda & tertia figuris loquemur.
Aliud adhuc exemplum lucidum dare haud
grauabimur,pręmissę de cęlātes ad pręmissas
de cęlarent antecedunt,& conclusio de cęlarē
ad præmissas de celarent sequitur,& conclusio
de cęlarent propriam cōuertentem infert,quę
est conclusio de cęlantes.ergo pręmissæ de cę
lantes conclusionem de cęlantes(a primo ad
vltimum)infert. Sic de sapesmo capiatur cō
uertens minoris de sapesmo pro maiore in fe
rio,& conuertens maioris de sapesmo pro mi
nore in ferio,& eandem conclusionem in ferio
inuenimus quā in sapesmo habuimus. hoc sic
iterum ostendo. præmissæ de sapesmo antece
dunt ad earum conuertentes,& conuertentes
præmissarum de sapesmo inferunt præmissas
de ferio,quia sunt cum eis synonimæ & præ
missæ de ferio propriam conclusionē, quæ est
conclusio in sapesmo inferunt ergo præmissæ
de sapesmo antecedunt ad conclusionem de sa
pesmo,quod restabat ostendendum,a primo
antecedente ad vltimum consequēs,patet ex
emplariter.iste sillogismus est in sapesmo,om
ne a est b,nullum c est a.ergo b non est c.sic re
duco hunc discursum ad ferio.nullum a est c,
b est a,ergo b non est c.Maior huius sillogismi
est conuertens minoris de sapesmo simpliciter
& minor conuertens maioris per accidens. &
concluditur vtriusq; sillogismi conclusio. Vnde
de sit sapesmo septem elementis est stipatum.
quorum nullum superflue cōtinet, f denotat
ipsum debere reduci ad ferio, & a significat
maiorem in sapesmo esse vniuersalem affirma
tiuam. p vero maiorem per accidens conuer
tendam,& e denotat maiorem esse vniuersalē
negatiuam.& f minorem conuertendam sim
pliciter.& m representat transpositionem pręs
missarum.& o significat cōclusionem esse par
ticularem negatiuam.

Contra omnes hos quinq; modos si
mul argumentor,non sequitur. omnis homo
necessario est,& non est animal. omne risibile
possibiliter est homo. ergo animal necessario
est & non est risibile,& tamen proceditur in
baralipton,igitur. ¶ Respōdetur, argumētū
est inualidum in baralipton nisi cōclusio fuerit
conuertens cōclusionis de barbara per accidēs
nam ex eo baralipton suam euidentiam capit
vt iamiam meminimus.Ea propter nō sequit
omne currens in quolibet instanti esse asinus,
omne album est vel erit currens. ergo asinus
in quolibet instanti erit albus. conclusio enim
quæ ex illis præmissis debet inferri in barbara
in hanc conclusionem minime conuertitur,in
ferendum est ex primis præmissis animal q ne
cessario est & nō est animal homo possibiliter
est,ex secundis vero asinus in aliquo instanti
album erit,& ita in alijs.

Secundo argumentor,istud est bonū
argumentum in cęlarent,nullum currens est
sortes,ois asinus est currēs. ergo nullus asinus
est sortes,& tamen nullum argumentum in

celantes per ipsum mensuratur, igitur. ¶ Respondetur, concedendo datur argumentū in celarent penes quod nullum argumētum in celantes mensuratur, nec hoc inconueniens quā do conclusio non potest conuerti simpliciter ī vniuersalem negatiuam. mensuratur tamen per ipsum argumētum cuius conclusio est cō/uertens conclusionis de celarent simpliciter in vna acceptione conuersionis simplicis siue ta/lis consequentia vocetur celantes siue celantos non magnopere refert. hæc enim consequen/tia est bona & formalis in celarēt, om̄is homo animal nō ē omne risibile est homo, ergo omne risibile animal non est, ex cuius formalitate sequitur formalitas huius consequentię, om̄is homo animal non est & omne risibile est ho/mo, ergo a animal non est risibile.

Tertio argumentor. nō sequitur in celantes, nullus homo fuit albus, & omne risibile fuit homo, ergo nullum album fuit risibile, quia casu quo omnis homo nunc sit primo albus & quilibet homo iampridem fuerit, antecedens est verum & consequens falsum.

¶ Respondetur, non proceditur in celātes, quia conclusio non est conuertens conclusionis de celarent quod requiritur. sed proceditur a nō amplo ad amplum cum distributione ampli, conclude nullum albū quod fuit risibile fuit.

Quarto, contra dabitis argumentor, non sequitur omnis homo velociter est currēs sortes est homo, ergo currens velociter est sortes ¶ Respondetur, si velociter determinet ly currens sicut fecit in darij consequentia est bona vt sic argumentando, omnis homo velo/citer currit sortes est homo, ergo sortes velo/citer currit vbi velociter determinat pędica/tum, capias semper rectas conuertentes con/clusionum modorum euidētium ad quos reducuntur modi ineuidentes. ad quas recte capiendas non parum illa quæ de conuersione mutua in primo libro (cum sermonem de conuersionibus fecerim) deseruiunt, quę in pręsentia pręmanibus habeto & aberrare nequis.

¶ Ex quibus facile cognosces hāc illationem valere nihil, omne rudibile non est & non fuit hominis asinus & omnis asinus est vel fuit rudibilis, ergo hominis asinus non est & nō fuit asinus. ¶ Et proptęrea adhuc non sequitur in dabitis, om̄is essentia diuina ab æterno fuit deus aliquis homo fuit essentia diuina, ergo deus ab æterno fuit aliquis homo, quia captis illis duabus pręmissis pro pręmissis de darij, oportet concludere homo ab æterno fuit deus, cuius conuertens erit, quod fuit ab æterno deus homo fuit. ¶ Contra hos modos possunt etiā fieri argumenta contra barbara celarēt & darij peccantia in illatione cōclusionis, quoniam si præmisse in illis sunt indispositę ad inferēdū conclusionem eedem præmisse erunt indispositę ad inferendum conuertentem illius cōclusionis in his modis ineuidentibus, Ex illis enī cognitis quilibet īgenio etiam plusquam mediocri pręditus hæc vel paruo labore fabricabitur. Iccirco breuitati studens consequentes contra quartum modum ineuidentem argumentor.

Quarto, fapesmo magis conuenit cū celarent quam cum ferio, patet. præmisse illarum similes sunt qualitatis & quantitatis, ergo potius reducitur ad celarent quam ad ferio.

¶ Respondetur, licet sit maior conuenientia ī qualitate & quantitate, non tamē in sequela.

Quinto argumentor, nō sequitur. omnis homo falsę est asinus, sed nullus equus est homo, ergo asinus non est falsę equus, cū antecedens sit verum & consequēs falsum, & tamen proceditur in fapesmo, igitur. ¶ Respondetur, negando illationem non esse bonā, conclusio enim est vera, hæc est falsa asinus est falsę equus si falsę determīat copulam cum sit affirmatiua cuius extrema non supponunt pro eodem. ¶ Secundo dicitur, falsę non determinat copulam, sed totam compositionem. tūc enim est modalis composita, & illationis malicia est cognita cum error sit patens.

Sexto argumentor. in fapesmo proceditur a cōfusa ad determinatam respectu multitudinis, ergo ipsa non est consequentia formalis ¶ Respondetur, non semper est error in fa/pesmo procedere a confusa tantum ad deter/minatam respectu multitudinis. ¶ Vnde di/co quando in vtraq; pręmissarum sillogismi negatiui medium totale distribuitur nō incōueniens ratiocinari a confusa existente in pręmissa affirmatiua ad determīatam respectu multitudinis quamadmodum cōtingit hoc in exemplo omnis christianus est homo nullus mahometanus est christianus, ergo aliquis homo non est mahometanus, & semper in fapesmo & hoc patet per recursionem ad basim eius a qua capit euidentiam scilicet ferio. exemplari manuductione hoc ipsum ostendo. facto alio sillogismo in fapesmo, omnis homo est anīal, nullus asinus est homo, ergo animal nō est asinus, sic reducitur ad ferio nullus homo est as/nus aliquod animal ē homo, ergo aliquod animal non est asinus ¶ Dicitur a confusa existente in affirmatiua, quoniam nō sequitur in

camestres, omne risibile omne animal est, omnis medietas & medietas non sunt animal. ergo omnis medietas & b medietas nō sunt risibile, dato ꝙ mediū vbiq; distribuatur. ¶ Cōtra istud argumētor, non sequitur. omnes homines homo & omnis homo sunt nulla constantia vnū sunt homines. ergo homo & oīs homo nō sunt cōstantia vnum. & tamen medium vtrobiq; distribuitur, & terminus supponit confuse tantum in affirmatiua, igitur. Maior patet Sorte & Platone precise existentibus. antecedens est verū, & consequēs falsum. ¶ Respondetur, inconuenit argumētari a cōfusa ad determinatā in sapesmo nisi quando maior distributione subiecti semota potest cōuerti per accidens sine suppositione confusa. modo non sequitur. omnes homines homo & omnis homo sunt. ergo homo & omnis hō sunt homines. & istud est rationi consentaneū quia aliter sapesmo non potest reduci cōuersiue ad ferio concludendo secum eandem conclusionem cuius oppositū superius diximus. ¶ Secundo, illic proceditur a confusa ad determinatam respectu termini existētis in eadem propositione cum illa & talis consequentia cōmuniter nec affirmatiue nec negatiue valet. (hic non loquor de suppositione mixta) propterea nō sequetur in camestres omnis homo omne currēs est omnis medietas & medietas non sunt currens. ergo omnis medietas & b medietas non sunt homo. In sillogismis tamē negatiuis a confusa existente in negatiua ad determinatam respectu alterius extremitatis medio distributo licite argumentamur, sequit̄ enim formaliter ī baroco, omnis homo omne currens est, a risibile non est currens. ergo risibile nō est homo ¶ Aliter autē pro hoc modo in omnibus modis ineuidentibus dicere potes sic, non est inconueniens in aliquo sillogismo ineuidente discurrere a cōfusa ad determinatā respectu multitudinis quando sillogismus ineuidens est bene reducibilis sine errore ad modum euidentem. Et hęc solutio est vniuersalis in omnibus talibus, sed tenebrosa propter longam reductionem sillogismi, de cuius bonitate contēditur ad modum euidentem, per quē responsalis rectam elicet responsionē. vtere faciliori, neutra enim est reprobanda. Verū hoc erratum circa alios modo secundę & tertiæ figuræ impediat super hoc propediem in sequētibus non nihil dicemus.

Demum, contra frisesomorum argumentor, non sequitur. Creans possibiliter est deus, & omnis deus possibiliter non est creās. ergo, deus possibiliter non est deus. & tamen proceditur in frisesomorum, igitur. ¶ Respondetur concedendo maiorem & negando minorem, & ratio est. nam ad hoc ꝙ aliquis sillogismus sit in frisesomorum, requiritur ꝙ illæ præmissæ conuersæ & transpositæ inferant in ferio illam cōclusionem, modo intelligenti reductionem, illud est notum falsum. facile etiā est errorē ex parte medij assignare. At solutio prior est vniuersalis. Et hæc de sillogismis primæ figuræ tam euidenter q̄ ineuidenter concludentib⁹ pro introductiōib⁹ dixisse sufficiat. Sed memento dum angustijs premeris circa quinq; vltimos modos, aspectum dirigas ad modos euidentes ad quos tuum sillogismum protinus reduces, & sic errorē in occulto latētē offendes, licet autē Barbari directe concludendo celaro & alios modos habere potes, tamen quia non sunt in vsu eos obliterabis. soli quatuor modi primę figurę quotidianis rationib⁹ vsu veniunt, alijsq; scientijs fulcimētum dant. Circa hosce modos instar muris super farrinā deuerras.

Sequitur de modis secūdę figurę.

In secunda figura quatuor modi inueniuntur, scilicet. cesare, camestres, festino, baroco, quæ illationes conuersiue & per reductionē ad impossibile bene deprehenduntur. Nā per impossibile reducere est cum opposito conclusionis, & altera pręmissarum alterius pręmissæ oppositum inferre. In secunda figura maiore seruata minor variatur, iuxta carmen.

Seruat maiorē, variatq; secūda minorē



EX quibus autem propositionum generibus hi quatuor modi consient ex eorum vocalib⁹ & pręmissis facilime cognoscitur, Liquidum est etiam ex pręcedentibus mediū in vtraq; pręmissarū debere pręducari. ¶ Insuper in hac secunda figura tres solent dari regulæ, quarū prima est. Maiore particulari in ea nihil sequit̄ sillogistice. Ratio, quia aut in tali modo procedendi proceditur a nō distributo ad distributū aut mediū in neutra præmissarū mobilitatur. ¶ Secunda regula, ex puris affirmatiuis nihil sequitur in secunda figura, ratio mediū nunq̄ distribuitur. ¶ Tertia regula, ex hac corrolarie illata in secūda figura nō est cōcludendum

affirmatiuę.exempla nō sequitur, animal est homo & nullus asinus est homo, ergo nullus asinus est animal.a non distributo ad distributum proceditur,nec sequitur.omnis homo est animal & omnis asinus est animal,ergo omīs asinus est homo.prouenit enim verificatio pręmissarum pro alijs & alijs suppositis,eo q; medium ī neutra distribuitur,& sic extremitates non connectuntur medio pro eodem. ¶ Dices forte,hę consequēntę sunt bone & formales in secunda figura animal est homo & nullus asinus est homo, ergo omnis asinus anial non est.¶ Similiter omnis homo omē animal est & omnis asinus est animal,ergo omnis asinus est homo.fortes omne animal est & plato est animal,ergo plato est fortes. Idem etiam sequitur risibile est plato & aliquod currens est plato,ergo aliquod currens est risibile. & istis hę regulę non conueniunt,igitur.¶ Respondetur in vno verbo vbi a medijs ratione quorum regulę sunt traditę pręcaueē maiore particulari aut vtrauis pręmissarum affirmatiua discursus in hac figura sicut in alijs est formalis,sequitur bene aliquod risibile est currēs & omnis asinus omne currēs est,ergo omnis asinus ē risibilis. Primi regularum traditores de propositiōibus communiter consuetis loquuti sunt,hoc ē de affirmatiua cum pṙdicato distributo non distributo & de negatiua cum pṙdicato distributo. ¶ Cæterum reductionē conuersiue ex prima figura capis. At in difficiliori modo scilicet camestres exēplariter declarat.cōuertēs minoris erit maior ī celarēt mā iorq; ī miorē mutet q̄ pmisse cōclusionē in celarēt euidēter inferunt,& illa suā conuertentē quę est cōclusio de camestres. Alij modi sunt faciles.¶ Sed quo ad reductionem per impossibile notetur carmen litterę. Seruat maiorem & cætera.hoc est quando sillogismus secundę figurę ad aliquem modum primę figurę reducitur,tūc maior illius sillogismi in propria forma manebit, & loco minoris contradictionū conclusionis capies,inferendo oppositum contradictorium aut contrariū minoris. Per hanc reductionē consequentia ostēditur bona aut duo contradictoria vera,si consequētia de baroco non sit bona,tunc sit antecedens verum consequente existente falso,tunc contradictorium consequentis erit verum, & ipsum cum maiore sillogismi de baroco inferunt cōtradictorium minoris in barbara, ergo cōtradictorium minoris erit verum, & sic duo contradictoria erunt vera,quod est impossibile quod circa hæc reductio per impossibile non ab re vocatur,& non solum baroco per impossibile reducitur,sed omnes alij modi secundę figurę ī mo q; amplius est quocunq; modo cuiuscunq; figurę dato ex opposito conclusionis cum vna pręmissarum seruata alterius pręmisse oppositum formaliter infertur. Ideo si hoc reductionem per impossibile vocare lubet omnem modum per impossibile reducendum in uenies,modorum huius figure ad modos cuidentes reductionē per elimenta dictionis odiebam deprēhendere solemus,nam prima vocalis significat primum modum secundę figurę ad illum modum primę figurę reduci qui cōcludit o hoc est particularem negatiuam,ergo cæsare ad ferio reducitur,camestres ad darij,festino ad celarent sicut baroco ad barbara.

Contra istos quatuor modos argumētor sic,non sequitur,omnis homo animal non est & omne risibile est animal, ergo omne risibile est homo.& tamen proceditur in cæsare, ergo primus modus secundę figurę nō est cōsequentia formalis. ¶ Secundo, non sequitur, nullum falsum est verum & cuiuslibet contradictionis altera pars est vera,ergo nullius cōtradictionis altera pars est falsa.cū antecedens sit verum & consequens falsum, & tamē proceditur in cęsare,igitur.¶ Tertio argumētor, non sequitur,nullum mortuum est animal & omnis homo est animal, ergo nullus homo ē mortuus,& tamen est argumentum in cæsare,igitur.

Ad primum respondetur,nō proceditur in cæsare quia medium in neutra pręmissarum distribuitur.¶ In altero argumēto proceditur a nō distributo ad distributum respectu minoris extremitatis altera pars stat confuse tantum in minore & distribuitur in conclusione,oportet concludere cuiuslibet cōtradictionis altera pars non est falsa. ¶ Tertium argumentum est facile,proceditur enim a non amplo ad amplum cum distributione ampli, concludendum est,igitur,nullus homo qui est est mortuus.

Iam argumentor cōtra camestres, proceditur a non distributo ad distributum in camestres,ergo consequentia nō valet de forma antecedens patet, quia medium in maiore nō distribuitur,ergo in hoc antecedēte non distribuitur ratione partis,& omnes termini distribuuntur in consequente,ergo pceditur a non distributo ad distributum. ¶ Et potest confirmari de hoc argumento,omīs propositio vel eius contradictoria est vera.& nullum falsum est verum,ergo nullum falsum est propositio vel eius contradictoria.

Respondetur, negando in camestres nos argumentari a non distributo ad distributũ, quia mediũ distribuitur in minore, & nego hanc consequentiã hoc mediũ in maiore nõ distribuitur & haec maior est pars huius antecedentis, ergo hoc mediũ in hoc antecedẽte nõ distribuitur. ¶ Ad confirmationẽ dicitur si ly omĩs distribuat totũ disiunctũ consequẽtia est bona, & sicut cõsequẽs est falsum ita est maior sensus maioris est de quocunq; verũ est dicere q̧ est propositio vel eius contradictoria de illo verum est dicere est vera. Si solum pars disiunctiui distribuatur non est argumentum in camestres, quia proceditur a non distributo ad distributum.

Secundo argumẽtor, cõtra camestres non sequitur. risibilia homo & oĩs homo sunt & nulla risibilia homo & omnis sunt, ergo nulli risibilia sunt risibilia, & tamen est argumentum secundum dispositionẽ de camestres. Igitur, consequẽtia est nota, & minor apparet de se nota. & veritas maioris patet. casu quo sunt tantum duo risibilia antecedẽs verificatur cũ contradictorio conclusionis. ¶ Respõdetur cõcedẽdo maiorem negando minorem, maior & minor non contrariantur. & solum ratione erroris cõmissi inter partes prędicati vt ex primo libro est liquidũ, quocirca sunt inepte ille pręmisse ad inferendũ conclusionẽ, & ita vtrobiq; quandocunq; capiuntur duę propositiones pro pręmissis quę non sunt opposite contrarie aut contradictorie, & pręcise ratione erroris commissi inter partes prędicati sunt indispositę in hac figura ad aliquam cõclusionẽ inferendã. Iccirco hæc illatio est nulla in festino, nulli asini asinus & omne rudibile est aliqui asini a asinus & oẽ rudibile est, ergo aliq; asini nõ sunt asini.

Argumentor contra festino nõ sequitur. nullũ mortuũ est hõ Christus est hõ, ergo Christus non est mortuus, & tamen proceditur in festino, igitur. ¶ Et confirmatur non sequitur. nullus bos est equus tantum animal ẽ equus, ergo tantum animal non est bos. & tamen proceditur in festino, igitur. malitia consequentię est nota cum antecedẽs est verum & consequens falsum.

Ad hoc argumentum nego consequẽtiam non esse validam, quia q̃admodum consequẽs est falsum ita est maior, immo aliquod quod est mortuum est homo. Mortuum duobus modis capitur. Vno modo vt tantũ valeat sicut res quę vixit & modo non viuit, & sic Christus nõ est mortuus, sed in triduo hæc erat vera, & sic mortuum & viuum opponuntur. Alio modo capitur mortuum prout tantum valet sicut hoc copulatum res quę aliquã do vixit & aliquando post hoc non est viuẽs ita q̧ hoc totum habet amplum modum significandi & sic Christus est mortuus & viuꝰ loquendo de vita creatu de qua articulus intelligitur, nec hoc modo sequitur est mortuus, ergo non est. bonitas consequentie patet per conuersionem maioris in ferio cõuertatur maior sic, nullus homo qui est est mortuum quod est. Et dicatur subsumendo Christus est homo qui est concludendo ergo Christus nõ est mortuum quod est. ¶ Ad confirmationẽ dicitur, consequentia est nulla, in ea enim antecedens est verum & consequens falsum, minor nõ ẽ pura affirmatiua, quod ad festino exigitur. Vlterius hic dicitur, delẽdum est signũ exclusiuum in consequente aliter non regularetur per dici de nullo mediate, & hoc cognoscitur immediate reducendo ipsum ad ferio conuersiue.

Argumentor contra baroco nõ sequitur. omnis homo vigilat homo dormiens nõ vigilat, ergo homo dormiens non est homo, & tamen proceditur in baroco, igitur. q̧ non sequatur patet. antecedens est verum & consequens falsum, igitur.

¶ Et confirmatur non sequitur. omnis homo est animal a risibile non est animal, ergo risibile non est homo. cum antecedens est verum & consequens falsum, & tamen proceditur in baroco, igitur.

Ad prius dicitur, consequentia est bona, & quandocunq; antecedens est verum, cõsequens est verum. Si antecedens sit verum oportet omnem hominem vigilare, & tunc minor est vera, sic est conclusio, quia subiectũ cõclusionis non supponit & ita in omnibus talibus. omnis deus est causa prima creans aliquid de nouo non est causa prima, ergo creans aliquid de nouo non est deus, quandocunq; antecedens est verum consequens est etiã verũ. ¶ Ad confirmationem nego illud argumentum esse in baroco, quia proceditur a suppositione confusa tantum ad determinatam respectu multitudinis, risibile stat confuse tantum in minore & determinate in conclusione respectu termini distributi, modo talis illatio est nulla medio non distributo in affirmatiua capiendo hanc pro maiore omnis homo omne animal est, consequentia erit bona vt dictũ est in fapesmo.

¶ Cõtra hoc argumẽtor sic, ex cõtradictorio

cōclusionis sumpto in minore cū maiore seq/
tur cōtradictoriū minoris in barbara, ergo il
latio erat bona in baroco consequentia est nota,
probatur antecedēs, bene sequitur. oīs homo
est aīal & omē risibile est homo, ergo oē risibi
le est animal. ¶ Respondetur, ista consequētia
est bona in barbara, sed nego quod inferatur con
tradictoriū minoris, licet nullus error proueni
at ex parte maioris vel contradictorij conclu/
sionis. minor erat a risibile non est anīal, debeo
pro contradictorio capere omē risibile ē b ani
mal, modo hęc consequētia nihil valet in bar
bara, omnis homo est animal & omne risibile
est homo, ergo omne risibile est b aīal. in qua
baroco veraciter reducitur ad barbara. ¶ Cō
tra solutionē principalem argumentor sic, ex
ea sequitur hanc consequentiā non esse forma
lem, oīs homo est animal & a risibile non est
animal, ergo a risibile nō est homo. quod sic, p
bo, quodlibet bonū argumentū in baroco est
reducibile ad vnū bonū in barbara, sed iste sil
logismus nō ē reducibilis ad vnū bonū i barba
ra, ergo iste sillogismus nō ē bonū argumētū i
baroco tenet cōsequentia in baroco, & maior ē
nota, & minor patet. quia sic reducitur. oīs ho
mo est animal & omne risibile est b homo, er
go omne risibile est b animal, hic realiter capit
cōtradictoriū conclusionis de baroco inferen
do oppositū cōtradictoriū minoris eiusdem,
Sequele infirmitas patet, pceditur a cōfusa tā
tū ad determinatā respectu multitudinis. aīal
stetit confuse tātū in maiore, & determinate
in conclusione respectu risibile quod est multi
tudo. ¶ Respondet, consequentia est bona in ba
roco, pariter & illa ad quā reducit in barbara,
& ad improbationē dico. licitū est in quocun
que sillogismo affirmatiuo medio nō supponē
te confuse tātū aut eius parte in altera pręmis
sarū modo terminus distributus ad quē cōpa
ratur determinata in conclusione non sit posi
tus in eadem propositione cum confusa in an/
tecedēte. ¶ Ex quo patet rationem assumptā
in barbara esse bonam, in ea proceditur a con
fusa ad determinatam cum connectiōe medij
stātis determinate in altera pręmissarū nec vs
que in creaturis instantiā in simili forma iuenies,
verū an in diuinis propter triū cū vno idēptita
tē instantia reperiri poterit nūc non inflitā, &
patet istud nā ex opposito cōclusionis cū vna
pręmissarū oībus erroribus semotis sequit op
positū alterius pręmissa in baroco, igit ¶ Secū
do constat, non sufficit quod mediū secūdū se aut
suas partes nullibi in pręmissis stet confuse tā
tū, patet. non sequit cuiuslibet hominis asinus
quodlibet currens est, plato quilibet homo ē,
ergo platonis asinus quodlibet currens est.
¶ Tertio sequit, hoc argumentū cōmune est ni/
hil valet in bocardo, a homo nō est aīal & oīs
homo est risibilis, ergo risibile non est aīal, pa
tet per reductionē ad barbara a quo euidētiā
mendicat vbi mediū stat confuse tantū in mi
nore. Ex eadē radice sequitur hanc illationē es
se formalē, homo non est animal & omnis ho
mo est risibilis, ergo risibile non est aīal. ¶ Stri
ctim dicimus, haud inconuenit argumētari a
confusa ad determinatam in bocardo medio
stante determinate in maiore modo dicto ex
cuius parte disceptatur non stet confuse tantū
in ordine ad distributionem aliam a distribu/
tione medij, & signanter hoc dicitur, quia hęc
illatio est nulla aliquo tempore a homo nō est
animal & omne tempus est tēpus pręsens, er
go aliquo tempore pręsenti homo nō est ani
mal. Identidem non sequitur cuiuslibet hois
asinus quodlibet rudibile est & sortes est hō, er
go sortes asinus quodlibet rudibile ē, facile an
tecedēs verificabis consequente falsificato, proī
de illatio est nulla. In hac argumētatione, om/
nis homo est animal & omne risibile est b ho
mo vel omnis homo, ergo & cętera. ad maio
ris veritatem requiritur maiorem extremita
tem dici de medio vniuersaliter, & ad minoris
veritatem oportet hominem quodlibet risibi
le esse, sic oportet aliquod animal quodlibet
risibile esse. eodem modo ī bocardo, quia si ho
mo non est currens (vt dicit maior de bocar/
do) & omnis homo est animal necesse est ani
mal non esse currens, vt necesse totam conse
quentiam & non consequens necessitet. Idem
in disamis vsu venit, quia si homo omne cur
rens est & omnis homo est animal recte cōclu
ditur animal omē currēs est. Nec dicere opor
tet a animal omne currens est. In consequen/
tijs autem repudiatis illud nō denotatur. At
non sequitur omnis homo possibiliter est ani/
mal & omne risibile est b homo, ergo omne ri
sibile possibiliter est b animal, aliunde mendū
(vt ex supradictis nosti) cōtrahit. ¶ Circa pri
mā & secūdā figuras vela cōplicantes dicim⁹
primam figuram omnium propositionū ge/
nera ex propositionibus etiam cōmuniter con
suetis inferre, vniuersales affirmatiuas vt pa
tet ex barbara, vniuersales negatiuas particu
lares affirmatiuas & pticulares negatiuas pa
tet ex celarent darij & ferio, & ordinē inchoa
uit Aristoteles a modis vniuersalibus, quia po
tiores sunt concludēdo, & ab affirmatione an
te negationē cęteris paribus, quia simplicior. Ex
pria pte. patet quare barbara celarent darij ferio
pręcedit idem seruatur in secunda figura, tā

sare & camestres sunt modi vniuersales festi no & baroco modos particulares praecedunt, sed cęsare paucioribus eget reducendo ipsum ad primā figuram q̄ camestres, eget enim sola conuersiōe maioris. camestres duplicē cōuersionē cū pręmissarū trāspositiōe expostulat, & ꝓpter eādē causam festino baroco prępōit. Pro oibus in vno verbo dicitur, sufficit volūtas primi traditoris cū nōnullis cōgruētijs. Forte dicis postq̄ prima figura figura oim ꝓpositionū genera cōcludit reliq modi supuacanei sūt hoc negatur. quia licet q̄liber ꝓpositio cōcludi possit in prima figura, nō tamē secūdū quālibet dispositionē, hoc patet ex cōtingētia pręmissarum & variatione medij.

Sequitur de tertia figura.

¶ In tertia figura sex sunt modi scilicet darapti, felapton, disamis, datisi, bocardo, ferison, quorū euidētie ꝑ reductionē cōuersiue & ꝑ impossibile cognoscuntur, sed quo ad reductionē per impossibile hunc modum notato.

Tertia maiorē variat seruatq; minorē.



POstq̄ sit tibi cognitum medium in tertia figura debere bis subijci & quid elimēta vocabulorū denotārent, nunc cēsro ista protritissima exēplis detegere. ¶ Binas insuper regulas impręsentiarū tradere solēt prior, maiore negatiua nihil sequitur sillogistice in tertia figura. Secunda, solū particulariter concluditur in tertia figura, verū hę regulę pessumeunt modo ab errore qui ī regula precēdit cauetur, videlicet argumētari a non distributo ad distributū. ¶ Caeterū horū modorū reductio cōuersiua ex pręmissis ē in sontibus, sed in vno exemplificem⁹, pręmisse de darapti pręmissas de darij inferunt cōuersa minore per accidēs & ad pręmissas de darij sequitur conclusio de darij, quae est eadem cū conclusiōe de darapti ergo de primo ad vltimū ad pręmissas de darapti sequitur conclusio de darapti. Ex dictis in figura pręcedēti & carmie litterę, patet haec reductio per impossibile. Et si vis hos omnes modos per impossibile reducere, accipe has duas dictiones leuare romanis. Ita q̄ darapti ad modū qui concludit e scilicet ad celarent reducatur, quia e est prima vocalis de leuare & e ꝓ darapti ponitur, & a pro felapton qui ad modū qui a concludit reducatur. Doceātur ingeniosi iuuenes paucis in hac reductione, quia in cassum multum temporis in hoc impēditur.

Contra hos modos argumentor, non sequitur. cuiuslibet hominis est oculus dexter & cuiuslibet hominis est oculus sinister, ergo oculus sinister est dexter. ¶ Secundo argumētor, nō sequitur. quilibet latro est suspensus, & quilibet latro est decollādus, ergo latro decollandus est suspensus, ponendo nunc nullū esse latronem & quilibet homo qui fuit sic suspēsus, & quilibet homo qui erit sit decollandus, & nullus decollandus sit suspensus, tunc antecedens est verum, & consequens falsum. & tamen proceditur in darapti, igitur ¶ Tertio argumētor in felapton, discurritur a suppositione confusa ad determinatam respectu multitudinis. patet minor extremitas fiat confuse tātum & in cōclusione determinate respectu distributionis. ¶ Quarto, non sequitur in disamis alicuius ꝓpositionis est subiectū & cuiuslibet propositionis est pędicatum, ergo pędicatum est subiectum.

Ad primum, dicitur inferes, cuius est oculus sinister illius est oculus dexter, vel dicas oportet subiectum distributionis maioris esse totale subiectum in minore. Et propterea nō sequitur. in omni loco est deus & in omni loco est creatura, ergo creatura ē deus, & licet sequatur formaliter, in omni loco est deus & in quolibet loco quodlibet ens ē creatura, ergo creatura est deus, nihil impedimēti est. ¶ Ad secundum, dicitur nō proceditur in darapti, nam ille pręmisse sunt inhabiles conclusionem inferre, cum est necessarium medium in vtraq; accipi pro eodem, & lucidius in darij percipies medium accipi pro aliquo in minore pro quo nō distribuitur in maiore, sed recte minorem conuerte, & per veram reductionem ad darij examussim omnia capies. ¶ Ad tertium superi⁹ respōsum est. ¶ Ad quartum, patet solutio ex primi solutione.

Contra alios modos argumētor, non sequitur omnis homo est animal & aliquis homo est mortuus, ergo mortuum est animal, & tamen proceditur in datisi, igitur. ¶ Respōdetur, negando minorem, homo in minore supponit pro aliquo pro quo non distribuitur in maiore. ¶ Secundo, non sequitur. sortes nō est minor sorte & totus sortes est minor sorte, ergo minor sorte non est minor sorte, & tamen proceditur ī bocardo, igitur. ¶ Respondetur, minor est falsa, siue totus cathegorematice siue sincathegorematice capiatur, & hinc inde labes est patens. ¶ Tertio, nō sequitur, a homo non est animal, & omnis homo est risibilis, ergo risibile non est animal, & tamen proceditur in bocardo, igitur.

¶ Respōdetur, minor est falsa cōcludēdū est a risibile nō est aial. ¶ Quarto argumētor, non sequitur. hois asinus nō est asinus, & qlibet hominis asinus est rudibilis, ergo rudibile nō est asinus, & tamē est argumētū in bocardo, igit. ¶ Forte dices (sicut dicendū est) mediū tenet difformiter quū in maiore est determiatio accepta nō vnica & in minore determinatio accepta vnica iccirco cōsequētia est nulla. ¶ Cōtra hoc argumētor, sequitur bene in bocardo. asinus hois nō est asinus & cuiuslibet hois qlibet asinus est rudibilis, ergo rudibile nō est asinus, & tamē illud mēdū in pręmissis cōmittit, igitur. ¶ Respōdet cōcedēdo hāc cōsequentiā esse formalē, nā minor īfert hāc. qlibet asinus hois ē rudibilis, q̄ cū maiore cōclusionē formaliter infert, ꝓpterea dico quādocunq; vna pręmissarū (in qbus mediū capitur difformiter) vnā ꝓpositionē infert in qua mediū accipitur sicut in altera sic scilicet q̄ illata cū altera præmissarū cōclusionē erroribus abolitis inferat, cōsequētia est bona & formalis, sin autē mala. ¶ Vnde fit, hæc illatio est formalis cuiuslibet. hois qlibet asinus currit brunellus ē asinus hominis, ergo brunellus currit. Sed an sillogistice sequatur vel ne nunc non insistam.

Nouissime contra ferison argumētor, non sequitur, ois homo & hō nō sunt aialia & a homo & omis hō sunt aialia, ergo aialia nō sunt aialia. ¶ Fortasse dicis, discursus est a cōfusa ad determinatā respectu multitudis. ¶ Contra, inferēdo a aialia nō sunt aialia, in facili casu datur antecedēs verū cū cōtradictorio consequētis. ¶ Respōdetur, cōcedēdo hāc cōseqntiā nō esse in ferison, & ita in oibus modis negatiuis huius figure nō valet sillogismus cuiꝰ pręmisse nō cōtrariātur aut cōtradicūt solum ratiōe alicuius mēde inter partes subiecti cōmisse gratia cuius pręmisse possunt verificari. Propterea nō sequitur in felaptō ois asinus & asinus nō sunt asini & a asinus & ois asinꝰ sunt rudibilia, ergo a rudibilia nō sunt asini & ratio est, mediū ī maiore ē copulatū cōplexiue sumptū in quo distribuitur terminus in ordine ad terminū stātē cōfuse tātū quigdē terminus distributꝰ in minore stat cōfuse tātū, modo hoc nō solū est error in sillogismis tertię figurę, verū etiā in oibus sillogismis pręcipue negatiuis cuiuscūq; figurę, quare hæc illatio ē nulla ī celarēt, oē risibile & hō nō sunt hoies & oēs homines risibile & ois hō sunt, ergo oēs homies nō sunt hoies. fac vocabulū stās cōfuse tantū ī minore stare determiate aut distributiue, & illatio erit bona. In affirmatiuis idē mēdū impedit cōsequētie valorē dūmodo pars copulati distributa in maiore cōparatiue ad terminum cōfuse supponētē accipiatur cōfuse in minore respectu alteriꝰ partis copulati, aliqua extremitatū aut alicuius parte stāte cōfuse tātū. Quāobrē hęc cōsequētia est nulla, ois hō & hō risibile & quodlibet risibile sunt & oīa aialia hō & qlibet hō sunt, ergo oīa aialia risibile & qdlibet risibile sūt. Si aūt ī nulla extremitatū sit suppositio cōfusa tātū, pars distributa ī maiori potest ī minore supponere cōfuse tātū, quare hęc illatio est bona, oē risibile & risibile b hō & qlibet hō sunt, & oēs hoies risibile & quodlibet risibile sunt, ergo omnes homines b homo & omnis homo sunt.

Sillogismus expositorius est cōsequētia sillogistica de medio singulari ad cuius formalitatē quatuor reqrūtur & sufficiūt. Primo mediū teneri discrete. Secūdo, mediū esse totale extremū in altera p̄missarū. Tertio, præmissas æqualere vni de oīi aut de nullo. Quarto mediū cū determinatiōe accepta nō vnica acceptiōe nō inuolui exigitur.



Orū quatuor defectus cōmuniꝰ in hoc modo discerpādi impedit, verū oē extratū in antecedētibus relatum quod cū medio singulari sicut cōmuni inueniri poterit, erit nobis ī pręsentiarū prępedimento. ¶ Quo fit ois mēda extrīseca in sillogismo expositorio est defectus ¶ Secūdo seqtur has pręmissas simpliciter indispositas, hoc nō nigrū ipossibiliter est albū & hoc nō nigrū est albū, mediū in minore præmissa affirmatiua accipitur magis ample q̄ in maiore, nō eni inferūt hanc cōclusionē albū impossibiliter est albū, nec aliquā aliā, igitur. Pariforma nō sequitur, hic asinus a nō currit & hic asinus est asinus, ergo asinus nō currit, sit a determinatio restrigēs terminū hic asinus vt stet pro hoc asino ab hoie possesso. ¶ Tertio. patet hāc cōsequētiā eē nullā, hoc potest esse currēs & hoc est nō currens, ergo nō currēs potest esse currēs, procedit eni a nō amplo ad amplū cū distributione ampli ex parte termini infinitati. vel a superiore ad inferius ex parte totius subiecti. ¶ Accedēdo ad litterā diximꝰ discrete hoc ē discrete & vni uoce, quādo ponitur ꝓnomen demōstratiuū caue ne diuersa demōstret, quia si sic semp equiuoce capitur, quare nō sequit. iste hō vel asinꝰ est asinus. & iste homo vel asinus est hō, ergo

homo est asinus, singularizādo distinctum in vna pro sorte, & in alia pro brunello nec sequitur Sortes est termin⁹ singularis, & ens est sortes. ergo ens est terminus singularis. ¶ Defectu secūde cōditionis nō sequit, in hoc instāti est asinus, & in hoc instanti est hō. ergo hō est asinus, instās in minore ponat in recto, & hoc instās est hō etiā simile obliquitatē cōcludēdo in conclusione qualē in præmissis habes, quia nō sequit. In hoc cubiculo est Iohānes, & hoc cubiculū est domus. ergo domus est Iohānes, cōclude ī domo est Iohānes. ¶ Defectu terciæ cōditionis hoc ratiocinium est inualidum, hęc essentia diuina est pater, & hæc essentia diuina est filius. ergo filius est pater, nisi præmissę vel saltē vna pręmissarū ratione medij equiualeat vni de omni vt ista Iohānes equitat debet æquiualere vni de omni si capiat in illo sensu. oē qđ est Iohānes equitat. & dicit singularizatio cōpleta. sic hęc hic deus est pater valebit hanc omne qđ est hic deus est pater. Per oppositum dicit singularizatio incōpleta, quādo termin⁹ sic singularizatur ꝙ ꝓpositio ratione illius nō valet vnā de omni ꝓportionabiliter vni de nullo in negatiuis. vt hic pater nō est filius, & hic pater est hęc essentia diuina. ergo hęc essentia diuina nō est filius. ¶ Quarta cōditio inter ratiocinandum satis explanabitur. ¶ Sillogismus expositorius in hoc fundatur, quecūq; cōueniūt vni tertio cōueniūt inter se, & hoc pro affirmatiuis, logice sic exponēdo si duo prędicata cōueniant vni termino singulari hoc est prędicetur aut subijciat vel vtriq; illi duo termini enunciātur inter se. ¶ Pari forma de sillogismo expositorio negatiuo dicatur. quæcūq; remouētur &c. Dicitur eñ expositorius, quia multas ꝓpositiones & discursus exponit.

Contra hunc sillogimum expositoriū aliquot rationibus argumentor. Primo nō sequitur Sortē esse asinū est impossibile, & sortē esse asinū est sortē esse animal. ergo sortem esse animal est impossibile. & tamē proceditur expositorie, igitur. Sed quia hoc argumētū est facile, aliter argumentor. nō sequit. Hic deus est vbiq;, & hic deus est aliquis hō. ergo aliqs homo est vbiq;. & tamen ꝓceditur expositorie in tertia figura, igitur. ¶ Et eodem modo in prima, hic deus est vbiq;, & aliquis hō est hic deus. ergo aliquis homo est vbiq;. Et in secūda figura, vbiq; est hic deus, & aliquis hō est hic deus. ergo aliquis hō est vbiq;. argumentū expositoriū in vna figura potest disponi per omnes, ꝓpterea sufficit vnū impugnare pro omnibus, ꝙ argumētū principale nō valeat patet antecedens est catholicū hic deus est vbiq; nō solum potestatiue sed etiā per essentialē pręsentiam, minor est nota de dei filio. ¶ Respondet concedendo sillogismū propositū si maior extremitas teneat vniformiter, maior ꝓpositio est hic deus est vbiq;, cuius prędicatū est vbiq; ens, tūc cōclusio est vera. aliqs homo est vbiq; & sensus est, aliquis hō est vbiq; ens, & hoc est verū, quia vbiq; deus. ergo vbiq; ens, nec hic proceditur cū distributione superioris, ens & deus stant cōfuse tantū. & eodem modo cōceditur, aliquis hō est in bursa mea sed ille homo nō est homo in bursa mea, nec habet pedes in bursa mea, nec caput ī bursa mea, deus nō est homo nisi vbi habet humanitatē assumptam puta in cœlo & eucharistia. ¶ Secundo argumentor, non sequitur, hoc ens pręcessit suam matrē, & hoc ens est vel fuit aliquis homo. ergo aliquis homo pręcessit suam matrem, & tamen proceditur expositorie, igitur. ꝙ non sequatur patet, maior est vera demonstrando filiū dei, quia anteq̄ Abrahā fieret ipse fuit, & minor est nota, & conclusio videtur esse falsa. ¶ Respōdetur negādo cōclusionis falsitatem, sed nullus homo fuit ante suā matrē, quia asit deus nō assumpsit humanitatē ante suā matrē deus nō fuit homo ante suā matrē. ¶ Ex isto patet has esse cōcedendas Adam fuit primus homo, aliquis homo creauit Adā, aliquis hō pręcessit Adam, filius meus est in tēplo demōstrando filium beatę virginis quādo ipsa erat extra tēplum cū filio, filius meus est mecū pręsentialiter quē ego & Ioseph dolētes quęrim⁹ Secūda pars supponit luce secundo, prior pars patet hic deus est mecū, quia vbiq;, hic deus est filius meus, igit. ¶ Tertio argumētor, non sequit. Sortes est Parisij, & sortes est sortes albus. ergo sortes albus est Parisij. & tamē proceditur expositorie, igit. maior patet, ponēdo sortē in duobus locis Romę & Parisius, sit alb⁹ Romæ, & niger Parisius. antecedens est verū & cōsequēs falsum. ¶ Respōdetur, negādo ꝙ nō sequatur, & nego cōsequētis falsitatē in casu, imo cōsequēs est verū, sed ista est falsa. Sortes est albus Parisij, quia illa duo dicit, vnū est Sortes est Parisij, & denominatio albi ꝓuenit Parisij, qđ est falsum, & sic cōcedo hanc copulatiuā. Sortes albus est Parisij, & nulla albedo est Parisij, quia ponēdo cum casu argumenti nullā albedinē esse Parisij habetur tota copulatiua. Eodē modo hæc cōcedenda Sortes niger est Romę, sed sortes nō est niger Romę. Similiter potes ꝓbare hoc corpus Christi in sacramento eucharistię est in decuplo longius hac hostia, sic argumentando, hoc corpus Christi in cœlo est in decuplo lōgius hac hostia, & hoc

corpus Christi in coelo est hoc corpus Christi in eucharistia, igitur. & per eandem formam probare potes hoc corpus christi in pixide est extēsum, ex qua īferte nescis hoc corpus chri- sti est extēsum in pixide. & ita de aliis similib° dicatur. ¶ Quarto argumētor, nō sequit̄ hęc res est maior q̄ antea erat, & hęc res est distātia fortis ad platonē, ergo distātia fortis ad platonē est maior q̄ antea erat. & tamē ꝓceditur ex positorie, igitur. maior patet. ponēdo distātiā fortis ad platonē esse mediū per quod distār, & cū hoc augmētetur mediū cōtinue per condēsationē medij, sic scilicet vt plato magis approximetur forti insequēdo condēsationē medij. Si distātia fortis ad platonē ponatur ēē fortes in idē redit, ponendo fortē continue augeri semper appropiquādo platoni, iā antecedēs est verū. ¶ Respōdet, si prędicatū cōclusionis sit maior extremitas in forma consequētia est bona, & cōclusio concedēda, q̄ ad modū p̄missę. sensus est distātia fortis ad platonē est maior res q̄ antea erat, quod est verū. Sed si adiectiuū maior hebeat ly distātia ꝓ substantiuo, tūc nego consequētiā. antecedēs est verū & cōsequēs falsum, nec expositorie ꝓcedit. ¶ Pro quo melius capiēdo ponūtur duę ꝓpositiones. Prior est, distātia fortis ad platonē est minor distantia q̄ antea erat. ¶ Secūda distantia fortis ad platonē ē minor res q̄ antea erat, nec prima ꝓpositio infert cōtradictorium secūdę, licet sequat̄ est distātia, ergo est res. nō tamen sequitur est minor distantia, ergo est minor res. ¶ Quinto argumētor, nō sequitur, hoc ē aliud q̄ asinū te genuisse & hoc est impossibile, ergo impossibile est aliud q̄ asinū te genuisse, & tā ꝓceditur expositorie, igit̄. maior patet, q̄a demonstrādo hūc hō est asinus. antecedēs est verū & consequēs falsum, maior patet, quia hoc est & hoc nō est asinū te genuisse, ergo hoc est aliud q̄ asinū te genuisse. ¶ Respōdetur, si termini capiant̄ vniformiter. cōseq̄ntia est bona. & distinguo maiorē vel asinū te genuisse capiatur significatiue & tūc tātū valet sicut asinus q te genuit, & sic ipsa est falsa, demonstrata hac hō est asinus, quia sic exponitur, hoc est & asinū te genuisse est, modo secūda exponēs est falsa, per ly te demōstrādo fortē, si demonstret̄ brunellus ipsa est vera, si asinū te genuisse capiat̄ materialiter ꝓ illa ꝓpositione asinus te genuit. tūc conceditur maior & minor & conclusio, sensus est aliqd̄ impossibile est aliud ab illa ꝓpositiōe asinus te genuit, sed si cōclusio capiatur modaliter cuius sit sensus talis ꝓpositio est īpossibilis. aliud q̄ asinus te genuit, tūc non sequitur ex illis p̄missis. ¶ Sexto argumentor, non sequit̄. iste hō vel asinus est asinus, & iste hō vel asinus est hō, ergo homo est asinus & tamen proceditur expositorie. igitur. ¶ Dices si pronomen iste singularizet totū disiunctū vnica singularizatione & teneatur vniuoce in pręmissis sillogismus est bonus, & sicut conclusio est impossibilis sic est antecedēs cū illud disiūctū in maiori singularizetur ꝓ vno certo supposito ac si non esset disiunctū, sed q̄ cūq; alter terminus cōmunis illud disiūctū singularizatiū pręcise stabit ꝓ demonstrato, demonstretes vnū hominē maior est impossibilis sic ille demonstratus fortes, illę duę conuertūtur. Iste homo est asinus (demonstrato forte) & iste homo vel asinus est asinus singularizādo totū disiunctū pro forte. ¶ Et si dicas bene sequitur. iste asinus est asinus, ergo iste homo vel asinus est asinus a parte disiuncti ad totū disiunctū. ¶ Respondetur. consequentia ē nulla, quando disiunctū singularizatur vnica singularizatione, tunc licet partes disiuncti stent determinate sub eis non iuuat ascēdere. Si totū disiunctū maioris singularizetur vel ꝓ brunello vel quocunq; supposito asini tunc maior est vera, demōstremus brunellū gratia exempli. tunc oportet te demonstrare eūdē brunellū in minori. & sic minor est impossibilis, si aliud demonstraueris pronomē capitur equiuoce. & sic est paralogismus, & fallacia equiuocationis, si solū singularizetur iste termin° homo. mediū ī nulla pręmissarū est totale extremū, nec bene cōcluditur. ¶ Septimo argumētor, non sequitur, hęc ꝓpositio est falsa, & hęc propositio ē propositio in sensu quo est vera, ergo propositio in sensu quo est vera est falsa, & disurritur expositorie, igitur. maior patet demonstrando hanc, non deus est vel aliā propositioem plures, consequens est falsum & totū antecedens verū, quia bene sequitur demōstrando istā non deus est, hęc propositio in aliquo sensu est falsa, ergo hęc ꝓpositio est falsa si non sequatur deficiet tibi mendū, ad ꝓbandū eam verā, similiter ad ꝓbandū eā falsam. ¶ Respondetur, hic multi negant consequētiā dicentes male concluditur, sed inferendū ē hęc ꝓpositio in sensu quo ē vera est aliquid quod est falsum, hoc nō valet. Tum primo, aliquid colligitur in conclusione, quod non spergebatur in pręmissis secundum se vel suum synonimum. Tum secundo, formalitatem sillogisticā exponis vento. Forte dicitur illud quod infertur ęquiualet ꝓpositioni ex extremitatibus pręmissarū conflate. ¶ Contra, ex illo sequitur. male aliquid addis in cōclusionē quod nō habes in premissis & laxas modū addendi ad

libitum. ¶ Propterea cōcedo conclusionē quę inferebatur, quę est hęc, ꝓpositio in sensu quo est vera est falsa per illam significatur, hęc propositio existens in sensu quo est vera est propositio falsa, modo hoc est verum. Sed non est falsa in sensu in quo est vera. ¶ Octauo arguitur, nō sequitur. hic binarius est perpetuus & hic binarius est sortes, ergo sortes est perpetuus. & tamen proceditur expositorie, igitur. ꝙ non sequatur patet, antecedens est verum & consequens falsum demōstrando per ly hic binarius materiam & formā. materia prima est incorruptibilis naturaliter, similiter anima intellectiua est incorruptibilis ab omni creatura secundum verbum Christi. Nolite timere eos qui occidunt corpus. (vbi corpus capitur pro toto cōposito) animam autē occidere nō possunt. Minor patet tenendo totum esse suas partes. ¶ Eodem modo argumētari potes de talib⁹ hic binarius semper erit, & hic binarius est vel erit sortes. ergo sortes semper erit, vel sic sortes est corruptibilis & sortes est hic binarius. ergo hic binarius est corruptibilis. ¶ Respondetur, tales deductiones sunt faciles si maiorem extremitatem recte in conclusione cumulaueris. de minore nihil difficultatis est, vide quod est subiectum termini perpetuus, si binarius conclusio est etiā vera scilicet sortes est perpetuus binarius. Si capiatur substantiue vel transcendenter vt tantum valet sicut res perpetua vel ens perpetuū, si sic intuleris in cō clusione falsitatem conclusionis falsitas maioris cōcomitatur. ¶ Nono arguitur, nō sequitur. hominem sortes vides nō est homo, & hominem sortes videns est sortes videns hominem. ergo sortes videns hominem non est homo, & tamē proceditur expositorie, igitur. Maior patet ponendo sortem nō videre platonem, sed Ciceronē videre. Iam antecedens est verum, & consequens falsum, capio hoc totū pro medio hominē sortes videns. hoc totū est terminus discretus, vt patet ex dictis de termino singulari in terminis. ¶ Similiter non sequitur, hominis brunellus non est animal, & hominis brunellus est asinus. ergo asinus non animal. ¶ Respondetur ex litera hoc argumētum eluitur. hic est cōnexio medij pro diuersis per determinationē termino discreto adiūctā propterea pręmissę de quibus contenditur in argumēto sunt inhabiles inferre conclusionē ex illis pręmissis nihil aliud addendo, nisi propositio negatiua in qua ponitur determinatio accepta nō vnica ęquiualeat vni de nullo, vt hominis brunellus non est animal, & hominis brunellus est asinus ad hoc vt inferatur asin⁹ non est animal, oportet maiorem æquiualere huic nihil quod est hominis brunellus est animal, & ista est falsa sicut & conclusio. Quare si determinatio stet discrete aut distribuatur nota est consequentię bonitas, & ratio est, tū maior & minor non possunt verificari quin pro eodem verificentur. ¶ Dicebam nisi addatur aliquid in conclusione quod non erat in præmissis, sic argumentare potes hominis brunellus nō est animal, & hominis brunellus est asinus. ergo hominis idem asinus nō est animal. ¶ Decimo arguitur, nō sequitur, iste homo est mortuus demonstrando Adam, & iste homo fuit omnis homo. ergo omīs homo est mortuus, & tamen ꝓceditur expositorie, igit. Maior patet, quia secundum vnū modum minor est vera, & per consequens totale antecedens, consequente existente falso. ¶ Et confirmatur, non sequitur, Sortes est homo, & sortes est non omnis homo. ergo non omnis homo est homo, & tamen proceditur expositorie, igitur. Maior patet, contradictorium consequentis est verum, scilicet omnis homo est homo, & veritas antecedentis claret. ¶ Respōdetur, prima consequentia nihil valet, & facile est errātū assignare oportet inferre quod fuit omnis homo est mortuum. ¶ Et ad confirmationem dicitur si non capiatur neganter in cōsequente consequentia nihil valet, nec procedi tur expositorie ex affirmatiuis negatiuam inferendo, si capiatur infinitanter consequētia est bona, & consequēs verū cū toto antecedēte. ¶ Vndecimo arguitur, non sequitur, hęc longitudo est viginti pedū, & hęc longitudo est hęc latitudo. ergo hæc latitudo est viginti pedum. & tamen proceditur expositorie, igit. vel apparentius cum adiectiuo dicatur, hęc lōgitudo est centipedalis, & hæc longitudo est hęc latitudo ergo hęc latitudo est cētipedalis. quia demonstrando vnum corpus habens viginti vel centum pedes in longitudine & tenēdo (sicut cōmuniter tenēt nominales) idem numero esse longitudinem & latitudinē, quātitatem & rem quantam, antecedens est verū & consequens falsum. ¶ Et confirmatur, non sequitur, hęc propositio est falsa (per ly hęc demonstrando antecedens huius consequentiæ homo est asinus. ergo baculus stat in angulo) & hęc propositio est hoc antecedens. ergo hoc antecedens est falsum. & tamen procedit expositorie, igitur.

Ad has duas rationes sufficienter responsum est ex dictis. Si maior extremitas teneatur vniformiter in maiori & in conclusione

¶ Sequuntur exponibilia Iohānis Maioris Scoti, artium ac Theologię profeſſoris doctiſſimi,

✱

Propoſitio exponibilis eſt enunciatio tenebroſum ſenſum habens ratione ſigni exponibilis in ea poſiti.



Vnc quartū ſummularum librū in varia capita ſcīdem⁹ vt modus ꝓcedēdi docebit. In primis diffinitionē ꝓpoſitionis exponibilis explanabim⁹, Hęc nō eſt exponibilis ignis eſt calidus cū obſcuritatis in ſe contineat nihil, ſi vero ꝓpoſitionis qualitas aliuſmodi cęca fuerit q̄ a ſigno exponibili, non ꝓpterea exponibilis dicitur, vt hoīs a aſinus non eſt aſinus, obſcurus ſenſus iſtie non ꝓuenit ratione ſigni exponibilis, verū quia diſtribuitur terminus in ordine ad duos terminos quorū vnus ſtat confuſe tantū & alter determinate a parte eiuſdē extremi. Que vero ſigna ſunt exponibilia ex cōmuni artiſtarū vſu & dicendis notum euadet.

Contra hanc diffinitionem ſic expoſitam argumentor, iſta eſt exponibilis omne totum eſt maius ſua parte, patet ratione comparatiui gradus, & tamen nihil intricature (eſt enim communis animi conceptio) in ſe continet, igitur.

Reſpondetur, propoſitio exponibilis eſt propoſitio obſcurū ſenſum reddens ratione ſigni exponibilis in ea poſiti, hoc eſt quātū eſt ex parte ſigni, dico quātū eſt ex parte ſigni, quia interdū poteſt eſſe claritas in propoſitiōe de per accidens vt in ratione aſſumpta, & ſimiliter hic, hoc differt ab illo.

Circa hāc litteram dubitatur quo modo ſe habent exponens & exponibile adinuicem. ¶ Secundo dubitatur, an aliqua exponibilis ſit cathegorica. ¶ Ad prius dubium dicitur. Iſti duo termini exponibile & exponens ſe habent ſicut relatiuum & correlatiuum eius, verum vt dicatur exponens nō videtur ſe ſola expōibilis obſcuritatē manifeſtare, ſufficit ei partialiter eius ſenſum eluere. nec ſatis eſt ad hoc ꝙ dicatur exponēs eſſe partem vnius exponētis partē etiā q̄ eſt ꝓpoſitio, qa iſta tantū hō eſt aīal dicit habere ꝑ̄oſe duas exponētes ſecūdū cōem logicā, & tamē ſecunda exponēs vnā partē quę eſt ꝓpoſitio includit, ergo de ratione exponētis eſt vt ſit totalis ꝓpoſitio, & dicitur exponens quaſi extra ponēs quod intus obſcurum latet.


Sed contra iſta argumentor, nō ſequitur exponibilis eſt, ergo exponens eſt, iſta enī apud oēs tantū vere pietatis cultor eſt in ſtatu ſalutis eſt exponibilis non poſita exiſtentia alicuius exponentis, ſed relatiue oppoſita dicuntur ad conuertētiā, vt ex prędicamēto relationis patebit, igitur. ¶ Inſuper non eſt de ratiōe exponētis extricare ſenſum exponibilis, ergo male dictū eſt, antecedēs patet nonnulle ſunt exponētes exponibiles, ergo ille non explicāt ſignificationē exponibilis, ſed potius ītricāt, aſſumptū patet de ita & ſicut quę cōparatiuū gradū, & cōtra exponūt, igitur. ¶ Reſpōdet, ad prius iſtorū cōcedēdo exponibilē poſſe eſſe ſine exponente & cōtra. nō enī requirtur cōuerſtia actualis in relatiuis & correlatiuis ſecundę intentionis, nā iſte terminus ſubſtantia vocatus genus dato ꝙ nulla eēt ſpecies ¶ Ad ſecūdā rationē dicitur ſemper exponēs totalis debet eſſe exponibili lucidior, nec incōueniens vnā exponibilem eſſe clariorem alia, nec a adequate exponit b, nec ecōuerſo, & ſi ita foret ꝙ idē exponeret ſi eſſet eadē difficultas tenendo relatiuum & correlatiuum diffinire ſeinuicem, inanes enim eſſent exponentes exponibili tenebroſiores quęcunq; fuerit illa exponibilis, ſtat enim dare propoſitionem per ſe notā vel euidentem non per ſe notam, & tamen addito ſigno exponibili totum nec erit per ſe notum nec euidens, patet hic quodlibet eſt vel non eſt, tantum quodlibet eſt vel non eſt. omnis calor eſt calefactiuus tantum omnis calor eſt calefactiuus ¶ Ad ſecundum dubium reſpondetur affirmatiue, licet nonnulli exponibiles cathegorice cathegoricas & hypotheticę hypotheticas dicere non vereantur. Probatur hæc reſponſio affirmatiua, homo eſt animal eſt cathegorica, cui ſi addatur tantum inquātum aut quęcunq; dictio ſyncathegoreumatica adhuc manebit cathegorica, cum erunt præciſe quatuor termini in mente modo omnis hypothetica ad minus habet ſeptem notiones, itaq; quamlibet exponibilem qua vtimur ſiue hypothetice ſine cathegorice deluatur cathegoricam

arbitror, nõ magnopere istud an hypothetica ra
tione sui exponẽda venit, facile ẽ assignare hy
pothet icã cuius quelibet cathegorica ẽ expo/
nibilis, non tamẽ vtimur expositione in tota,
nã pluriũ cathegoricarũ esset confusio. ℭ Sed
contra istud argumentor, exponẽtes equiua
lent exponibili, & de equalentibus idẽ est iu
diciũ, igit. ℭ Secũdo, oia sunt clara in mente,
hic in ea nõ ponimus ppositiões de est secũdo
adiacẽte, & ita de multis alijs q̃ iplicite conue
niũt ppositioĩbus ad placiũ significãtibus, er
go nulle sunt expõibiles in mẽte. ℭ Tertio ar
gumẽtor, difficile est ascẽdere descẽdere sillo/
gisare & ita de alijs in expõibilibus, sed si eẽnt
cathegorice facile esset ascẽdere & descẽdere,
vt patet vtrobiq; in cathegoricis, igit. Itẽ da/
bũtur expõibiles affirmatiue vere neutro ex
tremo supponẽte & negatiue false vtroq; ex
tremo non supponẽte & ita de multis alijs. re
gulas cões tãgẽtibus. At ista incõueniẽtia nõ
seq̃rẽtur si essent hypothetice cũ extremis or
barent, igitur. ℭ Respõdet, primũ argumentũ
ex his (q̃ circa diuisionẽ enũciatiõis penes sub
stãtiã retulimus) est solutũ. ℭ Ad secũdũ eo is
ficias assumptũ vt in forma sumit, ambages
intricatissime sũt i mẽte. At illud dictũ vulgare
sic itelligẽdũ vẽit, multa attribuũtur orõnibus
ad placitũ significãtib' q̃ regulãtur a cõceptis
bus mẽtis, q̃obrẽ dicimus a significãs hoiem
esse aĩal eẽ ppositionẽ & circulũ ante tabernã,
nec norma vniuersalis dari potest qñ illud di
ctũ vulgare habet verũ, sed secundũ materie
exigẽtiã cõsequẽter respondẽdũ est. ℭ Ad ter
tiũ dicitur, varie ppositiões differẽtes sortiun
tur pprietates, licet sunt aliq̃ cõueniẽtes oĩb'
vtpote verũ vel falsum possibile vel ĩpossibi
le, sicut eni aliq̃ pprietates oĩbus aĩalibus cõ
cõueniũt & aliq̃ pprietates aĩalibus pfectis q̃
non applaudũt impfectis. In pposito ita dicẽ
dũ venit de ppositionibus expõibilibus & nõ
exponibilibus. Insup varie cathegorice diuer
seq; sunt enũtiationes etiã non exponibiles in q
bus difficulter fit inductio descẽsusve, hoc pa
tet cũ determinatione accepta vnica, termĩo
infinito copulatis, disiũctis, & ceteris id genus
Idemtidem de non suppositione extremorũ
& caeteris id genus dicatur.

Verum propositionem exponibilẽ ra
tione signi vniuersalis minime reor.

ℭ Hoc multipharia ostendere conabi
mur, primo, indefinita et aduersaria etiã secun/
dũ opinationẽ cõtrariã nõ ẽ exponibilis, ergo
neq; vniuersalis, nũq̃ enim due propositiones
quarũ vna est exponibilis, reliqua vero non.
(vt patet inductiue extra hanc materiã) oppo
nũtur. Insuper exponẽtes vniuersalis vniuersa
li obscuriores erũt, ergo minime ponẽde sunt,
illatio est nota ex dictis, assumptũ ostẽdo, sin/
cerior est veritas huius & similiũ omnis homo
est aĩal q̃ huius copulatiue homo ẽ animal &
nullus est homo qui est animal non sto in re
strictione. Idẽtidem hoc ipsum in negatiuis cla
ret, nullus homo est currẽs si exponeretur ho
mo non est currens & nullus est homo qui il/
le non est currens, hanc exponibilem eque cla
ram notiorẽve copulatiua exponente ambigit
nemo. Preterea opposito litere dato sequitur
processus in infinitũ in istis exponibilib', hoc
patet, posterior exponens istius nullus homo
currit esset vniuersalis & illa iterũ exponenda
per vniuersalem & ita in abissum, igitur. Item
singularis esset exponibilis cũ in ea ponatur
signũ vniuersale vt sortes omnis homo est, si
militer sortes est omnis homo. Demum vni
uersalis veritas falsitasve multo lucidius alio
tramite deprehenditur, igitur. ℭ Cõtra istud
argumentor, haec est exponibilis tantum om
nis homo est animal & tamen est vniuersalis,
igitur. ℭ Respondetur, vniuersalis inquãtum
huiusmodi non est exponibilis, sensus tamen
istius quilibet hõ currit potest sic explicari ho/
mo currit & nullus est hõ qui currit vel q non
currit, sic quelibet propositio (si non per se no
ta fuerit) sensum sui explicatiuũ habere pote/
rit, sed non ppterea pprie exponibilis dicitur.

Exponibilia ab exclusiuis ordiẽdo ar
tiste ponere solẽt, dictiones exclusiue
sunt tantũ tantũmodo solũ solũmodo,
precise dũtaxat vnicus & similia.


Am quia denotãt predi
catũ dici de subiecto aut par
te eius & ab omni eius cõtra
dictorio excludi exclusiue di
cuntur, vt tantũ Iohãnes est
eques denotatur Iohannes ẽ
eques & nullus non Iohannes est eques & hoc
si affirmatiue primi ordinis extiterit. Verum
cuiuscunq; modi fuerint aliquid semper exclu
dunt hinc exclusiuarum appellationẽ sortiũ
tur. Tantũ interdum capitur relatiue & cathe
goreumatice, vt sortes habet scutũ & tantũ
habet plato, & sic non reddit propositionẽ ex
ponibilem, in proposito syncathegoreumati/
ce accipitur.

Assotiationis negationem solus cathe
goreumatice acceptus significat.

ℭ Vt solus regẽs est in cubiculo, hoc ẽ

solitari⁹. Alio mō syncathegoreumatice accipit sol⁹, & sic reddit ꝓpositionē expōnibilē, vnde sic, nō sequit̄ solus preceptor somniat, ergo solus p̄ceptor somniat capiēdo solus hom omne in consequēte & antecedēte. Sed ly vnicus dicit exclusionē pluralitatis in specie, ita ꝙ denotatur p̄dicatū dici de subiecto & a pluralitate suppositorum subiecti remoueri, vt si fortes cū duobus catulis currat alijs hoībus quiescētibus ista conceditur, vnic⁹ homo currit, q̄ sic exponitur, vnus homo currit & nō plures hoīes currūt, hic consequēs ē hāc esse verā vnica mulier est in paradiso, ista tamen est falsa sola mulier est in paradiso, & licet vnic⁹ exclusionē dicat tamē nullā aliā speciē ponit. At vnicus & vnus differūt, si fortes & plato essent simul in scola, hęc conceditur vnus hō est in scola, non autē hęc vnicus homo est in scola, hęc & similia ex vocabulorū significantijs liquent.

Cæterum nonnulle sunt propositiões de exclusis extremis quæ suis præiacētibus æquiualent.


Istud aūt cōtigit quādo dictio exclusiua cadit in subiectū tātū, aut in prędicatū tātū, vt tantū homo ē risibilis. Risibile est tātū hō in quib⁹ signū est pars extremi. Quādo aūt est ꝓpositio exclusiua virtus signi nō præcise in alterū verum ī vtrunq; extremorum fertur & pars totius propositionis & nullius partis efficit̄.

Quādo signū exclusiuū prædicato cōnotatiuo additur, & alietatis & alteritatis gratia excludere potest.

¶ Priori modo sortes est tātū albus sic eluitur, sortes est albus & non ē non albus, & tunc dicitur exclusio gratia materialis significati. Secundo modo sic elucidatur, sortes est albus & non aliter qualificatus, vt sit vna ꝓpositio de copulato extremo, & hoc ē falsum. cū sit sciens mitis calidus callidus grāmaticus logicus colericus vel aliquid huiusmodi vt supponit̄. Per illā denotatur sortes est albus & nō habet aliquā aliā qualitatē cū sufficientē denominare qualē, si pl⁹ albedinis q̄ nigredinis ad eū denominandū haberet sine alijs qualitatib⁹ ipsa esset vera. sola ꝓpositio cuius vnū extremū est cōnotatiuū sic exponēda venit. Ista exclusio vocat̄ gratia forme, qa excludit a subiecto oē aliū significatū formale a cōnotato termini seq̄ntis vt sortes est tātū grāmaticus sortes est grāmaticus & nō ē aliter qualificatus, Ex cōsuetudine tamē intelligimus est grāmaticus, & nullā alia scientiā habet, licet aliā qualitatē habeat, & sic nō excludit cuiuslibet alteri⁹ termini cōnotationē, sortes ē tātū magnus excitator hora quarta, sortes ē pulsator cāpane hora quarta, & nullū aliud officiū habet. Iohānes studuit tātū Parisius Iohānes studuit Parisius & non alibi. Quando enī ponit̄ signū cū verbo īportāte actionē, tūc excludit oēm aliā actionē a subiecto ab actiōe īportata ꝑ verbū vt plato tantū currit sic explanat̄, plato currit & nihil aliud operat̄, hoc est, oīs actio ab actu currēdi a platone excludit̄, sortes ē tātū aīal sic expōitur, sortes ē aīal qđ nō est nō aīal, tātū risibile est sortes, risibile qđ nō ē nō risibile ē sortes. tātū lignū fuit arbor, lignū qđ non est vel fuit nō lignū fuit arbor, nō sufficit hęc expositio lignū qđ fuit nō lignū fuit arbor, qa tūc facile in simili, p̄iacēs daret̄ vera ꝓpositiōe principali existēte falsa, sortes tantū oē aīal est sortes oē aīal qđ nō ē nō aīal est. Opposita opposito modo elucidātur. Et si sit exclusio ex parte vtriusq; extremi. potes talē exponere ratione vtriusq; signi ęque primo, cū nullū ipsorū fertur in totā ꝓpositionē, vel expone prio ratiōe prioris signi, & posthac ratiōe posteriorū, vt tantū homo ē tantū aīal, hō q non ē nō hō est tantū aīal, & iterū hō q non est non hō est aīal qđ nō est nō aīal, & si sint tria vel plura signa quorū vnū cadit sup copulā & alia super extrema vt tantū hō tantū est tantū aīal. primo expone ratione primi signi, posthac ratione signi ex parte copule secūdū exigētiā explicatiōis enūciationū de exclusa copula, & demū rōe vltimi signi. ¶ Vt breui cōcludā ꝓ regula seruato oīs ꝓpositio de excluso extremo suę p̄iacēti ęquiualet. ¶ Cōtra hāc ꝓpositionē in qua magnopere cōfidit̄ argumētor, ista non ęqualet suę p̄iacēti sortes est tātū niger, & tn̄ est ꝓpositio de excluso extremo, igit̄. ¶ Rn̄detur, regula intelligitur qn̄ est exclusio grā materialis significati. Cōtra hoc argumētor, ista est falsa tātū pater est eēntia diuina, suppono hāc cōcedēdā in diuinis pater ē nō pater, & tn̄ sua p̄iacēs est vera, & est exclusio gratia materialis significati, igit̄. Insup, ista tātū a hō non est aīal est falsa vt patet ꝑ expositionē, & tamē p̄iacēs ē vera, igit̄. Respōdetur, illo admisso regula itelligitur in terminis significātibus creaturas. Ad aliud dicitur, ipsa ē vera, & sic exponitur, a hō qui nō ē nō hō nō est aīal, Et ita in istis tātū a hō oē aīal est, tātū oīs hō est aīal sic exponitur, oīs hō qui nō est nō hō est aīal & ita vtrobiq; facto vt extrema exponibilis & exponētis eadē suppositionis specie supponāt & similē ampliationē &c. seruato. Ex quo patet. non oportet capere terminum stantem determinate dato ꝙ sit communis in exponente

signanter quãdo ponitur distributio. Secundo sequitur has esse concedendas in sensu excluso tantũ hominis asinus nõ est aĩal, tãtũ homo ẽ risibilis, tantũ oĩs homo est risibilis, tantũ deũ esse est verũ, tantũ hoĩem esse asinũ est falsum, quod est hoĩem esse asinũ & nõ est nõ hoĩem esse asinum est falsum & impossibile.

Si enim enim exclusio in copulã fera tur prior exponẽs fuerit præiacens. In posteriori vero (si affirmatiua extiterit) cõtradictoriũ prędicati de subiecto negabitur. At si negatiua exponibilis fuerit cõtradictoriũ prędicati distributum de subiecto enunciabitur.

¶ Sortes tantũ est aĩal sic extricatur sortes est aĩal & sortes non est nõ aĩal, sortes tantũ non est aĩal sortes nõ est aĩal & sortes oẽ nõ animal est, earum contradictorie contradictorio modo enodantur.

Exclusiuarũ quatuor sunt genera. In primo ordine nulla locatur negatio. In secundo vero negatio ante verbũ fertur. primo tertius, secundoq; quartus, infallibiliter opponitur.


Rdinum exẽpla seriatim locabuntur, tãtũ sortes est animal, tãtũ sortes nõ est animal, nõ tãtũ sortes est animal, non tãtum sortes nõ est animal. Ista etiam est primæ seriei tantum nullus homo nõ est animal, nulla negatio virtualiter antecedit copulam, resoluitur enim ĩ hãc tantum omnis homo est animal, cuius cõtradictoria est tertĳ ordinis. In secundo ordine negatio post signum in copulam fertur. Adducendo propositiones mixte qualitatis ordinem mixtum tortuose ponere potes. Propositiones primi ordinis sunt & exclusiue affirmatiue & propositiones affirmatiue. In secundo ordine exclusiua affirmatiua est propositio negatiua, hoc enim complexum exclusiua affirmatiua preçise appellat signum nõ negari, ꝓpositiones tertĳ modi sunt & exclusiue negatiue, & propositiones negatiue. At quarti ordinis propositiões affirmatiue exclusiue negatiue appellitantur.

In prima exclusiuarũ serie de subiecto dici & a quolibet eius cõtradictorie opposito remoueri. In secũda vero de subiecto remoueri & de eius opposito affirmari prędicatum denotatur, hic exclusiue denominantur.

¶ Hęc exẽplis detigemus tantũ sortes est currẽs denotaĩ q sortes sit currẽs & nullus nõ sortes sit currẽs, tantũ b nõ est c, b nõ est c, & om̃e nõ b est c. Ex isto patet exclusiue facillime exponũtur vt tantũ hõ est aĩal sic, homo ẽ animal, & nihil nõ homo est aĩal vel nõ nõ hõ est animal priori negatione capta neganter & secũda infinitanter. Illic aĩal dicitur de hoĩe & a quolibet nõ hoĩe remouetur, & ita in alĳs ordinibus hoc vnũ tamẽ oĩbus in exponibilibus linceis oculis haud negligito, cũ nota nõ negetur copulatiue, at si negeĩ disiũctiue ꝓpositio est eluẽda, si signum syncathegoreuma fuerit hęc norma instãtiã minime patitur, quare hoc dixerim ex dicendis in comparatiuo & defert satis notũ euadet.

Cõtradictorias exponẽtes opposite exponibiles, sortientur & hoc singulis in exponibilibus regula infallibilis esto.

¶ Itaq; cũ primi secũdiq; modorũ ꝓpositiões copulatiue extricãtur & copulatiua & disiũctiua ex partibus oppositis cõflate cõtradicãt, earũ cõtradictorie de tertio & quarto ordinibus per disiũctiuã oppositã explicabũtur, vt nõ tãtũ hõ est aĩal nõ hõ est aĩal vel non hõ est aĩal capta negatiõe in secũda infinitãter nõ tantum homo non est animal, non homo nõ est animal vel non homo non est animal.

Ex hisce clare hęc regula facilis ĩexpugnabilisq; exclusiuas exponendi infertur. Prior exponẽs esto pręiacẽs. Secũda vero vniuersalis opposite qualitatis ad exponibilem in qua subiectũ exponibilis in terminum contradictorie oppositũ mutabitur.


Ręiacens enim est totũ remanens signo exponibili remoto, subiectũ exponibilis secundũ exigẽtiã copulę in secunda exponẽte in terminũ contradictorie oppositũ (a quo fit exclusio) caute muteĩ, & prorsus nulla est ambages. Istud exẽplariter scatet tãtũ a est nõ b, a ẽ nõ b & nullũ nõ a ẽ nõ b, tãtũ nõ a nõ ẽ b, nõ a nõ est b & oẽ a est b. tãtũ sortes nõ est nõ currens sortes nõ est nõ currẽs, & oĩs res q̃ est nõ sortes est nõ currẽs. Nõ tãtũ hõ nõ currit sic exponiĩ nõ hõ nõ currit & aliqđ nõ hõ nõ currit cũ exponibilis erat affirmatiua hęc secunda negatiua erit, sed hic tãtũ hõ currẽs nõ ẽ fac terminũ currẽs distribui ĩ scđa exponẽte, aliter exponẽtes erũt vere exponibili falsa, Sępicule etiã scđa exponẽs est opposite quãtitatis dicitur sępicule quia si subiectũ ĩ expõibili distribuatur hoc non oportet, vt tantum nullus homo non est

animal quę æquiualet huic de primo ordīe tā tum omīs homo est animal (vt superius retulimus) quę sic exponitur omnis homo est animal & nihil non omnis homo est animal, vbi signum vniuersale nō est pars subiecti, vel sic nullus homo nō est animal & nō nō omīs homo est animal negatione priore capta negāter secunda vero infinitanter, in omnibus his salutem vbi primus terminus distribuitur in posteriore exponente quę semper erit vniuersalis signum vniuersale affirmatiuum medians inter subiectum exponibilis & negationē infinitantem cum negatione infinitante prępositā accipito seruando oppositam qualitatem, tantum non omnis homo nō est animal per tertiam regulam ęquipollentiarum huic ęquipollet tantum homo est animal, & simili modo dicitur, tantum nullus homo est animal eodem modo exponitur sicut ista rui æquiualet tantum omnis homo non est animal quæ est falsa, nam omīs propositio de signo exclusiuo affirmato in qua fit exclusio ab opposito termini complexe distributi habentis plura supposita est falsa vt inductiue patet. & ita ꝓpositionabiliter in obliquis & aliis facito, & nihil difficultatis exponendo cum signis vniuersalibus censebis, tantum homo & quodlibet risibile e homo & quilibet homo sunt, vīc sic exclusio a priore parte solum, sic expōitur homo & quodlibet risibile r homo & quilibet homo sunt, & non non homo, & quodlibet risibile e homo & quilibet homo sunt capiendo priorē negationem in hac neganter & secundā infinitanter, quæ huic æquiualet omne non homo & risibile quilibet homo & homo non sunt, vbi terminus homo prior pars prędicati quæ supponebat mixtim in sua cōtradictoria & in prima exponente distribuitur in ordine ad duas suppositiones confusam videlicet & determinatam, & ita vtrobiꝙ termini distributi manebūt opposito mō in scd̄a exponēte secūdū artem in contradictoriis traditam quādo supponit terminus mixtim in expōibili respectu duarū distributionū a quarum nulla fit exclusio, hoc ad dīt quia si sic tunc solū habendus est oculus ad aliā distributionē cū ille terminus in cōtradictoria secundę exponētis nequit stare mixtim, quare secūda exponēs huius tantum oīs hoies e risibile & quilibet homo sunt erit ista nō non oēs hoies risibile & quilibet homo sunt in cuius cōtradictoria prior pars prędicati & similiter in priori exponēte stat determinate, & nō mixtim. & ita vbiꝙ termini distributi in prima exponēte respectu particularitatis actius oppositio non sit exclusio in posteriore explanāte oppositio stabunt ad suppositiōes prioris exponētis, dicit a ruius opposito &c. quia licet homo distribuat in priore exponente istius in ordine ad terminū stantē cōfuse tū, tantū a risibile oīs homo est, non tamē necesse est vt stet determinate in secūda exponēte. Cęterū tantū omīs asinus est ipsemet (quę est vera) sic exponitur, omīs asinus est ipsemet & nihil non omnis asinus est ipsemet ita ꝙ ipsemet habeat terminū asin⁹ in eadē exponente secū pro suo antecedente, & non in exponibili aut in altera exponente, & ita cū aliis relatiuis facito vt tātū sortes videt se vbi se in secunda exponente habet terminū sortes, & nō terminū infinitū pro antecedēte, veritas tamē illius cū signo vniuersali optime etiā cognoscitur per assensum.

Cęterū si notio numeralis in exclusiua reperiatur gratia pluralitatis per plura ꝗcōformiter ad enarrata manifestabit.

¶ Non tamē eo inficias ꝓpositionē in qua ponit terminus nūeralis etiā gratia alietatis posse exponi, vnde fit, ꝗlibet talis distīguēda venit penes hoc ꝙ duplicē sensum vēdirare potest, aliqua ꝓpositio ēcludit terminū nūecalē formaliter, vt tantū qnꝙ sunt prędicabilia, aliqua ipsum ęqualēter, vt tātū Iohānes & Robertus & Petrus sunt in cāpis, sed siue hoc siue illud inueniat, semper ꝓpositionē exponibilē gratia pluralitatis reddit. Quatuor sunt etiā ordies exclusiuarū gratia pluralitatis, exēpla ordinate sequentur, tantū duo sunt, tantū duo nō sunt, nō tātū duo sunt, nō tantū duo sunt, quę sic exponūtur. duo sunt & non plura ꝗ duo sunt. secunda exponit sic, duo nō sunt & oia plura ꝗ duo sunt, secūda exponēs ē vniuersalis affirmatiua i qua pdicatū affirmatiue dicit de subiecto cū ista dictione plura ꝗ. Tertia sic, nō duo sunt vel plura ꝗ duo sunt Quarta opposito modo ad secūdā expōit, & ita vtrobiꝙ, tātū duo hoies nō currūt, duo hoies non currūt, & oēs plures hoīs ꝗ duo currūt, conformiter ad expositionē gr̄a alietatis loco negatiōis īfinitātis ponēdo hoc cōplexū plura ꝗ. Ex hoc patet hār illationē esse nullā tātū duo sunt duo entia, ergo tātū duo sunt entia (loquēde entib⁹ totalib⁹) patet antecedēs esi verū & cōseqns falsum, vt speculāti notū ē. Et cū non valet descēsus copulatī sub pdicato ꝓpositionis exclusiue expōibilis g̃ra pluralitatis nō cōducit dicere pdicatū stat cōfuse tātū. Ista non seqntia nihil valet, tātū duo sunt duo, ergo tātū duo sūt ista duo & ista duo & sic de singulis antecedēs ē verū, vt facile ꝓsuas exponentes

inuenies & cõseq̃ns falsum, vt p falsitatẽ prioris exponentis statim depręhendes, quę ẽ hæc aliqua duo sunt ista duo & ista duo & sic de singulis. Ex illa iterum patet. non valet consequẽtia a propositione exclusiua gratia pluralitatis exponibili primi ordinis ad propositionem de signo collectiuo vocabulis transpositis, patet exemplariter. non sequitur tãtũ ista duo sunt duo sortes & platone demonstratis, ergo omnia duo sunt ista duo, cum istius consequentie antecedens sit verum, & consequẽs falsum vltimo patet. hęc est vera tantum duo sunt, probatio, duo sunt & non plura q̃ duo sunt, igitur tantum duo sunt ab exponentibus ad exponibilem, prioris exponentis veritas lucida est, secundę exponentis veritas per falsitatẽ sui contradictorij depręhenditur, quod est hoc plura q̃ duo sunt, ergo plura q̃ ista duo sunt demõstrando sortem & platonem. consequẽs est falsum, quia ista duo sunt infinita eo q sunt infinite partes proportionales, ista tamen est falsa tantum duo indiuisibilia sunt.

Quãdo complexum in exclusiua ponitur a totius opposito aut sue partis exclusio fieri potest, & proportionabiliter ad illud propositio exponẽda est.

¶ Si enim fiat exclusio ab opposito totius complexi ab omni non contento sub illo complexo prędicatum remoueri denotatur, si tamen fiat exclusio secũdum vnam complexi partem solum, negatio infinitans in posteriore exponẽte pręcise feretur super illam partem, ab omni non incluso sub illa parte solum exclusio denotatur, hoc exemplis explicabo, sit solus plato albus, (de partis eius nitore nõ loquor) tunc hæc conceditur. tantũ sortes vel plato est albus si signum in totum disiũctum cadat, quæ sic exponitur. sortes vel plato est albus, & nulla res quę non est sortes vel plato ẽ alba, modo hæc copulatiua ẽ vera, si circa priorem partem solum denotetur exclusio sic ipsa est falsa. Nam omnis propositio de signo exclusiuo in qua sit solum exclusio ab opposito prioris partis disiũcti (modo prioris exponẽtis pars vltima fuerit vera) est falsa patet inductiue, asino currente hæc est falsa tantum homo vel asinus currit, patet per falsitatem posterioris exponentis, sic est de propositione assignata, igitur. verum tunc erit explicatio sic sortes vel plato ẽ albus & nihil nõ sortes vel plato est album, vt negatio infinitans pręcise infinitet illum terminum sortes & nõ totum, modo hoc est falsum cum eius contradictoriũ aliquod non sortes vel plato est album est verum. vt patet per disiũctiuam ad quam illa reducitur. Pro hac parte plato est albus, & ita in his & similibus dicatur tantum homines & asini sunt animalia, tãtum hominis asinus est animal, cuius secunda exponẽs si fiat exclusio ab opposito totius erit hæc nihil non hominis asinus est animal vt non infinitet totum. Siuero ab opposito prioris partis solum fiat exclusio dicas nullius non hominis asinus ẽ animal, vt negatio non pręcise feratur in priorẽ partẽ.

Ad exclusiue secundi ordinis veritatẽ extremorum disiunctum esse transcẽdens exigitur, at illud non sufficit.

¶ Litterę prior pars patet, cum in priore exponente prædicatũ de subiecto negetur, & de subiecti opposito vniuersaliter i secũda affirmetur. Secũdam partẽ declaro, hæc est falsa tãtum sortes non est ens pariter & hęc tantũ nõ chimera non est chimera. ¶ Ex his clare deducitur, iste non æquiualent tantum non chimera non est chimera & tantum chimera non est non chimera, prior enim est falsa & secũda vera. Secundo sequitur, aliqua est negatiua falsa cuius prędicatum non supponit. Tertio patet aliqua est affirmatiua vera cuius vnum extremum non supponit, patet de opposito prioris propositionis, nec istud est dissonũ in affirmatiuis negatiuisq; prignãtib⁹. Quarto patet, discurrendo ab affirmatiua ad negatiuam prędicato variato penes finitum & infinitum non valet ratiocinatio, non enim sequitur tantum aliquid est non chimera, ergo tantum aliquid non est chimera, & ratio est. tacite proceditur a negatiua ad affirmatiuam respectu secundarum exponentium quę illatio est nulla. Quinto sequitur. non quilibet terminus vere negatur de quolibet termino stante confuse tantũ habente plura supposita. Sexto sequitur, omnem exclusiuam de quarto modo cuius disiũctum extremorum non est transcendens esse veram, hoc patet. illud sufficit falsificare sui contradictoriam per litterã. Septimo sequitur, hęc consequentia non valet tantum substantia nõ est accidens & substantia est, ergo tantum aliquid non esse accidens, sed ponenda esse constã tantum substãtia esse vti alibi retulimus.

Cæterum pro exclusiuis plenius capescendis nonnulle regulæ notande veniũt, quarum prima esto. exclusiuam primi ordinis nõ exclusiua cuius subiectum nõ distributũ est superius consequentiale vel conuertibile cum eiusdem prędicato vbilibet infert.

HEc regula patet, ista illatio est bona animal ē homo, ergo tantum animal est homo rationale est sortes, ergo tantum rationale est sortes, ꝓpositio est cathegorica, ergo tantum enūciatio est cathegorica, istud liquet a primo ad vltimū procedendo, animal est homo. ergo homo est animal, & vlterius ergo omnis homo est animal, & ex consequēte tantum animal est homo. prima consequentia est conuersio simplex. secunda a particulari ad vniuersalem ī materia naturali. tertia tenet per quartā regulam a nobis post hac locādam. dicitur enim de subiecto non distributo, si vero subiectum distribuatur illatio est inefficax, nō enim sequitur omne animal est homo. ergo tantum omne animal est homo, etiam si subiectum stet determinate in exclusiua nō sequitur, hęc consequentia est nulla, animal est homo, ergo tantum b animal est homo. Idem cōtingit in diuinis, persona est filius, ergo tātum persona est filius si prędicatum cōplete distribuatur. Ex hac regula sequitur si non tantum animal est homo nullum animal est homo ex opposito enim sequitur oppositum per literā, igitur.

Secunda regula. Ab exclusiua ad exponentes & contra illatio est bona.

¶ Istud probationis non eget cum ab aequiualentibus discurratur, quod non solum verum habet in exclusiuis, sed vtrobiq; ab exponibili ad exponentes totales vel econuerso illatio est formalis hinc hoc pro omnibus dixisse sufficiat.

Tertia regula. exclusiua copulatiue exponibilis quālibet eius exponentem formaliter infert.

¶ Virtualiter enim a tota copulatiua affirmatiua ad alteram eius partem procedit, econuerso tamen consequentia est nulla, nisi pro quanto interdum a parte copulatiue affirmatiue ad totam copulatiuam affirmatiuam argumentum fuerit validum, hinc cōsequēs est ab vna exponente ad disiunctiue exponibilem consequentia fuerit bona, bene enim sequitur tantum animal est homo. ergo animal est homo. Itaq; bene sequetur nullum animal est hō. ergo nō tātū animal est homo, si aliqua consequentia fuerit efficax ex opposito oppositum inferre potes.

Quarta regula. Ab exclusiua primi ordinis gratia alietatis exponibili ad vniuersale in terminis transpositis ratiotiocinium est, & econuerso validum.

¶ Multo solidius clariusq; exclusiuarū primi ordinis veritates per hanc normam q̄ per exponentes deprehenduntur, & patet exemplariter regula infallibilis modo completa vniuersalitas & cętera paria teneantur, bene sequitur. tātum animal est homo, ergo omnis homo est animal, & econtra.

Vnde fit a particulari negatiua ad exclusiuam tertij ordinis illatio erit bona & contra.

¶ Hęc regula ex pręcedenti suam euidentiam capit procedendo ex opposito consequētis ad oppositum antecedentis. ¶ Ex hisce regulis carptū recitatis aliqua sequuntur correlaria. Primo sequitur hanc illationem esse bonam exponens est ꝓpositio falsa, ergo & exponibilis. Secundo sequitur hanc consequētiā esse bonam, hęc expones copulatiue exponit hanc exponibilem, at exponens est falsa. ergo & exponibilis. Similiter hęc consequentia erit bona, hęc exponēs disiunctiue exponit hanc exponibilem sed ipsa est vera, ergo & exponibilis est vera. Tertio sequitur, tātum filius regis potest esse plato, & non tantum plato potest esse filius regis. prior pars patet per vniuersale in terminis trāspositis, omne quod potest esse plato potest esse filius regis. Secunda pars patet per falsitatem sui contradictorij ęquiualentis vniuersali in terminis transpositis false. Quarto sequitur, tātum minoritanus potest esse pater tuus, & tamen tu non es nec fuisti filius minoritę. Similiter tantum album potest esse nigrum, tantum rubrum potest esse coloratum, tantum papa potest esse frater meus. Quinto patet hanc esse impossibilem, tātum vnum non est, cum hanc infert, nullum vnū est quod est impossibile. Sexto sequit̄ hanc esse veram, tantum nō omnis homo est homo cū haec vniuersalis sit vera, omnis homo est non omnis homo hac existente falsa, tātum omnis homo est homo, quę aequiualet huic vniuersali in terminis trāspositis, omnis homo omnis homo est. Septimo sequitur has esse impossibiles, tantum homo habet albedinē, tantum homo mouetur, licet hęc sit possibilis, tantum homo currit, si enim animal rationale habeat albedinem aut aliquā qualitatem pars essentialis eius haud illius est immunis, & sic nō tātum homo habet albedinem. Itemdudū si homo moueatur nō homo mouetur, motis nobis mouētur omnia quę in nobis sunt, secūdo

Thopicorum, sed illud non est necessarium in
cursu. Ex quo octauo sequitur, si sortes est al/
bus non tantum sortes est albus. Nono patet
hanc illationem esse bonam haec est vniuersa/
lis huius exponibilis in terminis transpositis,
sed ipsa est vera, ergo exponibilis ē vera. De-
cimo sequitur has non contradicere, tantū Jo
hannes equitat tantum Johannes nō equitat,
Nam me & famulum sanctum Niniani aut
Fiacrium voti gratia petentibus vtriusq; fal/
sitas est in foribus. In vtraq; enim virtualiter
est vniuersalitas, hoc est equiualent duabus ꝓ
positionibus de forma in quarum qualibet ex
presse eadē vniuersalitas saltem syncathego-
reumatica ponitur quod ad cōtradictionem
impediendam satis est. ¶ Sed vt enarrata radi
citus intelligantur variis argutiolis exercita/
tionis causa hec eadem oppugnauerimus.

Contra secundam regulam exclusiua
rum argumentor, nō sequitur. pater est essen
tia diuina & nihil aliud a patre est essentia diui
na, ergo tantum pater est essentia diuina & ta
men proceditur ab exponente ad exponibilē,
igitur. maior patet exponentes sunt vere, de
priore non est questio. secūda patet neutrum
genus est genus essentie, ergo nihil aliud a pa/
tre est essentia diuina, si enī aliquid aliud essen-
tialiter a patre eēt essentia diuina, tam illud es
set alterius essentie a patre, & tum hoc esset es
sentia diuina quod est impossibile.

Respondetur concessa maiore negetur
minor, expositio per aliud ab non valet, & nō
solum in diuinis est intermēda verumetiam
in creaturis, tantum a phenix fuit phenix ē fal
sa vt patet per vniuersale in terminis transpo
sitis, sit a nomen proprium phenicis qui fuit a
mille annis preteritis in Arabia felici. Et tamē
exponentes per aliud ab sunt vere (ponamus
ly fuit solum pro instanti vnire) iam prima est
nota a phenix fuit phenix, & secunda patet ꝑ
suam contradictoriam falsam, aliud ab a phe
nice fuit phenix, subiectum pro phenice nulla
supponit, nō enim pro a, nec pro alia ab a, cum
illa & a non simul tempore sunt aut fuerūt (vt
supponitur) quod requiritur ad veritatem ꝓ
positionis de aliud Capiatur igitur vbilibet ter
minus cōtradictoris subiecto exponibilis (vel
inter exponēdū retulimus) dicendo nullus nō
pater est essentia diuina que in vno sensu com
muni est falsa, & neutrū mendum offendes.

Secundo argumentor, non sequitur.
homo est homines, & nullus nō homo est ho-
mines vel nihil non homo est homines, ergo
tantum homo est homines, & tamen procedi
tur ab exponentibus ad expositam, igitur. cō
sequentia tenet cum minore, probatio maioris,
antecedens est verum tenendo partem inte/
gralem hominis esse hominē (sicut vulgo nūc
facimus) & falsitatem consequentis mox vni
uersalis in terminis transpositis ostēdit. ¶ Ad
secundum concedo maiorem negata mino/
re cum consequente, hic considerabis pro quo
subiectum exclusiue accipitur & infinitabis ip
sum complete in secunda exponēte, ita quod nec
accipiatur pro illo vel illis pro quo vel quibus
subiectū exponibilis accipit, & ꝓ oī illo vel il
lis ꝓ quo vel qb' subiectū expōibilis nō accipit
capiat si eī subiectū exponibilis collectiue sup
ponat exclusionem pluraliter in secūda expo-
nente accipito, si vero diuisiue sufficiat singu-
laris exclusio, si vtroq; modo terminus capia
tur puta collectiue & diuisiue vtrusq; acceptio
nem negabis, propterea propositionem datā
sic expones homo est homines & omne nō ho
mo & omnia non homo non sunt homines,
vel sic nō aliqd vel aliqua nō hō ē hoīes. Vñ
fit, ista exponibilis sic exposita est subalternās
secundum legem ad ipsam mitte si precise sin/
gulariter exponeret Pari forma dicas hic, tan
tum verum & hoc falsum contradicunt, de/
monstrando hanc nullus deus est, quia verum
& hoc falsum contradicunt, & nullum nō ve
rum & hoc falsum contradicunt, sed hoc non
sufficit, oportet negare pluraliter sic, nulla nō
verum & hoc falsum contradicunt & hoc est
falsum, quia hae propositiones contradicūt Jo
hannes studet & Johannes non studet demō-
stratis, & hae sunt nō verum & hoc falsum, quia
non sunt verum & hoc falsum, & sunt propo
sitiones, igitur. Et per idem patet falsitas secun
de exponentis huius tantum rex potest eē pa
ter agricole, subiectum huius rex potest eē pa
ter agricole pro quolibet regi possibili suppo
nit ponendo negationem infinitantem om/
nem talem suppositionem prohibere ista esset
falsa nō rex potest esse pater tuus, & sic opor-
tet insinuare in proposito, extra tamē has spe
ciales materias omnes tales non rex potest es
se pater tuus distingues.

Tertio argumentor, stat dare exclusi-
uam falsam exponētibus veris, ergo dicta nul
la, assumptum patet, accepta ista tantum fal/
sum est propositio exclusiua, exponentes erūt
vere, quia non oportet si exponibilis se falsifi-
cet exponentes se falsificare. ¶ Respōdetur cō
cedendo assumptum, vtrobiq; teneo non esse
inconueniēs admittere ex vero sequi falsum,
vel esse mutuam cōuertibilitatem inter duas

propositiones, quarum vna est vera, & altera
falsa, dummodo nulla sit causa falsitatis a falsi
ficatione ipsiusmet propositionis. Et eodē mo
do respondebis ad talem casum ponēdo sortē
dicere solum hanc tantū plato dicit verum &
cum hoc plato dicat solum deū esse nullo alio
loquente. tunc exponētes istius sunt veræ, &
exponibilis falsa. ergo modus exponendi inef
ficax. antecedens patet. de prima exponente
notum est. plato dicit verum. de secūda patet
quia da oppositum aliquod non plato dicit ve
rum. tunc ille erit sortes & sortes solum dicit
hanc tātum plato dicit verū. ergo tunc opor
tet vt nihil non plato dicat verum, a tota co
pulatiua ad alteram eius partem æquiualēter
& vltra nihil non plato dicit verum, sortes est
non plato. ergo sortes nō dicit verū in quarto
modo primę, & tunc vltra sortes nō dicit ve
rum, & dicit propositionem. ergo dicit falsum
& nihil aliud dicit q̄ illam exclusiuā, quia sup
pono partem propositionis gratia argumenti
non esse propositionem, & quando nō admit
teretur suppositio rediret eadem difficultas ad
dendo totale. ergo ipsa erit falsa. Respondetur
vt supra.

Quarto argumentor, non sequitur,
animal est homo & nullum non animal est ho
mo. ergo tātum b animal est homo vel capiē
do b in exponentibus (si libuerit) & tamen dis
curritur a b exponentibus ad expositā, illatio
non est tibi dubia cum minore, & tenebrositas
maioris sic excluditur, quia antecedens est ve
rum, & exclusiua æquiualet isti omnis homo
est b animal sicut ista tātum animal est homo
æquiualet huic omnis homo est animal. ¶ Ad
quartum potest negari casus & merito, eo q̄
maiores nostri in exponibilibus non vteban
tur isto modo loquēdi, cum propositio expo
nibilis de se sit obscura, non videtur cōueniēs
aliam tenebrositatem superaddere, sane nimia
curiositas in istis quisquilijs frequenter nos a
solidioribus disciplinis retrahūt. Secundo ca
sum admittere possum & dicere propositionē
propositam veram, quia potissima causa iudi
candi veritatem eius est exponētes cōmunes
quæ sunt veræ, nec debeo nouas sine grandi
motiuo cudere exponātes, & sic eandem vni
uersalem cum hac tantū animal est homo vē
dicabit, cum illę exponibiles formaliter æqui
ualeant. Tertio dicitur propositio exponibilis
proposita est falsa & exponentes cōmunes nō
sufficiunt illi, sed sic exponenda est animal om
nis homo est & nihil nō animal est homo istę
exponentes illam exponibilem formaliter cō
comitantur, quia exponibilis nunq̄ potest esse
vera nisi solo homine existente vel sola, & tūc
exponentes sunt veræ, vel capias relatiuum
identitatis in secunda exponente & exponē
tes vulgares sufficiunt. Vel quarto dicere po
tes cum subiectum exponibilis fiet determi
nate ab aliquo signo nō est imediate exponē
da, sed prius sub termino stante determinate
ascendendum est.

Quinto argumentor, non sequitur, a
homo omnis homo est & nihil non a homo
omnis homo est. ergo tantum a homo omnis
homo est, & tamen proceditur ab exponenti
bus ad expositam, igitur. Maior patet, quia an
tecedens est verum casu quo ly a faciat termi
num sequentem se stare confuse tātum, & cō
sequens infert hanc tantum homo omnis ho
mo est, per locum ab æquiualentibus quæ est
falsa, cum prior exponēs sit falsa, igitur. ¶ Ad
quintum nego maiorem, & ad probationem
iterum inficior consequentis falsitatem. Simi
liter nego eam inferre hanc tantū homo om
nis homo est. & ratio est quia discurritur a sup
positione confusa tantum ad determinatam
respectu multitudinis ī ordine ad duas primas
exponentes antecedentis & consequentis, licet
termini formaliter eodem modo accipiantur
& per consequens illę propositiones nō æqui
ualent. ¶ Sed quia est aliqualis color in opposi
tum æquiualentiam tribus ratiunculis proba
re conabor. Tum primo æquiualēt vni tertię
propositioni. ergo æquiualent. cōsequentia est
cōmunis animi conceptio, probo antecedens
habent eādem vniuersalem, quæ vtriq; illarū
æquiualet, vniuersalis vtriusq; est hæc om
nis homo est homo, vt ex quarta regula patet
Tum secūdo vna propositio cōtradicit vtriq;
ergo illę æquiualent, consequentiam alibi di
ximus infallibilem, restat solum probare ante
cedens. ista non tantum homo omnis homo
est contradicit vtriq;, eam contradicere conse
quenti non est dubium tenendo illud cōmune
non est verius cōtradicere q̄ toti propositioni
negationem præponere, quod vsq;quaq; tam
in cathegoricis q̄ in hipotheticis sustinemus, eā
contradicere antecedenti patet, nullus termi
nus distribuitur in affirmatiua, propterea vna
propositio cōtradicit his duabus a animal ho
mo est & animal homo est. Tum tertio regula
vniuersalis est exclusiua de primo modo & vē
niuersalis de terminis transpositis quo ad acce
ptiones terminorum terminis eodem modo
stantibus æquiualent, sed si hoc seruarē vtriq;
inuenirem hanc veram tantum homo omnis
homo est habendo analogiam ad hanc tantū
a homo oīs homo est. Potes facere argumētū

de descensu sub prędicato. ¶ Respondetur ad has rationes negando ęquiualentiam vni tertię propositioni, & quando probas, habēt vnā vniuersalem in terminis transpositis nego prę suppositum quādo prędicatum exclusiue nō distribuitur, vel dicitur supponendo eas habere vniuersales, vniuersalis huius tantum a homo omnis homo est est hæc omnis homo est homo, & vniuersalis alterius ē hæc omnis homo est b homo, ponendo b facere terminum stare determinate, habendus enī est oculus ad priores exponentes signanter quādo est distributio in prędicato exclusiue primi ordinis, & ex isto inferre potes, datur exclusiua primi ordinis quæ formaliter ęquiualet vni suarū exponentium scilicet priori, patet per formalem ęquiualentiā vni tertię. Immo quod amplius est, omis exclusiua primi ordinis in qua fit exclusio a toto & totale prędicatum distribuitur in priore exponente, aut saltem nulla manet particularitas ex parte prędicati in ea conuertitur cum prima exponente, vt tantum homo omne currens est huic ęquiualet homo omne currens est. ¶ Ad secundum, quando nitetis alia via probare illas ęquiualere per earum contradictorias, nego eādem propositionē vtriq; contradicere, & concedo illam adductam contradicere consequenti, sed non contradicit antecedenti, & causa est, quia in antecedente est terminus distributus æquiualenter in ordine ad terminum stantem confuse tantum, vt patet hic a homo omnis homo est, & eodē modo in prima exponente istius non tantum homo omnis homo est, quia prima exponēs est, non homo omnis homo ē, vbi ly homo in secundo loco stat confuse tantum, vt patet per suam verā contradictoriam, homo omnis homo est, modo hoc incōueniā. Sed hic potest esse replica, ergo tūc ista erit sua contradictoria non tantum homo omnis b homo ē, quā breuitatis causa pertrāseo. ¶ Ad aliud respondetur, quando dicis regula vniuersalis est exclusiua de primo modo & cętera. nego, licet sit bene verum nisi in casibus valde particularibus, vtputa quando subiectum prętacētis stat determinate respectu distributionis. De ascēsu nō est facienda vis nisi relatiuum idemptitatis operis cum virtualiter est terminus stans determinate, & hoc me mouet, quia regula vniuersalis est non modo in primo modo exclusiuarum, sed etiam in omnibus semper prima exponens est prąiacens in propria forma, vt tantum animal est homo, animal est homo, tātū animal nō est homo, animal nō est homo, nō tantum animal est homo nō animal ē homo, & sic in quarto modo, propterea malo dicere hanc tantum homo omnis homo est esse falsam quam veram, nec valet ascensus disiuncti uus aut copulatiu' sub prędicato, quoniā virtualiter proceditur a pluribus determinatis & cętera. secus est hic in exclusiua secundi ordinis tantum homo omne animal non est vbi ascēdentes sub termino animal vnam propositionē in qua terminus hō distribuit, infert hanc videlicet tantum homo animal non est q̄ hāc inferi omnis homo omne animal non est, sed fateor si seruarem quod argumentum suadet facile esset veritatem illius defensare.

Sexto argumentor, non sequitur. tantum homo omnis homo est, ergo homo omnis homo est cum non contigat formaliter argumentari a nō distributo ad distributum, & tamē proceditur ab exponibili copulatiue ad alteram eius exponentem, igitur. ¶ Ad sextū nego illationem non valere & ad probationē dicis formaliter in exponibilibus a non distributo ad distributum ratiocinamur & in conditionali procedendo a contradictorio consequentis ad contradictorium antecedentis, hoc enim contingit in ascensu, licet æquiualenter ī antecedēte a distributo procedatur. Idem hic videtur omnes apostoli dei sunt duodecim, ergo oēs oēs apostoli dei sunt duodecim vel hic omnes homines currunt & plato disputat, ergo omnes homines currunt vel plato disputat capiendo omnes collectiue in antecedēte, & distributiue in consequente. Si consequens sit formaliter necessarium aut antecedens formaliter impossibile vel in terminis synonimis discurratur vt homo ē homo ergo omnis homo est homo, quid mirum.

Septimo argumentor, ista est propositio exponibilis tantum aliquid ē vel non est, & non potest exponi per regulas datas, ergo regulæ datę sunt insufficientes, probatio maioris, si a propositio de nullo ordine exclusiuarum est. supponatur ipsa mixte qualitatis vel capiatur vna mixte qualitatis infero, ergo nō subit legem alicuius modi exponēdi. ¶ Respōdetur, aliqua est propositio exponibilis exclusiua de modo mixto vt de primo & secundo sicut est in proposito, & sic exponitur aliquid ē vel non est & nihil non aliquid est vel non est, sed negando vel difficile ē date plures veras, vel negatum a parte copule valet & affirmatum, & secunda exponens est impossibilis cuius contradictoria est hæc, non aliquid est vel non est quæ est necessaria. Similiter si fuerit de copulata copula vt tantum aliquid est & nō

est, debet eodem modo exponi aliquid est & non est & nihil non aliquid est & non est, sed prima exponens est impossibilis, & proportionabiliter in propositionibus de disiuncta & copula copulata simul, vt tantum sortes est vel non fuit & erit albus, & ita in modalibus cum modis vniuersalibus & particularibus.

Octauo argumentor secũdum modũ exponendi superius datum sequitur hanc concedendam tantum animal est homo. cõsequẽs est falsum. ergo & antecedens. consequẽtis falsitas declaratur, bene sequitur, tantum animal est homo. ergo tantum animal est. consequẽs est falsum. vt per eius exponentes innotescit, sequela patet, proceditur a propositione de est tertio adiacente ad propositionẽ de est secũdo adiacente affirmatiue, & talis modus ratiocinandi est bonus. ¶ Respondetur, cõcedendo hanc tantum animal est homo, & nego eã hãc inferre tãtũ animal est. & ad probationem in qua est pondus argumenti discurrendo a propositione de est tertio adiacente ad est secũdũ adiacẽs affirmatiue in ampliatiuis consequẽtia nihil valet. vt non sequitur Achilles est occisus. ergo Achilles est. nec sequitur Homerus viuit vt poeta. ergo Homerus est. Secũda propositio a propositione de est tertio ad est secũdum. vbi non ponitur terminus ampliatiuus non valet ratiocinium. patet per argumẽtum assumptum, quia ibi proceditur ab inferiori ad superius cum distributione superioris. vel dicitur illa est eius de est secundo animal est, delendo signum exclusiuum. Tertia propositio, procedendo a ꝓpositione de est tertio ad propositionem de est secundo vbi non est ampliatio nec discurritur cũ distributione superioris non valet, argumentum patet, non sequitur. omnis fluuius pręter Nilum est decrescens in estate, ergo omnis fluuius praeter Nilum est. Quarta propositio, hęc regula non tenet vniuersaliter extra exponibilia & ampliationes, patet non sequitur Cumulus piperis est cumulus. ergo cumulus piperis est. Ratio est, quia in ista deficit radix regulę quę est ab inferiore ad superius, propterea de est secundo illius debet esse cumulus piperis sunt. Et eodem modo hic admittendo illam propriam Michael & hic angelus sunt angelus. per ly hic demonstrando Michaelẽ vel nullam habebis vel hãc Michael & hic angelus est. Quinta propositio, nõ stando in variatione numeri regula nõ tenet, quia non sequitur secundum tenentes ens aequiuoce & analogice dici de substãtia & accidẽte albedo est color. ergo albedo est vel sũt, quia secũdum eos ens analogice dicitur de substãtia & accidente. ergo nullam habebit de est secundo vel sis contentus de hac albedo est in alio quę nõ est simpliciter de est secũdo. Sexta propositio, extra prędicta nõ sequitur hoĩem esse asinum est falsum. ergo hominẽ esse asinũ est, quia nihil est homo existens asinus, immo vix sequitur ly hominem esse asinum est.

Nono argumentor, non sequitur, tãtũ homo non currit. ergo omnis non homo currit, quia negatiua non infert affirmatiuã gratia formę, & tamen procedo vt supra, igitur, ¶ Respondetur ad nonum, in negatiuis praegnantibus sequitur formaliter affirmatiua neglecta consequentis formali necessitate aut antecedentis formali impossibilitati vt in proposito contingit, sequitur etiã formaliter regnũ meũ nõ est de hoc mundo. ergo rex sum ego. vel nullus rex sum ego, sed hoc consequẽs est necessarium formaliter haec tamen illatio logicaliter loquendo est nulla. Regnum meum nõ est de hoc mundo. ergo ego sum rex. Dixi logice per locum a contrario sensu qui locus est magni ponderis apud iurisconsultos & canonistas bene sequitur. ex modo loquẽdi hominũ negans regnum suum esse de hoc mundo tacite videtur inferre al ubi suum regnum esse.

Decimo argumentor, ex dictis haec esset falsa, tantum risibile omnis homo est, sed consequens est falsum, ergo & antecedens, cõsequentia cũ maiore liquet, minor patet ascendendo sub praedicato disiũctim vel disiũctiue cum ipsum non distribuatur ascendentes erũt omnes verae. ¶ Ad decimũ concedo sequelã at probatio maioris est nulla, ille ascensus est immobilis, Secundo dico probatio illius propositionis incipit a priore signo scilicet exclusiuo, da exponentes & post hoc ascendas. Non tamen inficior quin in primo & tertio exclusiuarum ordine ascendere descendereq; potes sicut in vniuersali affirmatiua & particulari negatiua in terminis transpositis respondentib⁹ tamen non sub praedicato huius, tantum substantia non est accidens.

Vndecimo argumentor, nõ sequitur, solum genitiuum solus nominatiuus pręcedit ergo solum genitiuũ nominatiuus praecedit, & tamen proceditur ab exponibili copulatiue ad alteram eius exponentem incipiendo expositionem a secundo signo, igitur. Maior patet, antecedens est verum & consequẽs falsum. veritas antecedentis patet per vniuersalẽ in terminis transpositis. ¶ Ad vndecimum cõcedo maiorẽ, minor est falsa quãdo sunt plura signa exponibilia in eadem propositione semper a

primo expositio est inchoanda, vt deus conti
gēter est creatura, nam primum signum in to
tum sequens cadit, & a posteriore illud proba
tur, opposito dato puta ex parte vtriusq; signi
expositionem ad libitum inchoare potes, tūc
eadem mentalis vltimata esset vera & falsa co
pulatiue, quia vera ratione primi signi exponē
do & falsa ratione alterius, & licet hæc propo
sitio omnis homo prȩter sortem currit a ly prȩ
ter inchoamentum exponendo nanciscitur ni
hil impedimenti est, cum signū vniuersale nō
reddat propositionem exponibilem vti in ex
ponibilium origine narrauimus, si placet dispu
tationis causa admittere expositionem a secū
do signo & non a primo inchoandam tūc ei⁹
qualitatem indagando signum primum inta
ctum relinques. Eodem modo dicatur de hac
solis tribus sola duo sunt pauciora & exponē/
tibus eius, & ita de quibuscunq; occurrentib⁹
Quo fit iste non ȩquiualent solum genitiuum
solus ntūs p̄cedit, & solus ntūs solū gtīm pre
cedit, solum est terminus primo probabilis in
vna, solus vero in alia, & sic de hac solis trib⁹
sola duo sunt pauciora (in qua ex parte vtriusq;
signi exclusiui potest eē exclusio alietatis tā
tū aut pluralitatis tātū, aut mixtim) dicatur hīc
consequens est iste non ȩquiualent solum sor/
tem solus plato videt, & solus plato solum sor
tem videt, quia ponendo platonem solum sor
tem videre & quemlibet alium hominem vi/
dere sortem & multos alios, tunc hæc propo/
sitio est vera, solus plato solum sortem videt
& ista ē falsa solum sortem solus plato videt,
quæ sic exponitur sortem solus plato videt
& nullum non sortem solus plato videt, mo/
do prima exponens est falsa, nec ponderanda
est eadem suppositio terminorum in illis, quia
signa aliter cadūt, ad quȩ oportet habere ma/
ximum oculum in exponibilibus.

Duodecimo argumētor, si modus ex/
ponendi esset bonus sequeretur hanc esse ve/
ram tantum deus de necessitate est ens vt pa/
tet per exponentes eius, secundum veritatem
materia prima & celum contingenter sunt, cō
sequens est falsum, igitur falsitas consequētis
probatur, prædicatum pro quolibet possibili
distribuitur, modo descendendo copulatiue
multȩ singulares inueniuntur falsȩ, igitur. De
scensus enim est mobilis sub prȩdicato exclu
siue primi ordinis ℂ Secūdo probatur falsitas
consequentis, bene sequitur, tantum deus de
necessitate est ens, ergo tantum deus possibili
ter est ens a subalternate ad subalternatam. Si
enim b necessario est b possibiliter est. ℂ Ad
duodecimum concedo veritatem propositio
nis allatæ, & ad minorem vnus modus nō om
nino absonus tenet prȩdicatum illud solum sta/
re pro ente necessario. Secundum hanc viā ra/
tio coloris habet nihil. Alia ē via rationi ma/
gis consentanea cui plus applicando, sequen
do hanc viam dico descensum nullius momē
ti, non solum respicienda est suppositio termi
ni descendendo vel ascendendo verumetiam
ad illud pro quo propositio verificari denota/
tur vt patet de ly hominis in hac tantum asi/
nus est hominis asinus ℂ Secundo, dico illam
esse primo probandam ratione primi signi sci
licet exclusiui, licet descensum ascensumq; for
maliter recipiamus in primo & tertio exclusi/
uarum ordinibus propter formalem ȩquiualē
tiam propositionum sub quarum notionibus
descensus ascensusve non ambigitur, si enim
modus in propositione ponatur descēsum ta
lem non admittimus. ℂ Ad secūdam proba/
tionem negetur consequentia, non enim pro/
ceditur a subalternante ad subalternatam per
antecedens denotatur deum solum de necessi
tate esse, & per consequens denotatur solū olī
pum possibiliter esse. Virtualiter enim proce/
ditur a possibili ad impossibile, patet in secun/
dis exponentibus, sed subalternans posterio/
ris fuerit ista tantum omnis homo possibili/
ter est ens.

Decimotertio argumentor, nō possu/
mus capere oppositum subiecti in secūda ex/
ponente, ergo modus datus exponēdi est nul/
lus, assumptum patet, quia tunc sequeretur ali
quam exponibilem veram, cuius exponentes
essent falsæ etiā extra se falsificantes, quod sic
ostendo, quia ista est concedenda tantum cur
rens potest esse currens, vt patet per vniuersa
le in terminis transpositis, & secunda exponēs
est falsa, & sua contradictoria quȩ est hæc non
currens potest esse currēs est vera, quod patet
quia hoc potest esse currens & hoc est non cur/
rens demonstrando quiescentem, ergo nō cur
rens potest esse currens, tenet consequentia a
resoluentibus ad resolutam. ℂ Respondetur,
negando q; non possum capere oppositū sub
iecti in secunda exponente, & ad probationē
nego exponibilem esse veram exponentibus
falsis, & concedo veritatem huius tātū currēs
potest esse currens, & distinguo cōtradictoriā
secundȩ exponentis esse veram, vel si negatio
infinitans prohibeat ne terminus infinitus sup/
ponat pro aliquo pro quo supponit terminus
finitus eius in exponibili, & sic nego, & ita ca/
pimus in proposito, si prohibeat, p̄ vna diffe

rentia temporis solum, vt crebro extra hanc materiam capimus, hoc non sufficeret pro exponentibus, quia in praesentia sensus est quod nec ē nec erit nec fuit nec potest esse currēs potest esse currens quod est falsum, & hęc cōseqntia est nulla, hoc potest esse currens, & hoc est non currens, ergo non currens potest esse currens, proceditur enim a non amplo ad amplū cum distributione ampli. currens enim in minore non ampliatur & in cōclusione distribuitur a negatiōe infinitante & ampliatur. vel sic, Itur a superiore ad inferius sine distributione superioris. Nam non currens pro pluribus supponit in minore quam in conclusione vbi nō distribuitur, pro nullo currente possibili in cōsclusione supponit. ex his conclude quod non esse currēs potest esse currēs, tamen multas tales distingue signāter extra hāc materiā, nō citharizās pōt citharizare penes hoc q negatio potest phibere suppositionē termini infinitati pro parte vel ī toto. nā secūdum exigētiā materię subiectę vario modo procedendum est.

Decimoquarto argumentor, nō sequitur, homo & asinus sunt animalia & nihil non homo & asinus sunt animalia, ergo tantū homo & asinus sunt animalia, & tamen ab exponentibus ad exponibilem progredior, igitur. probatur maior ponendo nullum esse asinum nisi vnum cū multis hominibus, & nulla sint alia animalia, tunc exponentes sunt vere (loquendo de animalibus totalibus) & exponibilis falsa, vt patet p vniuersale in terminis trāspositis. ¶ Pro solutione argumenti notabis exclusiua de termino complexo (vti ante hac fatisfumus) solet distingui secundum quod potest esse exclusio ab opposito totius subiecti vel complexi & tunc illud complexum debet infiniteari in secunda exponente, & nō bene datur suae exponentes, in secunda exponente infinitetur totum copulatum sic dicendo, nulla homo & asinus sunt animalia, si vero denotet exclusio ab opposito prioris partis copulati solum in tali sensu consequentia est bona, & consequens verū sicut & antecedens, & in tali sensu non habet vniuersale in terminis trānspositis, & ita in obliquis vt hominis asinus est animal, & nullius non hominis asinus est animal ergo tantum hominis asinus est animal ponēdo ab vno homine aliquos asinos possessos & a nullo alio, si sic exclusio ab opposito obliqui consequentia facta est bona, & consequēs verum, sicut & antecedens, si vero sic exclusio ab opposito totius subiecti consequentia nihil valet, nec pcedit ab exponētibus ad exponibilē, secūda exponēs erit hęc, nō nō hois asin⁹ ē aial capta priore negatiōe negāter & posteriore īfinitāter īfinitādo hoc totū hois asinus, semp ab opposito illi⁹ termini denotat fieri exclusio q totaliter in secūda exponente infinitatur.

Decimoquinto argumentor, ex prębatis sequit hāc eē verā tātū bos possibiliter ē creatura, cōseqns ē falsum vt patet p vniuersale ī terminis trāspositis, & seqla pbat, prior exponēs ē vera vt liqt, & posterior exponēs est hęc, ois nō bos possibiliter nō ē creatura cuius cōtradictoria ē manifeste falsa. ¶ Ad decimūqntū, negat seqla, ī scda exponēte debet capi copula cōtradictoria ad copulā expōībilis. vt patet in alijs vtrobiq, nō sane satis ē opposita qualitas verū copula contradictoria reqrit, da igit hāc secūdā exponētē ois nō bos īpossibiliter ē creatura ¶ Cōtra istd argumētor, istę exponētes sufficiūt bos possibiliter ē creatura, & null⁹ nō bos possibiliter ē creatura, & tn̄ non capit copula cōtradictoria in secūda exponēte ergo hoc minime reqrit, maior patet. istae exponētes formaliter ęqualēt exponētib⁹ abs te datis, igit. ¶ Rn̄deē, cōcedēdo has vltimas exponētes facere satis, & negat minor ęqualenter ē copula cōtradictoria, possibile negatiū valet īpossibile affirmatiū, sufficit ei eādē copulā totaliter negare vt patet ī illis deiesse fuisse & fore. ¶ Ex his cōseqns ē, tātū de⁹ possibiliter ē creat a nō eē aīs ad hāc tātū de⁹ possibilit nō ē creata. Cęterū qs nō itōueniēter dicere potest modales nō sunt īmediate expōībiles, verū earū veritates p suas deiesse cognoscunt, q̄ sunt immediate exponende, & sic multe ambages inutiles essent arcende.



Amiam restat quartam regulā carptim nō nullis rationibus quatere, primo non sequitur, tantum deus de necessitate est ens, ergo omne ens de necessitate est deus, & tamen proceditur ab exclusiua primi ordinis ad vniuersale in terminis transpositis, ergo regula nulla.

¶ Respondetur, male datur vniuersalis sicut illa praeiacens non potest conuerti in terminis ita nec exclusiua in proprijs terminis potest habere vniuersalem, & sicut in conuersione praeiacētis mutatur necessario in possibiliter, ita ī proposito, sua tamen vniuersalis non erit hęc omne ens possibiliter est deus, sed haec omne quod de necessitate est ens possibiliter est de⁹, vt proportionabilis significatio in vniuersali ad exclusiuam detur, licet enim praedicatum

istius tantum deus de necessitate est ens pro quolibet ente possibili supponat. tamen non licet demonstrare descendendo quodcunque ens contingens, eo quod prædicatum dicitur cōpetere subiecto mediante copula modificata.

¶ Et si dicas tātum deus de necessitate est ens ergo tantum deus ens de necessitate est, & vltra deus omne ens necessario est, vel tantum deus omne ens necessario est.

¶ Respondetur, nulla est difficultas dummodo vocabula capiantur vniformiter, potes cōcedere hanc tantum deus ens necessario est, & deus ens necessario est, sed hanc negabis deus omne ens necessario est, illic ens pro quolibet ente distribuitur, & quodlibet ens demonstrare potes, hoc ex modo concipiendi & vsu habetur, & si teneres terminum pro solo ente necessario, nulla est difficultas. Eodem modo dicas hic tantum homo fuit albus, habebit hāc vniuersalem omne quod fuit album, est vel fuit homo, & hic tantum creatura contingenter est deus hanc vniuersalem sibi vendicabit, omne quod contingenter est deus possibiliter est creatura, licet prædicatum istius exclusiue pro quolibet ente possibili supponat. non tamen demonstrare potes quodlibet ens in descendendo vt diximus de prædicato huius tantum deus de necessitate est ens, exclusiua huius vniuersalis omne ens contingenter est creatura est hæc, tantum quod contingenter est creatura possibiliter est ens. In exclusiuis primi ordinis quando ponitur determinatio vniuersalis ex parte copulæ in vniuersali ponēda est determinatio particularis reflectēdo tamen determinationem vniuersalem ex parte subiecti in exclusiua vt, tantum creans semper fuit deus hanc sortitur vniuersalem, omne quod semper fuit deus aliquando ē vel fuit creans. Tantum creans est & fuit deus habebit hanc vniuersalem omne quod est & fuit deus est vel fuit creans conformiter ad conuersiones cum ampliatione, tantum homines fuerunt & erunt homines, ergo omnes homines qui fuerunt & erunt homines fuerunt vel erūt homines. Hanc enim regulam pro omnibus accipito, quando vis dare vniuersalem alicuius exclusiue aut contra, dele signū siue vniuersale siue exclusiuum & præiacentem secundum dicta in conuersionibus in primo libro mutuo conuerte, conuertentique signum exclusiuum vel vniuersale secundum exigentiam quæstionis adijcies, & infallibiliter quæsitum inuenies, vt omnes homines risibile & quodlibet album sunt cuius præiacens homines a risibile & quodlibet album sunt, sic conuertitur a risibile & quodlibet album sunt homiēs præpono signum & inuenio exclusiuam illius vniuersalis, tantum homo fuit animal conuertēs præiacētis mutua est animal quod fuit animal est vel fuit homo præpone signum vniuersale & vniuersalem inuenies, ōme animal quod fuit animal est vel fuit homo, tantum rudibile cuiuslibet hominis currens est hanc sortitur vniuersalem omne quod cuiuslibet hominis currens est est rudibile, tantū sortes est & fuit albus hanc habebit vniuersalem ōme quod est & fuit albū est vel fuit sortes, & ita in alijs.

Secundo argumentor, non sequitur. tantum falsum est propositio vniuersalis, ergo omnis propositio vniuersalis est falsa, & tamē proceditur per eādem regulam, ergo regula nulla. consequentia claret cum minore, & maiorem probo, quia antecedens est verum & cōsequens falsum, assumptum probo, ponendo vniuersalem nullam nisi consequens esse, tunc exponētes exclusiue sunt vere, scilicet falsum est propositio vniuersalis, & nullum non falsum est propositio vniuersalis, & consequens est falsum quia se falsificat, vt patet aliquid intelligenti in insolubilibus, & si vis cauillare pro secunda exponente huius exclusiue eo quod sit vniuersalis, facio tibi hanc consequentiam tātum falsum est propositio vniuersalis affirmatiua, ergo omnis propositio vniuersalis affirmatiua est falsa, & reduco argumentū vt prius.

¶ Respondetur, negando argumentum non valere, quia quando consequens se falsificat non est inconueniens ex vero sequi falsum, vt alias profusius dicemus.

Tertio argumentor, non sequitur tantum rudibile est hominis asinus, ergo cuiuslibet hominis asinus est rudibilis, & tamen proceditur per regulam, ergo regula nulla, consequentia est nota & maiorem probo, antecedens est verum & consequens falsum, veritas antecedentis patet per eius exponentes, & cōsequens adiunctum cum propositione vera, scilicet plato est homo, infert falsum, ergo ipsum est falsum, minorem probo, & quia forte dicis non stat fundamentum regulæ quia termini debent eodem modo stare in antecedente sicut in consequente, tunc ergo oportet inferre hanc cuiuslibet hominis quilibet asinus est rudibilis quæ infert primum consequens, forte dicis regula non tenet in obliquis.

¶ Contra, radix regulæ regnat in obliquis sicut in rectis, regula enim fundatur super hoc verbo philosophi secundi perihermenias nomina & verba transposita idem significāt &c.

¶ Ad tertium, respondetur concedendo maiorem, male datur sua vniuersalis, vt patet per suas exponentes rudibile est hominis asinus idem est ac si diceretur rudibile est asinus hominis, & in secunda exponente habetur nullum non rudibile est hominis asinus, & in suo contradictorio non rudibile est hois asinus, idem est ac si diceretur non rudibile est asin⁹ hominis, propterea virtualiter est determinatio acceptra vnica in exponentibus, & ex consequente in exponibili, nõ autẽ in vniuersali, sua vniuersalis est hęc omne quod est hominis asinus est rudibile, vel quilibet asinus hominis est rudibilis, & istud patet per normam nuperrime traditam.

Quarto argumentor, non sequitur, nõ tantum homo non est asinus, ergo omnis asinus est homo, & tamẽ proceditur per regulam, igitur consequentia tenet cum maiore & minorem probo, quia forte dicis non ẽ de primo modo exclusiuarũ, sed de quarto, ideo nihil contra regulam. Contra, per radicem regulę nomina & verba trãsposita &c. sed eadẽ radix hic tenet. patet asinus distribuitur in antecedente quod si negaueris adde signa quousq; distribuatur quod si adhuc non vis, ergo habebo illatam hanc asinus est homo. Si dicas illa regula nomina & verba transposita in exponibilibus non tenet. Contra illo dato non haberet fundamẽtum regulæ principalis & hoc est de directo cõtra regulam. ¶ Ad quartum respondetur, concedo nõ sequitur, & nego argumentum esse secundum fundamentum regulæ, eadix enim regulæ non solũ stat in suppositione, sed in hoc quod est exclusiua de primo modo vel tertio. Secundo dico bene speculanti est dissimile, nam vniuersalis est probanda copulatiue & in exponibili est particularitas ex parte disiunctionis eo q; disiunctiue exponitur, quia prima exponens huius non tantum homo non est asinus est omnis homo est asinus, sed quia hoc est sub disiunctione ad hãc negatiuam non homo non est asinus argumẽtum vacat pedibus.

Quinto argumentor, non sequitur tãtum fortes videt se, ergo omne videns se est fortes, ponendo quemlibet hominem videre se antecedens est verum & consequẽs falsum. Idemtidem non sequitur tãtum fortes videt filium suum, ergo omne videns filium suum est fortes. ¶ Ad quintum, concedo neutram illarum consequentiarum valere, male dãtur earum vniuersales cum relatiuum aliud & aliud nanciscatur antecedens, dicere enim oportebit omne videns se fortem est fortes, & omne videns filium fortis est fortes, vniuersales prius illatę alias exclusiuas habent quas facile memoriter dabis.

Sexto non sequitur, tãtum leo asinus & capra sunt currentia, ergo omnia currentia sunt leo asinus & capra, & tamen discurritur per regulam, ergo regula nulla, consequentia tenet cum minore & probatur maior, antecedens est verum, posito casu q; leo asinus & capra currant, & nulla alia animalia & conseq̃ns falsum, quia bene sequit̃ omnia currentia sunt leo asinus & capra, sed leo & asinus sunt currẽtia, ergo leo & asinus sunt leo asinus & capra, cõclusio est falsa, ergo aliqua præmissarum, & non minor, ergo maior, quæ est consequens rationalis date. ¶ Ad sextũ dubito ad sequitur, si antecedẽs exponatur gratia alietatis, & capiatur signum distributiue in consequente bene sequitur, si exponatur gratia pluralitatis capiendo etiam signum distributiue concedo rationem non valere, nec tum proceditur per regulam, oportet enim vt sit exclusiua exponibilis gratia alietatis de primo modo ad hoc q; regulæ leges subeat.

Septimo argumentor, nõ sequitur omnis homo est pictus, ergo tantum pictum est hõ, & tamẽ proceditur per posteriorẽ partem regulæ, igitur. ¶ Respondetur, inferẽdum est tantum pictum est homo pictus. ¶ Adhuc non sequitur vtrumq; animal est homo, ergo tantum homo est animal, & tamẽ proceditur vt prius, igitur. ¶ Respondetur, non discurritur per regulam, cum subiectũ vniuersalis nõ distribuitur pro omnibus suis suppositis quæ habet in ordine ad illam copulam cũ qua ponitur, & propterea non sequitur omne animal est in archa Noe, ergo tãtũ ens in archa Noe est animal distribuendo subiectum antecedentis pro generibus singulorum. ¶ Insuper arguments, non sequitur cuiuslibet hominis asinus est currens, ergo tantum currens est hoĩs asinus. & tamen proceditur per regulam, igitur. Amplius non sequitur omne quod fuit ẽ, ergo tantum quod est fuit.

¶ Respondetur, ex quo illa non est vniuersalis & subiectum non supponit vnica suppositione nihil contra regulam, proceditur enim a non distributo ad distributum ex parte huius termini asin⁹, & ꝑpterea ista nõ habet exclusiuã hoĩs q̃libet asin⁹ ẽ currẽs, & ita vtrobiq; ꝑpositio vniuersalis de subiecto incomplete distributo vel parte nõ distributa nõ habet vniuersalem in terminis transpositis nisi talis pro

positio fuerit formaliter impossibilis vt vtrũ q risibile omne currens est, sed cuiuslibet hominis quilibet asinus est currens. illam exclusiuam infert, licet non cõuertibiliter. Poterit tamen dici ille de obliquis possunt resolui in vniuersales de rectis, vt ista cuiuslibet hominis est asinus potest resolui in hanc quilibet homo habet asinum, modo sua exclusiua erit hęc tantũ habens asinum est homo, & ita de hac & similibus cuiuslibet hominis quilibet asinus ē asin⁹. Ad vltimum dicitur, non bene datur sua exclusiua, sed erit hęc tantum ens est ens q̄d fuit.

Dubitatur circa exclusiuas quomodo termini in eis supponunt, & quomodo ascendendum descendendumve est in eis.

Secundo dubitatur, in qua materia est hæc tantum animal est homo & similes.

Tertio dubitatur, de conuersionibus exclusiuarum. ¶ Ad primam dubitationem respondetur conformiter ad regulas communes suppositionum, ex quibus si mẽte polleas nosti quomodo supponunt extrema huius tã tum animal est homo, & hic non tantum animal est homo animal distribuit, & homo stat determinate, patet per conditiones vere contradictionis, homo in hac tantũ animal est omnis homo stat determinate duo signa mobilitantia cadunt super illum terminum homo q̄ sese impediunt, per regulas communes suppositionum debet non distribui, ergo stabit determinate vel confuse tantum, & ad neutram partem potest esse ratio peremptoria. At ascensus magis suadet suppositionem confusam tantum, vt inferius patebit. Sed suppositionum communes regulę suppositioni determinate applaudunt, sed hoc te non moueat, cum veritates falsitatesve talium penes exponentes iudicabis, quare prędicatum huius nõ distribuitur tantum substantia non est accidens (intelligo semper in ordine ad illam totalem) prędicatum huius distribuitur tantũ substantia accidens non est.

¶ Verum de ascensu descensuq; maior est difficultas, vt dicitur sub terminis praecedentibus signum exclusiuum secundum exigentiam suppositionis semper licet ascendere & descendere, & hic hominis tantum quilibet asinus est, & insuper sub extremis huius tantum animal est homo possumus ascendere & descẽdere per regulas communes hoc est disiũctim sub subiecto & copulatiue sub prædicato, vt inter ratiocionandum superius retulimus, & hic non tantum animal est homo copulatiue sub subiecto & disiunctiue sub prædicato ascẽdemus, & ita vtrobiq; sub totali prædicato propositionis exclusiue habentis vniuersalem, licet ascendere & descendere copulatiue pro omnibus suppositis pro quibus supponit subiectũ talis vniuersalis, modo te ab erratis ascensum descensumve impedientibus proteges, hic autem non licet demonstrare omnia entia descẽdendo tantum deus de necessitate ē ens, vt ante dictum est, sed solum entia necessaria pro quibus subiectum vniuersalis accipitur. In hac propositione tantum risibile omnis homo est non ascendemus sub prædicato quin prius exponatur vti superius in responsione ad decimum diximus. Non enim possumus primo ascẽdere sub prædicato copulatiue aut disiunctiue vt speculanti innotescit, nec copulatim cum ille terminus non stet confuse tantũ copulatim. Item tunc sequeretur hanc esse veram tantum populus omnis homo est, nec disiunctim tantum risibile iste hõ vel iste hõ & sic de singulis est. Potes tamen sic ascendere tantum risibile omnis iste vel iste homo, & sic de singulis, est. & sic esset suasio vt homo illic staret confuse tantum, vt iampridem insinuimus, & hic tantum substantia non est accidens disiunctim ascendere potes. At ille non est effectus suppositionis determinate. Potes itaq; melius dicere stat determinate immobiliter, & sic de subiecto huius non tantũ ois creator non est creatura. Et de ly hominis in hac tantum rudibile est hominis asinus est difficultas, quia non sequitur, ergo tantum rudibile ē istius hominis asinus demonstrando sortem non habentem asinum, & tantum rudibile est istius hominis asin⁹, ergo copulatiue descendere nõ potes, probabile est igitur totale prædicatum distribui & nõ ly hominis, licet istud non vincat, quia fortassis diceretur quum virtualiter est determinatio accepta vnica ascendendum est & descendendum sub toto non parte.

Ad secundam dubitationem respõdetur, non est specialis difficultas circa exclusiuarum materias alia ab ambage communi materiarum, illic diximus omnes propositiones ex eisdem extremis compositas eandem materiam vsurpare, & cum animal est homo & homo ē animal sint in eadem materia, & tãtũ animal ē homo componitur ex eisdem extremis si sic exclusiua, erit igitur in materia naturali si sic de excluso extremo facile dabis ei⁹ materiam per illa quæ circa propositiones de excluso extremo retulimus. Nec ex isto cõseqns est has ęquiualere tantum homo est animal &

tantum omnis homo est animal, licet sint indefinita & vniuersalis in prędicatione directa in materia naturali, regula illa infirmitatem patitur quando subiectum stat confuse tātum vt patet in istis a risibile omnis homo est & omne risibile omnis homo est, a homo non est anial omnis homo non est animal.

Ad tertiā dicitur superuacaneū est tēpus in exclusiuarum cōuersionibus terere, cū earum veritates & falsitates huiusmodi sinceri us depręhendantur, non nihil tamen breui dicam. In quarta regula & eius correlario de primo & tertio ordinibus iam diximus. Nam bene sequitur tantum animal ē homo, ergo omnis homo est animal & non tantum animal ē homo, ergo aliquis homo non est animal, in simili forma instare nequis, & ita vtrobiq; quādo ē exclusio gratia alietatis simpliciter ab opposito totius subiecti, si enī fuerit exclusio pręcise ab opposito partis subiecti proprię nō habet vniuersalem, vt alicuius hominis tantum asinus est animal, in qua propositione nō sunt dande exponentes immediate, cum termin⁹ cōmunis pręcedat signum est pręmitter descēdendum aut ascendendum, sicut vtrobiq; in alijs exponibilibus, dicitur proprię nam illi & huic similiter tantum hominis asinus est anial excludendo pręcise ab obliquo aliquo modo siue materialiter possūt signari vniuersales faciendo terminum a cuius opposito denotabatur exclusio fieri in exclusiua esse totale prędicatum vniuersalis, quę erunt iste alicuius hominis quodlibet animal ē asinus & quodlibet cuius asinus ē animal est homo, & proportionabiliter in alijs est dicendum. Et pręterea dico tantum animal est homo conuertitur conuersione non mutua in hanc homo est animal tantū oē animal est homo conuertitur in hanc hō est aīal vel oīs homo est aīal, tātum aīal est sortes, ergo sortes est aīal. Ex istis sequitur aliqua exclusiua cōuertit simpliciter, aliqua vero per accidens. Secūdo sequitur, non in omi conuersione simplici cōuertēs infert cōuersam patet quando subiectū exclusiue non distribuit, & per consequēs nō semper est conuersio mutua. Tertio sequitur, exclusiua de primo modo non conuertitur in exclusiuā, non enim sequitur tantū animal est homo, ergo tantum homo est animal, infert tamen exclusiuam eiusdem ordinis supposita constantia cōtradictorij subiecti terminis transpositis mutatisq; finitis in infinitos vt tantum animal est homo & non homo est, ergo tantum non homo est nō animal. Quarto sequitur, procedendo ab exclusiua ad vniuersalem seruato eodem ordine mutatis terminis finitis in infinitos argumentum est validum sicut per contrapositionem, probatur formaliter sequitur tantum homo est animal, ergo omne animal est homo & vltra per conuersionem omis non homo est nō animal, quare posuerim sicut per cōtrapositionem facile ex conuersionibus capies. ¶ Caeterum exclusiua secundi ordinis in vnam exclusiuam eiusdem ordinis minime conuertitur non enim sequitur tantum chimera non ē ens ergo tantum ens non est chimera. At cum exclusiua secundi ordinis cum pręiacente sit indefinita negatiua conuersionis per cōtrapositionem solum legi ē subiecta. De exclusiua quarti ordinis dicitur, ipsa potest cōuerti in exclusiuam eiusdem ordinis terminis transpositis cū constantia extremorum vt facile est exemplificare, sed in his conuersionibus non magnae frugis non amplius insisto. De hoc senticoso sophismate tātum exclusum est exclusum secundo priorem deo auspice dicem⁹, & haec de exclusiuis.

Sequitur de exceptiuis.

In exceptiuis tres exponentes accipito, quarum prima erit pręiacens, at vice partis extra capte notionem contradictorie oppositam locabis. In secūda vocabulum a quo sit exceptio de parte extra capta mō nota exceptiua non negetur affirmabitur, de qua praedicatum cum aduersa qualitate ad exponibilem in tertia exponēte enūciabitur.



Igna exceptiua sunt pręter pręterq̄ nisi & similia. Nisi tam ī affirmatiuis quā ī negatiuis ponitur, sed raro sine negatiōe vt nullus summulista si Andreas vigilat non nullus summulista nisi Andreas vigilat, & si haec propria teneatur quilibet studens nisi Petrus dormit non habetur ratio peremptoria in oppositum. In talibus grammaticos cōsulito. Nisi interdum capitur illatiue & valet saltem in consequendo si nō, & quāquam in eo imbibatur negatio nō cadit in terminū

immediate sequentem etiam distributiõis capacem. Et primo in terminum immediate sequentem copulam propositionis in qua ponitur fertur, vt nisi homo esset rationalis homo non esset homo, illic cadit super illum terminũ rationale & non super illum terminum homo & æquiualet huic si homo non esset rationalis homo non esset homo quę est vera Et ista est falsa nisi homo rationalis esset homo nõ esset homo, & æquiualens huic false, si homo rationalis non esset homo non esset homo. Alio modo capitur nisi exceptiue & sic valet præter, hoc modo impręsentiarum vocabulũ accimus. Ex hijs consequẽs est nisi hic capitur illatiue & non exceptiue, nullus homo legit Parisius nisi ipse sit asinus, & sensus est si null⁹ homo sit asinus nullus homo legit Parisij, quod est falsum. Ista tamen est distinguenda, nullus homo nisi sortes pilam pulsat, si ly nisi teneat exceptiue ita q̄ ly sortes est pars multitudinis de ly homo, tunc est sensus nullus homo præter sortem pilam percutit, si ly nisi capiatur cõsequutiue vel illatiue, & tunc est sensus, nullus homo pilam ictat, si sortes pilam non pellit.

¶ Pręter & pręterquã indifferenter cum affirmatione & negatione ponuntur, præter regit accusatiuum post se, præter nonnunquam capitur diminutiue, & tunc non constituit exceptiuam proprie dictam, vt decem præter duo sunt octo, subiectum illius accipitur pro octo demonstratis, de octo angelis verum est dicere hi sunt decem præter duo, hoc est duobus minus, & non sequitur sunt decem, quemadmodum octodecim angeli sunt duodeviginti & nouemdecim sunt vndeuiginti. Interdũ capitur additatiue, vt dedi sorti viginti nummos auri etiam præter vestem, & tantum valet sicut iũ. Interdũ tamen valet vltra, vnde Plinius libro decimo, pręter hominem somniare equos, canes, boues, pecora, capras palam est. ¶ Insuper tria sunt in propositione exceptiua summa vigilantia consideranda, vocabulum a quo fit exceptio, pars extra capta, & pręedicatum propositionis. quid sit pręedicatũ ex primo tractatu nosti. Dictio a qua fit exceptio est communiter pars subiecti pricipalior & pręcedens notam. Pars enim extra capta est terminus super quem fertur signum. ¶ Hijs prælibatis omne animal pręter hominem est brutum sic exponitur, omne animal non homo est brutum, & omnis homo est animal, & nullus homo est brutum, omne animal pręter hominem non est risibile, omne animal nõ homo non est risibile, & omnis homo est animal & omnis homo ẽ risibilis, ex quibus patet prima exponens est pręiacens, sed loco signi exceptiui negationem infinitantem locabis, capiẽdo terminũ extra captum in recto si dictio a qua fit acceptio ponatur in recto. Secundo patet, secunda exponens est affirmatiua in duobus primis generibus. Tertio patet, cuiuslibet exceptiue primi ordinis vltimam exponẽtem esse negatiuam & secundi affirmatiuam, & nõ sufficit aduersa qualitas, sed requiritur contradictoria copula, sicut in secundis exponentibus exclusiuarum dictum est, quare tertia exponens huius omnis homo præter sortẽ possibiliter est erit hęc, sortes impossibiliter est, & non hæc sortes possibiliter nõ est, & ita in alijs modalibus. Contradictoriæ istarum disiunctiue opposito modo elucidabuntur. Nam contradictorie exponibiles (vt in exclusiuis diximus) vbilibet contradictorias sortientur exponentes, & cum signum negetur disiunctiue cum vero affirmetur copulatiue, ppositio exponenda venit. Tenebis etiam terminos vniformiter quo ad restrictionem ampliationem in exponibili & exponente, vt quilibet homo præter mulierem est homo masculus sic exponitur, quilibet homo qui nõ est mulier est homo masculus & omnis mulier est homo masculus & hoc nisi restrictio ꝑueniat a parte extra capta, de qua posthac sermo fusius fuerit. Si autem terminum a quo fit exceptio termimus communis anteeat primo sub tali est ascẽdendum, vt in hac quemlibet hominem omnis homo præter sortem videt prius ascendimus antequam exponamus.

Quatuor exceptiuarum ordines proportionabiliter ad exclusiuas accepta re sufficit.

¶ Primus ordo est in quo nulla ponit̃ negatio, vt omnis homo pręter sortem disputat. In secunda serie sola negatio postposita signo copulam anteit, vt omnis homo præter sortẽ non disputat, & tertius primo quartusq; secundo opponitur. ¶ Vltra hos nõnulli alios quatuor superuacaneæ addunt, hoc bipharia̅ retexo. In primis iuuenũ capita multiplicitate (quæ est ignorantiæ origo) confundunt. Secũdo sic, quintus modus eorum & secundus coincidunt, ergo inaniter ponũtur, frustra fit per plura q̄d potest fieri per pauciora, antecedens patet, capiantur duæ propositiones, quarum vna sit de secundo & alia de quinto secũdum eos, vt non omnis homo pręter sortem currit, & oĩs homo non præter sortem currit. vtraq; istarum exponitur disiunctiue & non defferũt nisi penes exponentes vniuersales & particula

res in primis exponentibus, secundæ enim & tertiæ sunt synonimæ. scilicet sortes non est homo & sortes currit, sed propter vnam propositionem vniuersalem & aliam particularem, non dantur diuersi modi, quia tunc in exclusiuis dares multa plura genera q̃ quatuor. vt tantum omnis homo currit tãtum homo currit tantum sortes currit. Eodem modo septimus modus & quartus coincidunt, & octauus & tertius & sextus & primus. exẽpla de sexto & primo. vt omnis homo præter sortem currit, & non omnis homo nõ præter sortem currit immo potes sic disponere terminos, vt eodẽ modo supponant. vt omnis homo pręter sortem currit non homo nõ pręter sortem currit, quia ly homo distribuitur in vtraq; aut in vtraq; distribuitur ly homo. & ita ĩ alijs modis. Ex his clare habes hanc modorum multitudinem esse minus vtilem. Pari forma in reduplicatiuis dicendum est. ¶ Cęterum grammatici haud vulgares (quos in talibus dialecticos nõ dedecet imitari) nullam exceptiuam propriã nisi eius subiectum distribuatur cõstanter prædicant & hoc ex modo significandi signi exceptiui prouenit. Vnde fit hęc nõ est propositio homo præter sortem currit. Secundo sequitur Licet istę æquiualent non omnis homo currit & homo non currit. Tamen addendo præter sortem vtriq; vnum aggregatum non æquiualet alteri, imo vnum erit nõ propositio. Ex quo vlterius inferunt aliqui, ab vniuersali ad indefinitam non semper valet argumentum. quia non sequitur, omnis homo præter sortẽ currit. ergo homo præter sortem currit. Sed istud corrolarium non recipio. concedo tamẽ consequentia nihil valet, quia non est ibi consequentia, cum non sit consequens. Sed ex illo non habent correlarium, nõ enim infertur indefinita, cum non est propositio. At illa vniuersalis infert hanc indefinitam nõ omnis homo præter sortem non currit. ¶ Insuper secundum loquentes cõmuniter, non est exceptio nisi vbi pars extra capta contineatur sub termino a quo fit exceptio. Ex quo sequitur hæc nõ est propria oĩs homo præter animal currit. Nec ista omnis homo præter coruum volat.

Sed cõtra ista argumẽtor, hęc est propria, non omnis homo præter sortem currit, alias omnis homo præter sortem currit nõ habebit cõtradictoriam contra Aristotelem primo perihermenias dicẽtem Cuilibet affirmationi est vna negatio opposita contradictorie & econuerso, & tamen subiectum non distribuitur. ¶ Similiter ista cõceditur, tot' Aethiops præter dentes est niger. ¶ Respondetur, negãdo minorẽ, illic ly homo distribuitur, quia distribuitur in ista omnis homo præter sortẽ currit Et si vis habere solutionem vniuersalem (propter negãtes partem propositionis esse propositionem) dicitur, sufficit vt ponatur cũ signo vniuersali de per se, alias etiam contenderetur q; ista esset propria homo præter sortẽ currit, quæ est pars huius omnis homo præter sortẽ currit, quia subiectum illius distribuitur. Sed secundum ista principia quæ insequimur ista homo præter sortem currit (quę est pars istius omnis homo pręter sortem currit) non est propria, & pars non est propositio, quia illic per se non ponitur distributio, vel in illa cõgerie nõ ponitur signum distributiuũ. Secus est hic nõ omnis homo præter sortem currit, si hanc homo præter sortem currit, quæ est pars huius, omnis homo præter sortem currit propositionem admiseris, similem orationem separatim propositionem admittere potes. ¶ Ad aliud dicitur Si totus capiatur sincathegoreumatice ipsa est ꝑpria, si pure tamen cathegoreumatice capiatur, ipsa est impropria. ¶ Si hæc admittatur ꝑpria, sortes non est animal præter hoĩem non potest habere hanc cõtradictoriam sortes est animal præter hominem, sed præponetur alia negatio. Quando ponitur signum collectiuum est propria. Vides in multis de proprietate in exceptiuis contenditur, proprietas loquendi ex vsu dependet. Propterea si vsus has reputatas improprias admittat cum vulgari modo me flecto, sin autẽ eas improprias dico.

Propositio de excepto extremo penes vocabulorum suppositionem aliarum more cognoscenda venit.

¶ Aliqua ꝑpositio ẽ de excepto subiecto. Aliqua vero de excepto prædicato, exẽplum primi. vt videtur omne astrum in orizõte pręter saturnum bene speculatur, exemplũ secundi sortes videt omnem planetam pręter Iouem. ¶ Vnde fit, hæc est vera in sensu excepto omne animal præter hominem est irrationale, subiectum solũ supponit pro bruto, quocunq; bruto demonstrato hæc est vera. hoc ẽ animal præter hominẽ, vel hoc est animal aliud ab homine, & prędicatum pro eodem supponit. ¶ Similiter hæc est vera, omnis summulista præter patritium est in sacello, ponendo omnes summulistas decantantes salutationẽ nostrę dominæ. Non stes in iproprietate, hoc totum summulista præter patritium ꝑ quolibet summulista supponit si patritius non sit

summulista, & si nouitius in artibus fuerit, ꝓ quolibet alio a patritio supponit, & pr̨dicatũ cuilibet tali competit, ergo illa est vera. ¶ Idẽ eidem negatiuarum veritates deprehendes, vt omnis artista præter Iohãnem non disputat. Idem enim est hic præter negari (dummodo c̨tera sint paria) & ipsum non negari.

Cæterum nonnullæ regulæ pro exceptiuarum veritatibus cognoscendis seriatim locabũtur, quatũ priceps esto, Ad exceptiuam de primo modo sequitur particularis affirmatiua & particularis negatiua formaliter ex præiacentis terminis conflate.

Hec enim illatio ẽ formalis, omnis homo præter fortẽ currit, ergo aliquis homo currit, & aliquis homo non currit, nam per primam exponentẽ sequitur omnis homo qui non est fortes currit vel omnis homo non fortes currit (quod pro eodem recipio) ergo quidam homo currit, & per alias duas exponentes sequitur fortes non currit & fortes est homo, ergo quidam homo nõ currit, ab inferiore ad superius negatiue posita constantia & sine distributione. ¶ Et ex illa regula corrolaria scitu haud indigna inferam. Primũ est, omnis exceptiua de primo modo infert exclusiuã de tertio modo transpositis terminis præiacẽtis. Probatur correlarium, sequitur formaliter (vt dictum est) omnis homo præter fortẽ currit, ergo quidam homo nõ currit, & vltra formaliter, ergo non tantum currens est homo, quia particularis negatiua de pr̨dicato distributo infert exclusiuam de tertio modo. ¶ Secundum correlarium, omnis exceptiua de primo modo (cuius pr̨iacens est vera) est falsa, & non econuerso. Probatur prior pars correlarij, om̃is exceptiua de primo modo infert cõtradictorium suæ pr̨iacentis (& ex vero nil sequitur nisi verum) vt sufficit in proposito, ergo si pr̨iacens sit vera, duo cõtradictoria erũt vera. ¶ Dicitur non econuerso, quia illa exceptiua est falsa omne animal præter agnum est irrationale, vel omne animal pr̨ter hominẽ ẽ rationale, & etiã sua præiacens est falsa ¶ Tertium correlarium, omnis exceptiua de secundo modo formaliter particularem affirmatiuam infert, sed non particularem negatiuam, licet interdum gratia materį negatiuam inferat. Et ex illo tertium sequitur, si præiacens est vera, exceptiua est falsa (seruato communi modo loquendi). Prima pars patet, quia formaliter sequitur, nullus homo præter fortem currit, ergo fortes currit, & vltra. ergo aliquis homo currit. Secũda pars patet, quia sit solus fortes inter homines & currat, nulla sequitur particularis negatiua. ¶ Ex hijs omnibus sequit̃, exceptiua de primo modo & secũdo modo repugnant pr̨iacenti. (& hoc seruato communi modo loquendi) quia alias nõ oportet, ista enim est vera omne animal præter hominem a animal non est, confundendo solum pr̨dicatum in tertia exponente vt ̨qualeat ista animal omne animal præter hominem est, & etiã sua pr̨iacens scilicet omne animal animal non est. Sed quando præter negatur datur pr̨iacẽs vera cum exceptiua, patet. non homo præter fortem currit & non hõ currit, casu quo null⁹ homo currat sunt ambe vere, sic iste simul stãt omnis homo est animal & omnis homo non præter fortem non est animal, Etiam quando pr̨ter affirmatur dummodo terminus a quo fit exceptio nõ distribuitur in ordine ad illam vt non omnis homo non præter fortem currit, qų stat cum hac non omnis homo nõ currit. vel quando incomplete distribuitur, vt oẽ animal præter fortem fuit in archa Noe. Nec hic est instantia. omne futurum præter Antichristum est, & omne futurum est. Secunda exponens eius est Antichristus qui est est futur⁹. & non h̨c, Antichristus est futurus. Et ista alicuius hominis quilibet asinus pr̨ter brunellũ currit stat in veritate cum illa alicuius hominis quilibet asinus currit, est incompleta distributio vocabuli a quo fit exceptio, siue nõ fit exceptio a toto subiecto pr̨iacentis quod requiritur, ita sistius cuiuslibet hominis pr̨terquã fortis asinus q̃libet asinus ẽ, dcẽ h̨c vltima exponens, fortis nullus asinus quilibet asinus est ipsa stabit in veritate cum pr̨iacente, secus est si daretur ista fortes non a asinus quilibet asin⁹ est pro tertia exponente, ita ꝙ pr̨dicatum huius exponentis opposito modo supponat ad suppositionem quam habet ĩ prima, sicut tertia exponens huius omne animal præter brutum currens non est, erit h̨c omne brutũ omne currens est. Vnde fit, hæc consequentia est bona. omne animal pr̨ter brutum currẽs nõ est, ergo omne animal præter brutum non est currens. Eodem modo tertia exponens huius cuiuslibet hominis præterq̃ fortis asinus nõ ẽ currens erit hæc fortis quilibet asinus est b currens, & non h̨c fortis quilibet asinus est currẽs si hanc secundam pro tertia exponente accipias sua pr̨iacens secum in veritate stabit quolibet homine habente duos asinos currentes.

Secunda regula. Ab omni exceptiua pure affirmatiua ad contradictorium exclusiue pure affirmatiue de termino extra capto & prędicato principali eiusdem exceptiuæ compositæ, argumentum est validum.

¶ Sequitur bene, omnis homo pręter sortem currit, ergo non tantum sortes currit, patet, oppositum consequentis repugnat antecedenti. Nam ista copulatiua est impossibilis. omnis homo præter sortem currit, & tãtũ sortes currit, quia si omnis homo præter sortẽ currit, aliquis non sortes currit. Et si tantũ sortes currit, nullus nõ sortes currit. modo ista repugnant nullus nõ sortes currit, & aliquis nõ sortes currit. Vocamus in proposito exceptiuam pure affirmatiuam. licet habeat vnam exponentem negatiuam.

Tertia regula. Quando hoc signum præter cũ duplici multitudine in propositione ponitur (modo terminus extra captus vtriusq̃ multitudinis pars extiterit) talis propositio distinguenda venit.

¶ Vt omnis homo omnem hominem præter sortem videt, potest esse exceptio a prima multitudine vel a secunda, vel ab vtraq̃. Si primum, sensus est, omnis homo pręter sortem omnem hominem videt. Si secundum, sẽsus est. oĩs hõ oẽm hoiem pręter sortẽ videt Si tertiũ, sensus est omnis homo præter sortẽ omnem hominem præter sortem videt.

Quarta regula. Notatu dignissima esto, oĩs vniuersalis in parte vera & in parte falsa, per exceptionem illorum adæquate (pro quibus illa vniuersalis redditur falsa) exceptiua vera cõstituitur.

HEc regula exẽplis declaratur, hęc est in parte vera & in parte falsa, omne animal est homo, pro brutis redditur falsa. quibus bene exceptis fit exceptiua vera. hęc enĩ vera, omne animal præter brutum est homo. Similiter hæc est in parte vera, omne animal est nigrum, sic fit exceptio, omne aĩal præter aĩal non nigrum est nigrum. & hoc est verum. ¶ Propositio enim dicitur in parte vera & in parte falsa, quæ aliquas singulares veras & aliquas falsas sortitur Et patet hęc regula in exceptiuis secundi ordinis, omne animal non est album est in parte falsa. sic excipim⁹, omne animal pręter animal album nõ est album. Si enĩ propositio in toto fuerit falsa per nullam exceptionẽ potest reddi vera. vt omne animal est lignum. ¶ Et his cõsequẽs est, licet quilibet homo alius a sorte vel platone currat. sorte & platone quiescentibus illa nõ est vera, omnis homo præter sortem & platonem currit, quia prima exponens & secunda falsæ sunt. sed oportet excipere disiunctum vel aliquem alium terminũ præcise de singularibus falsis & de omnibus illis verificabilem, & caute aspicere pro quot singularibus propositio vniuersalis falsificatur, & in aliquibus facile est hoc videre, in aliquibus vero difficile. Sic excipias impręsentiarũ, omnis homo pręter alterum istorum currit, per ly istorũ demonstrando illos quiescentes, quæ sic exponitur, omnis homo qui non est alter istorum currit & vterq̃ istorum est homo, & neuter istorũ currit. Propositio vniuersalis est ĩ parte vera. nam animal est homo, non est in parte vera in proposito. Ex isto patet, omnis propositio vniuersalis in parte vera & in parte falsa ratione vniuersalitatis est simpliciter falsa. patet, bene sequitur, est in parte vera & in parte falsa. ergo habet aliquas singulares falsas. ergo ipsa est falsa. iam non loquor in insolubilibus.

¶ Ex dictis facile exceptiuarum veritates deprehenduntur. Nam si fuerit exceptiua de primo modo oportet prædicatum cõpetere subiecto vniuersaliter, hoc est termino a quo fit exceptio secundum suã restrictionem, & oportet terminum a quo fit exceptio cõpetere parti extra captę secundum exigentiam copulæ. sed ad hoc q̃ sit propria non oportet, sed sufficit q̃ possit ei competere, & oportet prędicatũ negari vniuersaliter de pte extra capta, si pars extra capta sit cõmunis. ¶ Sed ad exceptiuam secũdi modi vt oẽ animal pręter hominẽ non est irrationale esse veram requiritur prędicatũ negari vniuersaliter de termino a quo fit exceptio cum sua restrictione, & oportet terminum a quo fit exceptio competere parti extra captę, & etiam prædicatum principale, vt per illam omne animal præter hominem non est rationale significatur, omne animal quod nõ est homo nõ est rationale, & omnis homo est animal & oĩs homo est rationalis. ¶ Opposito modo dicatur ad earum cõtradictorias de tertio & quarto modis, ista enim Nullus homo pręter sortem currit est de tertio ordine, cuius cõtradictoria est de primo ordine Nonnullus homo præter sortem currit. Idem enim est negationem aduerbialem & nominalem hic anteferre. ¶ Cęterum possunt poni regulæ quomodo ab exceptiua exponibili copulatiue ad quãlibet exponentem & nõ contra, valeat cõ

ſequentia & in pluribus talibus quas propter earum facilitatem (ſunt enī tritiſſime) miſſas facio ❡ Ex dictis vlterius ſequitur iſtam eſſe veram, non omne animal præter non hominem eſt homo, hoc patet. ſua contradictoria ē falſa, ſcilicet omne animal pręter non hominē eſt homo, cum implicet hanc omnis nō homo eſt animal. ❡ Secunda propoſitio, omnis homo præter platonem loquitur, & tamen nec plato loquitur, nec alius a platōe loquitur. patet, ponendo nullum eſſe maſculum inter homines niſi platonem qui non loquatur, ſed loquantur mulieres. ❡ Tertia, illa eſt falſa, oīs homo præter ſortem & platonem habet vnū ſcutum, ponendo ſolum ſex homines in mundo cum iſtis duobus quorum quilibet habeat vnum ſcutum, & ſortes habeat dimidium ſcutum, & plato etiam dimidium, quia prima exponens quicquid ſit de alijs ē falſa, ſcilicet omnis homo non ſortes & plato habet vnum ſcutum, quia ſubſumendo ſortes eſt homo non ſortes & plato concluditur hæc concluſio falſa ſortes habet vnum ſcutum, & cum minor ſit vera reuertendum eſt in falſitatē maioris quæ eſt prima exponēs ❡ Quarta propoſitio, omne ens præter deum contingenter eſt ens, & tamen deus non contingenter ē ens. Prima pars patet per eius exponentes, de prima exponente notum eſt, & ſecunda eſt omnis deus poſſibiliter eſt ens, & tertia eſt, nullus deus contingenter eſt ens, quia non debet eſſe, omnis deus contingenter nō eſt ens eo ꝙ illa copula nō cōtradicit copulæ exponibilis quod exigitur. Secunda pars eſt clara de ſe ❡ Quinta propoſitio, procedendo ab affirmatiua ad negatiuam prædicato variato penes finitum & infinitū in exceptiuis non valet conſequentia, vt non ſequitur omnis homo præter ſortem erit non currens, ergo omnis homo pręter ſortem non erit currens, nam ponendo ſortem nunc eē & poſtea nunquam fore, antecedēs eſt verum & conſequēs falſum. ❡ Sexta propoſitio aliqua eſt vniuerſalis falſa de prædicato non diſtributo, & tamen pro quocunqꝫ ſupponit ſubiectum pro illo ſupponit prædicatum, patet de hac omne animal præter hominem ē animal, & hæc conſequentia eſt nulla omne animal aliud ab homine eſt animal, ergo omne animal præter hominem eſt animal, ſed conſequēs putatum eſt illatiuum antecedentis.

Contra dicta argumentor, ex eis ſequitur hanc eſſe negandam, omne ens pręter creaturam neceſſario eſt, ſed conſequēs eſt falſum ergo & antecedens, falſitas conſequētis patet, a communi hominum conceptione illa venit concedenda, ſed probo conſequentiam, quia deberet ſic exponi. omne ens non creatura neceſſario eſt, & omnis creatura neceſſario ē ens & nulla creatura neceſſario eſt, modo ſecunda exponēs eſt falſa, ergo & copulatiua. ❡ Reſpōdetur, negando illam fore interimēdam, omne ens præter creaturam neceſſario eſt, immo illa eſt concedēda, & dico malē dari ſecundam exponentem. non enim eſt illa, omnis creatura neceſſario eſt ens. Sed hæc, omnis creatura poſſibiliter ē ens, quia neceſſe ſicut poſſibiliter a parte ſubiecti ampliat vt hic creans neceſſario eſt deus, immo neceſſitas ſolum in hac ꝓpoſitione denotatur conuenire omni enti non creature & poſſibilitas creaturis, neceſſitas nō cadit ſuper ſignificatum de ly ens a parte ſubiecti in exponibili, ergo neqꝫ cadet in exponentibus.

Secundo argumentor ſic, ſequeretur hanc eſſe veram, oīs hō præter ſortem dicit falſum, ponendo ſortē pręciſe dicere deum eſſe & platonem illam exceptiuam & nihil aliud niſi partes eius, ſed hoc eſt falſum, igitur. conſequentia eſt nota & notifico ſequelam, copulatiua exponens illam eſt vera, & ſi exponētes ſunt vere & expoſita, aſſumptum probo. prima exponens eſt vera ſcilicet omnis homo nō ſortes dicit falſum, vt patebit. (nam hic platonem ſupponimus eſſe omnem hominem non ſortem) qui (vt ꝓbabitur) dicit falſum, & notum eſt illas exponentes eſſe veras. ſortes eſt homo, & ſortes nō dicit falſum, cum dicat deum eſſe pręciſe. Probatur falſitas illius exceptiue, quia da oppoſitum, plato dicens illam dicit verum, tunc ita eſt ſicut ipſa ſignificat, ſed illa ſignificat omnis homo nō ſortes dicit falſum, & illa eſt vera per te, & vltra plato eſt homo non ſortes, ergo plato dicit falſum, & non dicit niſi illam exceptiuam & eius partes, igitur. ❡ Reſpondetur, negādo illam exceptiuā, omnis homo præter ſortem dicit falſum fore veram, immo eſt falſa & ſe falſificat, & ad probationem concedo exponentes eſſe veras, ſed non ſequitur exponibilem eſſe veram, & hoc quando ſe falſificat, quemadmodum eſt in ꝓpoſito, ſed ſufficit ſi ſit ita ſicut per exponentes ſignificatur ita ſit ſicut per exponibilem ſignificatur, & ſic eſt in ꝓpoſito, & ſemper niſi vna habeat non ſicut annexum, hinc eſt. conſequētia propoſita eſt bona.

Tertio argumentor, ſecundum dictā hæc erit vera omne animal præter hominem eſt irrationale, ſed hoc eſt falſum, igitur. conſe

quentia tenet cum maiore.& minorem probo multipliciter. Primo bene sequitur, omne animal præter hominē est irrationale.ergo omne animal præter hominem est rationale vel irrationale.sed hoc consequens est falsum. ergo & antecedens. Et probo consequentiā, a parte disiuncti ad totum disiunctum significatiue sine distributione disiuncti. falsitas consequētis est nota.quia eius tertia exponēs est falsa (quę est hęc) nullus homo est rationalis vel irrationalis absoluendo nullus a genere, vt plerunq; facimus. ¶ Tum secundo, illa est vna affirmatiua cuius subiectū nō supponit, quia de nullo verum est, hoc est animal præter hominē. illa non est propria.ergo non est vera. ¶ Tum tertio, bene sequitur, omne animal præter hominem est irrationale.ergo omne animal præter substantiam est irrationale, sed consequens est falsum.ergo & antecedens. & probo cōsequētiam ab inferiore ad superius. At forte dicis, proceditur cū distributione superioris. modo talis consequentia nihil valet. ¶ Contra hoc argumentor, tunc saltem bene sequetur. omne animal præter hominem est irrationale ergo omne animal præter sortem est irrationale. posita constantia, sed consequēs est falsum.ergo & antecedens. & patet cōsequētia. proceditur a superiore ad inferius cum distributione superioris. ¶ Ad tertium, concedo illam esse verā, omne animal præter hominem est irrationale Et quando infers, ergo omne animal præter hominem est rationale vel irrationale, nego consequētiam. virtualiter enim proceditur ab inferiore ad superius cum distributione superioris. vt patet in tertijs exponentibus. nullus homo est irrationalis.ergo nullus homo est rationalis vel irrationalis. ¶ Pari forma, hæc cōsequentia est nulla, omne animal præter hominem non est rationale.ergo omne animal præter hominē omne rationale nō est si pro tertia exponente posterioris hanc ponas, omnis hō omne rationale est, ratio proceditur a non distributo ad distributum in tertijs exponentibus, sed dando hanc tertiam exponētem, omnis homo non omne rationale non est, Consequētia est bona, vel dando hāc, omnis homo est rationalis. ¶ Ad secundum, nego eam esse affirmatiuam cuius subiectum non supponit, immo supponit pro bruto quolibet. Et ad improbationem de nullo verum est dicere hoc est animal pręter hominem. conceditur, nec sic debemus verificare tenēdo modum cōmunē sed hoc modo, hoc est animal aliud ab homie, vel sic. hoc est animal non homo, significatio eius est depēdens a signo vniuersali (vt prius retulimus) ad hoc ꝙ propositio sit propria in qua ponitur terminus iste complexus animal præter hominem. ¶ Ad tertium, nego consequentiam. discurritur enim cum distributione superioris. Et ad replicam nego consequentiā illam. immo illic proceditur ab inferiore ad superius cum distributione superioris. nā animal præter hominē, vel animal aliud ab homine, est inferius ad animal præter sortem vel ad ly animal aliud sorte posita cōstantia. Et hoc patet etiā in exponentibus. prima exponens antecedentis est, omne animal quod non est homo est irrationale. & prima exponens consequentis est, omne animal quod non est sortes est irrationale, modo hoc cōplexum. animal quod non est sortes est superius ad hoc complexum animal quod non est homo.

Quarto argumentor, bene sequitur omne animal præter hominem est irrationale: & isti homines sunt omnes homines.ergo omne animal præter hunc hominē est irrationale & sic de singulis. consequens est falsum, ergo & antecedens. & consequentia est descensus. ¶ Ad hoc argumentum nego consequētiam eo ꝙ proceditur sub determinatione accepta vnica. Pari forma sub termino a quo fit exceptio non est ascendendum anteq̄ propositio exponatur, Quo ad descensum vel ascensum sub terminis signum exceptiuum sequētibus Licet interdum seclusis erratis ascendere potes habendo oculum ad suppositiones terminorū in exponentibus. dico tamen tutius & ordinatius esse omnes tales ratione signi exceptiui primo exponere, & postea habitis exponētibus descendere aut ascendere.

Quinto. Cōtra illam regulam, omnis propositio in parte falsa sit per exceptionē illorum (pro quibus reddit falsa) exceptiua vera. Argumentor sic, ista est in parte vera & in parte falsa. Omnes glasguenses sunt in vrbe, quia pono solū sortem & Platonē & Ciceronē esse extra vrbem. & tamen hęc eius exceptiua omnes glasguenses præter Sortē, Platonē, & Ciceronem sunt in vrbe est falsa. cum prima exponēs eius sit falsa, quod patet. ipsa cū minore vera falsum in darij infert. ergo ipsa est falsa. Nam bene sequitur. omnes glasguenses qui nō sunt Sortes, Plato, & Cicero sunt in vrbe, sed Sortes & Plato sunt glasguēses nō Sortes, Plato, & Cicero. ergo Sortes & Plato sunt in vrbe Conclusio est falsa, & minor vera. ergo maior falsa. ¶ Ad quintum dicitur, incauta est exceptio, vt ex regula liquet. sic excipias omnes glasguēses præter non existētes in vrbe

be sunt in vrbe, vel si libet eam non exponere, sed vti rudi miuerua, dicas omnes giasguesses dempto numero istorum sunt in vrbe. ¶ Et si sint quatuor a b c d, duo primi sileant, & duo posteriores clamitẽt, multis modis potes facere exceptiuam veram de hac vniuersali, omnis homo tacet. Vno modo sic, omis homo praeter c vel d tacet, quia c vel d pcise supponit pro non tacentibus, sed nõ potes sic dare exceptiuam in plurali omnes homines praeter c vel d tacent, quia hoc disiunctum c vel d non accipitur adequate pro omnibus illis pro quibus haec vniuersalis redditur falsa. Secundo, sic excipitur haec vniuersalis singularis numeri, omnis homo praeter alterum istorum tacet. Tertio modo sic, omnis homo praeter hominem non tacentem tacet, & ita vtrobiq; in vniuersalibus affirmatiuis potes excipere, oppositum praedicati cum termino a quo fit exceptio pro parte extra capta capiendo, & aberrabis nunquam, vt verbi causa. oĩe animal est irrationale. sic fit exceptio, oĩe animal praeter animal non irrationale est irrationale, quae est vera. & sic exponitur, omne animal quod non est animal non irrationale est irrationale, & omne animal non irrationale est animal, & nullum animal non irrationale est irrationale. Et signanter oportet addere terminum a quo fit exceptio ad terminum sequentem ly praeter, alioquin communiter secunda exponens esset falsa, vt omne non irrationale est animal quae est falsa, prima istarum trium est vera, qa est vna affirmatiua extra casus particulares sic se habens vt pro quocunq; supponit subiectum pro illo supponit praedicatum, quod patet, subiectum supponit praecise pro irrationali. probatur. animal non irrationale supponit pro rationalibus solum, ergo addendo negationem infinitantem, vt animal quod non est non irrationale, vel non animal non irrationale subiectum pro bruto supponet solũ, & tertia exponens est vera, scilicet nullum animal non irrationale est irrationale, quia subiectum pro homine praecise supponit, & praedicatum solum pro bruto, & est negatiua, igitur est vera. Veritas secundae exponentis claret. ¶ Eodem in negatiuis, haec ẽ in parte falsa, nullum animal est irrationale, & sic redditur exceptiua vera, nullum animal praeter animal irrationale est irrationale. capiendo praedicatum pro parte extra capta. Sic hanc omnis homo non est existens in aula excipies, omnis homo praeter hominem existentem in aula non est in aula, & ita in aliis seruando reliquas proprietates logicales vt hanc omnis homo non fuit non albus. sic excipies, omnis homo praeter hominem qui fuit non albus non fuit non albus ĩtẽ omnis homo non fuit albus sic habebit exceptiuam veram, omnis homo praeter hominẽ qui fuit albus non fuit albus. Omnis homo ẽ & fuit albus sic fiet exceptio. omnis homo praeter hominẽ qui non est & fuit albus est & fuit albus. Omne ens contingenter est ens omne ens praeter ens quod non contingenter est ens contingẽter est ens pro exceptiua habebit, & ita in aliis seruando similem appellationem & ampliationem & caeteras proprietates logicales, & res est facilis. ¶ Dicebatur superius exponendo hanc omne animal praeter animal nõ irrationale est irrationale, oportet addere terminum a quo fit exceptio ad terminum seqñtem ly praeter, alioquin communiter secunda exponens erit falsa, quia si terminus a quo fit exceptio sit transcendens non oportet, sicut haec est vera omne ens praeter ens non substãtiam est substantia, vt patet per suas exponẽtes, omne ens non ens non substantia est substantia, & omne ens non substantia est ens, & nullum ens non substantia est substantia. Veritas primę exponentis patet, quia aequiualet huic omne ens existens substantia est substantia. Veritas secundae exponẽtis est nota, tenẽdo ens vniuoce de substantia & accidente dici. Veritas tertiae exponentis patet, per suam contradictoriam. Sic etiam ista est vera, omne ens praeter non substantiam est substantia, & sua prima exponens est omne ens substantia est substantia. Aliae exponentes sunt clare, & liquidum est quare dicitur communiter.

Septimo argumentor, contra eandem regulam haec est vniuersalis in parte vera & in parte falsa omne animal est sanũ, volo de qua libet specie animalis dẽptis hominibus vnum animal solum esse sanum, & omne distribuat subiectum pro generibus singulorum, & tamen haec exceptiua nõ est vera, omne animal praeter hominem ẽ sanum, patet. prima exponens eius est falsa, ergo ipsa non est vera, consequentia est nota, & antecedens patet. haec ẽ sua prima exponẽs, omne animal quod non est homo est sanum.

Et confirmatur, eadem distributione & modo loquendi retento, illa esset vera. omne animal pręter Habrahã fuit in archa Noe, sed consequens est falsum, ergo & antecedens & probo consequentiam, quia omne animal quod nec est nec fuit Habraham fuit in archa Noe, & Habraham est vel fuit animal &, Habraham non fuit in archa Noe, si in prima ex

nente sic distributio pro generibus singulorū illa est vera,nam per eam non secluditur species Habrahe ab archa Noe.Iam probo falsitatem consequentis,quia illa ē in toto vera,omne animal fuit in archa Noe,ergo per nullam exceptionem potest esse vera,sed falsa.vt cōstingit ponendo exceptionem in istis omīs homo est animal omnis homo est risibilis.

❡Respondetur,dando casum,dico illā vniuersalem eē falsam,& exceptiuam veram pariter & eius primam exponētem in proportionabili sensu,cuius sensus est de qualibet specie animalis quæ non est species hominis aliquod animal est sanum. ❡Ad confirmationem,nego illam fuisse verā omne animal præter Habraham fuit in archa Noe,tertia exponens est falsa quæ est hæc,nihil de specie Habrahe fuit in archa Noe.

Octauo argumentor,ista est in parte vera & in parte falsa.omīs homo est b animal,& tamen excipiendo singulares pro qbus redditur falsa exceptiua vera nō constituitur,igitur dicta nulla consequentia est nota,& maior patet.habet multas singulares falsas,& ascendendo cum relatiuo idemptitatis primam veram inuenies,minor probatur quærendo de exceptiua eius.❡Respondetur concedē do maiorem,negetur tamen minor. Pro cuius negatione dicitur.videndum est quæ fuit singularis verā istius vniuersalis omīs homo est b animal,& ex quo oportet ponere ly idem vnam solam veram inuenies,verificetur ergo illa ꝓ forte tunc do hanc exceptiuam omnis homo præter hominem non fortem est b animal,q̄ sic exponitur,omnis homo non homo nō fortes est animal,& omnis homo non fortes est homo & nullus homo non fortes est idem animal,vbi idem animal supponit ꝓ forte.Si singularis illa verificetur pro platone,ista erit exceptiua eius omnis homo pręter hominē non platonem est b animal.

Nono,contra modum exponendi argumentor,non sequitur.omnis homo præter fortem excipitur,ergo fortes non excipitur,& tamē proceditur ab exponibili copulariue ad exponentem eius,ergo male dantur exponētes,consequentia est clara.& probatur antecedens,ponendo solum tres homines in mundo fortem platonem & ciceronem.currat fortes,& quiescant alij duo.Iam illi duo excipiuntur ab actu currendi,& sic omīs homo præter fortem excipitur,quia ab actu currendi.Iam exceptiua ē possibilis & per te infert hanc fortes nō excipitur & cum hoc infert hanc fortes excipitur,quia cuiuslibet exceptiue quęlibet pars extra capta excipitur,sed fortes est alicuius exceptiue pars extra capta,ergo fortes excipitur.

❡Ad nonum respondetur negando ꝙ nō sequatur,& admisso casu cōcedo ꝙ sequitur fortes non excipitur tanquam ab exponibili copulatiue ad alteram eius exponentem & nego ꝙ sequatur fortes excipitur.Et ad probationē cuiuslibet exceptiue quęlibet pars extra capta excipitur,sed fortes est exceptiue pars extra capta,ergo fortes excipitur.nego consequētiam est fallacia ęquocationis procedendo a suppositione materiali ad personalem. maior etiam est falsa,quia pars extra capta non excipitur,sed illud pro quo supponit.nec secundum eādem significationem capiendo ly excipitur conceduntur ille fortes excipitur,fortes non excipitur,sed æquiuoce capto vocabulo,excipitur in negatiua tantum valet sicut excipitur ab actu currendi aliter nec exceptiua nec ipsa concederetur,& huiusmodi capitur in affirmatiua.❡Si ponas excipitur tantum valere sicut hoc complexum,aliquid de quo verificat esse minus extra captus alicuius exceptiue,& vere negatur prędicatum eiusdem(illa sola exceptiua existente omnis homo pręter fortem excipitur in qua ly excipitur capitur secundū talem significationem)dicendū est,illa fortes excipitur est falsa simpliciter significās aliter esse quam est,& eius contradictoria falsa se falsificans,& significans sicut est,nec hoc est inconueniens quando altera contradictoriarū se falsificat,sicut alibi latius diximus.

Decimo & finaliter argumētor,sequeretur ex dictis hanc esse falsam,omne animal præter hominem est animal,ponendo vnum esse brutum cum hominibus siue sint plures siue non.Sed oppositum ostēdo.bene sequitur,a animal omē animal pręter hominē est,ergo omne animal præter hominem est animal,cōsequentia tenet ab ęquiualentibus,capiēdo ly animal vt supponat confuse tantum in prædicato secundę quod pręponoin altera. Antecedens est verum,quod probo.quia animal omne animal præter hominem est,quod iterum explano,hoc aial demōstrādo illud brutū oē animal pręter hominē est,patet,omne animal pręter hoīem est hoc aial,ergo de primo adultimū illa nō est falsa,quę erat minor ꝓbanda.

❡Respondetur,concedendo hanc falsam,omne animal præter hominē est animal,eius tertia exponens est falsa,scilicet omnis homo nō est animal,& quando niteris probare illam veram assumendo hanc a animal omne animal præter hominem est.Iterum illam nego,quia

habet eandem tertiam exponentem cum altera falsa, & ad probationem hoc animal omne animal praeter hominem est, ergo animal omne animal praeter hominem est ab inferiore ad superius, & ex consequente a animal omne animal praeter hominem est, quod ē assumptum principale. primam harum consequentiarum concedo, consequens sic exponitur, animal omne animal quod nō est homo est, & omnis homo est animal, & omnis homo non est idem animal, & hoc est verū. Prima propositio verificatur pro brunello, si enim non ponatur ly idem nego consequentiam, & concedo consequentiam secundam, si ponatur ly idem secūdam nego. Nec mirabere me hanc consequentiam inficiari, animal omne animal praeter hominem est, ergo a animal omne animal praeter hominem est, quia virtualiter a non distributo ad distributum proceditur ex parte tertiarum exponentium, & caetera sunt imparia. tertia huius animal omne animal praeter hominē est, est haec nullus homo est idem animal, vbi animal capitur pro vno discreto supposito scilicet brunello, & sic virtualiter non distribuitur, modo tertia exponens istius a animal omne animal praeter hominem est, erit haec, nullus homo est animal, quia iste terminus animal ī primo loco semper est praedicatum, vel dicere potes, cum animal stet determinate in prima consequentia, oportet inchoare probationem ab ipso incipiendo per singulares. Secus est in alia, si tamen in exponente tertia huius, animal omne animal praeter hominem est, ly animal stet confuse tantum, ipsa esset concedenda nec ex illa in tali sensu sequitur propositio principalis. Virtualiter proceditur a non distributo ad distributum, elige quam solutionem volueris.

Dubitatur circa exceptiuas de earum oppositione inter se.

Secundo dubitatur de earundem materijs.

Tertio, de earum conuersionibus.

Quarto & finaliter de terminorū suppositionibus in eijs, & pro quo subiectum exceptiue accipitur.

Ad primam dubitationē dicitur, duo prima genera opponuntur contrarie. Ratio ē, earum duae exponentes repugnant in veritate. Pone has quatuor in figura, omnis homo praeter fortem currit, omnis homo praeter fortem non currit, quae stabunt loco vniuersalis affirmatiue & vniuersalis negatiue, sub illis duabus has duas locabis non omīs homo praeter fortem non currit, non omnis homo praeter fortem currit, affirmatiuam sub affirmatiua, & negatiuam sub negatiua, esse dico sicut duae propsitiones supreme contrariantur, ita duae propositiones infime subcontrariantur, & reperitur oppositio subalterna, & contradictoria in angulis consuetis. ꝙ duae primae contrarientur (quo ad legem saltem) sic probo. Si duo hoies praecise currant alijs qescētibus sunt ambe false, & non possunt esse vere, quia bene sequitur, omnis homo praeter fortem, ergo omnis homo non fortes currit, & ex alia parte, omnis homo praeter fortem non currit, ergo omnis homo non fortes non currit, antecedentia sunt vera per aduersarium, ergo & cōsequentia, sed consequentia sunt clare duae cōtrariae in propria forma, ergo duae contrariae sunt vere, ex quibus sequuntur contradictoria vera, vt in oppositionum legibus deductum est in primo libro. Insuper propositiones formaliter aequiualentes istis duabus propositionibus participant legem contrariarum, ergo & iste datae eandem subibunt. Assumptum patet de earum exponentibus. Oppositio subalterna patet. bene sequitur, omnis homo praeter fortem currit, ergo non omnis homo praeter fortem non currit, probatur. oppositum consequentis repugnat antecedenti, iste repugnant. omnis homo praeter fortem currit, & omnis homo praeter fortem non currit, cum ostensae sunt contrarie. (saltem quo ad legem) Eodem modo probatur haec consequentia, omnis homo praeter fortem non currit, ergo non omnis homo praeter fortem currit quia contradictorium consequentis repugnat antecedenti, vt patet de istis duabus omnis homo praeter fortem non currit, omnis homo praeter fortem currit quae contrariantur, ꝙ iste subcontrarientur, non omnis homo praeter fortem non currit, & non omnis homo praeter fortem currit, probatur sic, quia possunt simul esse vere, vtpote si duo homines currant alijs quiescentibus, vt patet per falsitates suarum cōtradictoriarū &. Ilis repugnat falsitas de forma, patet, quia si illae duae possunt esse false, & sequuntur ex illis contrarijs, vt nuperrime probatum est, & si consequentia sunt falsa, antecedentia sunt falsa (scis me loqui extra insolubilia), & sic quatuor propositiones quadrangulares erunt false, inter quas reperiuntur duo contradictoria, quae dare oportebit falsa.

Ad secundam dubitationem dicitur,

ad variationem propositionum variętur ma teriæ. Primo illa omne animal præter hominē est irrationale est in materia naturali, quia ibi prædicatur conuertibile de suo conuertibili, quia animal præter hominem & irrationale conuertuntur, sed illa, omne animal præter asinum est irrationale. est in materia remota, quia nunquam prædicatum potest vniuersaliter affirmari de subiecto nec contra. Ista vero omne animal præter animal album est irrationale, est materia contingenti, quia prædicatum competit subiecto pro quolibet suo supposito, ponendo nullum brutum esse album & omnem hominem esse album. Et ponēdo quodlibet brutum esse album, & omnem hominem nigrum illa negatiua est vera, omne animal præter animal album non est irrationale. ¶ Et ex isto patet propositio composita ex terminis inferioribus est materia naturali, & ex superioribus i materia remota. vt hæ, omne animal præter hominem est irrationale, & omne animal præter hominem est animal. nec hoc est mirum, quia ista propositio animal est homo est in materia naturali, ista vero brunellus est homo, in materia remota.

Ad tertiam dubitationē dicitur, in conuertente mutādum est præter in aliud ab, vel ens quod non est, vt omne animal præter fortem currit, ergo currens est animal aliud a forte, & est conuersio per accidens improprie dicta, quia non de præciso subiecto conuerse fit prædicatum conuertentis, valor huius consequenę omne animal præter fortem currit, ergo currens est animal aliud a forte, patet. bene sequitur, omne animal præter fortem currit, ergo omne animal non fortes currit. & vltra, ergo animal non fortes currit. quæ infert hanc, currens est animal non fortes, quæ ęquiualet huic. currens est animal aliud a forte, & hoc supposito existentia fortis. In secūdo modo exceptiuarum, omne animal præter hominem non est rationale sic cōuertitur, ergo omne rationale non est animal aliud ab homine. Potes sic conuertere hanc, omnis homo præter fortem non currit, ergo a currēs nullus homo non fortes est, vel ergo nullum currens ē fortes, vel ergo currens omnis homo præter fortem non est, & ita in alijs.

Ad quartam dubitationē dicitur; termini supponunt in exceptiuis sicut extra eas quomodo supponit terminus communis sue per quem cadit dictio exceptiua, ex suppositionibus nosti. De reliquis terminus nulla est difficultas, omne animal præter hominem currit, prædicatum supponit confuse tantum, quia mediate sequitur signum vniuersale affirmatiuum, non omne animal præter hominem currit prædicatum distribuitur a negatione. hominem stat distributiue, quia est determinatio accepta vnica acceptione cum suo determinabili, & sic supponit in affirmatiua, ergo ita supponit in negatiua. hac theorica in oppositionibus & vtrobiq; vsi fumus, sed tunc est difficultas de suppositione termini ens in hac omne ens pręter non fortem currit, Si dicas distribuitur.

¶ Contra, ille terminus illic stat discrete, ergo non distribuitur. consequentia est nota, & probatur antecedens, stat solum pro forte, ille terminus restringitur sic q̄ non stat pro quolibet ente, sed secūdum restrictionem, dicimus subiectum huius, omne animal præter hominem est irrationale stat solum pro bruto, & sic est verificatio, hoc est animal quod non est homo, ergo & in proposito sic diceremus, hoc est ens quod non est non fortes, & istud totū solum verificatur pro forte.

¶ Propterea dico, ens istic non distribuitur, sed stat discrete, vt argumentum suadet. nec est inconueniens vt a termino discrete teneri apte stat acceptio quando restrictio prouenit a parte extra capta, sed si aliunde fiat restrictio termini stabunt ęque restricte in exponibili & exponentibus.

Sequitur de exponibilibus reduplicatiuis.

Quicquid obscurum sensum ratione dictiōis reduplicatiue sortitur, propositio reduplicatiua dicitur.



Ictiones reduplicatiue sunt insquantum, ea ratione, & cætera id genus.

¶ Et mult phariam acciptur. Vno modo vt æquiualeant aduerbio temporis vt Christus est petra inquantum iste terminus petra capitur transsumptiue.

¶ Secundo modo isti termini capiuntur specificatiue, & rationis appellationem faciunt, talem enim virtutem specialem vendicant vt terminos qui ex suis naturis propriam

rationem appellarent, præpediunt, vt Iohannes diligit Saulum inquantum sibi obsequiosum. Istic signum reduplicatiuū impedit verbum diligo ne appellet propr.am rationē Roberti in Robertum cadere. Deus odit Iudam inquantum peccatorem, non ex illo habes deum odire Iudam, sed ratione peccati.

¶ Vnde fit, hæc consequentia est nulla, regēs odit scolasticum inquantum vitiosum, ergo regens odit scolasticum, deus inquantum deus est subiectum theologię, hoc ē ratione deitatis. ¶ Alio modo adhuc apud veteres aliquos adhuc capiuntur hæc vocabula, concedentes hanc, homo inquantum rationalis est albus, quæ tantum valet apud eos, sicut homini sub ratione rationalitatis non repugnat albedo. ¶ Quarto modo capiūtur istę dictiones puræ reduplicatiue, & sic intēdimus de eis loqui in proposito. Et adhuc bipharian, interdum reddūt propositionem reduplicatiuam, vt sortes inquantum rationalis ē risibilis, quādoqꝫ reddunt propositionem de reduplicato extremo conformiter ad illa quæ de exclusiuis exceptiuisqꝫ diximus.

¶ Sed adhuc scito istę dictiones vt reddunt ꝓpositiones reduplicatiuas variis modis accipiuntur. Vno modo concomitanter, hoc est exponuntur gratia concomitantiæ, id ē vltima exponens est conditionalis. Aliquando causaliter, hoc est quando vltima exponēs est causalis. ¶ Alio modo capiuntur vt denotant immediationem prædicati principalis cum termino reduplicato, & tunc debet addi ista exponens, terminus reduplicatus & prędicatū sunt termini immediati, & hoc modo illa est falsa, homo inquantum animal est substantia, quia vltima exponens est illa, animal & substantia sunt termini immediati, & hoc est falsum, nā ille terminus corpus pariter & corpus animatum mediat.

¶ Alio modo capiuntur vt dicunt conuertibilitatem prædictorum terminorum, & hoc modo dicta propositio est etiam falsa.

¶ Alio modo adhuc capiuntur vt denotant alietatem rationis principalis prædicati a ratione termini reduplicati, & cum ista exponēs addetur terminus reduplicatus & prędicatum habent diuersas rationes, & sic capit philosophus in tertio capite septimi tractatus primi priorum inquiens. Omnem reduplicatiuā nō intelligibilem in qua additur signum reduplicatiuum termino reduplicato synonimo cum prædicato, hoc est, non intelligitur intellectio adhesiua & vera, vt sortes est animal inquantum animal. Illud etiam aristotelicum per causalem elucidationem verificari potest.

Omnis homo inquantum rationalis est risibilis, hoc modo detegitur. Omnis homo est rationalis & si omne rationale est rationale, omne rationale ē risibile gratia concomitantiæ exponē do. Si illam causaliter extricare libuerit, conditionalis loco causalem accipito. Omnis homo inquantum rationalis non est rudibilis, omnis homo est rationalis, & si omne rationale est rationale, nullum rationale est rudibile, cōsequens huius conditionalis aut causalis affirmatiue erit negatiuum.



Starū opposita opposito modo elucidant. ¶ Insuper scito aliq reduplicatiuarū (proportionabiliter ad exceptiuas) octo ponunt genera. Et multas in reduplicatiuis dant exponētes.

¶ Vnde secundum istos, ad veritatem reduplicatiuarum de primo modo oportet prædicatum competere subiecto secundum exigentiam sui signi, & loquēdo vt plures, voco terminum præcedētem signum reduplicatiuum subiectum, & oportet terminum reduplicatum competere subiecto etiam secundum exigentiam signi subiecti, & oportet prędicatum enunciari de termino reduplicato supponente sicut in exponibili, & postea oportet habere vnam conditionalem denotantem si res significata per terminum supra quem cadit dictio reduplicatiua sit, ita sic ꝙ tali conueniat res significata per prædicatum secundum exigentiam copulæ exponibilis, & hoc si exponatur gratia concomitantiæ. Sed si exponatur gratia causæ tunc remanebunt eedem tres primę exponentes, & pro quarta imponatur, quia, loco si. Exemplum, vt omnis homo inquantum rationalis est risibilis, quæ sic exponitur, omnis homo est risibilis, & omnis homo est rationalis, & omne rationale est risibile, & si rationale est rationale, rationale ē risibile, & hoc si exponatur concomitanter.

¶ Sed ad veritatem reduplicatiuæ de secundo, oportet prædicatum remoueri de subiecto, & terminum reduplicatum competere subiecto, & prædicatum negari vniuersaliter de termino reduplicato, & postea constituę

re conditionalem vel causalem omnino sicut in primo modo, hoc tamen discriminis erit consequens illud (vt in littera retulimus) sic negatiuum, & in primo modo sic affirmatiuũ, vt verbi causa, omnis homo inquantum animal non est lapis, sic exponitur. omnis homo non est lapis, & omnis homo est animal & omne animal non est lapis, & si animal est animal non est lapis ¶ Fac terminos stare vniformiter quo ad ampliationem in exponibili & exponentibus. Propterea ista ꝓpositio, omnis homo inquantum rationale fuit risibile, sic exercitatur. omnis homo fuit risibile, & omnis homo est vel fuit rationale, & omne rationale fuit risibile, & si rationale est vel fuit rationale, rationale fuit risibile, & ita ĩ alijs cum terminis ampliatiuis. Aduerso modo earum oppositæ explicandæ sunt. ¶ Ex isto patet, semper prior exponens est præiacens. (præiacētē hic voco, totum remanēs dempto signo & vocabulo super qđ cadit). Et tertia exponens erit eiusdem qualitatis cum exponibili. Secunda verò exponens in primis duobus modis ē affirmatiua, in alijs autem negatiua. ¶ Secũdo patet, quarta exponens in primis duobus generibus est conditionalis affirmatiua. Sed in secundo modo consequens est negatiuum, & primum consequēs est affirmatiuum. In tertio & quarto modis quarta exponens non est consequentia, quia quando nota illationis negatur, tunc non est consequentia, sed est conditionalis negatiua, semper in tertio modo consequens & antecedēs sunt negatiua. In quarto modo cõsequens est affirmatiuum, & antecedens negatiuum, vt patet per partes integrales cõditionalium affirmatiuarum quibus contradicũt. ¶ Cæterum aduerte tot genera (vt in exceptiuis retulimus) multiplicare est inane, quocirca quatuor solum ponemus, hæc ex præteritis eisdem ordinem seruando lucent. Nec tot reduplicatiuarum exponētes ponere necessum est. Nam per secundam & quartam exponentes cõformiter ad litteram, omnia quamoptime saluantur. Superfluitas tertiæ patet. Si conditionalis quarta exponēs oportet omne rationale esse secundum eos sic vera cum positione secundæ exponentis risibile, quod sic patet: Nam bene sequitur. omnis homo est rationalis, ergo omne rationale ē rationale. & vltra sic argumentor, si omne rationale est rationale omne rationale est risibile, sed omne rationale est rationale per sequelam ex prima exponente, igitur. omne rationale est risibile, & per consequens secunda & quarta exponētes inferunt tertiam. Nec opus est dare primam exponentem, cum illa implicetur in secunda & tertia, immo ex eis sillogistice sequitur, quæ ex secunda & quarta per nunc dicta sequuntur, & per consequēs prima ex secũda & quarta sequitur. At prima exponens & quarta nõ sufficiunt, nam tunc illa foret vera, omnis homo inquantum chimera est risibilis, consequēs est falsum. Probatur tamen consequentia, quia prima exponens est vera, omnis homo est risibilis, & quarta. Nec tertia & quarta sufficiunt quod patet. tunc fiaret exponibilem esse falsam, exponentibus (quas ponis sufficientes) veris. patet. omnis chimera inquantum homo est animal, notum est illam esse falsam, & tamen tertia exponens & quarta essent veræ, scilicet omnis homo ē animal & cætera Nec prima secunda & tertia sufficiũt, quia tũc hæc esset vera, omnis homo inquantum rationalis est currens quolibet homine currente.

¶ Ex istis nonnulla infero corrolaria. Primum est. Hæc est concedenda, omne æquiuocum inquantum æquiuocum est vniuocum, patet per exponentes, tenẽdo sicut communiter tenetur in antepræ dicamentis, omne æquiuocum esse vniuocum. ¶ Secundum est, omnia inquantum conueniunt differunt, semper concomitanter exponendo.

¶ Tertium, quælibet reduplicatiua composita ex terminis conuertibilibus mediante copula non modificata seclusa distributione est vera, hoc patet in omnibus, omnis homo inquantum rationalis est risibilis.

¶ Dicitur non modificata, quia illa licet componatur ex conuertibilibus terminis non ē vera, omnis homo inquantum rationalis necessario est risibilis.

¶ Dicitur seclusa distributione quia illa non est vera, omnis homo inquantum omne rationale est risibile, vel omne risibile est.

¶ Quarto patet, quælibet propositio cuius terminus reduplicatiuus est superior ad subiectum, dummodo prædicatum principale sit superius ad terminum reduplicatum est vera, & hoc intelligendo conformiter ad tertium corrolarium.

¶ Quintum corrolarium, procedendo ab inferiore ad superius respectu termini reduplicati non valet argumentum de forma, sed respectu termini mediati quemadmodum est prædicatum valet formaliter. Primum patet, nõ sequitur. omnis homo inquantum rationalis est risibilis, ergo omnis homo inquantum animal est risibile. Secundum patet per inductionem. ¶ Sextum, hæc est vera, nullus primorum grammaticorũ inquãtũ grãmaticus

erit summulista, patet falsitatem sui oppositi. ¶ Septimo, sequitur hāc esse falsam, omnis deus inquantum ens est deus, patet per vltimā exponentem.

Contra ista argumentor, sequitur hāc esse veram, omnis homo inquantum rationalis est risibilis, sed consequēs est falsum, igitur. consequentia tenet cum maiore, minor patet. bene sequitur, omnis homo inquantum rationalis est risibilis, ergo omnis homo inquantū rationalis est hoc risibile vel illud & sic de singulis. ¶ Respondetur, primo illa propositio ē exponenda, sicut aliæ exponibiles vbi signum præcedit terminum communem, & posthac descendēdum est, ille terminus risibile stat cōfuse tantum sub quo primo non est descendēdum. ¶ Finem huic speciei imponentes dicimus, propositio de reduplicato extremo per terminorum suppositionem cognoscenda est. Suppositionem termini cognosces ponendo ipsum a parte prędicati cum pronomine a parte subiecti, & illam singularē expones per quatuor exponētes. Vnde fit, hæc est vera in sensu reduplicato risibile inquantū homo est hoc album demonstrando platonem album, non autem ī sensu reduplicatiuo. ¶ De suppositionibus non oportet fari, cum notiones communes conformiter ad regulas in paruis logicalibus datas supponant. Et oppositiones, maternas, descensum cum conuersionibus ex hisce quæin superioribus dicta sunt dignoscere vales, quocirca de hac specie aliud dico nihil.

Signum immediate mensuræ intercapedinem prohibens in priore exponente præiacentem, in posteriore vero qualitatem expōibili aduersam cū dictione quin expostulat.



Ecundum reduplicatiuarum materiam non nihil de propositionibus incipit & definit dicere cōgruit. At qa ly immediate in earum exponentibus ponit prius de ipso sermonem facere necessum est.

¶ Notādum est igitur immediate posse multis modis capi. Primo modo, vt importat abnegationem spacij intermedij, & sic si esset vacuum inter coelum & terram terra esset immediata cęlo. Ex quo patet, nō sequitur a est immediatum b, ergo a est continuū vel contiguum ipsi b Secundo modo importat abnegationē temporis intermedij &, sic dies dicitur immediatus nocti. Tertio modo dicit abnegationem causæ intermediæ & sic causę dicuntur immediatæ quæ simul in agendo concurrunt & nulla causa intermediat. Quarto modo dicit abnegationem ordinis vt ternarius est immediatus binario. Quinto modo dicit carentiam medij demōstratiui & sic dicimus quodlibet est vel non est, est prępositio immediata. ¶ Sed istę acceptiones non sunt ad propositū, impręsentiarum de duabus acceptionibus dicere sufficit. Vno modo cathegoreumatice capitur, & sic illud dicitur immediatū alicui quod se habet ad ipsum sine medio, quando dicitur socrates currit immediate post hoc instās, sensus est socrates currit in aliquo instāti vel tempore quod est vel erit immediatum huic instāti. Alio modo syncathegoreumatice, & confundit terminum sequētē vt immediate post hoc sortes erit quæ sic explicari poterit. Ante qlibet instās futurū sortes erit, vel sic & vniuersalius imediate post hoc erit instans valet hāc in infinitū ppīquę post hoc erit instās quo modo hęc cōcedit imediate post hāc horā erit instās demōstrādo istās terminū eius. Nā īfinite ppinquū erit illud instās, qa ppīquū erit sic qd nulla mensura intersit post hanc horam erit, quin in ea, vel ante eam hoc instans erit, & ita in propositionibus secundæ ordinis est faciendum. Harum oppositæ aduerso modo explicantur. ¶ Cæterum ab alijs dicitur immediate accipi aduerbialiter & prępositionaliter sicut post ante & huiusmodi. Si aduerbialiter, includit tempus vel instans (saltem in consequendo) ex modo loquendi. Si prępositionaliter est syncathegoreuma nihil includens. Quando immediate capitur syncathegoreumatice tunc ante post & huiusmodi capiuntur prępositionaliter & syncathegoreumatice in exponentibus, & præpositionaliter idem est dictu post hoc non erit sortes, & nō post hoc erit sortes. Immo sic capiendo istę ęquiualent immediate post hoc sortes non erit sortes, & sortes post hoc non erit sortes. Secus est si post capiatur aduerbialiter quia sic virtualiter est vnus terminus in vna distributus, non autem in alia. Quando capitur prępositionaliter est purum syncathegoreuma nihil includens, & in singularibus non refert præponere vel postponere negationem dummodo nihil aliud impedit, quia ly post non reddit præpositionem exponibilem. Quando autē capitur cathegoreumatice post & ante capiūtur aduerbialiter, &

includunt cathegoreumata in exponentibus.
His prenotatis dicitur propositionem
de immediate sic cōmuniter exponi, imediate
ante hanc horā tu fuisti, ante hāc horā tu fuisti
& nullum fuit instans ante hanc horam quin
inter illud & hanc horā tu fuisti, imediate post
hūc diē tu eris, post hūc diē tu eris, & nullū erit
instans post hūc diē quin inter illud & hūc diē
tu eris. nec curabo vtrum hęc expositio valeat
si reproducat idē instās numero qđ prius fuit
¶ Tum primo tales casus supra mundanos
venari est inutile quum veritas propositionis
satis sufficienter per tales exponentes naturali
ter exercetur. ¶ Tū secūdo a plerisq; sapiētib᷒
talis reproductio in rebus successiuis & signan
ter de tēpore negaretur ¶ Et negatiua (quā
do negatio sequitur ly imediate) eodem mo
do exponitur, vt immediate ante hoc tu non
fuisti. sic exponitur. Ante hoc tu non fuisti, hoc
est in aliquo tēpore vel instanti, capiendo ante
aduerbialiter. tu non fuisti. & nullum fuit in
stans ante hoc quin inter illud & hoc tu non
fuisti. Et sic in illis de futuro & modalibus pro
portionabiliter dicatur, sic q͏ praiacēs erit pri
ma exponens, vt in luceta retulimus, & secūda
exponēs sit opposite qualitatis ad exponibilē
dempta negatione inclusa in ly quin, quod va
let & non, vel quinō, vel in quo non, secūdum
exigentiam materiae in qua ponitur. Et potes
instans, si velis, extendere ad quantumq; dus
rationem instātis veram vel imaginariam, de
cuius entitate in principio capitis sequentis di
cemus. Haec tamen expositio nihil valet. ime
diate post hoc Sortes curret post hoc Sortes
curret. & nullum erit instans post hoc quī ante
illud Sortes curret. nam in facili casu datur ex
ponibilis falsa & copulatiua exponens vera.
¶ Istarum propositionum contradictoriae de
tertio & quarto modis contradictorio modo
exponentur.

Contra hanc expositionē argumētor,
Ex ea sequitur contradictio, sed consequēs est
falsum, igitur. Consequentia est nota cum mi
nore, sequelam colorare conabor horā sequē
tem per partes proportionales proportione
dupla partiendo (nobis existentibus in vltimo
instanti nō esse horae futurae) sic q͏ prima sit du
pla ad secundam, & secūda dupla ad tertiam,
& sic consequenter, partib᷒ minoribus hoc in
stans versus terminatis, & incipiat Sortes nūc
currere, scilicet per vltimum instans nō esse hu
ius horae, hoc est per remotionem de pręsenti
& positionem de futuro, sic scilicet q͏ in prima
parte proportionali sit currens, in secūda vero
quiescens. & sic alternatim per omnes partes
proportionales, semper qualibet parte impari
currat, & parte pari quiescat. Iam illę duae sunt
verae, imediate post hoc Sortes curret, & ime
diate post hoc Sortes non curret. hoc patet per
earum exponentes sic, post hoc Sortes curret,
& nullum erit instans post hoc instās quin in
ter illud instans & hoc instans Sortes curret. er
go imediate post hoc Sortes curret. consequē
tia tenet ab exponentibus ad exponibilem, &
prior exponens est nota, & secunda probatur
Nam dato eius opposito aliquod erit instans
post hoc instans, inter quod instans & hoc in
stans non est ita q͏ Sortes curret, vel sic & me
lius negādo ly inter & tempus per ipsum im
portatum, quod in secunda exponente affir
matur ratione duplicis negatiōis, aliquid erit
instans post hoc instans & nō inter illud instās
& hoc instans Sortes curret. Signetur illud in
stans, quū instans stet determinate, & sit a gra
tia exempli, tunc sic argumentor, vel a termi
nat aliquā partem proportionalem, vel est in
aliqua parte pari vel impari. & non est in vlti
ma, nec eā terminat, quia hoc implicat, quod
patet, quia vel illa est diuisibilis vel indiuisibi
lis, non secundum. nam tunc continuum com
poneretur ex punctis, quod impraesentiarum
supponim᷒ impossibile. Si primum, illa potest
diuidi. & per consequens pars vlterior minor
magis accedens ad extremū erit pars propor
tionalis post illam. & sic patet, a non est instās
propinquissimum instanti in quo nos sumus,
immo mediatum. & per consequens tēpus &
infinita instātia mediant, & in quolibet tēpore
quantūlibet paruo ad hoc instans terminatū
infinitę partes proportionales secundum hāc
diuisionem pares pariter & impares existunt.
ergo per casum Sortes ante a, imo millies, ante
a curret. ergo contradictoria secundę exponē
tis est falsa. & per consequens ipsa est vera, &
ita exponibilis erit vera. Pari passu veritatem
exponibilis negatiue probabis. cōtradictoria
enim secundę exponētis eius erit ista, aliquod
erit instans post hoc instans, & non inter illud
instans & hoc instans Sortes nō curret, quę est
falsa in casu. Sed illę duae exponibiles contradi
cunt. Patet, sunt singulares oppositae qualita
tis, & praedicatum non distributum in vna est
distributum in alia, igitur contradicunt. ¶ Re
spondetur, concedendo illas duas propositio
nes veras in casu illo capiendo post aduerbia
liter, non enim contradicunt, in vtraq; est vni
uersalitas; cum vtraq; copulatiue exponatur,
in altera signum exponibile negetur, & bona
erit contradictio. ¶ Sed contra, contrariae in
vtraq; vniuersalitatem admittūt, vt hic, om

nis homo omne animal est, omnis homo non est animal, igitur erunt contrarie ad minus. ¶ Respondetur, capiendo ly post & ante praepositionaliter illae propositiones contrariantur saltem de lege, cum secunda scilicet negatiua hanc valeat nunquam post hoc sortes curret. Nec vt sic, probate sunt vere, sed possunt simul falsificari, in vtraque enim eadem manet vniuersalitas, verum capiendo illas dictiones aduerbialiter concessimus eas veras, licet vtraque copulatiue exponatur, quibus in sensibus potius legem subcontrariarum quam contrariarum subeunt, Exponentes ratione particularitatis in aduerbijs incluse reddūtur vere. Et ex illo patet solutio ad replicā. Eodē modo probari potest, immediate post hoc sortes erit viuus, immediate post hoc sortes erit mortuus. & nunquā simul adequate erit viuus & mortuus, ponēdo quod in qualibet parte proportionali pari moriatur, & impari resuscitetur, sed vtrum erit viuus vel mortuus ī fine horę scitare si volueris, at nostro negotio illud ē impertinens. ¶ Ex hiis corrolarie sequitur, ista simul stant, immediate post hoc sortes erit motus, immediate post hoc sortes erit quiescens, & sortes ī nullo tempore adequato mouetur & quiescit. Tertia est necessaria, & duae primę vere in casu argumenti supradicti. Idem etidem probabis in simili casu immediate post hoc sortes erit albus, & īmediate post hoc sortes non erit albus capiendo post aduerbialiter & non praepositionaliter. Aliter ista non concederet, post hoc sortes non erit albus, vti prius meminimus. Nam aduerbialiter sensus ē, in aliquo instanti vel tempore post hoc sortes non erit albus, quod est verum, & illa determinatio se tenebit a parte copulę & erit praedicati nō vnica. Similiter nunc actu habemus has veras, immediate post hoc erit instans quod non īmediate post hoc erit, siue cathegorice siue copulatiue (dummodo relatiuum referat om̄es terminos in priori cathegorica) exponatur. Immediate post hoc erunt duo, tria & sic in infinitum instantia. Et nullum instans erit immediate post hoc. Nec ista vel similis est immediate exponenda, instans immediate post hoc erit, sed prius dandę sunt singulares ex parte termini instans, stantis determinate, & ita vtrobique. ¶ Aliud corrolarium, aliqua vniuersalis semper erit vera, & immediate post hoc aliqua singularis eius erit falsa, immo īmediate post hoc aliqua singularis eius desinit esse singularis eius patet de hac omne instās futurum erit, & singularibus eius. Nam immediate post hoc aliquod instans futurum desinit esse, tamē quando desinit esse singularis eius non sufficienter falsificat illam vniuersalem. Ex his iterum patet has duas lōge differre, nō immediate post hoc erit instans & nullum instans erit immediate post hoc. ¶ Insup sequitur, sortes immediate post hoc instans erit senior quam erit immediate post hoc instans, patet per exponētes eius. ¶ Finaliter sequitur hanc consequētiam non esse conuersionem, immediate post hoc erit instans, ergo quod erit instans immediate post hoc erit, vel instans est vel erit immediate post hoc. Nam proceditur a confusa ad determinatam respectu multitudinis, immediate non negatum copulatiue exponitur, oportet ergo delere immediate in consequente.

Cōtra primū corrolariū argumentor, ex eo sequit̄ sortes in eodē tēpore mouet̄ & quiescit, & sic priuatiue opposita verificarentur de eodem. ¶ At dicis (& bene) hoc non inconueniens cum ampliatione. Item cōformiter ad corrolarium non in eodem tēpore adequato currit & quiescit. ¶ Sed contra hoc argumentor, in hac quarta currit & quiescit (demonstrādo quartam immediate sequentem vltimum instans non esse horę futurae) & hęc quarta ē idē tempus adęquatum, igitur. ¶ Respondetur, concedendo antecedens cum consequente, sed cursus & quies non sunt in eodem tempore adęquato, nam in quacunque parte proportionali verum est dicere sortes currit falsum est dicere in eadem sortes quiescit. Idem est si sortes currat in vna medietate horę & quiescat in altera, ratiocinando de tota hora. ¶ Secundo, contra aliud corrolarium argumētor, bene sequitur. immediate post hoc aliqua singularis eius erit falsa, ergo imediate post hoc ipsa erit falsa, nam ex antecedēte sequitur. post hoc aliqua singularis eius erit falsa, & hoc sufficit ad falsitatem eius. ¶ Respondetur, concedendo antecedens negando consequentiam, in antecedente aliqua singularis eius ampliatur, nunquam enim haec erit vera, aliqua singularis eius vel huius vniuersalis est falsa. ¶ Dubitatur finaliter, quomodo supponunt termini in exponibili de immediate. Respondetur, immediate post hoc erit tempus, tempus illic stat confuse tantum, quia sequitur signū immediate non impeditum quod ipsum cōfundit confuse tātum. Reliqui terminī supponūt secundum regulas communes suppositionū. Et de conuersione iam in vno correlario fati sumus.

Sequūtur exponibilia de incipit & desinit.

Per præsentis positionem præteritiq; remotionem, aut per futuri positionē, præsentisq; remotionē propositio de incipit philosophice fando (modo restrictio aboleatur) illustranda venit.



Exponibilibus, exclusiuis, exceptiuis, reduplicatiuis, cū propositionibus de immediate præmissis, consequenter vt moris est, expositiones de incipit & desinit suo situ locare congruit. Quocirca de eis sollicite superfluitate deducta, nonnihil scribere conabimur, quę pro intēsione & remissione formę & multis alijs materijs oppido conducunt. ¶ Dicitur philosophice loquendo. nam vulgariter concedimus arborem quę iampridem fronduit incipere frondere. Similiter sacellanum post introitum incipere tē diuinam celebrare, sed nec in hac materia, nec in formæ intensione, sic vocabulo vtimur. ¶ Sed quia vtimur his vocabulis tempus & instans, in hac materia, expedit tirunculis illa parumper retexere, supponēdo ex quatto philosophorum, varias esse positiones de entitate temporis proprij dicti. Quarū vna probabilis est, tempus est accidens successiuum & motus primi mobilis, vel alterius corporis. Et sic instans est accidens indiuisibile existens in tēpore, ei⁹ partes continuans. ¶ Alia positio tenet tēpus esse cœlum, supponit enim tempus pro cœlo, cōnotando q; per motum ipsius ista inferiora mensurentur. Et instans secundum hanc positionem etiam supponit pro cœlo, connotādo q; nunc aspiciat aliquid in istis inferiorib⁹, qđ non imediate ante hoc respiciebat, nec immediate post hoc respiciet. ¶ Fiere ergo in tēpore est fieri successiue, & partem post partē. At fieri in instanti est raptim & subito fieri, & subito desinere esse, vel fieri in instāti & quolibet tempore dato fieri ī minore. Et licet oīa in hac materia secūdum hunc posteriorē modum loquendi de tēpore (quem suspicor veriorem) optime fieri possunt, quia tamen modus præcedens est (& signanter nouitijs) clarior, illum in hisce ꝓpositionib⁹ exponēdis insequemur. ¶ Cæterum per positionem affirmatiuā propositionem, & per remotionem negatiuam intelligo. ita q; talis exponens erit vna disiūctiua ex duabus copulatiuis conflata, cuius vnius veritas illius exponibilis veritatem manifestat. ¶ Dictum est in litera, nisi restrictio ponatur. quare hęc per vnā copulatiuā venit exponēda, Sortes incipit per primum instans sui esse. Similiter hæc. A motus incipit esse per vltimum instans sui non esse ¶ A incipit esse, sic exponitur. A in instanti quod est præsens, est. & a non imediate ante instās quod est præsens fuit, vel a in instanti quod est præsens nō est. & immediate post instās quod est præsens erit. quomodo hoc cōplexum instans pręsens impręsentiarū capiat posthac diffusi⁹ patebit.

In quatuor instātibus horum plenior cognitio deprehēditur, quæ sunt primum instans esse, vltimum instās nō esse rei, primum instās non esse rei, & vltimum instans esse rei.



Cæterum instātiū quoddam est inchoatiuum tēporis, vel terminatiuum eius. Aliud vero cōtinuatiuum partium tēporis, vt data hac, hora nona, est dare vnū instans inchoatiuum eius quod est vltimum instans non esse eius, suppono nunc nos esse in illo, & illud est primum instans non esse horæ octauæ, dicatur illud instans a immediate post a instans sequitur vnum instās, sed nullum est instans immediatū a instanti, inter quodcūq; aliud instans horæ nonæ & a instans dabile est medium, & infinita instantia media, & illa alia instātia sunt intrinseca horę nonę, & cōtinuatiua partiū eius, sicut puncta continuant partes lineę. At a instās est vtriq; horę extrīsecū, sed quodlibet instans extrinsecum siue terminatiuum est continuatiuum temporis præcedentis & sequentis. Et sic istę sunt concedendę immediate post hoc erit tempus imediate post hoc erit instans. Ante quodlibet instās futurū erit tēpus. Ante quodlibet tēpus futurū non continuatum ad hoc instans erit instans, quodlibet instans præcedit instans, nullum instans pręcedit quodlibet instans, in quolibet tēpore quantūlibet paruo infinita sunt instātia. ¶ Insuper duplex instans attribuitur rei quo ad inceptionem, scilicet primum instans esse rei, & vltimum instans nō esse rei. ¶ Vltimū instās non esse rei est instans in quo verum est dicere res nunc non est, & immediate post hoc erit, & sic quęlibet res proprie successiua incipit esse. Rem proprie successiuam illam voco, quæ est partibilis tam quo ad generationē q̄ quo ad existentiam, quando aliquid eius est ipsa est, suum acquirit suum esse. hoc est, habet esse tempore acquisitionis, & etiam res permanēs quo ad esse, quę successiue generatur, vt calor cuius omnes partes quę fuerūt vel erunt erūt

vel esse possunt in eodem instanti. ¶ Primum instans esse alicuius rei est instans in quo verũ est dicere, hæc res nunc est, & nunquam prius fuit, vel non immediate ante hoc fuit. ¶ Vltimum instans esse rei est instans in quo verum est dicere in hoc instanti est res, & non immediate post hoc erit exemplum, vt a instans nostrum in quo sumus. ¶ Primum instans non esse, est instans in quo verum est dicere hęc res nunc nõ est, & immediate ante hoc fuit. vt hora octaua immediate præcedẽs. Illa duo instantia attribuuntur rei quo ad desitionem. Sufficit nouitio qualibet res quę incipit altero istorum modorum incipit esse. Si vnus angelus nunc sit creatus, & vnus alius immediate ante hoc fuerit creatus, prior prius fuit & incepit esse prius, & per nullum instans. Sed hoc ad iuuenculum in artibus nõ attinet. Similiter, quælibet res quę desinit altero istorum modorum desinit esse. ¶ Ex isto patent aliquę propositiones. Prima. Idem instans numero est primum instans esse vnius rei, & primum instans non esse alterius rei, & tertiæ rei vltimum instans non esse, & vltimum instans esse quarte rei. patet. si creetur vnus angelus vel anima intellectiua in a instanti in quo sumus. Iam a est primum instans esse istius animę, & primum non esse horæ octauæ, & vltimum instans nõ esse horę nonæ, & vltimum instans esse mutati esse in motu. ¶ Secundo patet. non sequitur. sortes est in hoc instanti, & non immediate ante hoc fuit in hoc instanti, ergo hoc est primum ĩstans esse sortis, sed solum sequitur, ergo hoc ẽ primum instans esse sortis in hoc instanti, sicut a instans nostrum est primum instans esse dei in a instanti ¶ Tertio patet. implicat idem esse primum instans esse huius rei, & vltimum instans non esse eiusdem. Probo, sequitur bene. hoc est primum instans esse huius rei, ergo in hoc instanti hæc res est, & est vltimum instans non esse huius rei, ergo in hoc ĩstanti hęc res non est, sed consequẽtia implicant, ergo & antecedentia. ¶ Quarto sequitur, hæc copulatiua est vera, a istans in quo sumus alicuius rei est primum instans esse, sed non est primum instans eẽ alicuius rei. Prima pars patet. quia huius rei (demonstrando mutatum esse ĩ motu) est primum instans esse (ex idusẽna non capio ipsummet instans ob tenebrositatem ne dicatur idem per seipsum mẽsurari). Secunda pars patet. quia sua contradictoria est impossibilis. ¶ Eodem modo, alicuius rei hoc est vltimum instans esse. Sed non est vltimum instans esse alicuius rei, & sic patet de omnibus talibus nõ est idem dictu, hoc est hominis primum ĩstãs esse, & hoc est primum instans esse hominis, cũ hominis fiet determinate. illa propositio est primo probabilis ratione de ly hominis, hoc ẽ sortis primum instans esse, & sortes est homo, ergo hoc est hominis primũ instans esse. Alia est exponenda sicut iam exposuimus, & hoc exponendo ratione totius aggregati, quia sic in proposito capimus. potest etiam exponi ratione superlatiui gradus. ¶ Ex his sequitur hęc consequentia est nulla, hoc hominis ẽ vltimũ instans esse, ergo hoc est vltimum instans esse hominis. ¶ Secundo sequitur, hęc illatio ẽ nulla. hoc est vltimum instans non esse sortis albi ergo hoc sortis albi est vltimum instans non esse. Tertio patet. neutra istarum infert alterã hoc est vltimum instans non esse hominis, & hoc hominis est vltimum instans non esse.

¶ Quinta propositio, cuiuslibet caloris geniti in hac aqua datur primum instans esse, sed nõ datur primũ instans caloris geniti in hac aqua (demonstrando calorem puræ partibiliter genitum). Nec loquor de minimo naturali. Prior pars patet per ascensum. Secunda patet per exponentes, & falsitatem exponentium contradictoriĩ. Si detur primum ĩstans caloris geniti sit a, tunc in a instanti calor est, & in nullo instanti priori fuit calor. ergo non puræ successiue producitur cõtra hypothesim. ¶ Ex quo patet, iste simul stant, a est vltimum instãs nõ esse caloris, & nullus calor est in rerum natura. Calor & quælibet similis res habet vltimum instans non esse incompletum, & primum instans esse completum, Sic de vltimo istanti dicatur. Vltimum instans esse completum est quando res est in aliquo instanti & non immediate post illud instans illa res nec aliquid eius erit. Sed quando res est in vno instanti & non immediate post illud istans erit illa res sed bene aliquid eius, vel saltem quod fuit eius tũc dicitur habere vltimum instans esse incompletum, & sic res quæ partibiliter corrumpitur habet vltimum instans esse incompletum, & primum non ess completum. ¶ Quo ad inceptionem rei dabis totum tempus adęquatum in quo res non est, & totum tempus adęquatum in quo res est, & ista tempora sunt immediata quoad tempus, solum instans mediat, & non esse huius rei suum esse præcedit, tunc vel ĩ instanti medio illorum temporum h res est vel non est, sed immediate post hoc erit. Si primũ hæc res habet primum instans sui esse, si non ẽ habet vltimum instans non esse. ¶ Et sic quo ad desitionem, accipe totum tempus adęquatum in quo hæc res fuit præcedens totũ tempus adęquatum in quo non fuit, ita vt totum

suum esse praecedit suum non esse, quaerendo an in instanti medio illa res est vel non est. Si primum, habet ultimum instans sui esse. Si nõ habet primum instans sui non esse.

Ex vocabulorum significatis, & artistarum usu (sicut in plerisq; aliis) ampliationes impraesentiarũ dependent.

¶ Idem enim est dictu, Sortes incipit nõ currere, & Sortes desinit currere, Sortes desinit nõ currere, & Sortes incipit currere. quo circa haec verba incipit, desinit, quãdo sequitur negatio negans non eodem modo ampliant sicut quando nõ sequitur. Sed hoc complexũ incipit non, ampliat sicut ly desinit, & desinit non, sicut ly incipit. Ampliationes ex significatis terminorũ totalium attenduntur. ¶ Termini enim qui praecedunt vel sequuntur ly incipit vel eius participium ampliantur ad stãs dum pro his quae in instanti medio sunt praesens sunt, vel imediate post instãs quod est praesens erunt hoc patet, verbum incipit importat esse & nõ fuisse, vel nõ esse & fore. & ideo ampliat ad praesens & futurum, quia illa ampliatio pro uenit ratione significationis, & non temporis. Propterea concludimus ampliationem in illis secundum exigentiam propositionum passim concessarum, quando per dictionẽ temporalẽ nõ potest saluari veritas, ut patet inductiue in ampliationibus, sicut est de re successiua, quae nondum est, sed imediate post hoc erit secũdũ se vel aliquid eius. Concedimus est incipiẽs esse caliditas in hac aqua, & si nobis inferatur, ergo caliditas est in hac aqua. Negamus consequentiam, quia proceditur amplo ad non amplum affirmatiue sine distributiõe ampli. Idẽ de re permanẽte cẽseo si per huiusmodi instãs accipiat initium Sed si aliquid incipiat esse per primum instans sui esse. ut a, nõ requiritur ampliatio ad praeteritũ ratione eius. ut cõcedendo hanc A est incipiẽs esse, quia in eodem instãti est ens. Non tamen nego quin verbũ incipit est ampliatiuum quantum est de se respectu cuiuscunq; alterius. ¶ Et econuerso est de hoc verbo desinit. Cõcedere solemus, b desinit esse quando nõ est, hoc est in primo instanti sui nõ esse. ergo oportet desinit ad praeteritum ampliare. Eodem modo probare potes, incipit a tergo ampliare nã Sortes incipit habere albedinem esto q̃ nulla sit ĩ rerum natura albedo. Ista verba incipit & desinit non quodcũq; tempus praeteritum vel futurum denotant, sed futurum & praeteritum nobis imediatum. Nec iuuat tales ĩmedium afferre, arbor incipit florere, postq̃ parum frõduit, quia modum vulgarem superius euacuauimus. ¶ Ex isto sequitur disiunctum istorum verborum incipit desinit vel ex eorum participiis ampliat ad tria tam terminum a tergo q̃ a fronte ad supponẽdum pro eo quod est, vel imediate ante instãs quod est praesens fuit, vel imediate post instãs quod est praesens erit, queãdmodum diximus in ampliationibus de disiuncto praeteriti & futuri. ¶ Et ex isto sequitur, hic non est sillogismus, omne album incipit esse nigrum, & omnis homo est albus, ergo omnis homo incipit esse niger, quia ultra illa quae i sillogismis allegauimus puta sunt affirmatiue vel negatiue praegnantes, & per cõsequẽs indoneae ad sillogismos alius error cõmittit procedendo a non amplo ad amplum cum distributione ampli.

His pro clariori sequentiũ intelligentia suppositis, ponam propositiones, quarum prima est. non sequitur formaliter, iste homo incipit esse. ergo iste homo nunc est, & iste homo imediate ante hoc non fuit. Probatur, nõ sequitur, ergo non sequitur formaliter. consequentia tenet, ex opposito sequitur oppositũ. assumptum probatur, interdum ita erit sicut significatur per antecedens, & tunc non erit ita sicut significatur per consequens. ergo non sequitur, quia in instãti primo resurrectionis ista erit vera, iste homo incipit esse, & tamen tunc copulatiua quae est consequẽs propter lapsum instantis demonstrati erit falsa. ¶ Secunda propositio, non sequitur formaliter, iste homo incipit esse. ergo iste homo nunc est, & iste homo immediate ante instans praesens non fuit, vel iste nunc non est, & iste homo immediate post hoc erit, quod non probatur, quia demonstremus fortem qui nũc in hoc instanti incipit esse per primum instãs esse, dehinc ad mille annos ponamus eum resurgere. tunc ita erit sicut significatur per antecedens, & tamẽ per lapsum instantium sicut dictum est i alia propositione consequens est falsum pro vtraq; copulatiua. ¶ Ex his duabus propositionibus infero corrolarium, disiunctiua composita ex duabus copulatiuis datis cum istis terminis singularib^9, hoc instanti, & nunc, nõ cõuertibiliter exponit propositionem de incipit. patet ex secũda propositione. ¶ Pro cuius declaratione aduerte, non est idem dictu, hoc instans, & instans praesens. Et pro isto pono propositionem. Prima est haec. Instans praesens cras erit, & hoc instans nõ cras erit. Secũda pars est nota, & priorẽ probo hoc cras erit demõstrãdo instans cõtinuatiuũ meditatũ diei crastine, & hoc est vel erit instãs praesens. ergo instãs praesens cras erit. ¶ Secũda propositio. Iohãnes est Parisius in instãti prae

senti, & tamen non est Parisius in hoc instanti, instans pręsens demonstrando probatur, & sit rei veritas Iohannem in hoc instanti esse in sancto Andrea. Secunda pars ē nota. Pro priori parte pono Iohanni obligatorię hanc. Iohānes est Parisius, admisso casu. & eadem proposita, quia possibilis, pono Iohanni hanc, Iohānes est Parisius in hoc instanti. illa est negāda quia falsa & impertinens, & tūc proponam ei, omne quod est Parisius est Parisius in instanti præsenti illa est concedenda, quia vera nō repugnans, tunc proponam Iohannes est Parisius in instanti præsenti, Iohannes habet illam concedere, quia sequitur ex posito cū bene cōcesso in darij sic argumentando, omne quod est Parisius est Parisius in instāti præsenti, sed Iohannes est Parisius, ergo Iohannes est Parisius in instanti præsenti, & tamen non habet illam concedere, Iohannes est Parisius in hoc īstanti, cum ipsa sit nunc negata, & bene. & omnes responsiones sunt retorquendæ ad idem īstans saltem respectu concedere & negare, immo tunc habet illam negare licet sit vera, hoc instans est, eo ꝙ repugnans posito, & bene cōcesso, ergo non loco huius vocabuli instans p̄sens licet ponere ly hoc instās, & per consequēns non conuuertuntur. ❡ Tertia propositio, plato disputat in instanti præsenti, & tamen non disputat in hoc instanti, probatur possibilitas propositionis, hæc consequentia est nulla, plato disputat in instanti præsenti, ergo plato disputat in hoc instanti, stet ergo oppositum cōsequentis cum antecedente copulatiue, & habetur nostra propositio. ❡ Quarta propositio coelum mouetur in instanti pręsenti, vel saltē in præsenti instanti verum est dicere mouetur coelum, & tamen cęlum non mouetur in hoc instanti, demonstrando instans præsens, probatur. prima pars copulatiue non infert cōtradictoriam secundæ partis, cum prima (naturaliter loquendo) sit necessaria, & secunda cōtingens, ergo copulatiua tota possibilis. probatio consequentię vtrobiq; tenet. ❡ Quinta ꝓpositio, hæc est vera, sortes senex incipit esse ī hoc instanti, & tamen sortes senex non incipit esse in instanti præsenti. ❡ Sexta ꝓpositio principalis (quę tangit exponentes de incipit & desinit) est hæc, nō sequitur. Antichristus immediate post instans præsens erit, & Antichristus in instanti præsenti non est. vel Antichristus ī instanti præsenti est, & Antichristus immediate ante instans præsens nō fuit, ergo Antichristus incipit esse. Probatur, antecedens ē verū & consequens falsum, falsitas consequentis est nota. probatur veritas antecedentis, vna pars principalis illius disiunctiue puta vna copulatiua est vera, ergo tota disiunctiua, probo antecedens, illa est vera, Antichristus in instanti p̄senti non est. Probatur secunda, & signo a instans quod erit primum instans esse Antichristi, tunc probatur hæc. Immediate post īstans præsens Antichristus erit, ab exponentibus de immediate, quia post instans præsens Antichristus erit. probatur. post hoc instans Antichristus erit, per ly hoc demonstrando instās a, & hoc est vel erit instans præsens, ergo post instans præsens Antichristus erit, ecce primā exponentem de immediate veram. Secūdam sic probo, quæ est hæc. nullum erit instās post hoc instans quod est vel erit præsens quin inter ipsum & hoc instans quod est vel erit pręsens Antichristus erit, quæ probatur, quia nō est dabile instans post a instans quin inter ipsum & a instās Antichristus erit. Sed quia forte istius propositionis veritas est tibi adhuc suspecta. ❡ Ponitur septima propositio, quælibet propositio de incipit sufficiēter exponitur per disiunctiuam compositam ex duabus copulatiuis quarum vna erit per positionem de pręsenti & remotionem de præterito, & altera per positionem de futuro & remotionem de præsenti (negādo istum terminum immediate & capiendo istud complexum instās quod est pręsens & hoc restrictiue). Patet propositio non videtur aptior modus exponendi. Item quælibet res incipiens esse incipit per primum instans sui esse, vel per vltimum instans sui nō esse. Nec ē possibile (naturaliter potissimū) vt aliter īcipiat. Si primum, verificabitur per positionem de præsenti & remotionem præteriti. Si secundum, verificabitur per positionem de futuro & remotionem de præsenti, & ꝑ cōsequens totus ambitus exponibilis continebitur in disiunctiua illa composita ex illis duabꝰ copulatiuis, & contra. nisi sit impedimentū per terminos discretos vel per aliquam aliam determinationem, vt prius retulimꝰ, verbi causa, a incipit esse, exponēdo sicut superius explicauerimus. ❡ Et negatiua (in qua incipit negatur) debet exponi per copulatiuam compositam ex duabus disiunctiuis ex partibus cōtradicentibus, vel per disiūctiuam negatiuam & cætera. secundum ꝙ ex hypotheticis nosti, recte contradicitur disiunctiue affirmatiue per disiūctiuam negatiuam vel per copulatiuam affirmatiuam ex partibus contradictorijs cōflatam. Si enim copula vniat extrema pro instanti capias sicut dicta. Si vero ꝓ tempore loco de ly instans præsens dicas tempus quod ē præsens, multiplicando quatuor tēpora istas

quatuor instantium pro inceptiõe rei successi/ue, sed illud est perrarum. Multi sophistarũ nõ vocabant illas exponibiles, sed dixerunt eas habere duas causas veritatis per quas verifi/cari possunt. Sed non refert, iste modus loquẽdi est melior, concedimus illas duas causas veritatis, & quum definitio exponibilis & exponentium etiam conuenit istis, & praepones in exponẽtibus istarum negationem ad ly imme diate, quia haec, sortes in instanti quod est praesens est albus, & sortes immediate ante instãs quod est praesens nõ fuit albus, non potest eẽ altera pars principalis disiunctiue exponentis hanc sortes incipit esse albus, si ante capiatur prępositionaliter illa esset negãda sortes incipit eẽ albus, casu quo sortes ante diẽ immediate prę teritum fuerit albus, & in toto tempore intermedio ad hoc instans vsq; niger, in quo nunc sit albus, vt patet per falsitatem secũdae exponentis, sortes immediate ante hoc non fuit al/bus, cuius falsitatem ostendit prior exponens de immediate. Si aduerbialiter illa esset conce/denda, sortes incipit esse albus, casu quo hora pręterita fuisset partita in partes proportionales, minoribus nos versus terminatis, & in qualibet parte pari sortes fuisset albus, sed debet affirmari quãdo exponitur propositio per positionem de futuro & remotionem de praesenti Patet, quia haec copulatiua sortes in instanti quod est pręsens non est albus, & sortes non immediate post instans quod est praesens nõ erit albus, non potest esse altera pars verificans vel exponens hanc sortes incipit esse albus, patet. vel ly post capiatur praepositionaliter, & tunc illa esset concedenda sortes incipit esse albus, casu quo nunc nõ sit albus, nec dehinc ad vnã horam, sed post illam horam erit albus, vt patet per exponentes, contradictoria secundę inferet hanc falsam, sortes nõ post hoc erit albus. Si ly post capiatur aduerbialiter, tũc diuisa hora per partes proportionales, & in qualibet pari sit sortes albus, & in impari niger, & nunc nõ sit albus illa est neganda, sortes incipit esse al/bus. Sed illud est inconueniens igitur. & extendamus tempus ad omnem durationem, alio/quin deus incipisset in instanti initiatiuo mundi, quod est falsum. Sed sic materialiter expo/nendę sunt propositiones in quibus ponitur incipit, quia hoc crebro magis conducit & theologo, phisico, & breuiter cuicunq;, quid opus est caput inuoluere ĩ formalitate, dummodo dentur expositiones materialiter vel formaliter exponẽtes sensum exponibilis, & sic impo sterum loquar cõmuniter, vel sic. oportet videre naturam rei significatę p terminũ, si terminus significet rem quę incipit per primum instans sui esse, oportet dare copulatiuam cõpositam ex positione de pręsenti & remotione de praeterito, vt sortes incipit esse, ergo sortes in instanti quod est praesens est, & sortes non immediate ante instans quod est praesens fuit & contra. Sed si ponatur terminus significãs rẽ quę incipit per vltimũ instãs sui nõ esse oportet dare copulatiuã cõpositã ex remotione de pręsenti & positione de futuro, vt incipit esse motus, ergo imediate post instãs qđ est p̃sens erit mot⁹, & in instãti qđ est p̃sens nõ est mot⁹ & ecõuerso. ¶ Cÿterũ notato, qñ ponitur termi nus significãs rẽ successiuã in ppositione, licet oẽs alij termini significẽt rẽ pmanẽtẽ oportet expõere totã ppositionẽ scđm naturã rei suc/cessiue, hoc ẽ p vltimũ istãs nõ eẽ nisi verificatio, pućiat a re pmanẽte, qa tũc nõ oportet, vt tpis istãs icipit eẽ, cui⁹ verificatio pućit rõne instãtis qđ ẽ res pmanẽs ad hũc sensũ q nõ ẽ successiua. ¶ De talib⁹ visio icipit eẽ, lumẽ icipit eẽ, dilectio scia icipit eẽ, ad vidẽdũ p q̃ istã tia debẽt expõi, oportet hoc praesuppõere ex philosophia scđm opinionẽ hãc vel illã, qa alij q tenuerũt successiue lumẽ pducebãt vt Empedocles & Alexãder paptrticus teste cõmẽtatore, alij instãtaner vt cõmẽtator. nõ oportet tyrũculũ in dialecticis hoc explorare anteq̃ exponat, sed oportet sic dicere, si taliter incipit hęc res taliter expono hãc propositionem, vel si aliter, aliter eam expono, & dum pertinenter dicat sufficere videtur. Interdum pro/positio est distinguenda ratione determina/tionis quae potest partem subiecti vel subie/ctum determinare, vel pręedicatum, vt sortes in hoc instanti incipit esse, penes hoc q ly hoc instanti determinet ly sortes, vel praedicatum vt diximus de hac, Adam in aliquo tempore fuit omnis homo, si sortes sit & prius fuit in priore sensu est falsa, in posteriore vera, sicut ista sortes incipit esse in hoc instanti.

Propositio de desinit per positionẽ de pręsenti & futuri remotionẽ, aut p remotionem de praesenti & positionem de praeterito exponitur.

Am quaelibet res desinẽs esse aut desinit per primum instans sui non esse, vel per vltimum instans sui esse, vt sortes desinit esse, sortes in instãti quod est pręsens est, & sortes nõ immediate post instãs quod est praesens erit, vel sortes in instanti quod est praesens non est, &

immediate ante instans quod est praesens fuit. ¶ Opposito modo ꝓpositio in qua desinit negatur, (sicut in omnibus exponibilibus usu venit) exponenda est, & quia istae propositiones sortes incipit nõ esse, & sortes desinit esse, sortes desinit non esse & sortes incipit esse (ut supra diximus) aequivalent, ulteriore expositione minime egent.

Pro huius materie uberiori cognitione duę regulę haud scitu indigne locabuntur, quarum prior esto, a b inferiore ad superius post verbum icipit aut desinit ꝓcedēdo cõsequẽtia nõ valet.

IN vocabulis tamen de prędicamento substantiae, primae aut tertiae speciei qualitatis (saltem ĩ abstractis) consequentia est valida. Ad verificationem enim praedicatorũ transcendẽs aliaq; superiora verificantur. ¶ Et patet regula, non sequitur. sortes incipit esse albus, ergo sortes ĩcipit esse coloratus. Sed bene sequitur, sortes ĩcipit esse homo, ergo sortes ĩcipit esse animal. Similiter a incipit esse scientia, ergo a incipit esse habitus vel dispositio, b incipit esse albedo ergo b incipit esse color. ¶ Dixi in duabus speciebus qualitatis, quia in alijs nõ valet argumẽtatio. Nec in concretis illarum specierum. Nõ enim sequitur, sortes incipit esse geometra, ergo sortes incipit esse mathematicus. nec sequitur, bertha incipit esse vir, ergo bertha incipit esse qualis, antecedens crebro verificatũ est, si Plinio in naturali historia credatur, quãdo cõsequens falsificabatur. Interdũ tamẽ cõsequentia est bona ꝓpter aliquã aliã habitudinẽ, bene sequitur, hic angelus ĩcipit esse albus, ergo hic angelus incipit esse coloratus. propter antecedentis impossibilitatẽ. ¶ At cũ notione praecedente incipit & desinit bona est illatio, bene enim sequitur, album incipit esse, ergo coloratum incipit esse.

Contra hãc regulã trimẽbrẽ argumẽtor, non sequitur. deus incipit esse hõ, ergo deus incipit esse aliqd, & tamẽ ꝓceditur in terminis de prędicamẽto substãtię, ergo regula nulla. ¶ Sed negas minorẽ, & bene ly hõ dictum de deo nõ est in prędicamẽto substantię, quia sic, homo est aliqd intrinsece ex corpore & aĩa intellectiua constatũ, deus aũt per ideomatũ cõmunicationẽ ẽ hõ, qa habet hũanitatẽ assumptã, est autẽ simplex & incõpositus. Nã posteriori modo iste terminus hõ supponit pro filio dei cõnotando ipsum habere hũanitatem assumptã, & sic est terminus cõnotatiuus, & ꝓ cõsequẽs nõ discurrit per regulã. ¶ Cõtra, nõ sequitur. sortes & plato incipiũt esse hoies, ergo sortes & plato incipiũt esse substãtię, quia ponẽdo eorũ partes prius fuisse, & nũc primũ unitas antecedẽs cõtradictoriũ cõsequẽtis in veritate cõpatitur, quod patet. sortes & plato incipiũt esse substantię, & sortes & plato sunt vel erũt ĩmediate post hoc hee materę, & hee formę, ergo hee materię & hę formę incipiũt esse substãtię, cõclusio est falsa & minor vera, igit maior falsa ¶ Respõdet cõcedẽdo nõ sequitur in plurali nũero cũ terminis rẽ cõpositã significãtibus, bene aũt in singulari. ¶ Contra, nõ sequitur. hoc ĩcipit esse Iohãnes, ergo hoc incipit esse hõ, quũ primũ baptizat, antecedẽs est verũ, & cõsequẽs falsum, & tamen ꝓcedit in singulari nũero, igit. ¶ Respõdet, negãdo sequelã, fuit Iohãnes anteq̃ baptizaret, sicut fuit res verũ hęc vox Iohãnes ante ĩpositionẽ eũ nõ significabat, quocirca ĩpositio nõ est superuacanea, cuius de ĩesse nõ est hęc, hoc ẽ Iohãnes, sed hęc, hoc est hoc, ut ex positione propositionũ inesse claret.

Secũdo principaliter argumẽtor, non sequitur, sortes desinit eẽ hõ, ergo sortes desinit esse, & tamẽ ꝓcedit in terminis de p̃dicamẽto substãtię vel entis aliorũ more, qa in idẽ redit igit. maior ꝓbat, qa in primo instãti nõ eẽ sortis, sortes desinit esse hõ, & nõ desinit eẽ. ꝓbat hic binarius nõ desinit esse, & hic binarius est vel ĩmediate ante hoc fuit sortes, ergo sortes nõ desinit esse, cõseq̃ntia tenet expositoriae, & maior ẽ certa, qa ad hoc ẽ orthodoxa fides, & minor ꝓbat secũdũ opinionẽ cõmunẽ, totũ ẽ suę partes, igit. ¶ Ad hoc argumẽtũ nego maiorẽ, & ad ꝓbationẽ in primo instãti nõ eẽ sortis ipse desinit esse hõ, etiã desinit eẽ ens, & ad sillogismũ expositoriũ alibi suo ĩ loco respõsum ẽ:

Tertio argumẽtor, nõ sequit. sortes album non incipit esse, ergo sortes coloratũ nõ incipit esse, ergo cum termino praecedenti incipit non valet argumentum. ¶ Respõdet, si ly albũ & coloratũ determinent ly sortes, nõ ꝓcedit cõtra regulã. Si sint p̃dicata aut eorũ partes, non sunt ad propositum illius particulę.

Quarto argumẽtor, nõ sequitur. hoc incipit eẽ hõ, ergo hoc ĩcipit esse aĩal, igit. antecedẽs patet. ponẽdo duas aĩas ĩ hoie sensitiuã & intellectiuã, & prius ĩformet aĩa sensitiua materiã ad ãnũ vel ad diẽ añ intellectiuã, tũ qñ ĩformat aĩa rationali, ĩcipit esse hõ, & tamẽ nõ incipit esse aĩal, igit. ¶ Respondet admisso casu ad imaginationem, de cuius possibilitate impers

tinens est deserere, dummodo idem demonstretur non est difficultas.

Quinto argumentor, tenēdo (vti multi tenēt) nullam partem integralem hominis esse hominem non sequitur, hoc incipit eē homo, demonstrando magnam partem (puta totum sortem digito dempto per abscissionem digiti, ergo hoc incipit esse substantia, & tamē proceditur per regulam, igitur. ¶ Respōdetur hunc modum non teneo, sed si ipsum tenerē, dicerem. substantia bipharia accipitur, Vno modo pro substantia cōpleta & totali, proportionabiliter ad terminū homo, sic nego q̄ nō sequatur. Alio modo, vt distinguitur contra accidens, & sic non sequitur.

Sexto & vltimo argumentor, nō sequitur incipit esse homo, ergo incipit esse animal vt patet per vtriusq; exponentes, & tamen discurritur per regulam, igitur. ¶ Respondet, proceditur ab inferiore ad superius cum distributione superioris respectu suarum exponentium, & quum ista prædicata non enunciant de aliquo discreto supposito, vel de aliquo termino distributo non sunt contra intentionē regulę.

Secunda regula, ab exponibili ad eius exponētes in incipit aut desinit & contra, bona est illatio, hæc enim in omnibus exponibilibus verum habet.



HAnc regulam nonnullis ratiōibus vt eius tenebrositas luculenter luceat appatēter impugnabimus. ¶ Primo sic, non sequitur, a homo nunc est, & a homo non immediate ante hoc fuit, vel a homo immediate post hoc erit & a homo nunc nō est, ergo a homo incipit esse, & tamen proceditur per regulam, igitur. capio enim hos terminos, nunc & hoc, quia sufficit materialitas intensioni argumenti. nec curabo formalitatem modo ꝓpositionis tenebrositatem sufficiēter sic explanabimus. ¶ Forte dicis illam non esse ita exponēdam, sed sic, a homo nunc ē homo & a homo immediate ante hoc fuit non homo per terminum infinitum, quemadmodum in illis de differt dicetur. ¶ Contra hoc argumētor, illo dato hæc consequentia est nulla, homo incipit esse, ergo a homo incipit esse, procedendo a suppositione determinata ad confusam cæteris paribus, quia facile est dare antecedens verū & consequēs impossibile, immo si quilibet homo inciperet esse homo per primū instans sui esse, ipsum foret impossibile. Insuper hac via exponentes communes reliquis. ¶ Respondetur, oportet tollere signum a in exponentibus idē ei est dictu, a homo incipit esse & homo incipit esse. Relicta distributione suppositio confusa tantum æquiualet determinate, potissimum si hoc nō prouentat a signo exponibili, vt est de a vel b, iste formaliter ęquiualent, homo est currens & a homo est currēs, sic homo incipit esse & a homo incipit esse, propterea easdem sortientur exponentes. ¶ Dixi interrespondendum sine signo exponibili, non enim est idem dictu, incipit calor produci in a subiecto, & calor incipit produci in a subiecto Quo fit latę refert dicere incipit aliquis homo produci & a homo incipit produci, quia si in quaslibet parte proportionali horæ futuræ diuisas partibus minoribus hoc instans versus terminatis, produceretur vnus homo, vna istarū est vera, & reliqua falsa, in vna est confusio mobilis post signum a determinate suppositioni ęquiualēs. In alia autem immobilis post signū exponibile. ¶ Sed contra istud argumentor, ponendo nullum hominem incipere esse. Adhuc exponentes istius sunt vere, homo incipit esse sortes, & ille sunt exponentes alterius scilicet a homo incipit esse sortes per te, & exponibilis est falsa, vt notum est, ergo exponentes datę non sufficiunt, assumptum patet, iste sunt vere, homo nunc est sortes, & homo non immediate ante hoc fuit sortes ¶ Respondet, concedendo illas æquiualere, & vtramq; etiā falsam admitimus in illo casu, & sic sunt exponentes si recte dentur, oportet capere relatiuū identitatis, sic, homo nunc est sortes, & idē homo nō immediate ante hoc fuit sortes, modo ista copulatiua ē falsa in casu, & ita copulatiua q̄ est secūda pars disiūctiue q̄ est totalis exponēs. ¶ Cōtra hoc argumētor, secūda pars huius copulatiue ē exponibilis, hō est sortes & idē incipit currere, & si licet ei addere relatiuū idētitatis erit nugatio, & ꝓcessus in infinitū. ¶ Respōdet negādo illic esse nugationē, aliter & aliter semp refert relatiuū. ¶ Secūdo dicitur (& melius) dādę sunt singulares sub illo termino stāte determinate, qa ē terminus primo ꝓbabilis, & data quacunq; singulari post hac eam exponere potes.

Secundo argumentor, sequitur istam ꝓpositionē oīs hō incipit esse hō esse verā, ponēdo sortē incipere esse hoiem solū inter hoies q sunt, sed hoc est falsum, ergo modus exponēdi nullus. Probat cōseq̄ntia, sic exponit, oīs homo nūc est homo, & non omnis homo immediate ante hoc fuit hō, modo hoc est verū. ¶ Respondetur negādo illam esse veram, neq;

exponentes date sufficiunt, sed sic exponitur, omnis homo nunc est homo, & nullus homo qui in instanti quod est præsens est homo immediate ante hoc fuit homo & cætera. absolvendo ly nullus a genere. Vel melius, dentur singulares illius primo postquam subiectum eius distribuitur, & tunc exponantur omnes, & vix aliqua reperietur vera. ℂ Eodem modo dicatur de hac omnis homo ens icipit esse ĩ qua singularia seriatim ex parte vtriusq; termini ante expositionem sunt danda, & ita tenea tur vtrobiq; si terminus præcedens ly incipit stet distributiue, vel determinate formaliter vel virtualiter, vt hic a homo incipit esse quælibet talis est prius resolubilis in singulares, & illę postea sunt exponendę. Si terminus stet determinate formaliter vel virtualiter, veritas vnius singularis sufficit verificare exponibilem, si nulla sit vera ipsa est falsa, si subiectum distribuatur, dabuntur omnes singulares vere. Sed ista sortes incipit esse homo poterit primo exponi, nec oportet fodere angulos circa hanc sortes incipit esse b homo quos si præter modum loquendi foderis non habebis difficultatem resoluendo illam primo ratione termini stantis determinate.

ℂ Eodem modo crebro si terminus stet discrete vt posthac patebit.

Tertio argumentor, & potest esse replica ad nouissime dicta, ex hisce sequitur has æquiualere sortes ens incipit esse & sortes incipit esse ens, sed consequens est falsum, ens in vna stat determinate in exponentibus vnius, & distribuitur in vna exponente alterius.

ℂ Respondetur, illę æquiualent. cum ens ẽ terminus absolutus vna non poterit reddi vera alia existẽte falsa, & ratio dicta est superius cũ his quæ modo dicimus, sortes ens incipit esse, ens stat determinate, oportet dare vnam singularem antequam exponatur ex parte termini ens stantis determinate, & si sortes hoc ens incipit esse, incipit esse ens, & contra.

Quarto argumentor, aliqua res incipit esse, & nec per primum instans esse, nec per vltimum instans eius non esse, ergo dicta nulla, assumptum probo. creet deus in hoc instãti vnam animam intellectiuam quæ dicatur a & immediate post hoc creet animam quæ vocetur b. Iam b incipit esse, & non per primum instãs sui esse, quia si sic instans esset immediatum instanti quod supponimus impossibile. Nec per vltimum instans non esse habet initium, cum est res permanens, igitur. probatur possibilitas casus, post hoc instans potest creare animam b, & non est dabile istans post hoc quin inter illud instans & hoc instans in quo sumus potest creare animã b, ergo immediate post hoc instans potest creare animam b.

ℂ Respondetur, loquuti sumus hactenus de lege dei communi. nec seriose insistam circa argumentum, cum ipsum & similia (deo auspice) prolixius tertio Phisicorum deducam. concedo raptim transeundo b animã incipere per vltimum instans sui non esse dato ꝙ sit res permanens, primum instans esse animæ a est vltimum instans non esse animæ b.

Quinto argumentor, nihil potest incipere, ergo male diximus, antecedens patet, si aliquid potest ĩcipere esse ponatur Antichristum incipere esse in a instanti, & argumentor in oppositum, Antichristus incipiet ante a instans, & erit ante a instans quod probatur, quia tunc Antichristus erit demonstrando temp⁹ incipiens ab hoc instanti & terminatum ad primum instans non esse Antichristi, & tunc est vel erit ante a instans, ergo ante a instans Antichristus erit, ꝙ tunc erit ante a instans. probatur, quia hoc tempus erit ante a instans, quia omne tempus erit ita cito sicut aliqua pars e⁹ vel instans intrinsecum eius, igitur.

ℂ Ad quintum, nego antecedens. & ad probationem do casum, concedo tunc Antichristus erit, demonstrando tempus incipiens ab hoc instanti, & terminatum ad primum non esse Antichristi inclusiue. Minor etiam est vera idem tempus erit ante primum instans esse Antichristi. Sed non propterea sequitur hæc conclusio Antichristus erit in aliquo instanti ante instans quod est primum instans sui esse. Nec hæc est concedenda, Antichristus erit in aliquo tempore ante a instans, quia hæc propositio duo denotat, vnum est, Antichristus erit in aliquo tempore quod erit ante a instãs & hoc est verum. Aliud est, Antichristus erit existens in tempore ipsum adęquate mensurãte ante a instans, modo hoc est falsum.

Sexto argumentor, non sequitur. hæc propositio nunc non est vera, & ĩmediate post hoc potest esse vera, ergo potest incipere esse vera, & tamen proceditur ab exponentibus ad exponibilem, igitur. maior patet. quia demonstrata ista propositione Antichristus saluabitur, antecedens est verum & consequens falsum, veritas antecedẽtis patet, prima pars est vera, & secũda pars est necessaria, quia modalis diuisa vera de nullo extremo restricto, capio post loco de ly possibiliter est, & consequens est falsum, cum non potest incipere

esse propositio vera, quia si illa esset vera Antichristus saluabitur ab æterno erat vera, hoc est, ab æterno fuit ita sicut ipsa significat, supponatur ex theologia si deus aliquem prædestinauit, illum ab æterno prædestinauit. Si negas istas exponentes eius, quia in antecedente ly potest præcedit vnam exponentem solum, & in consequente præcedit infinitiuum incipere, & sic æquiualenter præcedit vtramque exponentem consequentis. Sed oportet sic argumentari, possibile est quod hæc nunc non est vera & immediate post hoc erit vera, ergo potest incipere esse vera, capiendo antecedens in sensu composito, vt denotetur possibilitas totius copulatiuæ, quæ est falsa, propter impossibilitatem partium. ¶ Contra, propositio exponibilis quam assumis non est modalis composita sed diuisa, & non æquiualet huic. hæc copulatiua est possibilis, hæc nunc non est vera (demonstrando hanc Antichristus saluabitur) & immediate post hoc erit vera, & sicut non equiualent illæ ita nec exponentes illarum duarum æquiualebunt. ¶ Si dicas oportet dare deinesse eius & eam exponere. ¶ Contra, sequeretur nullam propositionem modalem vel de extrinsecis temporibus esse immediate exponibilem, quod non est dicendum. ¶ Ad sextum respondet dando vt debet poni primo inesse & postea exponi, & ratio est, quia ille modus possibiliter est particularitas præcedens ly incipit, & ad probationem dico, quando modus præcedit incipit aut desinit tutius est illas prius ad deinesse reducere, quia omnis modus est particularitas vel vniuersalitas, modo superius diximus, quando præcedit terminus distributus vel stat determinate signum exponibile prius illa propositio est resolubilis quam exponibilis sicut in proposito. Pari forma hæc, sortes incipiet esse albus, & similes de extrinsecis temporibus melius per positionem inesse quam per immediatam expositionem cognoscuntur.

Septimo argumentor, non sequitur. nunc non est calor in a subiecto, & imediate post hoc erit calor in a subiecto, ergo incipit esse calor in a subiecto, & tamen proceditur ab vna causa veritatis, hoc est, ab exponentibus sufficientibus ad exponibilem, & ponendo vt per remotionem de præsenti incipiat esse calor, exponentes sunt veræ & exponibilis falsa, cum sit vna affirmatiua cuius vnum extremum non supponit scilicet incipiens esse in a subiecto saltem pro illo pro quo supponit alterum. ¶ Respondetur, exponibilis est vera, & potes negare quod extrema non supponunt, sic verificatio fiet, hoc est vel erit incipiens esse in a subiecto, tollendæ sunt vniuersalitates in verificatione. Secundo dico, licet nullum extremum supponat, non sequitur illam esse falsam, non suppositio extremi in exponibilibus nihil facit, sed eam tenebras exponentes illustrant. ¶ Nec conuertentem inaniter quæras, nisi similem acceptionem in conuertente quam in conuersa habuisti obseruaueris. Nec descensum inutilem (cum earum veritates alio tramite sincerius cognoscantur) timaberis, secus est in aliis præcedentibus incipit. Nec iste æquiualent, a calor incipit esse, & incipit esse calor, ponendo a confundere, idem est dictu, a calor incipit esse, & calor incipit esse, cum nulla ponatur distributio Similiter hic, incipit esse aliqua pars proportionalis horæ, horam futurum proportione dupla diuidendo partibus minoribus nos versus terminatis, & simus nos in vltimo instanti non esse illius horæ, & ponatur quod in qualibet parte proportionali producatur vnus homo, tunc istæ sunt concedendæ Incipit aliqua pars proportionalis horæ futuræ, incipit aliquis homo produci, licet nullus homo qui est incipit produci, & nullus homo qui immediate post hoc erit incipit produci. nam nullus homo immediate post hoc erit.

Octauo argumentor, non sequitur, hoc album immediate post hoc erit sortes, & hoc album nunc non est sortes, ergo hoc album incipit esse sortes, & tamen proceditur ab exponentibus ad exponibilem, igitur. maior patet, ponendo sortem prius fuisse & incipiat esse albus per remotionem de præsenti iam copulatiua exponens est vera, & exponibilis falsa, quia bene sequitur. hoc album incipit esse sortes, & hoc album est vel immediate post hoc erit sortes, ergo sortes incipit esse sortes. expositorie, conclusio est falsa, & minor vera. ergo maior falsa. ¶ At forte dicis, oportet præponere affirmatiuam capiendo relatiuum identitatis in secunda partiali exponente. dicendo, hoc album immediate post hoc erit sortes, & idem hoc album nunc non est sortes, modo posterior cathegorica est falsa, quia sensus est hoc quod immediate post hoc erit nunc non est sortes ¶ Contra hoc argumentor, ponendo sortem incipere per positionem de præsenti in hoc instanti & incipiat esse albus per remotionem de præsenti & positionem de futuro, tunc illæ exponentes erunt falsæ vel saltem disiunctiua falsa, de ista copulatiua nominata patet hoc album immediate post hoc erit sortes, & idem hoc album nunc non est sortes,

& copulatiua per positionem de præsenti & remotionem de præterito ẽ falsa vt de se patet, ergo tota disiunctiua exponens est falsa, & tamen exponibilis est vera, hoc album incipit esse sortes. patet. hoc incipit esse sortes, vel sortes incipit esse sortes, & sortes hoc album est vel immediate post hoc erit, ergo hoc album incipit esse sortes consequentia est sillogismus expositorius, & præmissæ veræ, ergo conclusio q̃ est expõibilis de qua loquimur. ¶ Ad octauũ concedo non sequitur, quando subiectum est terminus singularis & connotatiuus oportet primo illam resoluere, resoluentẽ de subiecto absoluto, aut cum pronomine demõstratiuo exponere. vt hoc incipit esse. & hoc album est vel immediate post hoc erit, ergo album incipit esse, priorem resoluentem expones per incipit & desinit, & ita in omnibus aliis. terminus connotatiuus præcedens incipit resoluatur in absolutum, & sic patet veritatem huius iste Christus incipit esse, vel hoc album incipit eẽ tam a resoluentibus quam ab exponentibus dependere. ¶ Vnde fit, si sortes sit nunc niger & semper prius fuisset niger, & ĩmediate post hoc erit albus, hæc copulatiua est concedenda hoc album incipit vel incepit esse sortes, & tamen hoc album non ĩcipit esse sortes, nec hoc album incepit esse sortes, ista de disiuncto patet discurrendo expositorię, incepit enim præteriti temporis ampliat ad præsens & præteritum, licet incipit præsentis temporis ampliat ad ea quæ sunt vel immediate post hoc erunt ¶ Et ita dicas de hac hoc album incipit esse in hac domo, & similibus. Sed vbi difficultas ista non contingit, admittimus expositionem immediate per terminos connotatiuos. ¶ Eodẽ modo dicatur de terminis absolutis prædicamenti substantiæ rem compositam importantibus quare hæc est prius resoluẽda, sortes desinit esse entia, quia aliter in primo instanti nõ esse sortis hæc foret concedenda, sortes desinit esse entia, quia sortes nunc non est entia, & sortes hic binarius ẽ vel immediate ante hoc fuit ergo hic binarius desinit esse entia conclusio ẽ falsa, & consequentia bona & minor vera, ergo maior falsa. vel tutius accipe a tantum valens sicut disiunctum compositum ex infinitis partibus sortis (de quo superius in primo & secundo libris diximus) dicendo a incipit eẽ entia, quam immediate exponatur. ¶ Eodẽ modo de his dicatur, homo ĩcipit esse entia sortes sortes incipit esse, fat resolutionẽ ex parte termini sortes in vtroq; loco positi. Non est necesse ita dicere hic, Michael incipit esse entia, potes tam exponere vt iacet, non curo si expositio sit materialis, vel superius narrauimus.

¶ Sed contra ista argumentor, ponendo sortẽ nunc non esse, sed immediate post hoc, hoc tamen pacto qualificatus in qualibet parte proportionali horæ futuræ diuisę partibus minoribus nos versus terminatis acquirat aliam & aliam albedinem sequeretur hanc esse veram album incipit esse sortes, patet. sortes incipit esse sortes, & sortes est vel immediate post hoc erit album, ergo album incipit esse sortes, sed hoc est falsum igitur, minor patet. pro cuius ꝓbatione suppono q a determinatiõe accepta vnica ad non vnicam sine distributione cæteris paribus valeat argumentum tunc sic argumentor, album incipit esse sortes, ergo res habens albedinem incipit esse sortes, & vltra, ergo albedinem res habens ĩcipit esse sortes, cuius falsitas est nota per descensum in hypothesi data, prior consequentia tenet a definito ad definitionem, posterior vero per suppositionẽ dictam. ¶ Respondetur, in hanc disiunctiuam incidere necessum est, aut suppositum in ꝓposito negare oportet, & hoc est conforme dictis non minus apparenter sillogismum illum expositorium negare dicendo q ꝓceditur a non supponente ad supponens ex parte termini album qui sequitur est vel immediate post hoc in minore & virtualiter præcedit in conclusione, & sic non est idem terminum sequi, est vel immediate post hoc vel ly incipit & eũ pręcedere, sic argumẽtaberis sortes ĩcipit esse sortes, & sortes album est vel immediate post hoc erit, ergo album ĩcipit esse sortes, modo minor in hoc casu est falsa. ¶ Vnde fit, hæc illatio erit inualida, brunellus incipit esse, & brunellus est vel immediate post hoc erit asinus hominis, ergo asinus hominis incipit esse.

Cæterum pro veritatibus propositionum de incipit & desinit breui cognoscendis aliquę propositiões seriatim locabũtur, quarũ prima est, sortes incipit scire decem propositiones, & tamen non incipit scire nouem, ponendo ipsum prius sciuisse nouem & nunc primũ decimam, illius veritatem exponentes ostẽdũt sed stante casu sortes non ĩcipit aliquas nec aliquã scire, hæ tamẽ sunt vere aliquã sortes incipit scire, aliquas sortes incipit scire. patet dando singulares. Nihilotamen minus hæc est falsa, decem propositiones sortes incipit scire, illic enim probatio a termino numerali decem inchoanda venit. hanc incipit scire, & illam incipit scire, & sic consequenter quousq; decẽ habueris. Eodem modo concedendum est sortes incipit scire omnem ꝓpositionẽ vt si ille decẽ

sint omnes, & corrumpatur illa decima quam
Sortes ignorat. sed nō omnem nec aliquā pro-
positionem Sortes incipit scire. Itēdidem Sor-
tes incipit scire, millæ propositiones & tamen
non incipit scire duas tres aut vnam, aliquas
tamen & aliquam incipit scire, casu quo prius
sciuerit ***, & nunc incipiat scire a. Similiter
concedendum est Sortes incipit scire a proposi
tionem, & tamē nec incipit scire propositionē
verā aut falsam. Pari forma hę simul stant Sor
tes incipit scire quatuor propositiones, & Pla
to quinq;, & Sortes incipit scire plures propo-
sitiones q̄ Plato. Sortes incipit scire pauciores
propositiōes q̄ Plato. & Plato incipit scire plu
res propositiones q̄ Sortes, & Plato incipit sci-
re pauciores propositiones q̄ Sortes. Patet nūc
sciat Sortes quatuor & Plato quinq;, & quilis
bet eorum īmediate ante precise sciuerit tres,
sed īmediate post hoc sciat Sortes sex, & Plato
solum quinq;, quas nunc scit. Sed hic nota qui
velit exponere illam Sortes incipit scire millæ
propositiones sic, Sortes nunc scit mille propo
sitiones, & nō immediate ante hoc sciuit mille
propositiones, nec aliquam earum vulgari ho
minum loquendi modo se conformat et in cō-
cedēdis ꝓpositionibus, sed nō cōmuni logice.
¶ Secūda propopositio, Sortes incipit equita-
re equum Platonis quem nō incipit equitare,
ponendo Sortem equitasse tota die suū equū,
quem īmediate post hoc dabit Platoni. expo
nendo eam per remotionē de pręsenti & posi-
tionem de futuro. ¶ Eodem modo Sortes in-
cipit esse in cubiculo Platonis in quo nō incipit
esse, siue hipothetice siue cathegorice exponatᷓ
Et ex illo patet quomodo hęc copulatiua po-
test verificari Sortes distat ab equo Platonis.
nūc per bis mille passus & Plato ab equo Sor-
tis per totidem, & tamen Sortes naturaliter in
cipit equitare in eodem instanti nunc equum
Platonis, & Plato in eodem instanti incipit e-
quitare equum Sortis. hoc patet, ponendo Sor
tem Parisius & Platonem in Britannia, & sit
vterq; equitans suum propriū equum, & con
uentio inter eos sit hęc, vt īmediate post illud
instans cambiant suos equos. tunc Sortes inci
pit equitare equum Platonis, & Plato equum
Sortis. Itemdidem Sortes incipit esse albū qđ
nō incipit esse. ¶ Tertia propositio, hęc est pos
sibilis. in quocūq; loco incipit esse Sortes, inci-
pit esse Plato. & in quocunq; loco incipit esse
Plato, incipit esse Sortes. Sortes tamen incipit
esse in aliquo loco in quo Plato nō incipit esse,
& Plato incipit esse in aliquo loco in quo non
incipit esse Sortes. Patet, incipiāt Sortes & Pla
to esse in aliquo loco p positionē de pręsenti, &

in qualibet parte proportionali horæ futuræ
diuisę minoribus hoc instant versus Sortes sit
in alio & alio loco. pariter & Plato. tota copu-
latiua verificatur. ¶ Quarta ꝓpositio, Sortes
incipit esse aliquis istorum, & tamē nullus isto
rum incipit esse. Nec aliquis homo incipit esse,
si per appropinquationem incipit esse de nu-
mero istorum, vt patet exponendo per remo
tionem de præsenti & positionem de futuro.
¶ Quo fit hæc consequentia est nulla, Sortes
incipit esse iste istorū demonstrando se, & quili
bet istorum est Sortes, Plato, vel Cicero. ergo
incipit esse Sortes, Plato, vel Cicero, cum an-
tecedens est verum & consequens falsum.
¶ Quinta propositio, deus incipit esse in hoc
instanti, sicut incepit esse in vtero virgineo, &
in nullo instanti incipit esse. ¶ Sexta ꝓpositio
primū mobile & hoc instans incipiunt esse, co
pulatim capiendo ly &, non autē diuisiue, sicut
materia & forma incipiunt esse homo in gene
rali resurrectione. Vnde fit, hæc consequentia
est nulla. Primū mobile & hoc instans incipiūt
esse. ergo sunt hoc incipiens esse & hoc incipiēs
esse, cum in antecedente includatᷓ negatio quę
virtualiter cadit in totum prædicatū. Eodem
modo hęc est cōcedenda, omnia incipiunt esse
capiendo omnia collectiue, cum hoc instans in
cipit esse. ¶ Septima propositio, Sortes & Pla
to incipiunt esse homines, & tamen sortes &
Plato non incipiunt esse. Probatur, ponendo
materiam & formam sortis fuisse ab externo
(sicut aliqui naturaliter loquētes opinati sunt
vt patet decimoquinto Methamorphoseos)
tunc ponendo vt in instanti simul incipiant
esse vnita, iam prior pars corrolarij est vera,
quia nunc sunt homines, & non prius fuerunt
homines. Secūda pars patet, quia da oppositū
scilicet Sortes & Plato incipiunt esse, & Sortes
& Plato sunt iste quatuor partes. ergo iste qua
tuor partes incipiunt esse, sed consequens est
falsum, & contra hipothesim. ergo aliqua prę
missarum (& nō minor, tenendo positionem
quam veriorem suspicamur de toto & parti-
bus) ergo maior. Itaq; eius opposita si sit est
vera, quæ est secunda pars correlarij. ¶ Ex hac
propositione infertur, Sortes & Plato fuerunt
ab æterno, & tamen Sortes nō fuit heri. Nec
Plato fuit ab æterno, patet discurrēdo exposi-
torie, iste quatuor partes fuerunt ab ęterno, &
iste quatuor partes sunt vel fuerunt Sortes &
Plato, igitur. Sortes & Plato fuerūt ab ęterno.
¶ Octaua propositio, incipit aliquis calor pro
duci ī hoc subiecto, & nullus calor incipit pro-
duci in hoc subiecto. Probatur ꝓposito de ca-
lore qui partibiliter generabitur secundum sę

totum in hora sequēti. Et probo priorem par
tem, nunc non est calor in hoc subiecto, & im
mediate post instans præsens generabitur ca/
lor in hoc subiecto, vt patet per exponētes de
ly immediate, quia post hoc erit calor in hoc
subiecto, & non est dabile instans post hoc in
stans quin inter ipsum & instans præsens erit
calor in hoc subiecto. Secunda pars conclusio/
nis probatur, quia signa eius oppositum pu/
ta aliquis calor incipit esse in hoc subiecto, & si
gnetur ille calor, & sit a. & tunc sic, a calor inci
pit esse in hoc subiecto, ergo a calor nunc non
est in hoc subiecto, & a calor immediate post
hoc erit in hoc subiecto. Improbo secundam
partem, quia ex illa tanquam ab exponibili ad
vnam exponentem sequitur, non est dabile in
stans post hoc quin inter illud & hoc a calor erit
in subiecto. Contra signabile est vnum instāc
in quo totus ille calor est primo acquisitus, qa
a calor non est, quousq; sit totus acq̄situs. Sed
contra. medietas ei⁹ prius fuit acquisita, ergo
non imediate post instans præsens a calor erit
in hoc subiecto. Et eodem modo de pertransi
tione spacij dicatur, Contradictoria huius nul
lus calor incipit produci in hoc subiecto, puta
calor īcipit produci in hoc subiecto. primo ha
bebit singulares, cum calor fiet determinate,
& postea illę singulares exponētur, vel ponet
relatiuum idemptitatis. ¶ Eodem modo con
cedendum est in vltimo instanti non esse hu/
ius horæ nonæ, incipit aliqua pars proportio/
nalis horę futurę, & nulla pars proportionalis
horę futurę incipit esse, saltem secundum hanc
diuisionem situādo partes minores hoc instās
versus, & si deus in qualibet istarum partium
produceret vnum hominem, ista copulatiua
esset concedenda, incipit aliquis homo produ
ci, & nullus homo incipit produci a deo, non
pono illic ly aliquis vt sit signum determina/
te suppositionis, sed vt plures loquor. ¶ No
na propositio, sortes niger incipit & desinit es
se albus, & tamen sortes niger non incipit esse
albus, patet. sit casus q̄ imediate ante hoc fuis
set albus & niger, & hoc in instanti neq; albus
neq; niger, sed immediate post hoc erit præci
se albus & non niger. Veritas posterioris par/
tis est nota per falsitatem sui oppositi. Et veri
tas prioris partis patet, bene sequitur. sortes ī
cipit & desinit esse albus, & sortes est vel im
mediate ante hoc fuit sortes niger, igit̄. ¶ Ex
quo patet hæc consequētia est nulla, sortes ni
ger incipit & desinit esse albus, ergo sortes ni
ger īcipit esse albus, arguitur ab amplo ad nō
amplum ex parte termini sortes niger. ¶ De
cima propositio, sortes incipit esse, & tamē nec
est in hoc instanti nec fuit ante hoc īstans, nec
erit immediate post hoc instans, ponendo vt
sortes nascatur in fine centum annorum post
hoc instans, tota copulatiua verificabitur. In
super, sortes incipit esse non infert illam disiun
ctiuam, cum in fine illorum annorum erit ita
sicut significatur per antecedens, & oppositū
consequentis. ¶ Vndecima propositio, sortes
incipit esse per primum instans esse eius, & ta/
men incipit post primū instans eius esse. Prio
rem partem suppono, & secunda patet per re
motionem de præsenti. ¶ Eodem modo pro
bare potes, a motus incipit esse per vltimū in/
stans sui non esse, & tamen incipit post vltimū
instans eius non esse. Et eadem via, sortes inci
pit esse albus vt quatuor, & sortes incipit esse
albus vltra quatuor, sit hoc primum instās es
se sortis in quo habet albedinem vt quatuor,
qui gradus continuo intendaт, Pari forma sor
tes incipit esse ita albus sicut incipit esse & sor
tes incipit esse albior quam incipit esse. ¶ Duo
decima propositio hæc est falsa, hoc instans &
b incipiunt esse ponēdo b animam immedia
te post hoc creari complexiue & capiendo, se
cus est diuisiue, patet, tota disiūctiua exponēs
est falsa, Vnde fit, hæc illatio ē inualida sortes
incipit scire a propositionem & plato icipit sci
re eandem, ergo sortes & plato incipiunt scire
a propositionem. Similiter hæc consequentia
est nulla, sortes incipit scire a & b, ergo sortes i
cipit scire a & sortes incipit scire b. Nam casu
quo sortes nunc scit a & b propositiones & an
te hoc in qualibet parte ꝓportionali pari ho/
ræ diuisę, modo communi sciuerit solum a &
in qualibet parte impari b præcise antecedēs
verificatur cum consequentis opposito. Sed
ponendo a animam loco instantis hæc erit ve
ra a anima & b anima incipiunt esse, & tamē
b anima incipit esse in illo instanti in quo ipsa
non incipit esse. Et ex illo sequitur a animam
& b animam simul incipere esse & a incipere es
se in instanti in quo incipit esse, & b in instanti
in quo non incipit esse, hoc enim liquidum est
cum primum instans esse a sit vltimum instās
non esse b, concedo etiam a anima si post hoc
duret incipit esse in instanti in quo non incipit
esse īmo incipit esse quādo non incipit eē idē
correlarium potest inferri de hoc instanti & b
anima. Vlterius patet sortes & plato incipiunt
scire a & b propositiones, & tamen nullus eo/
rum incipit scire a vel b, immo quod amplius
est nec a & b sortes & plato incipiunt scire, sic
enim casus q̄ sortes & plato nunc sciant a &
b propositiones, & hora preterita sit diuisa per
partes proportionales minoribus hoc instans

terminatiuum in quo nos sumus versus terminatis in cuius qualibet parte pari Sortes & Plato precise scirent a,& in qualibet parte impari solum b,ex vna tamen medietate a & altera b fiat c,& ex alijs d,quas Sortes & Plato nunc sciant & immediate post hoc scient quo casu stante verificatur tota ꝓpositio. ¶ Decimatertia propositio, Plato incipit esse omnis homo,& non omnis homo incipit esse Plato, ponẽdo alios homines mortem obire omnes Platone septuagenario viuente in priori est distributio imobilis,& propositio prius ꝓbãda ratione prioris signi. In secunda autem sicut in eius contradictoria oportet capere singulares cum terminis stans determinate signum ante eat. Et si Sortes nũc primum non sit & Cicero immediate post hoc erit duntaxat Platone existente,cum in primo instanti non esse Sortis, istę sunt concedendę. Plato incipit esse omnis homo. de totali intelligo. Plato desinit esse omnis homo, Plato incipit differre a quolibet homine,Plato desinit differre a quolibet homine, incipiens differre a quolibet homine desinit differre a quolibet homine. Plato non incipit esse aliquid. Plato non incipit esse homo. Et si Plato solus cum Sorte nunc sit, & Sortes desinas per vltimum esse qui post hoc ad vnã horam reproducatur cũ alijs,ista est cõcedenda. Plato incipit esse omnis homo, tenendo hanc veram. Adam fuit omnis homo,si tamen illa teneatur falsa videtur etiam ꝙ illa sit falsa ob falsitatẽ prioris exponentis de imediate Plato post hoc erit omnis homo. ¶ Decimaquarta propositio,si Sortes moueretur continue per hanc horã concedo in quolibet instanti intrinseco huius horę Sortem incipere moueri,quia quocũq; instanti intrinseco dato verũ est dicere Sortes nunc nõ mouetur cum instans non mensurat motum.omne enim quod mouetur ante hoc mouebatur & post hoc mouebitur. hanc tamen cõcedo in hoc instanti verum est dicere Sortes mouetur in tẽpore & mouetur sine addito,vt alibi retulimꝰ. ¶ Decimaquinta ꝓpositio & vltima, Sortes incipit infinite [illegible]de moueri. & tamen ipse incipit velocius moueri q̃ ipse incipit moueri. Pono enĩ Sortẽ incipere moueri a non gradu motus per remotionem de presenti,iam hęc pars est clara Sortes incipit infinite tarde moueri, quia Sortes nunc nõ infinite tarde mouetur cum per hipothesim non mouetur, & immediate post hoc infinite tarde mouebitur nam quocũq; tẽpore assignato & terminato ad hoc instãs in illo Sortes mouebitur aliqualiter tarde,& tunc non mouebit aliquo gradu tarditatis quin tardius illo prius mouebitur. Secunda pars probatur, Sortes nunc non mouetur velocius q̃ ipse met incipit moueri,& immediate post hoc mouebitur velocius q̃ ipse incipit moueri, igitur.cõsequentia tenet cũ maiore,quia suum contradictorium est falsum ꝓbatio minoris post hoc Sortes velocius mouebitur q̃ ipse iam incipit moueri,& nullum erit instans post hoc instãs, quin inter illud instans & hoc instans Sortes velocius mouebitur q̃ iam incipit moueri,igitur.consequentia patet ab exponentibꝰ ad expositam,& maior est clara. Probatio minoris Si aliquod erit instãs post hoc & nõ inter illud & hoc instans Sortes velocius mouebit q̃ ipse incipit moueri,sit illud a,& argumentor sic,inter hoc instans & a tempus medium intercipit igitur,in posteriori parte velocius mouebitur q̃ iam incipit mouere,ex quo infinite tarde incipit moueri,& sicut de a instanti demonstrato, ita de quolibet alio facere possis.

Iam contra secundam propositionem in qua hęc conceditur, Sortes incipit equitare equũ Platonis,quẽ nõ incipit equitari argumentor,bene sequitur, Sortes incipit equitare equum Platonis.ergo Sortes incipit equitare equum. At quia ex dictis patet infirmitas illationis,aliter ratiocinor. Sortes incipit equitare equum Platonis.ergo equum Platonis Sortes incipit equitare,& vltra.ergo equum incipit equitare. Prior consequentia tenet ab ęquiualẽtibus. Secunda vero ab inferiore ad superius. Insuper istę ęquiualẽt Sortes equitat equũ Platonis,& equum Platonis Sortes equitat.ergo vtrobiq; eodem addito adhuc valebie consequentia,addeigitur vtriq; incipit. ¶ Respõdet negando illas ꝓpositiones ęquiualere,& probatio est nulla,bene sequit, deus creat animã. ergo deus est,& vtriq; addendo contingentes consequentia est nulla.

Contra decimãtertiam propositionẽ argumentor,bene sequitur. Plato incipit esse omnis homo.ergo Plato incipit esse oĩs homo qui est vel imediate post hoc erit,consequens est falsum igitur,falsitas consequẽtis patet,bene sequitur. Plato incipit omnis homo qui est, vel imediate post hoc erit, Cicero est homo qui est vel imediate post hoc erit. ergo Plato est vel erit Cicero,cõsequẽtia tenet in darij. licet maior sit singularis ex parte quantitatis. iã consequentiã probo. Nam ampliatio distũdi i explicãda venit,modo in ista Plato incipit esse omnis homo.homo ampliatur sublata distributione,& signum distributiuum non tollit ampliationẽ. Respõdetur,negãdo cõsequẽtiã,

explicatio non tenet in incipit & desinit cum distributione ut argumentum manifestat, immo nec sine illa, patet ponēdo casum communem ut hora futura in partes proportionales seiungetur minoribus hoc instans in quo nos sumus versus terminatis, & in qualibet earum producatur unus asinus, quem sortes videbit in parte in qua erit, & nullus sit asinus nūc. tūc ista est vera sortes incipit videre asinum, sortes nunc non videt asinum, & immediate post hoc videbit asinū, & haec est falsa sortes incipit videre asinum qui est aut immediate post hoc erit ut patet per suam contradictoriam. ¶ Sed contra istud argumentor bene sequitur sortes incipit videre asinum, ergo sortes incipit videre hunc asinum vel sortes incipit videre illum per descensum. ¶ Respondetur, ille descensus est nullus disiunctive nec disiunctim ut post hac interdubitandum dicetur, ille terminus asinus stat confuse tantum immobiliter. ¶ Secundo argumentor, contra eandē ꝓpositionē, sequitur bene sortes īcipit esse omnis hō, ergo sortes īcipit eē aliqᵹ homo, a subalternāte ad subalternatam, vel a distributo ad non distributum. Item sortes īcipit esse omnis homo, ergo sortes incipit esse aliquid, ab inferiore ad superius post verbum incipit in terminis de praedicamento substantię, cōseqūns est falsum, igitur. Insuper sortes incipit eē omnis homo, ergo sortes īcipit esse a propositione de est tertio adiacente ad propositionem de est secundo. ¶ Ad secundum negetur consequentia, non enim proceditur a subalternante ad subalternatam, cum antecedens non infert consequens, nec a mobili distributo ad nō distributum discurritur, sicut non sequitur asinus cuiuslibet hominis currit, ergo asinus alicuius hoīs currit. Ad aliud similiter nego illationem, nec proceditur ab inferiore ad superiꝰ respectu totalis extremi sicut hic sortes incipit esse homo, ergo sortes incipit esse animal, nec omnis homo est de praedicamento substantię. ¶ Ad ultimum similiter nego consequentiā, consequens enim non est de est secundo cum pars praedicati explicite ponitur. Item illa regula non habet verum nisi quando pȩdicatū de est secundo est superius ad praedicatum de est tertio.

Circa propositiones de incipit & desinit aliquas dubitationes movebimus. ¶ Primo ambigitur quomodo supponunt termini cum incipit & desinit & de ascensu descēsuque in eis. ¶ Secundo dubitatur de convertentibꝰ propositionum de incipit & desinit. ¶ Tertio an sequatur sortes incipit esse, ergo sortes incipit incipere esse & econverso. ¶ Quarto dubitatur de materiis propositionū in quibus ponuntur incipit & desinit. ¶ Quinto an iste ęquivaleant homo nunc non est animal & homo non est animal. Nā saepicule utimur isto modo dicendi a nunc non est b. ¶ Sexto dubitatͣ super huius propositionis veritate sortes incipit esse omnis homo qui est casu quem movebimus dubitationem eluendo, longe alienum foret novitio in artibus inquirere per quae instantia multa quae intenduntur & remittuntur incipiant vel desinant esse. Quocirca ne superfluitate ducamur hoc numero dubiorū senario & per perfecto circa materiam de incipit & desinit vela plicabimus.

Ad primam dubitationem communiter dicitur terminus sequens ly incipit & desinit stat confuse tantum, ut albedo in his incipit albedo ꝓduci desinit albedo corrumpi & hoc nisi aliunde ceciderit obex ut in istis. incipit hęc albedo produci, īcipit omnis homo esse, & sic de ly asinum in hac sortes incipit videre asinum & quia imprudentis est sine modulo communi modo loquendi contraire (id idem censeo in reliquis) aspiciendum est ad regulas communes suppositionum, si termini ly īcipit & desinit anteceant iam non oportet loqui, in hoc conveniunt omnes. Et eodem modo in illis ascendendum & descendendum est ac si nō essent exponibiles, ut omnis homo īcipit currere iste homo incipit currere & iste homo incipit currere & sic de singulis posita constantia, homo īcipit dormire, ergo iste hō incipit dormire vel iste homo incipit dormire & sic de singulis. Sed de termino sequenti ly incipit & desinit dicitur supponit immobiliter qualitercū ꝙ supponat non sequitur sortes incipit videre asinum, ergo sortes incipit videre hunc asinū, vel sortes incipit videre hunc asinum disiūctive, quia in casu vulgari superius recitato antecedens est verum & consequens falsum, nec sequitur incipit calor produci in aqua, ergo incipit hic calor produci in aqua vel īcipit ille calor produci in aqua & sic de singulis, & per cōsequens copulative descēdere neqꝫ, nec descēdere licet disiunctim patet. sint nunc duo asini brunellus & favellus praecise quos nunquā videbit sortes & videat asinos creatos in casu vulgari nuperrime tacto, illa tunc est vera sortes incipit videre asinum & haec falsa sortes incipit videre hunc asinum vel hunc asinum, solum debes demonstrare brunellum & favellū quia pro illis solum supponit asinū in hac sorꝫ

tes incipit videre asinũ, de totali asino loquor, quia tenemus incipit solũ ampliare ad ea quæ sunt vel imediate post hoc erunt, nec ascēsus disiunctiuus valet, vt notum est. Nec copulatiuus. Patet, ponēdo brunellum nunc nō esse quem immediate ante hoc videbat Sortes, & nunc sint alij asini, quorum quemlibet incipiāt videre, per primũ instans visionis. tunc ascendentes erunt verę, & ascensa falsa. hoc ipsum patet disiunctim ascendendo solum demōstrā do asinos nunc existentes, & suppono nullum alium futurum imediate post hoc. Istud patet sub termino distributo. Plato incipit esse omnis homo si nunc sit cum multis, & post hac mox erit solus, antecedens est verum, vt superius diximus, & consequens falsum. Etiam hęc in sensu diuiso est falsa. Plato incipit esse iste homo, vel ista hō, vel iste homo, & sicut nō cōtingit descendere sub termino distributo post ly incipit, ita nec sillogizare. hoc vtrobiq; verum habet. In aliquibus tamen concretis disiunctiue descēdere potes, vt Sortes incipit esse albus. ergo Sortes incipit esse hoc album &c. An potes descendere sub tali extremo incipiēs esse albedo stante determinate. vt capta hac incipit esse albedo, patet ex solutione vnius rationis superius recitate.

Ad secundam dubitationem dicitur, cum incipit & desinit æquiualēter a frōte & a ter go ampliant, & potissimum tenēdo verba adiectiua incōplexa, videtur hanc conuersionē esse bonam, Sortes incipit esse bonus, ergo bonum incipit esse Sortes, quia de subiecto conuersę fit prędicatum conuertentis, & de prędicato conuersę subiectũ conuertentis, & manet similis ampliatio. In oppositum argumentor, antecedens est verum, & consequēs in casu facile falsum, igitur. ¶ Respondetur tenēdo hæc omnia (quæ ante oppositum suppono) adhuc illatio est nulla, non manet similis appellatio. inceptio siue significatũ termini incipit in antecedente denotatur cadere in esse album, & in consequente (quod est conuertens) denotatur cadere in Sortem, propterea sic cōuertatur incipiens esse album Sortes est vel imediate post hoc erit, vel sic qđ incipit esse album Sortes est vel imediate post hoc erit. Hæc tamen consequentia nihil valet Sortes incipit esse homo, ergo incipiens esse homo est Sortes, quia ponē do Sortem nunc nō esse sed imediate post hoc fore, antecedens est verum, & consequens falsum, quia est affirmatiua de prędicato nō supponente, nisi dicere velis. Sortes eodem modo ampliatur in conuertente sicut in cōuersa, sed sic conuertatur incipiens esse homo Sortes est vel immediate post hoc erit, verum conuersio ista nō est mutua, quia ponendo Sortem nūc esse & prius fuisse, & horam futurā diuidi per partes ꝓportionales minoribus nos versus, & in qualibet parte pari sit Sortes, & in qualibet impari non sit. consequēs est verum & antecedens falsum. conuertētis veritas sic patet Hoc Sortes est vel imediate post hoc erit, demonstrando Sortem, & hoc est vel immediate post hoc erit incipiens esse homo. ergo incipiēs esse homo Sortes est, vel immediate post hoc erit, sed conuertēs illius mutua poterit esse hęc Homo qui incipit esse homo Sortes est, vel imediate post hoc erit. Eodē modo, Sortes desinit esse, sic conuertitur. quod est desinens esse Sortes est, vel imediate ante hoc fuit. Incipit albedo produci quod incipit ꝓduci albedo est vel imediate post hoc erit. Incipiēs esse est desinens esse, qđ est desinēs esse incipiēs esse est vel immediate ante hoc fuit.

Ad tertiam dubitationē de ęquiualētia istarum duarum ꝓpositionum, Sortes incipit esse, & Sortes incipit incipere esse. Dicitur non æquiualent. Patet ponēdo horam pręteritam fuisse partitam per partes ꝓportionales minoribus, hoc instans versus terminatis, in quarũ qualibet parte pari Sortes fuerit, & in impari non fuerit, & hora futura ꝓportione dupla diuidatur, in cuius partibus ꝓportionalibꝰ Sortes se habeat modo quo dictum est, & nūc Sortes non sit. Ista est concedenda. Sortes incipit esse, hac falsa existente. Sortes incipit incipere esse, quocūq; modo exponatur, quia si per positionē de pręsenti, & negationē de præterito, secūda erit falsa, & si per remotionē de pręsenti & positionē de futuro prior est falsa, & stante partitione horæ futuræ in cuius partibus Sortes se habeat modo quo dictum est, & nūc sit ista est vera. Sortes incipit īcipere esse, quia nūc non incipit esse, & immediate post hoc incipiet esse. & tamen ipse nō incipit esse cum nunc nō sit, & immediate ante hoc fuit. Ecce ergo simpliciter loquendo nulla est illatio alterius, naturaliter tamen loquendo si aliquid incipit esse ipsum incipit incipere esse, & cōtra, & hoc si copula (more cōmuni) vniat pro instanti, Istę tamen de futuro mutuo se inferunt, Sortes incipiet esse, & Sortes incipiet incipere esse.

Quarta dubitatio erat de materijs propositionũ de incipit & desinit. Dico in sicut in alijs exponibilibus, respiciendum est ad habitudinem extremorum, & sic habebis omnes propositiones quæ sine incipit & desinit sunt ī materia remota & contingenti, sunt in eadem

materia cum icipit & desinit, vt sortes incipit esse albus, sortes desinit esse studens. plato incipit esse asinus, cicero desinit esse bos, & hoc in terminis absolutis, quia in alijs patet instātia, album est nigrum in materia remota & albū incipit esse nigrum in materia contingēti. Sed in materia naturali hoc nō habet verum, quia ista sortes incipit esse animal est in materia contingenti, quia prædicatum potest competere subiecto & negari de subiecto supponente, sortes non incipit esse animal per horam post originem & multum antea, sicut primum īstans esse veritatis huius affirmatiue sortes ē est vltimum instans non esse veritatis huius sortes fuit (vt prædicatum ens vel sortes sequat copulam) licet si sortes incipiat esse per vltimum instans non esse vltimum instans non esse veritatis de præsenti est vltimum instans non esse veritatis de præterito. Et sic sortes desinit esse animal est vera in primo instāti sui non esse, & adhuc subiectū supponit gratia ampliationis.

Ad quintam dubitationem dicitur ly nunc in ista homo nunc non est animal bipharie accipitur. Vno modo vt tantum valet sicut tempus præsens, & sic æquiualet huic homo non est animal, & huic omnis homo non est animal. Alio modo & magis communiter pro tempore discreto, & sic ista est falsa, homo nunc non est animal omnis homo nunc non ē animal, sed non æquiualet huic homo non est animal, lapso hoc instāti ipsa est vera, sed ē in eadem materia cum ista homo non est animal nunc est determinatio copulę.

Sexta dubitatio & nouissima formabatur de veritate huius sortes incipit esse omnis homo qui est vel sortes incepit esse omnis homo qui est vel sortes incipiet esse omnis homo qui est, & sic figuratur casus sortes prius fuit, & secum cicero, & sic istud instans pręsens primum instans non esse ciceronis, & primum esse platonis, tunc ratio dubitationis est, quia sortes non fuit ab æterno omnis homo qui ē, quia non fuit ab æterno, & sortes fuit om̄is homo qui est, ergo incepit esse omnis homo qui est vel incipit vel incipiet, q sortes fuerit omnis homo qui est. probatur, extrema adęquate supponūt pro eodem, quia primum instans non esse ciceronis est primum instans esse platonis, quia prędicatum non supponit nisi pro homine qui fuit & est, & solum sortes ē talis, igitur. ¶ Pro illo dubio ponā propositiones quarum princeps est, sortes in instanti dato fuit omnis homo qui est, & sortes non omnis homo qui ē fuit, prior pars patet, quia extrema adęquate accipiuntur pro eodem. Nec aliud impedit, ergo est vera Secunda pars patet, sua contradictoria est falsa sortes omnis homo qui est fuit, quia ly homo distribuitur p sorte & platone, quia plato ē homo qui est, & ly fuit disiūctim accipitur in ordine ad est vel fuit, & sic prædicatum distribuitur, quod supponit pro aliquo pro quo non supponit subiectum, ergo illa est falsa. ¶ Secunda propositio nunquam erat verum dicere, sortes est omnis homo qui est, vt patet. nec in primo instāti eē platonis, quia cum medio posito inferret sortem esse platonem, nec ante hoc instans, quia fuit cum cicerone continuo, sicut supponitur: nec post illud instans, quia habebit secum platonem. ¶ Tertia propositio ex hac sequens ē, in hoc instanti sortes non incipit esse omnis homo, patet. quia vel hoc eēt per positionem de præsenti & remotionem de præterito, vel per positionem de futuro, & remotionem de præsenti, sed perspicuum est ex dictis utrūq3 illorum esse falsum, igitur. ¶ Quarta propositio sortes nunquam post instans præsens incipiet esse omnis homo qui est, nec vnquam ante instans præsens incepit esse omnis homo qui ē, patet ex hypothesi. ¶ Quinta propositio sortes incepit esse omnis homo qui est. patet. sortes in primo instanti esse platonis erat om̄is homo qui est, nec oportet vt hebeat respondentiam vnius de præsenti terminis in forma reseruatis, quæris in quo instanti fuit omnis homo qui est. Dicitur in a, quod est primum instans esse platonis, nec sequitur. sortes fuit omnis homo qui ē in a instanti ergo a instās fuit quia a instans est determinatio copulæ secundæ & eam præcise respicit.

Sequitur de differt & cæteris signis alietatis.

Sortes differt a platone, sic illustratur sortes est simul tempore cum platone, & sortes non est plato, opposito modo oppositum detegetur.



Ore veteri & communi secundum claritatē de incipit & desinit apertē de sunt expositiōes signi alietatis quemadmodū sūt differt aliud ab, distinguit, alterū, alius & huiusmodi, licet alter inter duo locet. & alb9

inter plura præsenti negotio est peregrinum.

¶ Ly alterum dupliciter accipitur. Vno modo indefinite, & sic est signum particulare ad ly vterq; & ita hæc consequētia est bona vterq; homo currit, ergo alter homo currit. Alio modo capitur vt est relatiuum diuersitatis vt si vna contradictoriarum est vera altera est falsa, & sic dicit diuersitatem inter extrema differentiæ, omnis differentia vel alietas terum dicit existentiā earum decimo Methaphisice, nec oportet ens non enti nec non ens enti esse idē vel diuersum, & hoc proprie captis vocabulis sicut impresenciarum accipimus. Nōnunquā tamen notiones capiuntur improprie, & sic dicunt constantiam termini præcedentis, hoc ē rei significate per terminum precedentem, & negationem rei significate per terminū sequētem de re significata per notionem præcedentem, vt sortes differt ab Antichristo, quæ sic exponitur. sortes est & sortes nō est Antichristus, sed illam acceptionem tanquam impropriam repudiamus. ¶ Quo fit, non est idem dictu diuersum vel differens & non idem sortes est non idem Antichristo, sed sortes non differt ab Antichristo nec est diuersus Antichristo. ¶ Secundo sequitur, relatiuum diuersitatis cum suo casuali recto mediante a vel ab non æquiualet nomini infinito, immo nomen infinitum ad ipsum est superius.

¶ Ex quo fit, tales propositiones affirmatiuę sic copulatiuę exponēdę veniūt, sortes differt a platone sortes ē, & simul tpe plato est, & sortes non est plato, hic aduerbium simul potest dicere simultatem temporalem vel instantaneam, vides ergo prima exponens est propositio de est secundo adiacente, vbi ponitur constantia subiecti. Secunda propositio est similis in qua subijcitur terminus super quem cadit dictio alietatis addendo hoc complexū simul tempore. Tertia est vna negatiua in qua negatur subiectum secundæ exponentis de subiecto primæ, vel sic breuius (vti in littera retulimus) sortes differt a platone sortes est in eodē instanti cum platone, vel simul tempore cum platone & sortes non est plato. Adam differebat ab Habraamo Adam erat in eodem cēpore vel instanti quo erat Habraam, & Adā non erat Habraam vel sic, Adam & Habraam erant in eodem instanti, & Adam erat non Habraam, Helias differet ab Antichristo Helias & Antichristus erunt in eodem instanti, & Helias non erit Antichristus. Et illud intelligitur si sit præcise vna copula, nam ista non ponit constantiam extremorum Iacobus quintus ē alius homo quam fuit Iacobus primus, Ad veritatem huius non requiritur Iacobū primum & hunc Iacobum quintum eē simul Et si detur aliqua talis sortes videt platonem differentem a Cicerone requiritur constantia platonis & Ciceronis simultanea, & q; vnus non erat alter, quod in istis de præterito vbi ē simplex copula requiratur constantia pro eodem tempore, patet. Adam differebat ab Habraam si non requiratur idem instans vel tempus tunc illa esset vera & sua deinde semper fuisset falsa, Adam differt ab Habraam. Sed multo facilius cognoscuntur veritates propositionum exponibilium de extrinsecis temporibus per suas deinesse quam per suas exponentes vt de propositionibus dictis cōtingit. Pari forma in istis dices, sortes possibiliter differt ab asino, Deus necessario differt a creatura, conuenientius dabis prius deinesse, & post hac singularia exponas, nec loquor de reproductione temporum cum naturaliter procedo, & grauis est quæstio apud theologos. an deus tempus vel instans corruptum potest reproducere, quidnam de tempore censeo superius loquutus sum.

¶ Cæterum si terminus distribuatur in exponibili vt sortes differt ab homine distribuetur in exponentibus, quare ista venit sic exponenda sortes est, & simul tempore vel instanti omnis homo est & sortes non est homo, vel sic sortes est simul tempore cum quolibet homine, & sortes non est homo, sortes differt ab omni homine, sortes est simul tempore cum aliquo homine, & sortes homo non est. Sortes ab homine differt sic est eluenda, sortes est & simul tempore homo est, & sortes homo non est, cum ly homine stet determinate in exponibili, sic stabit in exponentibus, vel primo descende sub termino homine sortes ab isto differt, vel sortes ab isto homine differt, & quia vna singularis est vera (immo multę, sed vna sufficit) illa est vera, illa singularis sic exponitur, sortes est simul tempore vel instanti cum isto homine (demonstrando platonem) & sortes non est iste homo, ergo sortes ab isto homine differt & ex consequente ab homine differt, sortes differt a populo sic exponitur, sortes ē, & simul tēpore quilibet populus est, & sortes non est populus, igitur. Sortes est aliud a platone sortes est aliquid, & plato est aliqd & sortes non est eiusdem essentiæ cum platone. De talibus sortes in hoc loco differt a platone, Deus vbiq; differt a platone si in hoc loco determinat sortes exponatur more communi, si vero determinet copulam, illam distinguo, vel si in hoc loco applicet se ad vtrumq;

extremum fimul, & tunc eft fic exponenda,
fortes in hoc loco eft, & plato fimul in hoc lo/
co eft, demonftrando eundem locum, & for/
tes nō eft plato, fi determinet primum extre/
mum tantum, fic venit exponenda, fortes eft
in hoc loco, & fimul plato eft, vt fimul dicat fi
multatem exiftendi, & fortes exiftens in hoc
loco non eft plato fic de alia dicatur. vel da fin
gulares fub termino vbiq;, fortes fpecifice dif
fert a platone fortes eft, & fimul tempore pla
to eft, & fortes non eft eiufdem fpeciei fpecia/
liffime cum platone, de formalitate inter ex/
ponentes & exponibilem hic parum curo.

¶ Cæterum memoriæ mandabis propofitio
negatiua (in qua ponitur differt) exponitur
difiunctiuę per contradictorias exponētes pro
pofitionis affirmatiuę non curādo fiue differt
negetur fiue non, alioquin dabis contradicto-
ria vera vel falfa, probatur. fortes differens ab
afino eft eft nota vera, cuius contradictoria ē
hæc. fortes differens ab afino non eft fecundū
dicta in oppofitionibus capto hoc toto pro
fubiecto fortes differens ab afino, & cum affir
matiua copulatiuę exponitur, ergo negatiua
difiunctiuę, ficut hæc fortes non differt ab af/
no venit exponenda, licet differt aut diffe/
rens non negetur, vt in comparatiuo contin/
git, Secus eft in exclufiuis exceptiuis & redupli
catiuis, ergo a pofteriore probamus affirma/
tionem figni differt vel differens nihil facere
ad propofitionem exponi copulatiuę, & illud
a priore prouenit a fignificatione termini. ve
ritas etiam iftarum bene cognofcitur per fup-
pofitionem extremorum, fi autem differens
fit pars prædicati ita q; fortes fit præcife fubie-
ctum, melius probabis illas per fingulares quā
per exponentes. Hæc negatiua fortes non dif
fert ab homine fic exponitur, fortes non eft fi-
mul tempore cum quolibet homine vel fortes
eft homo.

¶ At dicis homo diftribuitur ī exponibili cū
eft determinatio accepta vnica & non in fecū
da opponente.

¶ Refpondetur, negatiua eft moderanda per
expofitionem affirmatiuę oppofitæ & regula
de fuppofitione habet verum tantum in affir/
matiuis.

His expofitionibus prælibatis pro am
pliori huius materiæ intelligentia ponam nō-
nullas propofitiones, Prima hæc confequen/
tia eft nulla, exercitus Scotus differt ab exerci
tu Anglo, ergo exercitus Scotus eft aliud ab
exercitu Anglo, nec fequitur a exercitus dif/
fert ab exercitu, ergo a exercitus eft. fufficit in
ferre ens vel entia. ¶ Secundo fequitur, Micha
el non eft idem populo dei nec eft aliud a po/
pulo dei nec alia a populo dei.

¶ Tertio fequitur, hæc confequentia eft nul/
la, deus pater differt a filio, ergo deus pater ē
aliud a filio (neutrum genus ē genus effentię)
vt in hymno dicitur. Nunc fancte nobis fpiri-
tus vnum patri cum filio. pater tamen eft ali/
us a filio & alius pater a filio, nec propterea fe-
quitur filium effe patrem.

¶ Quarto fequitur, hæc confequentia eft nul-
la aliquis homo currit, & nullus alius a forte,
ergo fortes currit.

¶ Quinto fequitur has effe veras, fortes dif/
fert ab omni homine fortes non ab omni ho/
mine differt. Contradictoria fecundæ partis ē
nota in falfitate, ergo fecūda pars vera, prior
pars patet, æquiualet huic, fortes ab homine
differt fi omni non fit pars extremi, fed fignū
additum ad impediēdum diftributionem ter-
mini homine, termini fupponunt eodem mo-
do, & nihil aliud eft impediens æquiualētiam
earum, fimul tempore homo eft erit fecunda
exponens, & tenendo fignum effe partem ex
tremi adhuc totum prædicatum fupponit ꝓ
forte, licet ens omnis homo nō fupponat fub-
iectum huius afinus cuiuslibet hominis cur/
rit fupponit pro brunello, licet hoc totum nō
fupponat ens quilibet homo. Et afinum non
fupponit in hac fortes incipit videre afinum in
cafu crebro fuperius recitato, tamen totū præ
dicatum fupponit. Vnde fit, hæc confequen/
tia eft nulla determinatio non fupponit, ergo
totum prędicatū non fupponit. Similiter hic,
hęc pars & hęc pars & hęc pars & illa pars fūt
demonftrando quatuor quartas horæ in in/
ftanti medio ipfius horæ totum copulatum
fupponit, & nulla pars eius in qua demonftra
tur præcife vna quarta. ¶ Sexto fequitur a
forte differt homo, & a forte nō differt oīs hō
hoc patet, hō ī priori cathegorica ftat determi
nate imo a nullo homine omnis hō differt, ab
omni hoīe homo differt, ab omni hoīe homo
non differt, hęc tamen eft falfa ab aliquo hoīe
nullus homo differt, fortes non differt ab An-
tichrifto, nec fortes eft idem Antichrifto.

¶ Septimo fequitur hanc effe veram, fortes ē
aliud q̄ plato & nihil aliud q̄ plato, probatio
eft vna affirmatiua vltra iftātias cuius extrema
fupponūt pro eodē, ergo vera, plato & nihil
aliud q̄ plato ꝓ folo platone fupponit, addat
ly aliud ei totum fupponit pro forte. Idem pa
tet per exponentes fortes eft fimul tempore
cum illo quod eft plato & nihil aliud quā pla
to, & fortes non eft plato & nihil aliud quam

plato, igitur. vel sic sortes est, & plato & nihil aliud quam plato est, & sortes non est plato & nihil aliud quam plato, ergo sortes est aliud quam plato & nihil aliud quam plato ab exponentibus communibus ad expositam, nulla est dubitas nisi in secunda exponente, sed probo illam esse veram demonstrando platonem, & sic argumentor. hoc est & hoc est plato & nihil aliud quam plato, ergo plato & nihil aliud quam plato est expositorie, & premissae sunt verae, ergo & conclusio.

¶ Octauo, sequitur hanc esse veram & per cõsequens praecedenti compossibilem, sortes est aliud quam plato & aliud quam plato, patet sortes est, & simul tempore plato & aliud quã plato est, & sortes non est plato & aliud quã plato, igitur. Prima & tertia relinquuntur notae, secunda probatur hoc est demonstrando platonem, & hoc est plato & aliud quam plato, ergo plato & aliud quam plato est, consequẽtia est sillogismus expositorius, & maior ẽ nota, & minor probatur, quia hoc est plato & caput eius, ergo hoc est plato & aliud quam plato cum caput sit aliud quam plato. Et si dicas pars integralis platonis est plato demonstrando animam vel materiam eius habetur intentũ. ¶ Nono sequitur, licet sortes differebat ab asino tamen sortes non a quolibet asino differebat, patet ponendo solum brunellum prius fuisse cum sorte & modo primo producatur fauellus per primum esse, nec sequitur sortes differebat ab asino, ergo quilibet asinus erat, quia illa non est secunda exponens prioris, vel primo dabis eius de inesse.

¶ Vndecimo sequitur, aliquid differt ab animali quod nõ differt ab homine, probatur brunellus differt ab animali quod non differt ab homine, & brunellus est aliquid, ergo aliquid differt ab animali quod non differt ab homine, consequentia tenet cum minore, probatio maioris, brunellus est, & simul tempore anial quod non differt ab homine ẽ, & brunellus nõ est animal quod non differt ab homine, ergo brunellus differt ab aĩali qđ non differt ab homine, ab exponentibus ad expositam, animal quod non differt ab homine pro solo homine supponit, pone terminum homo loco illius toeius animal quod nõ differt ab homine, & res lucida est, & hic relatiuum refert terminũ post priorem copulam, & si referat terminum praecedentem esset copulatiua vel ei aequiualens falsa, vt patet ex his quae in capite de propositione diximus. eodem modo patet veritas huius aliquid differt ab animali quod non differt ab animali, Gabriel differt ab animali qđ non differt ab animali, per exponentes potes hoc deducere, sicut praecedentem ostendimus. At sortes non differt ab animali quod nõ differt ab homine, tam in sensu cathegorico quã hypothetico ¶ Duodecima propositio, non sequitur tu fuisti, & brunellus fuit, ergo tu differrebas a brunello, patet ex dictis. Immo nec haec valet tu fuisti & omne album fuit quando tu fuisti & tu non fuisti aliquid album, ergo tu differrebas ab albo, quia si nihil fuisset album, sed iam primo incipit album quod prius fuit tecum, antecedens est verum, & consequens falsum.

Contra modum exponendi datũ paucis instabimus vt sincerius dicta intelligãtur, & primo sic argumentor, si exponentes datae sufficiant sequeretur hanc propositionem esse concedendam, a homo differt ab homine, cõsequens est falsum, ergo & antecedens consequentiam declaro, sic exponitur a homo est, & simul tempore quilibet homo est, & a homo non est homo, modo illae tres exponentes sunt verae (vt ex praecedentibus & potissimũ in oppositione contradictoria patuit).

¶ Forte dices & apparenter, illa propositio aequiualet huic homo differt ab homine, & debet eodem modo probari, prius per ascensum quia terminus communis praecedit copulam quemadmodum est de his duabus homo incipit esse & a homo incipit esse.

¶ Contra, terminus sequens ly incipit stat cõfuse tantum, & terminus sequens ly differt stat distributiue, modo late differt suppositio determinata a confusa respectu suppositionis confuse tantum & respectu distributionis, igitur. ¶ Si forte ob argumentum factum concedas hanc, a homo differt ab homine.

¶ Contra hoc argumentor, & hoc est probare falsitatem consequentis, omne differens ab homine est non homo, a homo differt ab homine, ergo a homo est non homo, consequentia est infallibilis in darij, quicquid dicatur de inidonitate exclusiuarum exceptiuarũ & reduplicatiuarum ad darij potes propositiones differt vtrobiq; vtsillogisando, & nõ do aliam nunc rationem, quia instare in his nequis, conclusio sillogismi in darij est falsa, in qua praedicatur oppositum de opposito cum copula de praesenti, & sequitur conuersiue simpliciter a homo est non homo, ergo non homo a homo est, sed contradictoria conuertentis est vera, nullus non homo est a homo vel omnis non hõ non est a hõ, vt patet per ascẽsum copulatiuũ sub isto termino nõ hõ, licet sit diffu

cultas de ascensu & descensu termini infinitati nulla autem audita est vnquam respectu termini infiniti qui non est etiã infinitatus, osten sa falsitate conclusionis ostenditur veritas maioris, scilicet omne differens ab homine ẽ nõ homo, patet hoc differens ab homine est non homo demonstrando brunellum, & hoc differens ad homine est non homo demonstrando bucephalũ macedonis & sic de singulis. & tũc sic conclusio est falsa & consequentia bona, & maior vera, & est extra insolubilia, ergo minor falsa, & ita probatur falsitas consequentis quæ restabat enucleanda. ¶ Ad argumẽtum respondetur vno modo sicut responsum est illa æquiualet huic homo differt ab homine, sicut dictum est in incipit & desinit, & nihil impedimenti est respectu distributionis determinationis acceptę vnica vt in istis a homo est differens ab homine & a homo est fortior homine cum totale extremum quod est prędicatum non distribuitur, iste æquiualent a homo est omnis homo, & homo est omnis homo, etiam vbi terminus homo ẽ principalior pars extremi, sed iste latę differunt homo omnis homo est & a homo omnis homo est.

¶ Secũdo dico, potest bene sic exponi a homo est simul cum quolibet homine & a homo est non homo, quando enim negatiua cum constantia de finito prædicato non infert affirmatiuam de prędicato infinito exponentes communes non sufficiunt, capiatur illa de prædicato infinito, & ita vtrobiq; in omnibus facere potes, vt sortes est simul tempore cum platone & sortes est non plato.

¶ Contra istud argumentor, probando hanc veram a homo differt ab homine, bene sequitur a quolibet homine homo differt, ergo a homo a quolibet homine differt, & vltra, ergo a homo differt ab homine semper procedendo ab æquiualentibus, termini supponũt eodem modo, & sunt eiusdem qualitatis, ergo æquiualent, primum antecedens est verũ, patet ascendendo sub termino homine.

¶ Respondetur concedendo primam consequentiam, sed vltima est nulla nec est æquiualentia, non sufficit eadem qualitas, & suppositio nisi reliquæ proprietates logicales seruatæ fuerint, in vna est determinatio accepta vnica in alia vero non, & licet hoc in aliquibus non impediat, vt sortes differt ab homine, & sortes a quolibet homine differt, tamen in proposito impedit, hæc tamen a homo differt ab homine reliquas infert, & non ecõuerso, veritas huius a quolibet homine homo differt, patet etiam per exponentes eius quilibet homo est & simul tempore homo est & quilibet homo homo non est, vel capias singulares primo sub termino homine ab isto homĩe homo differt, & ab illo homine homo differt sic exponẽdo. Iste homo est, & simul tempore homo est, & iste homo homo non est, vel rursus da singulares.

Secundo argumentor, nõ sequitur hominis asinus est, & simul tempore quilibet asinus est & hominis asinus non est asinus, ergo hominis asinus differt ab asino, & tamen proceditur ac exponentibus ad exponibilem, igitur consequẽtia tenet cum minore, probatur maior, antecedens est verum, & consequens falsum, ergo non sequitur, falsitas consequentis patet, bene sequitur omne differens ab asino est non asinus, hominis asinus differt ab asino, ergo hominis asinus est non asinus, in dari, conclusio est falsa, & maior vera, patet ascẽdẽdo sub subiecto maioris, ergo minor falsa.

¶ Respondetur, negando minorem debet enim illa sic exponi, hominis asinus est, & simul tempore eiusdem hominis asinus est, & eiusdẽ hominis asinus non est asinus, vel sic (& melius) illa non est immediate exponenda, vtrobiq; cũ hominis stat determinate est primus terminus ratione cuius propositio est probabilis, descendatur sub ipso istius hominis asinus differt ab asino, vel istius hominis asinus differt ab asino, & cum ly asinus adhuc stet determinate, capę singulares ex parte eius istius hominis brunellus vel fauell⁹ vel aliquod simile differt ab asino quas expones.

Tertio argumentor, ista est vera sortes & brunellus differunt specie, & tamen exponentes sunt copulatiua falsa, quia sic exponitur, sortes & brunellus sunt alicuius speciei, & sortes & brunellus non sunt eiusdẽ speciei, modo prior exponens est falsa.

¶ Respondetur, oportet videre quid per tales propositiones denotatur, specie hic non distribuitur vt patet ex suppositionibus cum non negatur a ly differt mediante a vel ab, & ẽ sermo de specie specialissima cũ continentur sub eodem genere subalterno siue specie subalterna, ista sufficienter sic exponitur, sortes est alicuius speciei & brunellus est etiã de aliqua specie, & sortes & brunellus nõ sunt eiusdem speciei specialissime.

Quarto argumentor, per dicta hæc esset vera, sortes est omne differẽs ab asino, cõsequẽs est falsum, igit. cõsequẽtiã pbo, qa sic exponit, sortes ẽ, & oĩs asin⁹ ẽ, & sortes nõ est

asinus falsitas consequentis patet, bene sequit
sortes est omne differẽs ab asino plato est ali-
quid differens ab asino ergo sortes est plato.
¶ Ad quartum nego sequelam, affirmatiua
non est sic exponenda. Illa propositio est
prius probanda ratione distributionis dan/
do singulares modo omnes pene tales sunt
false, quarum falsitates per extremorum sup
positionem deprehenduntur. ¶ Se-
cundo dicitur disiunctiue descendes sub toto,
cum omne est pars predicati, & quālibet sin-
gularem falsam offendes, cum omne differẽs
pro nullo supponit, immo nec supponere po-
test. Quinto sequitur hec erit vera a sorte dif-
fert omnis asinus, sed oppositum colorare co-
nabor, equiualet enim huic a sorte differẽs est
omnis asinus vel differens a sorte est omnis asi
nus, modo vtraq; istarum est falsa cum extre
ma ꝓ nullo eodem vel eisdem supponāt, item
bene sequitur in disamis a sorte differens vel
differens a sorte est omnis asinus, & omne dif-
ferens a sorte est aliquid ergo aliquid est om-
nis asinus, cōclusio est falsa & minor vera, igi-
tur. ¶ Ad quintum dici potest hec est vera, a
sorte differt omnis asinus, exponentes incipi-
unt a verbo differt, secus est de alia in qua o-
portet oculū flectere, ad terminorū suppositio/
nem magnus tamen color est in oppositū ꝓ-
batiuus equiualentie, & hec de signo alietatis
dixisse sufficiat.

Sequitur de ita & sicut.

**Ita & sicut exponibiliter capte propo-
sitionē reddunt exponibilē hoc pacto
Salomon est ita diues sicut Cresus, Sa-
lomon est diues, & simul tempore Cre
sus est diues. quia est comparatio in di
uitiis & Cresus non exuperat salomo-
nem in diuitiis.**



ITa & sicut in expo-
sitiōe compatiui locatur
ea propē de illo prius esse
loquēdum censeo, ita nō
ponitur i ꝓpositiōe sine
ly sicut, & hoc si exponi
biliter capiatur, Ita sicut
capitur dupliciē vno mo
do vt dicit aliqualē similitudinē, & tunc hæc
esset concedenda, sortes est ita albus sicut pla-
to si sortes habeat albedinem vt octo & plato
vt nouē, & est distinctio inter artistas (cum ser
mo ididit de ita sicut secūdū materiā subiectā)
dicere est aliqualis similitudo vel omnimoda
interdū dicit omnimodā similitudinē & tunc
ad veritatē hui⁹ sortes est ita albus sicut plato
requiritur eos esse oīno similes saltē in albedi-
ne, adhuc nō sic capimus. Tertio modo capit
exponibiliter cuius acceptionē exponētes ex-
plicabunt & sic in littera capitur, & si sit affir-
matiua ꝓpositio ipsa est copulatiue exponen
da, prima & secūda exponentes conuenientiā
cōparatiuorū explicant, & tertia est negatiua
explicans negationem excessus patet exēpla-
riter, alio ab exemplo littere, aiax est ita fortis
sicut elephantus, aiax est fortis (quia ī fortitu
dine est cōpatio) & simul tpe quilibet elephā-
tus est fortis, quia hoc totū ita sicut mediante
positiuo distribuit, & nullus elephas excedit a-
iacem in fortitudine, vel nullus elephas est for
tior aiace. Si subiectū stet determīate vel distri
butiue clarius est dare singulares, & nō expo-
nere tales ꝓpositiones immediate, cū ꝓbatio
non illic inchoāda est, ab hoc complexo ita &
sicut & habitis singularibus ꝓpositiones ī pro
pria forma (vti vbilibet facimus) expones. de
formalitate inter exponētes & exponibilē nō
curo, sortes erit ita albus sicut plato, si copula
vniat pro instanti resoluatur ī talem sortes in
hoc instāti erit ita albus sicut plato, & in quali
bet exponente ex parte copule retinenda est il
la determīatio singularis, ita vt illa sic expo
nitur, sortes in hoc instanti erit albus, & plato
in hoc instanti erit albus, & plato in hoc instā
ti nō erit albior sorte in hoc instante, & ita quā
do ponit vna copula dicat, non sufficit dicere
in exponētibus sortes erit albus, & plato erit
albus & plato non erit albior sorte, quia ponē
do sortē fore albū & platonē etiam fore albū,
& nunq̄ simul existant exponentes sunt vere
& exponibilis falsa, quia erit vna de futuro
quæ nunq̄ habebit vnam de presenti veram
ista non erit vera sortes est ita albus sicut pla
to. si tamen veritatem illius & similiū vt ista
rum sortes possibiliter est ita magnus sicut po
test esse sortes potest tantum portare quantū
potest portare per deinesse neglectis exponē
tibus probares non opus est vnq̄ addere in se
cunda exponente simul tempore. cum copule
presentiales exponentium vniant pro eodem
tempore, Notanter dictum est quando poni
tur vna copula, si erunt due copule non opor
teret addere simul tempore patet hic achito-
fel fuit callidior quā Antichristus erit achito
fel aliquando fuit callidus & antichristus ali-
quando erit callidus & nunq̄ antichristus erit
callidior q̄ achitofel fuit, sic iosias aliquando
fuit ita bonus sicut fuit ezechias ꝓauus eius,
que sic exponitur, iosias aliquando fuit bo-

nus & Ezechias proauus Iosie prius fuit bonus, & Ezechias proauus Iosie non fuit melior quam tunc erat Iosias, fortes est ita albus sicut erit plato, fortes est albus & plato erit albus, & plato non erit albior quam nunc ē fortes, fortes est ita albus sicut plato est niger, fortes est albus & plato simul est niger, & plato non excedit in nigredine fortem in albedine.

¶ Og est tantus quantus est mons Tabor, og est magnus, & mons tabor ē magnus, & mōs tabor non est maior og, negatiua per distūctiuam contradictoriam exponetur. ¶ Ex his cōsequens est hanc consequentiam esse nullam, Goliath ē ita fortis sicut Dauid, ergo Goliath est ita fortis sicut homo. procedicur enim cum distributione superioris. ¶ Secundo sequitur. hæc consequentia est interimenda. Vlisses est ita astutus sicut omnis homo, ergo Vlisses ē ita astutus sicut homo. ¶ Tertio infertur malitia huius consequentię, fortes erit ita albus sicut plato erit in a instanti, ergo fortes erit ita albꝰ sicut plato erit. ¶ Quarto sequiẗ Sāpson est ita fortis sicut Leo, & nullus Leo est ita fortis sicut Sampson. ¶ Quinto sequiẗ. fortes est solum sapientior platone, & tamen est ita sapiens sicut omnis homo mundi.

Contra dicta argumētor, si modus exponēdi esset bonus sequeretur circulationem esse in exponibilibus, consequens est inconueniens, nam exponens debet esse exponibili manifestior, & sic idem erit manifestiꝰ, sequela tamen patet, fortes est fortior platone ē exponibilis, & exponens respectu istius, plato non est ita fortis sicut fortes. ¶ Respondetur illud nō inconueniens, modo totalis exponens sit expo nibili lucidior in diffinitione qualis & qualitatis qualem ponit philosophus. Secundo potest id cauere in proposito dicendo plato non excedit fortem in fortitudine vel doctrina.

Secundo sequitur hāc esse veram, fortes erit ita albꝰ sicut plato erit in a instāti, supponendo eos futuros æqualiter albos in a instanti, vt post hac manente albedine fortis in eadem intentione graduali augeatur albedo platonis cum illa determinatio est capienda ī qualibet exponente, consequēs est falsum, igitur. falsitas consequentis patet. bene sequitur fortes erit ita albus sicut plato erit in a instanti, ergo fortes erit ita albus sicut plato erit, ab inferiore ad superius.

Tertio, Sampson ē ita fortis sicut Leo, ergo Leo est ita fortis sicut Sampson per conuersionem, consequens est falsum. ¶ Ad secūdum respondetur negando consequētiam, procedirur enim ab inferiore ad superius cum distributiōis superioris respectu de ly tempore, hoc patet capiendo tertiam exponentem consequentis plato non excedit fortem in albedine in aliquo tempore futuro vbi tempore distribuitur, non enim est inferiorietas totalis extremi. ¶ Ad tertium nego consequētiam, sic conuertitur ita fortis sicut Leo est Sāpson, & eodem modo exponiẗ sicut alia vel da singulares sub subiecto stante determinate.

Sequitur de comparatiuo.

Propositio de comparatiuo cum vna habitudine triphariam exponi solet. ¶ Vno modo proprie & tunc denotat illud in quo est comparatio vtriq; cōparabilium debere simul tempore cōuenire. ¶ Secundo modo capitur improprie & tunc sat est idem rei excedēti competere. ¶ Tertio modo abusiue quę acceptio est in omnium ore & tūc explicatur per oppositum sui positiui cum aduerbio magis vel minus secundum materiæ exigentiam.



Ost expositionem de ita & sicut supest non nihil de comparatiuo dicere. cōparatiuum pro positiuo ornatꝰ gratia ponunt concinne loquētes, & tunc non est aliquarum rerum comparatio, vt apud Maronem. Tristior & lachrimis oculos suffusa nitentes, & apud Porphirium in cathegorijs species specialissima est quod prædicatur de pluribus differentibus numero hoc est de multis. ¶ Interdum tenetur partitiue, & tunc ponitur loco superlatiui, & eodē mō reddit ꝓpositionem exponibilem, & habet post se genitiuū, & tunc nō debet poni inter duo, sed inter plura instar superlatiui, vt patet cap. primo epistolę ad Corinthios decimo tertio. Fides spes & charitas tria hæc maior horum est charitas. ¶ Tertio modo capitur vere comparatiue, & distinguitur a positiuo & superlatiuo, & sic adhuc tripliciter accipitur, vti ī littera retulimꝰ, exemplum primæ acceptionis, vt ad veritatem huius Iosias est Dauide innocētior requisitur vtriq; innocētiā cōpetere, vnū extremū

comparationis, & excedens est Iosias. aliud vero extremum est Dauid, & res excessa. & res in qua comparantur est innocentia ¶ Triplex enim est talis ꝓpositio, quędam affirmatiua, quędam negatiua, quędam vero mixtæ qualitatis. Et adhuc affirmatiua est triplex. Prima est propositio de comparatiuo, in qua ponitur duntaxat vna copula, vt Iohãnes est doctior Platone. ¶ Secunda quando ponitur copula principalis cum copula implicationis, & tamē est comparatio secundum vnam habitudinē tantum, vt Iohannes est doctior q̃ sit Plato. ¶ Tertia est quando sumitur copula principalis cum copula implicationis, & est cōparatio secundum diuersas habitudines, tunc nō oportet illud in quo comparantur pro eodem tempore adęquato vtriq; comparabilium competere. patet de hac. Antichristus erit peior quã Nero fuit. ¶ Secundo modo capiendo comparatiuum hanc concedis Iosias est innocētior Achab, Deus est melior dæmone. Hoc modo denotatur positiuum verificari de termino significante rē excedentem, & nō de re excessa. ¶ Tertio modo hęc est vera, melius est perdere digitum q̃ manum, hoc est, minus malum. Mare ponthicum est dulcius q̃ est aliud mare. id est minus amarū. Isti enī duo vltimi modi sunt vulgares apud loquentes verū quia postremus magis elongatur a comparatiuo proprie dicto dicitur eius acceptio impropriissima. & alia minus ꝓpria, quia magis accedit ad cōparatiuum proprie dictum. Hoc modo vsus est Aristoteles primo posteriorū capite secundo ratione secunda ad probandum ꝙ magis assentimus præmissis q̃ conclusioni, & vocat hanc impossibilem. Aliquis nō magis cognoscit ea quę scit q̃ ea quæ nō scit. & sua opposita est vera. sed omnis homo magis cognoscit ea quę scit q̃ ea quę nō scit. & hoc cum litera quadrat. hęc dixerim nam aliqui gratis literā eius deprauãt, ad distinctionem quã ipsemet cum alijs dedimus non aduertētes. Ex isto sequitur homo potest apte improprie capere vocabula quando sunt in cōmuni vsu sapientum, loquēdum est vt plures secundo de cœlo & mūdo. ¶ Insuper notandum est, propositio affirmatiua de comparatiuo ꝓprie capto est exponēda copulatiue siue cōparatiuus negetur siue non & propositio negatiua siue comparatiuus negetur siue nō exponitur disiunctiue. Exēplum vt Achitofel est callidior Vlysse, quæ sic exponitur, Achitofel est callidus, & simul tempore Vlysses est callidus, & Vlysses non est ita callidus sicut Achitofel, vel Achitofel excedit Vlyssem in calliditate, ergo ī prima exponēte affirmatur terminus positiuus de termino significante rem excedentem, & in secunda exponente affirmatur de termino significante rē excessam cum hoc addito simul tempore, ad denotandum ꝙ copula prioris & secundæ exponentis debent vnire extrema pro eodem tēpore adęquato, quas si ponas vnire pro eodē tempore adęquato non opus est addere simul tēpore in secunda exponente, quia propositiones de extrinsecis temporibus non īmediate exponas, sed prius eas in esse pone, & in tertia negatur aggregatū ex termino excedente & positiuo mediãte ita & sicut de termino excesso hoc est rem excessam significante mediante copula ꝓpositiōis, negatiua cōtradictorio modo semper exponit̃, hoc seruato ꝙ copula primæ exponentis vniat adęquate pro eodem tēpore pro quo copula exponibilis vnit. Aliud exēplum quãdo ponitur duplex copula Nero est peior q̃ fuit Pigmalion, sic exponitur. Nero est malus, & Pigmalion fuit malus, & Pigmaliō non fuit ita malus sicut est nunc Nero. copula implicationis in secunda & tertia exponentibus erit copula principalis. Aliud exēplum quãdo est duplex copula cum diuersa habitudine. Sortes tartarus est albior q̃ Plato maurus sit niger. sic exponit̃. Sortes tartarus est albus, & simul Plato maurus est niger, & Plato maurus nō est ita niger sicut Sortes tartarus est albus. hic idem positiuus non denotatur vtriq; comparabilium conuenire licet varij pro eodem tempore denotantur eis competere, vbi ponitur varia tempora ex parte copularū nō oportet addere simul tempore. vt Schite sunt priores Aegiptijs. Machometus fuit prior q̃ Antichristus erit. potes per vnam cathegoricam tales exponere, vt Salomon fuit sapientior regina Saba, Salomō in sapiētia excedit reginã Saba. Quando ponitur terminus stans determinate distributiue vel confuse tantum ante comparatiuum, Primo dentur singulares, & postea propositio exponatur. Hic suppositio confusa tantum determinate æquiualet. Dicatur omnino sicut superius tetulimus exponendo propositiones de differt. Alioquin stabit exponibilem esse falsam exponētibus veris, vt patet hic Hominis asinus est fortior asino, quę est falsa, & tamen exponentes illæ essent verę, Hominis asinus est fortis, & quilibet asinus est fortis & nullus asinus est ita fortis sicut hoīs asinus. Tertia est vera si ponantur infiniti asini sese in robore exuperantes. Illud idem potest deduci de partibus continui, vt post hac patebit, quãdo terminus distribuitur in exponibili, tunc etiam in exponente distribuatur, vt Sortes est

doctior summulista, secunda exponēs erit qui libet summulista est doctus, secus est si stet de terminate vt fortes summulista est doctior, te solue primo ratione termini stantis determinate postea exponito, fortes est doctior omni summulista sic eluitur fortes ē doctus, & simul tempore aliquis summulista est doctus, & aliquis summulista nō ē ita doctus sicut fortes. Insuper si cum comparatiuo ponatur casus rectus virtute positiui gradus debet addi positiuo in exponentibus, vt fortes est pleniorvino platone sic exponatur, fortes ē plenus vino, & simul tempore plato est plenus vino, & plato non est ita plenus vino sicut fortes semper habendus est oculus ad exponibilē vt patet alio exēplo, fortes est albior platone per duos gradus albedinis, fortes est albus, & simul tempore plato est albus, & plato nō ē ita albus sicut fortes per duos grad⁹ albedinis. Ego vidi meliorem equitem quam plato, ego vidi bonum equitem, & simul tempore plato vidit bonū equitem, & plato non vidit ita bonum equitem sicut ego.

Ceterum pro hisce promptius cognoscendis aliquas ꝓpositiones seriatim ponemus. Prima propositio, duę primę exponentes sunt eiusdem qualitatis cum expōibili & tertia oppositę. ¶ Secunda propositio, deus non est melior diabolo, nec peior diabolo, nec ita bonus sicut diabolus semper proprie capiendo comparatiuum ista propositio quo ad singulas eius partes patet per earum contradictorias. Similiter nihil est peius deo, nullus magis peccauit quam Christus qui nullibi gentium commisit peccatum, suum oppositum infert Christum peccasse quod impossibile dico. ¶ Tertio sequitur, nulla propositio ē verior ista homo est asinus, nec aliquid est minus primo mobili, suū oppositum infert primum mobile esse paruū, nec aliquid ē maius quam anima fortis, nihil est albius æthiopie, nō potius vellet homo exponere denarium quam decollari, nullus plus clamat quam ille qui tacet. ¶ Quarta propositio, musca est fortior omni animali, sed non ē fortior aliquo animali, ita ꝙ signum in priori non sit pars extremi, sed ponitur ad impediendam distributionē quia si signum sit pars extremi ipsa est falsa. vnde fit, aīal debellus omni animali est fortius omni animali. ¶ Quinta propositio, fortes non maiore ratione ē fortes quam plato. ¶ Sexta propositio, Alexāder fuit debilior quam fuit Achilles capiendo tēpus in quo vterq; fuit adultus, sed Alexādes non fuit debilior Achille. ¶ Septima propositio, hoc totum est maius sua parte integrali, & hoc totum in nulla proportione est maius sua parte integrali, prior pars est communis animi conceptio. Secunda pars patet, quia non est in duplo maius sua parte integrali, quia est prędse in duplo maius sua mediętate, nec in triplo maius sua parte integrali, quia in triplo est pręcise maius sua tertia parte, hoc nō obstante, omne totum in aliqua proportione sua parte integrali est maius, fortes tamen non est maior sua parte, sicut nec aliquis homo, fortes nō est maior sua anima, immo nec est maior sua materia cum æqualem locum extensiue cum forte occupet quemadmodum nec binari⁹ angelorum est maior sua parte. ¶ Octaua ꝓpositio, a est maius b, & tamen b non est minus a hoc patet, si a sit corpus infinitum, vel cœlum quiescens, & b corpus mediocre. ¶ Nona propositio, gratia animę Christi est maior gratia animę Iohannis euangelistę, & tamen gratia animę Iohannis euangelistæ non ē minor gratia anime Christi. ¶ Decima ꝓpositio, tu eris senior quam tu es, & in nullo instanti tu eris senior quam tu eris. prior pars probatur, nūc tu es senex, & nunc tu non es ita senex sicut tu eris, ergo tu eris senior quam tu es, consequentia tenet, quia illę duæ sufficiunt ad veritatem illius. Secunda pars patet, sua contradictoria ē falsa in aliquo instanti tu eris senior quā tu eris quia signetur illud instans & sit a, tunc sic in a tu eris senior quam in quocunq; instanti futuro tu eris, consequentia tenet, quia hoc totum senior quam distribuit tempus importatum per copulam modo quocunq; instāti dato in quo tu eris post illud tu eris, cum per vltimū instans esse corruptionem non capias. ¶ Vndecima propositio fortes erit albior ꝙ plato erit, & tamen fortes non erit albior platone, ꝓbatio ponēdo ꝙ nūc sint ambo albi vt vnū, & albifiant vniformiter per vnam horam sic scilicet si ambo essent in instāti terminanti horā essent albi vt quatuor, & ponatur tunc primo platonem nō esse, fortes erit albus vt quatuor, & plato non erit albus vt quatuor, quia non in instanti terminanti horam, nec post illud instans, quia tunc non erit, nec erit albus vt quatuor ante illud instans, patet quia si sic, ergo in aliquo instanti ante illud instans tenendo opinionem cōmuniorem sed hoc est contra hipothesim & dicis plato habebit albedinē vt quatuor ī tēpore termiato ad illud instans, Contra signo totum tempus anteꝗ erit albedo vt quatuor ipsius platonis & totū tempus ꝑ quod erit albedo vt quatuor, secundū dicta in materia de incipit erit instās copulans illa duo tempora simul tunc vel illud instans erit āte finem horæ, vel in fine, si primū

illa albedo erit ante finē horæ in aliquo instāti contra casum, si secundum propositū, vt pore illa albedo non erit ante finem horæ. immo sequitur hæc cōclusio, aliqua duo simul erunt, & tamen in nullo instanti simul erūt. imo sequit Aliqua fuerunt imediata quę in nullo instanti fuerunt imediata. Patet ponendo Sortem & Platonem distare & appropinquare per vnā horam quousq; se tangant, tunc simus nos in instanti horam terminanti, tunc sic Sortes & Plato fuerunt imediati ante hoc instans secūdum positionē oppositam, & in nullo instanti ante hoc fuerunt imediati. Istę rationes non concludunt, duas vltimas conclusiones concidere positio opposita, sed de his alibi pro nunc tamen satius est tenere modum cōmuniorem & faciliorem. Altera pars conclusionis patet, Sortes non erit albior Platone, quia si hoc sit verum, oportet q; in aliquo instanti simul per exponentes illius comparatiui cum ponitur sola vna copula, sed hoc est contra casum, & si Sortes etiam tunc primo non sit in instanti terminante horam istę concedendę veniunt Sortes erit albus, & Plato erit albus. & tamen Sortes non erit albior q̄ erit Plato, nec Plato erit albior q̄ erit Sortes, nec Sortes habebit minorē albedinem q̄ habebit Plato, nec Plato minorē q̄ habebit Sortes, nec Plato erit ita albus sicut erit Sortes, nec Sortes erit ita alb[us] sicut erit Plato. cōtradictorię enim istarū affirmatiue sunt falsæ cum tempus importatum per secundam copulam distribuatur. vt patet per earum de inesse. ¶ Vltima propositio. Sortes erit maior Platone, & tamen Sortes nō erit maior q̄ Plato erit. Patet ponendo Sortem per totam horam futuram esse maiorem Platone, & in hora mediate sequēti Plato erit maior Sorte, iam ī quolibet instanti horæ īmediate sequentis Sortes erit maior Platone. ergo Sortes erit maior Platone a distributo ad nō distributum respectu tēporis importati per copulam. sensus alterius propositiōis est. Sortes erit maior q̄ Plato erit quocunq; tempore futuro cum tēpus importatum per ly erit in secundo loco distribuatur a comparatiuo mediante dictione q̄.

Contra dicta argumētor. primo ex his sequitur hanc esse veram. Sortes possibiliter est maior Sorte. Consequens est falsum, sua deinesse est impossibilis, ergo & illa modalis, sequela patet, suæ exponentes sunt veræ, tertia exponens patet per falsitatem sui contradictorij si ponatur possibiliter in tertia exponente, si dicas oportet ponere impossibiliter, tūc hæc erit falsa. Sortes possibiliter est fortior Platone, & tamen Sortes est multo fortior Platone.

Secundo hęc erit vera, aliqua pars cōtinui est maior parte continui, aliqua pars continui est magna, & quælibet pars continui est magna, & nulla pars continui est ita magna sicut pars continui, falsitas contradictorij tertię exponentis tertiam exponentem clarificat, falsitas tamen illius est nota per descēsum, igitur.

Tertio argumentor, nō sequitur, Sortes est in infinitū perfectior asino. ergo Sortes est in infinitum perfectus, & tamē proceditur ab exponibili copulatiue ad alteram eius exponentem, igitur. Maior patet, quia antecedēs est verum, & consequens falsum. veritas antecedentis patet. Sortes est plus q̄ in duplo perfectior asino, & plus q̄ in triplo. & sic cōsequenter, si neges, detur status proportionis, & tunc asinus potest augeri quousq; fuerit ita perfect[us] sicut homo, & sic duo indiuidua diuersarū specierum erunt ęqualiter perfecta, quod nullibi est concedendum. nec valet dicere cum Sortes & asinus differant specie non sunt comparabiles septimo phisicorum. licet ī aliqua acceptione hoc sit verum, tamen vulgariter cōparantūr, dicimus enim deum perfectiorem angelo & angelum perfectiorem homine.

Quarto argumētor, nō sequitur. Adā est prior Antichristo, ergo Adam est pridem, & tamen similiter argumentor, igitur. ¶ Ad primum respondetur biphariam, in primis nego sequelam, in tertia exponente capitur copula contradictoria copulæ exponibilis, & consequenter conceditur hęc falsa in illo casu. Sortes possibiliter est fortior Platone. Vnde sit cōsequenter loquendo hęc consequētia est nulla Sortes est fortior Platone. ergo Sortes possibiliter est fortior Platone. proceditur enim ab esse ad posse esse cum dictione includente negationem. virtualiter enim a non esse ad impossibiliter esse, nec hæc Sortes est fortior Platone, est deinesse mensurans veritatē huius. Sortes possibiliter est fortior Platone. sed hæc Sortes est fortior q̄ Plato secum existens potest esse, aut aliquid huiusmodi, secūdum quod denotatur per illam modalem, sicut dicimus tenēdo hāc falsam & impossibilem. Sortes possibiliter est non currens, cuius deinesse non erit hęc (vt liquet) Sortes est nō currens. ¶ Alio modo dicitur & apparētius, oportet primo dare suam deinesse, & illam exponere, quia cū modus est primus terminus probabilis oportet ab illo inchoare, modo modalis diuisa veritatem sua deinesse clarificat. Patet dando hanc deinesse. Sortes est fortior Platone, & ita in alijs de præterito & futuro. Sortes erit fortior Platone,

cognoscitur per suã deinesse Sortes est fortior
Platone. ¶ Sed contra istud argumentor, se-
quitur hanc esse veram. Sortes erit fortior ho
mine ponēdo eum in a instanti futuro omnes
exuperare in fortitudine, & non alias. Patet per
suam deinesse, & etiam descendendo per tem-
pus per copulam importatum, sed consequēs
est falsum. Patet, bene sequitur. Sortes erit for
tior homine ergo Sortes quolibet homine est
vel erit fortior. consequens est notum falsum.
ergo & illud ex quo sequitur, & consequentia
patet, a termino sequēti comparatiuum ab eo
rectum ad terminum praecedentem etiam dis-
stributum est bona illatio nam bene sequitur.
Sortes est fortior homine. ergo Sortes quoli-
bet homine est fortior. Et si dicas non ē simile,
quia homine in illa de futuro stat pro homine
qui erit solum in antecedente, & non in conse-
quente, tunc capio hanc. Sortes est vel erit for
tior homine, quae non infert illud consequens.
¶ Respondetur, consequētia est nulla. proba-
tio in priore inchoamentũ habet ex parte co-
pulae, ĩ posteriore vero ex parte termini distri
buti praecedentis copulam. Idem est ac si sic ar-
gumentareris. Sortes in aliquo instanti vel tē
pore est vel erit fortior hoīe. ergo sortes quo-
libet homine est vel erit fortior. modo haec con
sequētia est mala, ergo & alia. ¶ Ad secũdum
dico, oportet primo dare singulares istius ter-
mini, aliqua pars cõtinui. & tũc illas exponere
Non enī sufficit capere iy eadem in tertia ex-
ponente, dicendo. Nulla pars continui est ita
magna sicut eadem pars continui. ex quo pro
positio antecedentis verificatur pro tot pro
quot supponit subiectũ, non sufficit dicere pro
vno discreto supposito, quia tũc stat dare ex-
ponentes veras exponibili falsa. vt patet hic
asinus est maior homine ponendo solum vnũ
asinum maiorem homine, tunc enim in tertia
exponente ly idem restringit terminum asinũ
ad standum solũ pro illo asino, & ipo mortuo
exponētes sunt vere, & exponibilis falsa, igit.
¶ Ad tertiũ concedo, non sequitur. expositio
debet habere originem a termino infinitum
cum praecedat comparatiuum. ¶ Ad quartũ
concedo etiam non sequitur, oportet seruare si
milem ampliationē in exponentibus qualem
in exponibili habes, & cum non denotatur si-
multas tēporis, sic eam propositionē expone.
Adam est vel fuit, & Antichristus est vel erit
in aliquo tempore, & tēpus in quo est vel fuit
Adam, est vel fuit ante tēpus Antichristi, vel
aliquod simile.

Quinto argumentor, secũdum dicta
haec esset concedenda. Sortes est omne fortius
asino. consequens est falsum. vt de se liquet. cõ-
sequentia tamen declaratur, quia sortes est for
tis, & quilibet asinus est fortis, & nullus asinus
est ita fortis sicut sortes, ponaẽ sortes fortior
asino, igitur. ¶ Respondetur negando conse-
quentiam accipiantur singulares sub termino
fortius asino, quarum multae sunt falsae, vel su
perius in exponendis propositionibus de dif/
fert, de simili retulimus.

Sexto argumentor, sequitur hanc esse
veram. tēplum nostrae dominae est maius pha/
no sanctae Genouefes & sancto Michaele. conse
quens est falsum, secũda exponēs infert sanctũ
Michalem esse magnum. Et si dicas illam esse
falsam ꝑpter hoc argumētũ Contra Goliath
erat maior Dauide, & partes Goliath maiores
partibus Dauidis, & tamen non sequitur ani
mas eorum fuisse magnas. ¶ Respõdetur ne
gando propositionem illam positam, nõ enim
est simile de partibus istorum hominum, quia
materia & forma sunt partes integrales ma/
gnae. modo tēplũ sanctae Genouefes & Michael
nec sunt res magnae, nec res magna.

Septimo argumentor, sequitur has &
similes non posse exponi, Sortes est fortior vel
nõ est albior asino, cum enim vna copula ver
balis affirmetur, alia vero negeẽ, nõ est maior
ratio vt exponatur copulatiue q̃ disiunctiue,
aut contra. ¶ Respondetur, negando tales nõ
posse exponi, & dico duae primae exponentes
sunt qualitatis eiusdem cum exponibili, sicut
in aliis. & tertia debet esse oppositae qualitatis
ad exponibilem, hoc est quaelibet copula affir/
mata partialis ĩ exponibili debet negari in ter
tia exponente. & quaelibet negata affirmari.
Sed est vnum aliud ibi notandum ꝙ non de/
bet exponi copulatiue, quia non est maior ra/
tio ꝙ copulatiue exponatur q̃ disiunctiue nec
cõtra, nec ista foret vera copulatiue exponēdo
Sortes est melior vel non est melior Platone,
ponendo sortem esse meliorem platone. patet
quia tertia exponens est falsa cum sit haec pla/
to nõ est vel non est ita bonus sicut sortes vel
sic Plato non est vel est ita bonus sicut sortes:
vt virtus negationis feraẽ praecise sup est vel,
quia sic vel valet, & modo illa tertia exponēs
est falsa, & sua contradictoria est vera, scilicet
Plato est vel non est ita bonus sicut sortes:
¶ Propterea dico istam, sortes est vel non est
melior Platone, debere exponi partim copula
tiue, & partim disiunctiue. sic sortes est vel nõ
est bonus, & Plato est vel nõ est bonus. Ecce
nunc vnam copulatiuam, & postea oportet
capere ly vel & addere tertiam exponentē sic

vel Plato non est vel est ita bon⁹ sicut Sortes. modo hoc totum est verum, ex quo est. vna disiunctiua (cuius prior pars quę est vna copulatiua est vera) vel si & sic copula principalis adhuc exponentes sunt veræ. ex quo prima exponens est vera, & secunda quę disiunctiuã verificat secundam partem principalem illius copulatiue. Sed dicis quare citius capio vel in secũdo loco &, & in primo q̃ ecõuerso. ad hoc dico, modica me mouet ratio, sed oportet in vno vel in alio. Sed probatur illud non posse sufficere, quia illo dato staret exponibilẽ falsam esse exponẽtibus existẽtibus veris. Patet, Volo Platonem fuisse minorẽ Sorte, & nunc esse æqualem, tunc capio hanc. Sortes est vel non fuit maior Platone. tunc illa exponibilis est falsa Patet, æquiualet vni disiunctiue, quia ly vel ex parte copulę nõ negatũ disiunctiue æquiualet. modo vtraq; pars est falsa. Primo hęc Sortes est maior Platone, tamẽ illo modo exponendo exponentẽs sunt veræ. Sortes est vel non fuit magnus, & Plato est vel non fuit magnus, & reliqua, vtraq; istarum est vera. ergo quãcũq; propositionẽ disiunctim addẽdo tota disiunctiua est vera. si ponas disiunctionẽ in principio in idem redit. ¶ Opinor melius illã debere exponi per copulatiuam & disiunctiuã compositas ex partibus contradicentibus vt Sortes est vel non est melior Platone. sic exponitur. Sortes est bonus, & Plato est bonus, & Plato non est ita bonus sicut Sortes. & postea propter negationem addere ei disiunctiue hãc disiunctiuam. Sortes non est bonus vel Plato non est bonus, vel Plato est ita bonus sicut Sortes. & ita in propositione principali ¶ Secũdo dicitur. ipsa non est imediate exponibilis, nec propositio principalis, prius reducas eã ad disiũctiuam, & dein quamlibet partem separatim exponas.

Octauo, & finaliter circa cõparatiuum argumẽtor, expositio data nõ sufficit pro hoc aliquo minore te & quolibet maiore te tu es maior. ergo modus exponendi inefficax, veritas eius patet, bene sequitur. isto tu es maior, demonstrando Andream minorẽ te. & iste est minor te & quolibet maiore te, igitur. Consequẽtia tenet expõsitorie in tertia figura, & maior est nota per exponentes. & itẽ di[c]idem de exponentibus talium Brunellus est maior hominis asino. vbi hois stat determinate. ¶ Ad octauum respondetur, si comparatiuus cadat in illud copulatum in sensu in argumento prętenso illa est vera, & facile exponitur capiẽdo singulares sub ly aliquo demõstrãdo Andreã minorẽ te. isto minore te & quolibet maiore te tu es maior. sic exponẽdo. iste minor te & quolibet maiore te est magnus, & tu es magnus, & iste minor te & quolibet maiore te, non est ita magnus sicut tu. & hoc est verum. Si enim sic sensus hipothetic⁹ falsa est. Similiter si sic sensus cathegoricus talis, aliquo quod est minus te & quolibet quod est maius te tu es maior, ita q̧ comparatiuus minus cadat præcise in te, ipsa est falsa, quę non imediate exponitur, sed dando singulares sic, isto quod est minus te & quolibet maiore te tu es maior, sic exponitur, tu es magnus & iste minor te & quodlibet maius te sunt magna, & nulla quę sunt iste minor te & aliquod maius te sunt ita magna sicut tu modo hoc est falsum. Pari forma potest hęc distingui. Aliquo maiore te & quolibet minore te tu es minor. ¶ Ad aliud de ista Brunellus est maior hominis asino. Dici potest totũ sequẽs comparatiuum distribuitur, & sic nõ est opus addere idem in exponentibus si placet difficultatem ingredi relatiuũ identitatis adiũgito.

Sequitur de superlatiuo.

Superlatiuus bipharium in propositione ponitur. Vno modo cũ genitiuo sequenti, vt rosa est pulcherrimus florum, sic eluitur. Rosa est pulcher flos, & omnis flos est pulcher flos, & nullus flos est pulchrior rosa, negatiue exponẽdo. Si enim affirmatiue exponatur in tertia exponẽte dicatur, Rosa omne alio flore a se est pulchrior.



IN prima exponente de re excedente, In secunda vero de re excessa positiuus cũ recto genitiui affirmabitur, & quando nõ est distributio i exponibili, cauendũ est a distributione in exponentibus. Quamobrem rosa est pulcherrimus omnium florum, sic exponitur. Rosa est pulcher flos, & flos est pulcher flos, & aliquis flos non est pulchrior rosa negatiue, affirmatiue rosa est pulchrior omni alio flore a se, semper itelligẽdum⁹ est relatiuum alietatis. In hac, Sortes est hoim fortissim⁹, da singulares sub termino hominũ & eas exponito. Insup, leo est fortissimus lincũ sic explicatur. Leo est fortis linx, & omnis linx est fortis &c. nã terminus rectus a superlatiuo debet poni ad positiuum in exponentibus, &

debet eſſe ſuum ſubſtantiuum ſi non fuerit terminus numeralis. Nam oppoſito illius dato propoſitio præfata eſſet uera, pariter & hęc ſortes eſt fortiſſimus aſinorum, quocirca dicem⁹ in prima exponente ſortes eſt fortis aſinus.

Si enim ſuperlatiuus ſine genitiuo ſequenti locetur, duę exponentes ſufficiũt, vt ſortes eſt audaciſſimus homo, ſortes eſt audax, & nullus homo a ſorte eſt audacior ſorte, vel ſortes omni alio homine eſt audacior.

¶ Penes enim hoc ꝙ propoſitio ſuperlatiui affirmatiuę vel negatiuę exponi poteſt propoſitionis veritas depræhenditur, dici cõmuniter ſolet decem ſunt genera generaliſſima negatiuę exponendo ſic, decem ſunt generalia & nulla ſunt illis generaliora, affirmatiuę tamen exponendo eſt falſa, ſic hic ſi aliqua propoſitio eſſe falſa maxima eſſet iſta deus ē, quæ ratione ſuperlatiui poteſt & affirmatiue & negatiue exponi. De harum propoſitionum oppoſitis ferme ſuperuacaneum eſt loqui, cũ contradictoriæ exponibiles contradictorias vbilibet ſortientur exponentes.

Cæterum pro hijs plenius cognoſcendis nonnullæ propoſitiones locabuntur, quarum prima eſto. Propoſitio de ſuperlatiuo affirmatiue capto infert vnam de eodem ſuperlatiuo negatiue accepto cęteris paribus, & nõ econuerſo. ¶ Secũda propoſitio, ſortes fuit primus in lectione & vltimus in lectione, ponendo ipſum cum alijs nouem præciſe fuiſſe in lectione, quorum nullus intraſſet ante alium, at omnes ſimul egeſſi fuiſſent, & hoc negatiue exponendo ¶ Tertia propoſitio, non ſequitur Adam fuit primus homo, ergo Adã fuit primum animal, antecedens eſt verum, & conſequens falſum in creatione mundi, quemadmodum non ſequitur, a eſt prima pars proportionalis huius continui, ergo a eſt prima pars hui⁹ continui. ¶ Quarto ſequitur hanc eſſe falſam, ſortes eſt fortiſſimus iſtorum demonſtrando Platonem Ciceronem & Iohannem, ſi ſortes non ſit de numero iſtorum. In prima exponẽte dicemus ſortes eſt fortis iſtorum ¶ Quinto ſequitur hanc primo eſſe reſoluendam, omnis homo ē fortiſſimus hominum ratione termini diſtributi, & poſt hac datis ſingularibus eas exponas, in iſta ſortes eſt fortiſſimus hominũ hominum diſtribuitur reſtricte ad ſtandum præciſe pro hominibus de quorum numero eſt ſortes.

Contra dicta de ſuperlatiuo argumentor primo ſic, hæc non eſt congrua Leo ē fortiſſimus Lincum, ergo male dictum eſt, antecedens patet per illud Alexandri congrua non eſt hæc fortiſſimus eſt Leo Lincum. ¶ Secundo ſequitur, ex dictis hanc eſſe veram, ſortes qui non eſt fortiſſimus hominũ eſt fortiſſimus omnium hominũ, conſequens eſt contra omnium concipiendi modum, igitur. antecedẽs patet, ponendo ſortem habere platonem fortiorem ſe Ciceronemq̨ debiliorem. ¶ Tertio iſta non eſt vera, Sampſon eſt fortiſſimus hominum ponendo eum omnes alios in fortitudine exuperare, patet. ex ea ſequitur Sampſon omnium hominum eſt fortiſſimus cum ex extremis eiſdem eodem modo ſupponentibus conſtentur, quæ eſt falſa, igitur. ¶ Quarto argumentor, ſequitur hanc eſſe concedẽdam in caſu homo eſt fortiſſimus homo qui non eſt fortiſſimus homo, ſed hoc eſt falſum, igitur. ſequela patet. ponendo ſolum tres homines platonem debiliſſimum, ſortem mediocrem, & Ciceronem fortiſſimum. Iam ſortes eſt fortis homo qui non eſt fortiſſimus homo, & quilibet alius homo a ſorte qui non eſt fortiſſim⁹ homo eſt fortis, & nullus alius a ſorte qui nõ eſt fortiſſimus homo eſt ita fortis ſicut ſortes, igitur. ¶ Ad primum, negatur incõgruitas illius Leo eſt fortiſſimus Lincum, bene autem non eſt vera & Alexandrum inficior. ¶ Ad ſecundum, concedo ſortes qui non eſt fortiſſimus hominum ē fortiſſimus omnium hominum. At illa nõ ſimpliciter æquiualet huic ſortes eſt fortiſſimus omnium hominum quum ſorte exiſtente omnium hominum fortiſſimo vnius veritas alterius falſitatem compatiatur ¶ Ad tertium, nego illam non eſſe veram loquendo de Sampſone ac ſi eſſet, illa non æquiualet alteri. In conſequente hominũ diſtribuitur abſolute, & mobiliter non autem in antecedente. ¶ Ad quartum, concedo illam ponẽdo ſuperlatiuum cadere in illud totum, extrema illius ſupponunt pro eodem, ſi tamen ly q referret hõ in principio & faceret ſenſum hypotheticum illa eſſet falſa, & reſoluitur per & & ille, nec modus probandi in illo ſenſu, valet ſed oportet probare illius copulatiuę vtramq̨ partem, hæc tamen eſt ſimpliciter vera & non diſtinguenda, animal eſt fortiſſimus homo q non eſt fortiſſim⁹ homo. Eodem modo ſi ſint tria corpora a magnum, b maius, c vero maximum, tunc b eſt maximũ iſtorum quod nõ eſt maximum iſtorum vt prius ſuperlatiuus cadat in totum ſequens. Similiter b eſt minimum iſtorum quod nõ eſt minimum iſtorũ, cum quibus ſtat omne maximum iſtorum ē


maximum istorum, si tamen relatiuum antecedens ante priorem copulam referat. scilicet b, vtraque illarum est falsa.

Dubitatur an propositio de comparatiuo inferat formaliter propositionem de superlatiuo ex similibus terminis an contra. ¶ Respondetur illę sunt impertinentes de forma, non enim sequitur fortes est fortior lineę, ergo fortes est fortissimus lineę, nec sequitur fortes est fortissimus hominum, ergo fortes est fortior homine, cum antecedens sit contingens & consequens impossibile.

Secundo dubitatur quo modo exponuntur iste quatuor propositiones. a est maximum pondus quod fortes potest portare, a est maximum pondus quod fortes potest portare, a est minimum pondus quod fortes potest portare, a est minimum pondus quod fortes non potest portare. ¶ Respondetur, licet hęc materia sit phisicalis, expositio non est difficilis captu, vt iuuenes ante phisicalia sciant has propositiones & similes exponere succincte eas explicabimus Prima sic exponitur, a est magnum pondus quod fortes potest ferre & nullum maius fortes potest ferre. Secunda sic, a est magnum pondus quod fortes non potest ferre, sed quolibet maiori aliud minus illo maius a fortes potest portare. Tertia propositio sic exponitur, a est paruum pondus quod fortes potest ferre & nullum minus fortes potest ferre. Quarta sic, a est paruum pondus quod fortes non potest portare quod est aequale potentiae portatiuę eius, sed quocumque minore dato aliud maius minus a fortes potest portare, a est intensissimus gradus qui non est in ista latitudine, a est gradus intensus qui non est in ista latitudine, & quolibet gradu intensiori dato aliquis remissior intensior a est in ista latitudine, a est remississimus gradus qui non est in ista latitudine, a est remissus gradus qui non est in ista latitudine & quolibet remissiori dato aliquis intensior remissior a est in ista latitudine, & eodem modo de velocissimo qui non & tardissimo qui non & similibus dicatur, sufficit iuuenibus communia illa memoriter addiscere, licet causam quare hę particulę ponantur ob difficultatem minime intelligant. Vel sic breuius possunt exponi cathegoricę, a est maximum pondus quod fortes potest portare, inter omnia pondera que fortes potest portare a est magis magnum, siue maximę resistentię, a est maximum visibile quod fortes non potest videre, inter omnia visibilia quę fortes non potest videre propter paruitatem a est maius, a est minimum corpus quod potest esse, inter omnia corpora quę possunt esse a est minus, a est minimum pondus quod fortes non potest ferre inter omnia pondera quę fortes non potest ferre propter magnitudinem hoc est propter resistentiam a est minus. interdum minus in quantitate est maioris resistentię.

Sequitur de infinito.

Infinitum cathegoreumatice vt magnitudini attribuitur est quantum sine termino protensum, proportionabiliter de infinito discreto dicatur. Infinitum syncathegoreumatice vt magnitudini ascribitur per aliquantum & non tantum quin magis, vel per ly aliquantum & quantumlibet magis, aut per replicationem specierum quantitatis continue elucidatur. Alio modo competit quantitati discrete, & tunc conformiter per aliquot & non tot, quin plura, aut per aliquot & quotlibet plura, aut per replicationem numeri manifestabitur.



Erat sta materia comparatiui & superlatiui obiter expositio de infinito occurrit, non enim loquimur de nomine infinito neque logicę neque grammaticę capiendo. At infinitum hic primae intentionaliter vt conueniat omnibus rebus quibus quantitas accommodatur accipitur. Et duobus modis capitur scilicet cathegoreumaticę & syncathegoreumaticę vt in littera retulimus. ¶ Infinitum pondus fortes potest portare sic extricatur, aliquantum pondus fortes potest portare, & non tantum quin maius. Alio modo sic, aliquantum pondus fortes potest portare & quantumlibet magis, non enim capitur quantumlibet vt vis vocabuli sonare videtur quantum libet id est quantum placet, sed capitur vt tantum valet sicut quocunque tali vel aequali dato quia aliter ista esset concedenda infinitum pondus ego possum portare, quia vnam libram & forte non liberet mihi ferre amplius, quae communiter negatur sic exponendo. Infinitum corpus deus potest creare sic declaratur. aliquantum corpus deus potest creare, & duplum ad illud, & triplum ad illud, & quadruplum ad illud & sic sine statu. vel sic, pedale deus potest creare, bipedale deus potest creare, tripedale & sic sine statu. Infinitae partes sunt in continuo aliquae partes sunt in continuo & non tot quin plures, Alio modo sic, aliquot partes sunt in continuo, & quotlibet plures, Infiniti angeli possunt a deo

producti, duo angeli tres angeli quatuor ãgeli & sic sine statu possunt a deo produci. ¶ Sed contra istud instare potes sic, ponendo decem homines portare vnum lapidem, & viginti vnum alium, & triginta tertium, & sic semper cumulando decem, iam illa conceditur. Infiniti homines portant lapidem, & tamen falsum est dicere duo portant lapidem, vel tres portant lapidem secũdum hypothesim, ergo ista tertia expositio per species numeri non valet. ¶ Respondetur. vno modo illa non conceditur per tertiam expositionẽ, sed per duas primas. Aliter dicitur illam concedendo secundũ octas istas expositiones, vlterius concedo duo portant lapidem in casu & similiter vnus idẽtidẽ tres per se vel per accidens portant. Portare per accidens voco quando quis iuuat ad portãdũ an ferre per accidens sit ferre simpliciter: difficultas est ad nomen, & si hoc teneat consequẽs est vnum paruulum ferre tantum sicut omnes equi in mundo. Ferre per se est quando ferens absq; auxilio alterius portat. Tertio dico exponitur per continuam replicationem specierum quantitatis discretæ hoc est ascendendo & cumulando species in abissum, & illud contingit in casu quia quando decem portant lapidem viginti portant alium, & sic cumulantur decem, & postea triginta portant vnum lapidem. Et esto q quatuor ab eis inchoãdo portant vnum & quinq; vnum modo sit ascẽsus in infinitum vocatur ibi cumulatio Et hec tunc est concedenda. Infiniti homines portãt lapidem stante falsitate huius duo portant lapidem. Et pari forma exponuntur propositiones de extrinsecis temporibus & modis.

¶ Cæterum ĩfinitum cathegoreumatice sumptum vt attribuitur magnitudini tantum valet sicut quantum non terminatum, & tunc opponitur isti termino finitum, & dicitur ab in quod est non, & finitum terminatum. Vnde fit, hæc consequentia est nulla. a linea est infinita boream plagam versus, ergo ipsa est infinita, quia non sequitur hæc linea est non terminata aquilonem versus, ergo hæc linea est non terminata. nihilotamenminus in materia de infinito & phisice loquendo tales admittimus. ¶ Infinitum intensiue est quod habet infinitos gradus æquales non communicantes vni tertio gradui, aut cuius vni certe parti datæ dantur infinitæ partes non communicantes, Deus est infinitæ perfectionis, & infinitæ durationis. Infinitum cathegoreumatice vt attribuitur multitudini tantũ valet sicut multitudo cuius consequenter numerando nõ est dabilis vltima vnitas, & sic quodlibet continuum est infinitum. Nam nullius continui datur vltima pars proportionalis.

Contra ista argumentor, ex hisce (que in littera dicuntur) sequitur hanc esse concedendam infinita sunt finita, quia duo sunt finita, tria sunt finita, & sic in abissum consequens ẽ falsum, bene enim sequitur infinita sunt finita ergo finita sunt infinita per cõuersionem simplicem, nec de duabus medietatibus continui loquaris, que sunt infinite partes proportionales, sit sermo semper de impartibilibus. Itẽ predicatur in illa oppositum de opposito, ergo illa est affirmatiua falsa ¶ Respondetur cõcedẽdo illam esse veram exponendo eam vltimo modo non autem duobus prioribus modis, nec est bona conuersio, proceditur enim a confusa ad determinatam respectu multitudinis ĩ valore, quibuscunq; finitis datis totalibus finita sunt plura ponendo infinita entia totalia eẽ Infinitum enim syncathegoreumatice nõ est pars extremi, sed nota vniuersalitatis confundens terminum mediate sequentem. sic conuertas, ergo finita sũt entia. ¶ Ad aliud nego q predicetur oppositum de opposito capiendo infinitum syncathegoreumatice, bene aũt capiendo cathegoreumatice, nec sequitur, nõ infinita sunt hec finita, & non infinita sunt hec finita, & sic de singulis. igitur. nõ infinita sunt finita, proceditur enim a pluribus determinatis ex parte signi negati disiũctiue propositionem exponibilem reddentis, vt ex dictis in ascensũ facile cognosces. ¶ Pro vberiori intelligentia huius argumenti ponuntur aliquæ propositiones. Prima est. Si essent infinita entia totalia tunc infinitis finita sunt plura exponẽdo tertio modo, probatur, duobus finita sunt plura, tribus finita sunt plura, & sic ĩ abissum. nũc tamen demonstrãdo omnia entia totalia que sunt solum finita, falsum est dicere aliqua finita totalia sunt plura illis. ¶ Secunda propositio infinita infinitis sunt pauciora, probatur, duo infinitis sunt pauciora, tria infinitis sunt pauciora, & sic sine statu. Similiter infinitis infinita sunt plura, nec sequitur. duobus infinita sunt plura, ergo duobus duo sunt plura, ab exponibili ad primam exponentem, sed sufficit inchoare in quocunq; numero, modo in infinitum procedatur, vt duobus tria sunt plura, quatuor sunt plura & sic in abissum. Vnde sit iste simul stant septem infinitis sunt pauciora, & tamẽ nõ sunt pauciora duobus tribus quatuor q̃nq; aut sex. Eodẽ modo cõcedere potes ĩfinita finitis sũt eq̃lia, hec tñ ẽ falsa, ĩfinita sũt plura finitis, vt patet per falsitatẽ exponẽtiũ,

cũ illic finitis distribuatur, nulla entia sunt plu
ra duab⁹ medietatib⁹ cõtinui, cũ ille sint tres
tertię, quatuor quartę, qnq; qnte, mille millesi
me, & sic cõsequẽter. Idẽtidẽ hęc ẽ falsa, ĩfinita
infinitis sunt ęqualia. ℭ Tertia propositio, ĩme
diate post hoc ĩfinite partes ꝓportionales ho
rę future erũt, & tamẽ non infinite partes ꝓ
portionales horę futurę immediate post hoc
erunt. ℭ Quarta propositio, infinitũ pondus
hęc formica potest ferre, & hæc formica nõ po
test ferre vnã librã, nec pondus infinitũ. Secũ
da pars est nota quo ad ferre librã, & aliã pro
bo, quia regulariter infinitũ captũ a parte prę
dicati cũ efficitur pars extremi capitur cathe/
goreumatice. Et addit alter terminus cõnota/
tiuus a parte eiusdẽ extremi scilicet põdus, &
significatur hæc formica nõ potest ferre aliqd
infinite ponderositatis. Priorẽ partẽ conclusio
nis probo, quia aliquãtũ pondus hęc formica
potest portare, & non tantũ quin magis, ergo
infinitũ pondus &c. in prima acceptione de ly
infinitũ. Secundã exponẽtẽ ꝓbo, quia da eius
oppositũ hęc formica tantũ põdus potest por
tare sic ꝙ non maius, & signetur illud põdus,
& sit a, & tunc sic, vel a est æqualis resistentiæ
cum actiuitate huius formice, vel maioris vel
minoris, nõ duo prima, quia nec a ꝓportione
ęqualitatis, nec a proportione minoris inequa
litatis fit actio, nec vltimũ. quod probo, quia
tunc potentia portatiua huius formice excedit
resistentiã huius põderis dati, & non indiuisibi
liter, quia indiuisibile additũ diuisibili, non red
dit totũ maius, ergo per aliquod diuisibile, di
uidatur ergo ille excessus ad ymaginationem
in duas partes, & addatur ponderi minoris re/
sistentiæ ꝙ̃ sit actiuitas formicæ aliquod tantũ
resistens sicut medietas excessus potentiæ por
tatiuę formicę est actiuitatis, tunc põdus a cũ
hoc addito est grauius ꝙ̃ prius fuit, & tñ illud po
test portare, quia ab omni proportione maio
ris inequalitatis fit actio, igitur. pondus a nõ
fuit maximum pondus quod hęc formica po
test portare. Et eodẽ modo ꝓbabitur de quo
libet alio pondere dabili, prior exponens est
nota, aliquantum põdus potest portare, vt pa
tet de pondere quod portat post pluuiam, &
postea reportat. ℭ Quinta propositio, hæc cõ
sequentia est nulla. quamlibet partem b pon/
deris hæc formica potest portare, ergo b pon
dus hæc formica potest portare, ponẽdo b es/
se minimum pondus quod hæc formica nõ po
test portare, quod est æqualis resistentię cum
potentia portatiua formicę. Iam antecedẽs est
verum, quia quodlibet minus b pondere hęc
formica potest portare, & qualibet pars b põ
deris est minor b pondere, ergo quãlibet par/
tem b ponderis potest portare, & tamẽ b pon
dus non potest portare, vt patet ex terminis.
Non est tamẽ possibile vt quamlibet partẽ b
portet stante hypothesi in sensu composito.

Sequit̃ de fit factũ ẽ & similibus.

A calor fit sic exponitur, aliquid a calo
ris est acquisitum, & aliquid eius est cõ
tinuo acquirendum.



ALiquid bipharíam fieri
dicitur scilicet simpliciter, &
secundum quid. Simpliciter
quando hoc verbum fit sine
addito verificatur de prono
mine rẽ demonstrante, hoc
modo forma substantialis totũ cõpositũ, acci
dẽs primę & tertiæ speciei qualitatis fit. Alio
modo aliquid dicitur fieri secundũ quid, quã
do hoc verbũ fit absolute non verificatur de
ipso aut de pronomine ipsum demonstrante,
sed cũ aliquo addito, vt sortes fit albus, aqua
fit calida, calor tñ fit simpliciter (vt diximus).
Insuper notandũ est, aliqua res fit putæ partis
biliter, hoc est successiue siue omnes partes suc
cedentes maneant in eodẽ instãti mutuo, siue
non, vt tẽpus calor, tunc capta aliqua tali pro
positione calor fit, exponitur vti in littera re/
tulimus. Et fit ad pręsens & futurum ampliat,
sicut cætera verba quæ important mutatio/
nem acquisitiuam, vt in ampliationibus dictũ
est. hora octaua fit, horæ octauæ aliqua pars ẽ
& aliqua est in continua acquisitione, si fit di/
scontinuatio partium non constans aliquod
vnum, quare non est idem dictu a calor incí/
pit eẽ & a calor fit prior est falsa in casu nostro,
& secunda vera. Res permanens proprie non
fit vt angelus vel anima cum partium sunt
imunes. ℭ Cæterum sortes semper fuit sic ex
ponitur, sortes aliquando fuit & nunquam fu
it quin sortes fuit, ita ꝙ sensus secundę expo/
nentis sit talis, nunquam fuit instans vel tem/
pus in quo sortes non fuit, vel sortes omni tẽ
pore fuit. sortes fuit ab æterno sortes ante qđ
libet tempus præteritum finitum fuit. dicitur
notanter tempus finitum, quia supposita ęter
nitate mundi deus non fuisset ab ęterno, cum
non fuisset ante omne tempus, sed solum ante
omne tempus finitum, vel sic sortes aliquan/
do fuit & nunquam fuit ita quin sortes fuit, ꝑ
petuo & ab æterno syncathegoreumaticæ ac
cepta confundunt terminos sequentes, conce
dimus perpetuæ fuerunt generationes & cor
ruptiões, sed nullę generatiões & corruptiões
fuerũt ꝑpetuę. Ab ęterno sortes nõ fuit, sortes

aliquãdo nõ fuit & nũq̃ fuit Ita q̃ ipse fuit, cõ tradictorie opposito modo exponũt. Ex quo patet, quacũq̃ creatura demonstrata verũ est dicere hoc nõ fuit ab eterno, nec ab æterno nõ fuit. Secũdo patet, iste simul stãt sortes fuit ab eterno, & aliqñ nõ fuit, imo pluries nõ fuit & pluries incipit esse, vt supposita eternitate mũdi & in qualibet die pari sortes fuisset & i quolibet die impari nõ fuisset. Tertio sequitur, iste impertinẽter se habẽt sortes fuit ab eterno, & sortes semp fuit, patet in casu priori. prior est vera, & secũda falsa. Et si solũ tẽpus finitũ fuisset & solũ sortes fuisset i q̃libet pte illi⁹ tẽporis secũda est vera, & prior falsa. Quarto sequtur, Adã fuit ab eterno pductus, & tamẽ nõ fuit ab eterno, patet, fuit pductus a deo illic eterno capit cathegoreumatice, scđa pars ẽ clara.

Sequitur de signo totus.

Totus syncathegoreumatice acceptus per quelibet pars extricatur. Alio modo tãtũ valet q̃tũ aliquid & nihil est ipsius quin. Totũ cathegoreumatice valet integrum vel quod non est pars alterius, siue ens habens partes.



Otus brunellus est minor brunello cõcedit capiendo totus primo modo, hoc est syncathegoreumatice, q̃ sensus est, q̃libet pars aut q̃libet pars integralis brunelli est minor brunello, & dicit Aristoteles quĩto methaphi. Hoc discriminis inter totũ & omẽ, totũ dicit de illis in quibus est certus ordo partiũ ad inuicẽ, nõ enĩ dicimus ois vestis, sed tota vestis, oẽ autẽ de separatis ab ordine. Secũdo modo hec conceditur, tota aĩa rationalis ẽ in digito, aĩa rationalis est in digito, & nihil ẽ ipsius aie quin est in digito, cathegoreumatice priori modo haec cõceditur. angelus est totũ, & secũdo modo q̃libet pars integralis sortis aut alteri⁹ rei totũ & nõ prio modo existit. Contra ista argumentor, si totũ capiatur cathegoreumatice sequitur hãc esse cõcedẽdã, tota pecunia quę est in mundo est in archa tua, ponẽdo denariũ in archa tua. ¶ Secũdo sequitur, si totus capiatur syncathegoreumatice hanc esse concedẽdã totus sortes ẽ minor sorte, sed hoc est falsum, ex ea ei sequitur, minus sorte est totus sortes per cõuersionem, cõsequẽs est manifeste falsum. ¶ Ad prius cõcedo ppositionẽ illatã, imo tota pecunia possibilis in mundo est in archa mea. ¶ Ad secũdũ cõcedo illam totus sortes est minor sorte, nec bene conuertit, sed in hãc cõuertere necessum est minus sorte est pars integralis sortis, cũ valeat hãc quęlibet pars integralis sortis est minor sorte. q̃ est vera, si tamẽ per quęlibet pars extricatur, illa est falsa, quoniã hęc est falsa q̃libet pars sortis est minor sorte, nec anima sortis est minor maior vel ęqualis sorti, nec alicui alteri rei. Et si dicas, ergo tunc capitur partim cathegoreumatice & partim syncathegoreumatice cum cathegoreuma & syncathegoreuma includat. ¶ Respõdetur hoc nõ sufficit, cõmuni⁹ syncathegoreumatice breuiloquij (vt opinor gratia) capi appellatur. Si placeat, pp ter ea vocare mixtũ noĩa significant ad placitũ, verum vsus cõmunis in talibus imitãdus est. Et pro istis plenius cognoscendis aliquas ppositiones breui locare haud grauabimur. Prima est, totus sortes est pars sortis, & nõ totus sortes est pars sortis, pbatur capiendo totus syncathegoreumatice in priori parte. & cathegoreumatice in secũda parte. ¶ Secunda ppositio, totus sortes est pars sortis & non totus hõ est pars sortis, patet. capiendo totus vtrobiq̃ syncathegoreumatice. ¶ Tertia propositio, non sequitur hõ totus est in cubiculo, ergo totus hõ est in cubiculo, pbatur ponens do Iohãnẽ in cubiculo studentẽ, reliquos vero cãpos refrigerij causa petẽtes, antecedẽs est verũ & consequẽs falsum, vtrobiq̃ capiendo totus syncathegoreumatice, quia antecedens valet hanc hois quælibet pars est in cubiculo, & cõsequẽs valet hanc qualibet pars hois est in cubiculo. Nec sequitur, cuiuslibet hois ista pars nõ est in cubiculo vel cuiuslibet hois ista pars nõ est in cubiculo, & sic de singulis. ergo cuiuslibet hois b pars nõ est in cubiculo inferẽdo verã contradictoriã prioris. Nec prio ascẽdendũ est illic sub termino stãte determinate, sed sub determinatiõe sicut in sua cõtradictoria, cũ est determinatio accepta nõ vnica. Nec argumentũ a pluribus determinatis ascẽdens do sub determinatione, ppositũ infringit, vt ex secundo libro in materia ascensus patuit. ¶ Quarta propositio, pcedẽdo a totus cathegoreumatice ad totus syncathegoreumatice nõ valet argumẽtũ, nec cõtra. probat, non sequitur totus brunellus valet viginti libras, ergo totus brunellus valet viginti libras, secunda pars patet, non sequitur totus sortes est minor sorte, ergo totus sortes est minor sorte. ¶ Quinta ppositio, tot⁹ brunellus aliqua sua parte est minor. ¶ Sexta propositio, totus brunellus alicui suę partis est æqualis, ista clarent ex dictis. ¶ Cõtra ista argumẽtor, pbãdo totus nõ tãtũ valere sicut quęlibet pars vel quę

libet pars ītegralis, quia tūc hęc foret īpropria tota pars integralis Sortis est pars Sortis, quia geminaretur pars integralis, & iterū hęc foret impossibilis, tot⁹ Plato est pars Platonis, quia valeret hāc, quęlibet pars integralis Plato vel quę est Plato est pars Platonis, videt̄ mirabile nō posse addi pars integralis isti termīo plato, nisi ponat̄ in genitiuo. Respōdet̄, sufficit tātū valet in cōsequendo, nec alia est impropria cū valebit hāc, quęlibet pars integralis partis integralis sortis est pars sortis. ¶ Secūdo argumentor cōtra priorē partē tertiæ ꝓpositionis, quia cōceditur hęc, hoīs quęlibet pars est ī cubiculo, quia bene sequit̄, hoīs quęlibet pars est in cubiculo, & hoīs quęlibet pars est extra cubiculum. ergo quęlibet pars in cubiculo est extra cubiculū. cōsequētia tenet virtualiter ī barbara, sed cōclusio est falsa. ergo aliqua pręmissarum, & ęqualis est ratio de minore, & maiore. ergo maior est falsa ī casu. Ad hoc enī in sillogismis respōsum est. ¶ Tertio argumētor cōtra quartā propositionē, vbi dicit̄, nō sequitur totus brunellus valet viginti libras. ergo tot⁹ brunell⁹ valet vigīti libras, capiēdo tot⁹ cathegoreumatice in añcedēte, & syncathegoreu. ī cōsequēte. Contra, quęlibet pars brunelli valet aliquid, & illud nō potest assignari nisi per viginti libras, igitur. Consequētia videt̄ bona Respōdetur, quādo emi equum viginti scutis nō emi caput equi, nec aliquā partem eius, sed totū equū viginti scutis, nec pure dono habui caput, sed accessione totius, secus est de panno cuius quęlibet pars ab alia secreta est alicui⁹ valoris, quēadmodū est de cumulo grani, caput equi nihil valet apud nos, qui non vescimur equis mortuis, hoc dico ad distinctionē capitis bouis, qd̄ emit̄ pro portiōe valoris partis ī ordine ad totū, possum aliquas alias imaginationes argumēto dare, sed hęc ꝓ nūc faciēt satis.

Sequitur de signis collectiuis.

Omnes apostoli dei sunt duodecim, sic explicatur, Tota collectio apostolorum dei est duodeci, vel maxima multitudo apostolorum dei est duodecim. Omnes apostoli dei non sunt duodecim, maxima multitudo apostolorum dei nō est duodecim. Non omnes apostoli dei sunt duodecim, non maxima multitudo apostolorū dei est duodecī. Non oēs apostoli dei nō sunt duodecī, nō maxima multitudo apostolorū dei non est duodecim. Quo fit in plurali numero ꝓpositio de ly omnes, penes sensum districtiuum & collectiuum, distinguenda venit.



Vperlatiuus maxima in ꝓposito iterum ꝓpositionē exponibilem per ly magna minime reddit. vulgariter capit̄ ac si tantum valeret sicut totalis congeries, & tota tātū valet sicut totalis vel maxima congeries. ¶ Insuper notādum venit, quędam sunt signa quę secūdū vsum semper capiuntur distributiue, & nunq̄ collectiue, vt vnusquisq; singulus vterq; neuter, & quædam capiūtur vtrobiq; collectiue, vt cunctus vniuersus. Alias notarij addentes hęc duo signa superfluerēt dicētes. vniuersis & singulis pręsentes literas inspecturis &c. vniuersos & singulos &c. & quædam sunt signa, quę interī capiuntur collectiue, & quādoq; distributiue, vt omnes. vnde hoc signū omnes improprie capit̄ collectiue ī singulari numero, nōnunq̄ tamē, vt Oīs terra adoret te deus. In omnē terrā exiuit sonus eorū. At ꝓprie ī singulari numero capit̄ distributiue, & in plurali collectiue & diuisiue. & hoc signū oēs collectiue sumptū nō habet singularē numerū secūdū illā significationē, sed solū secūdū vocē. etiam hoc signū cuiuslibet signi collectiui singulari ī numero naturā sapit, vt dicēdo, asinus cuiuslibet hoīs currit, ponēdo solū tres hoīes ī mūdo sortē, platonē, & ciceronē, & habeāt vnū asinū cōmunē brunellū qui currat, tūc illa conceditur asinus cuiuslibet hoīs currit. sed dupliciter potest intelligi brunellū esse asinū cōmunē, vno modo copulatī et copulatiue, quēadmodū tēpore hoīs istituti erat, vel tēpore hoīs distituti De equis & canib⁹ apud lacedemonios, & hoc nō ꝓbaret cuiuslibet esse signū collectiuū. alio modo copulatī sic. s. in illo casu, brunellus nec esset asinus sortis nec asin⁹ platonis neq; ciceronis, & ꝑ cōsequēs nō esset asin⁹ hoīs, sed asinus hoīm vel asin⁹ cuiuslibet hoīs, vel oīm collectiue, & istorū triū copulatī, & sic capit̄ collectiue Ad veritatē ꝓpositionis affirmatiue ī qua ponitur ly oēs distributiue requiritur prędicatū seorsum cōuenire cuilibet supposito subiecto, si cōplete distribuat̄, & si sit negatiua. vt remoueatur, sed quādo capit̄ collectiue hoc nō requiritur, sed exigit̄ prędicatū cōuenire toti collectioni suppositorū subiecti, licet nō oportet q̄ sit verificabile de aliquo supposito subiecti seorsum sumpto, vt ad huius veritatem omnes

apostoli dei sunt duodeci, reqrit illud p̄dicatū
xij. cōuenire toti collectiōi apostolorū dei, cū
signū collectiuū facit terminū seq̄ntē stare cō
fuse tātū copulatī, denotat p̄dicatū cōuēire to
ti collectōi significati t̄mini seq̄ntis signū colle
ctiuū, & ī negatiua ꝓportiōabiliter dicat̄. Ex
illo patet, quālibet talē esse distiguēdā vti ī lit
tera diximus, & interdū verā in vtroq; sensu,
vt oēs anguli cōtra se positi sunt equales, in/
terdum verā in vno sensu, & falsā in altero, in
terdum in neutro sensu verā.

Contra dicta argumētor primo, ꝑ hāc
expositionē sequit̄ hāc esse cōcedēdā, oēs apo
stoli dei sunt duodecī, cōseq̄ns est falsum, sub
iectū enī nō supponit, qa apostoli dei oēs sunt
ꝓ xp̄o trucidati & nulli resuscitati, qcqd sit de
ꝓbabilitate vitę Iohānis. ¶ Secūdo sequitur
hāc ꝓpositionē esse verā, oēs duo apostoli dei
sunt duodeci, patet ꝑ exponētē eius loquēdo
ac si essent, & hoc etiā patet ꝑ ascēsum. Isti duo
& isti duo & sic de singulis sunt duodecī copu
latim, qa est vna affirmatiua cuius extrēa sup
ponūt ꝓ eodē, p̄dicatū supponit ꝓ duodeci,
& subiectū pro totidē cū sexties duos varios
apostolos demōstramus, sed falsitas istius pa/
tet, ex ea sequit̄ duo apostoli sunt duodecī, a ꝓ
positiōe de signo collectiuo sicut in alijs ad suā
pręiacētē est bona cōseq̄ntia. ¶ Tertio pari ra
tione hęc erit cōcedēda, oēs apostoli dei pau/
ciores. xij sunt. xij q̄ tā per exponētē q̄ ꝑ ascē
sum patet, sed ꝓbo oppositū, p̄dicat̄ ei opposi
tū de opposito. Itē illa suā pręiacētē īfert, q̄ est
falsa, apostoli dei pauciores. xij. sunt. xij.

Ad primū nego sequelā, subiectū enī
nō supponit, sed loquamur post hac de eis ac
si essent vel loquamur synodochice. ¶ Sed con
tra hoc argumētor, oēs apostoli dei sunt. xij.
ergo oēs hoīes dei sunt. xij. ab īferiore ad supi
us sine distributiōe supioris, sed cōsequēs ē fal
sum, ergo & antecedēs. ¶ Rn̄det cōsequētia ē
nulla cū signo collectiuo. Itē nō ꝓcedit respe
ctu totalis extremi, cū vnū nō verificet̄ de alte
ro terminis supponētibus. ¶ Ad secūdū, cōce
do hāc oēs duo apo. dei sunt. xij. vt ascēsus co
pulatim sufficiēter ꝓbat, licet ab aliqbus cor/
rolarię hęc inferat̄ falsa exponētibus ꝓpositio
nē signi collectiui sic, oēs apostoli dei sunt. xij.
apostoli dei sunt. xij. & nulli sunt apostoli dei
quin sint de nūero illorū, & sic q̄libet talis pro
positio secūdū illos ē exponēda copulatiue, si
sit affirmatiua, & cōtradictoria eius exponitur
disiūctiue. Ex quo iferūt discurrendo a ꝓposi
tiōe de signo collectiuo ad eius p̄iacētē est con
seq̄ntia bona, sed nō cōtra vt bene sequit̄ oēs
apostoli dei sunt xij, ergo apostoli dei sunt. xij.
oēs duo apostoli dei sūt. xij. sic exponit̄ ab alijs
tota collectio apostolorū dei q̄ est duo aposto
li est. xij. Aliter tn̄ nos expōimus ꝓpositionē
de signo collectiuo (vti retulimus) quare ꝓpo
sitio pricipalis ē cōcedēda. vt ꝓbatio sufficiē
ter mōstrat, sed nego illā suā pręiacētē inferre,
pręiacēs ei est falsa manifeste. ¶ Sed cōtra hoc
argumētor, extrēa istius duo apostoli dei sunt
xij. supponūt ꝓ eodē vltra istātias, ergo ē ve
ra. ꝓbatio. subiectū suppōit ꝓ duob⁹ dei apo
stolis. & nō est maior ratio ꝓ his duobus q̄ il
lis. ergo ꝓ oībus duobus supponit, & p̄dica/
tū ꝓ totidē. igit̄. ¶ Secūdo. subiectū supponit
ꝓ duobus apostolis dei. & pdicatū ꝓ qbuscū
q; duodecī entibus modo duo aposto. dei sūt
duę senarię partes illorū apo. ergo sunt. xij en
tia. ¶ Ad prius nego extrema istius duo apo.
dei sunt. xij. suppōere ꝓ eodē. subiectū ꝓ qui
buscūq; duobus. & ꝓ oībus duobus distribu
tiue suppōit, sed nō ꝓ pluribus q̄ duob⁹ sicut
subiectū huius qlibet hō currit, ꝓ quocūq; ho
mine suppōit. & nō ꝓ pluribus totalibus, sic ī
ꝓposito. ¶ Ad scdm cōcedo, duo apo. dei sūt
xij. entia. imo oēs apo. dei sunt. xij. entia capiē
do oēs distributiue, imo qlibet apo. dei est. xij.
entia sed qn̄ ē sermo de. xij. im p̄sētiarū de. xij.
apo. & nō qbuscūq; entibus loquimur. ¶ Ad
tertiū cōcedo, oēs apo. dei pauciores. xij. sunt
xij. capiēdo oēs collectiue, nō aūt distributiue
distributiue ei oēs apo. dei pauciores. xij. sunt
pauciores. xij. q̄ est falsa collectiue capiēdo, im
mo distributiue oēs apo. dei pauciores. xij. sūt
xi. vel pauciores. xi. Nec illa suā p̄iacētē infert
(vt nuprime diximus) Et aliūde patet. nō seq
tur. oēs asini hoīs sunt quatuor aīalia, ergo asi
ni hoīs sunt quatuor aīalia. qa ponendo duos
hoīes quorū vterq; habeat duos asinos. tā hęc
est vera. oēs asini hoīs sunt quatuor aīalia. qa
isti asini hoīs demōstrādo vnius hoīs asinos.
& isti asini hoīs demōstrādo alterius hoīs asi
nos. sunt quatuor aīalia. cōsequens est falsum,
quoniā bene sequit̄. asini hoīs sunt quatuor aīa
lia, ergo hoīs asini sunt quatuor aīalia. qd̄ est
falsum. Sine tn̄ terminis nūeralibus a pte sub
iecti & p̄dicati cōseq̄ntia ē bona vtrobiq;, be/
ne eni sequit̄ oēs hoīes currūt. ergo hoīes cur/
rūt. ¶ At dicis. extrema istius oēs apo. dei pau
ciores. xij. sūt. xij. nō supponūt ꝓ eodē. qa pau
ciores. xij. nō suppōit ꝓ. xij. ¶ Rn̄det̄ negādo
antecedēs, subiectū ei est hoc totū oēs aposto
li dei pauciores. xii. signū collectiuū est pars ex
tremi, modo demonstratis xii. ista ē vera isti
sūt oēs pauciores. xii. signū collectiuū excēdit
terminū pauciores. xii. ad standū ꝓ. xii. cū secū

nectitur, ſicut hęc. oēs duo apoſtoli dei ſunt. xij
duo apoſtoli dei & xij nō ſūt ſupponētes pro
eodē, ſed ſignū collectiuū et adiectum extēdit
ipſum vel totū aggregatū ad ſtādū pro. xij.
& id rationis eſt, quia facit totū ſubiectū accipi
pro totali collectiōe duorū apoſtolorū, modo
hoc totū ſupponit pro. xij. ſicut terminus duo
apoſtoli dei nullo modo ſupponit ꝑ xij. nihilo
tamē min⁹ totū aggregatū ſupponit pro. xij.


Pro hiſce melius capeſcēdis, ponūtur
nōnullę ꝓpoſitiones, quarū prima eſt. Aliqui
apoſtoli dei ſunt oēs apoſtoli dei collectiue ca-
piendo, ſed nulli apoſtoli dei ſunt oēs apoſtoli
dei diſtributiue. ¶ Secūda propoſitio, oēs apo-
ſtoli dei collectiue ſunt duo ſenarij, tres quater
narij, quatuor ternarij, vel quatuor trinitates.
ſed nō oēs apoſtoli dei ſunt. iiij. aut ſex, qa neqꝫ
iiij. aut ſex entia. ¶ Tertia ꝓpoſitio, licet iſtę ꝓ-
poſitiones repugnēt oēs apoſtoli dei currūt, &
aliqui apoſtoli dei nō currūt. nō tamē cōtradi-
cunt collectiue capto vocabulo. prior pars pa-
tet, quia copulatiua ex illis duab⁹ eſt īpoſſibi-
lis, ſecūda pars patet, qa cōtradictio eſt oppoſi-
tio formalis, ſed danī duæ ꝓpoſitiones eiuſdē
formæ cū illis quę ſe cōpatiuntur in veritate,
patet hęc oēs apoſtoli dei ſunt. xii. aliqui apo-
ſtoli dei nō ſunt. xii. ¶ Quarta ꝓpoſitio, nō ſe-
quitur. oēs apoſtoli dei ſunt xii. ergo oēs apo-
ſtoli dei poſſibiliter ſunt. xii. nec ſequitur, iſti
poſſibiliter ſunt. xii. demōſtrādo. xii. & iſti ſūt
oēs apoſtoli dei, ergo oēs apoſtoli dei poſſibili-
ter ſunt xii. quia ſicut nō valet cōſequētia pro
cedendo a nō amplo ad amplū cū diſtributiōe
ampli, nec etiam valet cum ſigno collectiuo.
¶ Quita ꝓpoſitio, oēs apoſtoli dei ſunt vn-
decim, & vnus apoſtolus, & vnus eſt nō plu-
res, & tamē falſum eſt dicere, oēs apoſtoli dei
ſunt vndecī & nō plures, quia aliter capiī plu-
res ī ſecūdo loco q̄ in pręcedente. in priori capiī
poſitiue, hic autē cōparatiue, & denotaī ſunt
vndecim & nō plures q̄ vndecī. Iſta tamē eſt
cōcedenda, oēs apoſtoli dei ſunt vndecī & nō
plures, capiēdo nō plures ī primo ſenſu, ita qꝫ
ſit ſenſus, ſunt vndecim & nō multi, quia nō
multi ſupponit pro vno. ¶ Sexta propoſitio,
oēs apoſtoli dei pauciores xii. ſunt oēs apoſto-
li dei. Pari forma, oēs tres apoſtoli dei oēs. iiii.
apoſtoli dei. Patet, illa eſt vna affirmatiua cu⁹
extrema ſupponunt pro eodem, nec aliquid
aliū de impedit. Hic ſeruabis regulas cōmunes
de veritate cognoſcēda penes ſuppoſitionē, tā
ī affirmatiuis q̄ ī negatiuis, ſicut ī differt & cō
paratiuo gradu, veritas huius ꝓpoſitionis pa
tet ꝑ aſcēſum & propoſitiōis ſenſum. ¶ Septi-
ma propoſitio, oēs apoſtoli dei pauciores. xii.
ſunt omnes pauciores omnibus, probatio, de-
monſtrando. xii. apoſtolos dei, & ſic arguitē-
tor. Iſti ſunt oēs pauciores omnib⁹, & iſti ſunt
oēs apoſtoli dei pauciores. xii. ergo oēs apoſto
li dei pauciores. xii. ſunt oēs pauciores oībus
expoſitorie, & minor patet, & ſic maior, quia
ſunt iſti pauciores oībus demōſtrando ſex. &
iſti pauciores omnib⁹ demonſtrādo alios ſex.
¶ Octaua propoſitio, Oīa duo ſunt oīa entia
mundi. Patet, iſta duo & iſta duo, & ſic de ſin-
gulis duob⁹ ſimul collectis ſunt oīa entia mū-
di collectiue captis ſignis, nō aūt diſtributiue.
¶ Nona propoſitio, oēs ſex apoſtoli dei, ſimili-
ter oēs decē apoſtoli dei ſunt. xii Patet, iſti de-
cem demōſtrādo decē et iſti decē demōſtrādo
duos nō demonſtratos & octo demonſtratos
ſunt. xii. ergo oēs decem apoſtoli dei ſunt. xii.
Item oēs nō. xii. apoſtoli dei ſunt. xii. nec ſequi
tur, ergo tātum xii. ſunt nō xii apoſtoli dei ca-
piēdo ſignū excluſiuū, vt reddat ꝓpoſitionē
exponibilē gratia pluralitatis, ſed ſequiī, ergo
tātum. xii. ſunt oēs non duodecī apoſtoli dei.
¶ Decima ꝓpoſitio, licet inter hoc vltimū in-
ſtans nō eſſe horæ, & quodlibet inſtans inter-
medium ſecūdę horæ futurę detur inſtās me-
dium, nō tamen inter oīa inſtātia horæ futurę
& hoc inſtās datur inſtās mediū, qualitercūqꝫ
capiaī ly oīa, quia ſi inter oīa collectiue, & hoc
inſtans daretur inſtans medium, nō ſufficiēter
collegiſti inſtātia, & demōſtrando illa omnia
collectiue dabiī ſingularis falſa, capiendo oīa
diſtributiue. Patet in ſimili, ſi iſtud lignū pedi
meo vicinū partiatur in partes ꝓportionales
partibus minorib⁹ pedem meū verſus, iā inter
pedē meum & quālibet partē proportionalē
datur vna pars ꝓportionalis mediās, vt patet
per inductionē, ſed nō inter pedē meum & oēs
partes proportionales huius ligni datur pars
media, qualitercūqꝫ ly oēs capiatur, quia ſi to-
ta multitudo partiū proportionaliū huius li-
gni ſit imediata pedi meo, nō oportet aliquā
partē eſſe pedi meo imediatā. At forte dicis,
illa nō eſt ſingularis illius capiēdo oīa diſtribu
tiue cum ſingularis accipiatur pro tot ſicut illa
cum ſigno vniuerſali, dicitur eſt ſingularis eu⁹
quia terminus cōmunis accipitur pro aliquib⁹
aliis a rebus demonſtratis in ſingulari. Patet,
accipitur pro prima parte proportionali & ſe-
cunda copulatim.

Dubitatur quomodo ſupponūt termi
ni in iſtis oēs apoſtoli dei ſunt duodecī, nō oēs
apoſtoli dei ſunt duodecī vel oēs apoſtoli dei
nō ſunt duodecim. ¶ Reſpōdeī in affirmatiua.
apoſtoli dei ſupponit cōfuſe tātū copulatī. &
ꝑdicatū determinate, ſed in hac nō oēs apoſto

li dei sunt duodeci, hoc totū oms apostoli dei distribuit, sicut in affirmatiua hoc totū suppo nit aut satē accipit determinate, sed nō cōfen tiūt oēs super suppositiōe huius termini apo/ stoli dei in hac negatiua, aliqbus asserentibus ipsum distribui, alijs aūt stat cōfuse tātū, nō ē magna vis, dic primū p regulas suppositionū cōmunes, ē terminus distribubilis sup quē ca dit negatio nō impedita. Si dicas impedit a si/ gno collectiuo, licet nō sic signū distributiuū mutescere oportet, sed nō est opus illud dictū cōmune sic restrigere. Sed qualitercunq dicat nō est ascēdēdū copulatiue vt in ascensu dixi mus. duodeci in negatiua distribuit, sed ex il/ lo fortasse capis occasionē argumēti quo nite ris pbare hāc verā non oms apostoli dei sunt duodeci, sic ratiocināndo, oēs duodecim apo stoli dei nō sunt, ergo nō oēs apostoli dei sunt duodecī tenet cōsequētia ab ęqualētibus, sūt duæ ppositiones eiusdē qualitatis, pprietati bus logicalibus manentibus oibus, & antece dēs est verū, pbatio p ascēsum ista duodecim apostoli dei nō sunt, qa si esset instātia maxīe eēt in hac, ista duodecī apostoli dei nō sunt de mōstrando illos duodeci, sed illa ē vera ve pa tet p eius contradictoriā, ista duodeci oēs apo stoli dei sunt, quę est falsa. ¶ Respōdet negan do illas ęquiualere in consequente apostoli dei stat cōfuse tantū disiūctim, in antecedente ve ro confuse tantū copulatim, & sic licet vtrobi q sit suppositio confusa tantum, tamē est grā de discrimē, etiam nō capitur idem extremū, quia tollis signum omnes.

Sequit de essentialiter & intrīnece.

Prædicatum competere subiecto rēq per subiectum reprę̄sentatam non pos se esse quin talis sit res qualis per prędi catum denotatur essentialiter & intrī sece in propositione affirmatiua loca tum denotat.



Ta essentialiter & intrinse ce est cōceptus sic explicatur, a est conceptus & non stat a esse quin sit conceptus vel sic a est cōceptus & si a est a, est conceptus.

Contra ista argumentor, ex eis sequi tur hanc esse veram album essentialiter & in/ trinsece est album, consequens est falsum, & se quela patet sic. album est album, & non stat al bū esse quī sit albū, vel si albū ē albū, est albū sed consequentis falsitas probatur, bene sequi tur album essentialiter & intrinsece est album ergo hoc album vel illud (posita constantia) essentialiter & intrinsece est album, & tunc sic. hoc album essentialiter & intrinsece est album, & hoc album est fortes, ergo fortes essentiali/ ter & intrinsece est album. conclusio est falsa, & minor vera, ergo maior falsa. ¶ Respondetur negando sequelam, talis propositio de subie/ cto connotatiuo non est immediate exponibi bilis, sicut quando terminus communis pręce dit signum, sed priꝰ resoluatur illa de subiecto connotatiuo. ¶ Cōtra saltem hæc erit vera sic dicendo, fortes essentialiter & intrinsece est en tia, patet per illas exponentes, fortes est entia, & non stat fortem esse quin sit entia, vel si for tes est entia fortes est entia, si placet resoluere illam quia fortes est terminus significans rem compositam idem contingit, sed consequens est falsum, bene enim sequitur fortes essentiali ter & intrinsece est entia, ergo entia essentiali ter & intrinsece sunt fortes, per conuersionem. ¶ Respondetur concedendo fortem essentiali ter & intrinsece esse entia, nec illa conuersio va let plusquam hic creans necessario est deus, er go deus necessario est creans, oportet capere modum particularem in conuertente, sic enim conuerte, entia sunt fortes, aut contingenter sunt fortes, capiendo contingens generaliter De alijs signis (quæ propositiones exponibi/ les reddunt) alijs in locis secundum materiam subiectam sermo habetur, vt de contingenti in modalium calce, & hęc de exponibilibus di cta sufficiant, nec vlterius ne opus in immen/ sum cresceret, iuuenumq ingenia confunde/ res plura dicere libuit.

Exponibilium finis.

¶ Incipit liber .v. de locis dialecticis. Cõclusio est ꝓbabilis propositio, quæstio est dubitabilis enunciatio.



LIQVOT vocabula (quibus artistæ hic vtunt) carpiꝑ stringem⁹. Exempla prioris partis litterę vt cõclusio atiopagitica aut soibõiea, dicimus enĩ talem quatuor aut quinq; conclusiones seu propositiones stramineo in vico sustinere, Vnde fit, omnis conclusio siue propositio est enunciatio, & non eccõuerso, homo est asinus est enunciatio nõ autem propositio quum omni probabilitate vacat. Interdũ ꝓpositionem cum enunciatione extẽdimus, & consequens cuiuscunq; maneriei fuerit cõclusionẽ nõnũq̃ vocamus. ¶ Quæstio est dubitabilis ꝓpositio, vñ fit hoc totũ an schirę niloti cos ꝑcesserũt nõ est q̃stio, cũ nõ est ꝓpositio.

Contra istud sic argumentor, vtrum massagetę Ægiptios anteerunt includit ꝓpositionem tanquam eius partem, ergo est propositio. ¶ Secũdo, pars illius aggregati per separationem a signo interrogatiuo nõ est quæstio, ergo nec cum signo, tenet consequẽtia in conuenie non quęstionem sine sui variatione incipere aut desinere esse quæstionem. ¶ Tertio, homo est asinus in hac an homo est asinus est quæstio, & tamen diffinitio non ei conuenit, cum non est dubitabilis propositio.

Ad primam argumẽtationem concesso antecedente nego consequentiam. ¶ Pro secunda argumentatione respondetur nõ quæstio incipit esse quęstio sine sui variatione intrĩseca. patet hic, omnis mater diligit filium, illa sine pluri non est quæstio. nec sequitur incipit esse quæstio, ergo incipit esse enũciatio. ¶ Ad tertiam argumentationem dicitur quęstio bipharĩam capitur. Vno modo pro propositione signo interrogatiuo stipata, & sic est q̃stio, sic latissime dictionem dilatamus. Alio modo proprie capitur pro propositione dubitabili, & sic hic capimus, quãdo quęstiũ ẽ ambiguum ab oib⁹ circũstãtibus mento vocat q̃stio.

Argumentatiõis quatuor sunt species quę sunt epagoge, enthimema, paradigma, & sillogismus.

¶ De inductione in descensu quia cũ ascensu saltem probatiuo coincidit loquuti sumus, & super⁹ de sillogismo suo in codicello, argumentatio pro demõstratione interdũ restringitur, interdum enim ad probatiuam dilatatur, nõnunq̃ ad oẽm illatiuam extenditur Nõ erudimus tyrunculos nisi in illatiua, de ꝓbatiua in logica mensionẽ primo fecerimus, ĩ qua disceptatiõe est ꝓbatio tyrones ignorãt.

Exemplum est argumẽtatio, qua vnũ simile & occultius ꝑ aliud apertius cõcludimus. ¶ Enthimema est festinata argumentatio.

Exẽplari ꝓbatione rigorosus artista rarius vtitur, verũ in adulescẽtũ eruditiõe eã nõ aspernamur, hoc genus ostẽdẽdi oratores sæpius coaptãt, Exẽplũ vt depẽses sunt locupletes, ergo lõdoniẽses, tenet cõseq̃ntia ambo siũt maritimi bonũ maris portũ habẽtes, vel dicat in cõseq̃ntie ꝓbatiõe sic depẽses ꝑpter ea sunt nũmosi q̃a bonũ portũ salis habẽt. & hoc idẽ vlixbonenses habẽt, ergo vlixbonenses sicut lõdoniẽses sunt nũmosi. Aliud exemplũ Rothomagei sunt opuiẽti, ergo & Parisiani tenet cõseq̃ntia priores sunt diuites ob sirepitũ forensem & fluuiũ ei⁹ necessaria suppeditãtẽ, hoc idẽ Parisiẽses habẽt, igitur. Nõ ẽ vis siue capiatur istud in antecedẽte ratione cuius ꝑdicatũ cõuenit subiectis siue in cõsequẽtie ꝓbatiõe, sed cũ in antecedẽte ponitur id ratiõe cuius ꝑdicatũ cõuenit subiecto festinãtior ẽ ꝓbatio, hãc speciẽ in oĩ materia ꝑclare potes.

Contra hanc diuisionẽ argumẽtor, diuisũ mẽbra diuidẽtia exupat, ergo ptitio mala, añs patet, hęc disceptatio fortes currit & plato disputat, ergo plato disputat sub nullo mẽbrorũ icludit, nõ sub enthimemate cũ nõ ẽ festinata argumẽtatio. ¶ Rñdetur enthimema bipharĩã capiẽ. vno mõ ꝓ argumẽtatiõe, cui⁹ añs ex vna ꝓpõne cathegorica cõstat, & consequẽs similiter, vt hõ currit, ergo aĩal currit, sic cõius vocabulũ capimus, nõ sic in ꝓposito. Alio mõ ꝓ oi argumẽtatiõe nõ exẽplari nõ ĩductiua aut sillogistica accipiẽ, & sic dictiõnẽ capim⁹ & argumẽtatio soluiẽ, sicut argumentationẽ ꝓbatiuã in cõi missã facio, sic enthimema oñsiuũ relinq̃. Inanis ẽ multorũ reductio enthimematis ad sillogismũ, & vana iutilisq; excogitatio, cũ huius nexus valorẽ hõ currit, ergo aĩal currit ĩ prõptu habes ab inferiore ad supius ĩcassũ ꝓbatiõis supplemẽtũ sillogistice capis, & quando sunt plures propositiones in antecedente reducere nequis.

Locus dialecticus ſiue maxima dialectica eſt oratio proceſſus thopici confirmatiiua.

ILlatione (probatione poſt habita) vtet, verum vt plures ĩ littera loquor, tranſlatiuę vocatur locus ad locum realem, cui⁹ in quarto Phiſicorum meminimus, ſic probationes huius libelli aliqua ſtabilitate fulciũtur, hinc illud cui innituntur locos ſiue loca appellare conſueuerunt. ℂ Locus maxima idem eſt cum ipſa maxima, ſicut animal homo eſt ipſe homo aut cum homine conuertitur, hic maxima nõ capitur adiectiue, porro maxima eſt ſubſtantiuum impręſentiarum & tantum valet ſicut dignitas eſt appoſitoria loquutio, vna maxia eſt vna dignitas, poſt argumentationem quærũt vnde locus iſtius cõſequentię, & quærere locum valet conſequentia eſt indagare quæ eſt habitudo termini inferentis ad terminum illatum, & per termĩos ſecundę intentionis de termino inferente & illato verificabiles reſpondebis. Et quęrere maximam nihil aliud eſt quam venari propoſitionem conſequentię oſtenſiuam, vt a definitiõe ad diffinitum a ſpecie ad genus. ſecũdum exigentiam materiæ de qua ambigitur. ℂ Cõtra hæc prędicta argumentor, nulla definitio eſt per methaphoram dãda ſecundo poſteriorũ, at hæc definitio tranſlatiue datur, igitur. ℂ Reſpondetur, quando tranſlatio reducitur ad ꝓpriam & manifeſtam locutionem haud incõuenit definitionem per mathaphoram dari.

Locus differentia maxime eſt vocabula illius maxime penes quę conſequentię neruus dependet, ex quibus ratiotionatio nomen ſortitur.

ℂ Patet exemplariter, ſit argumẽtatio data, lep⁹ celeriter currit, ergo animal celeriter currit, maxima per quam hęc conſequentia tenet ea eſt quicqd de ſpecie affirmatur id de genere affirmari neceſſum eſt, Inibi ſpecies & genus ſunt differentia maxĩe, quia per hoſce terminos ſpecies genus ab alijs maximis hic loc⁹ diſcretus eſt, & non per hæc vocabula lepus animal ſcientię triuiali accidẽtaria, locus differentia maxime eſt pars loci maxime.

Locorum quidem intrĩſecus, quidem extrinſecus, quidem vero medius.

ℂ Locus intrinſecus eſt cuius notio inferens & illata conuertutur, vel vna de alia cum additamento præpoſitionis in verificatur. ℂ Locus extrinſecus eſt cuius dictiu inferens & illata nõ cõuertuntur, nec mediante prępoſitione in verificantur, nec vna nonnihil connotat pro quo alia ſupponit. ℂ In loco medio vocabulum inferẽs & illatum haud conuertuntur, nec vnum de alio cum prępoſitione in verificatur, verũ vnum eorum aliquid connotat ꝓ quo aliud ſupponit, vel contra.

ET ſicut locus partitur ita locus differẽtia maxime ſeiugatur, locus differentia maxime ſupponit ꝓ terminis ſecundæ intẽtionis ex quibus hæc maxima conflatur vt prius exemplo oſtẽdimus, proinde de vno loquentes aliud nominare non oportet. Prior particula loci intrinſeci eſt clara, & multo lucidiores hi rami ex dicẽdis fuerint. Exemplum vt ſortes eſt rationalis ergo ſortes eſt riſibilis. Exemplum ſecundi vt domus eſt, ergo paries eſt, vnus eorum de alio cum hoc addito in verificatur, hæc enim ẽ vera paries eſt in domo & illic nomen totius ĩtegralis & nomen partis integralis ſunt locus differentia maxime intrinſecus, ſignificatiões dictionis In hiſce verſiculis lucent.

Inſunt pars toti, ſpecies genus, & calor igni,
Rex in regno, res in fine, locoq; locatum.

Exemplum loci extrinſeci vt ſortes eſt albus, ergo ſortes non eſt niger, illic album & nigrũ non accipiuntur pro eodem, neq; vnum connotat aliquid pro quo aliud ſupponit. Exemplum loci medij, hoc eſt loci ab vtroq; extremo participantis, vt album eſt coloratum, ergo albedo eſt color. Iſtic terminus inferens & illatus in ſignificantia formali coincidunt, at in ſuppoſitione ſecernuntur, ſiquidem coloratum omnem colorem connotat, at pro ſubiecto colorem habente ſolum ſupponit, color vero pro accidente accipitur. Aliquæ argumentationes ob certam conuenientiam ad vnum horum trium modorum reducuntur, quas alij ad alium deriuãt, nec in hiſce multum inſudabis, quum quæſtio eſt de lana caprina, cognoſcere conſequentiæ valorẽ aut eius maliciam maiorẽ in modũ cõducit, at illo habito de ſerioſa reductiõe haud nõ refert.

Locus intrinſecus ſeiugatur quidẽ eſt a ſubſtãtia cuius vocabulum inferens cum illato cõuertitur, & ille multipharíam variatur ſicut ipſa vocabula mu

tantur, hic locus tam constructiue quã destructiue tenet, quidẽ vero est a cõcomitantibus substantiam.

¶ Quidem est locus a definitiõe, quidem a descriptione, quidem ab nominis interpretatione a subiecto ad ꝓpriam passionẽ vel ad eius differẽtiam vel inter passionem & differẽtiam subiecti vt sortes est rationalis, ergo est risibilis, ab explicante ad explicatum & cõtra, a synonimo ad synonimũ, locus maxima est de quocunq; prædicatur definitio de eodẽ definitum prędicatur, hic locus procedẽdi tenet vtrobiq; tam affirmatiue quam negatiue cæteris paribus, hoc dico quia non sequitur homo est, ergo risibile erit, & quãdo terminus inferens & illatus differunt locus differẽtia maximaq; etiam non est idem vt hic animal rationale currit, ergo homo currit & rursum homo currit, ergo animal rationale currit. In priore argumentatione a definitione ad definitum in posteriore vero econuerso proceditur, de diffinitione nonnihil in capite introductionum loquuti sumus & in ysagogis porphirianis (de° ęppta secundet) vberius fari proponimus. Interpretatio est expositio vnius nominis min° noti per aliquid magis notum. Cæterum per locum a substantia locum terminorum conuertibilium intelligito, vnde dictio substantia multiuoce in artibus accipitur, hic valet tantũ sicut conuertibilitas, in antepredicamẽtis alias eius acceptiones lucebunt. Locus a concomitantibus substãtiam, hoc est dicere locus a cõcomitantibus terminos conuertibiles, quia is locus cum loco ad substantiam grandem affinitatem vendicat, vt pars cum toto, at locus extrinsecus a loco intrinseco longo interuallo secernitur, & locus medius inter hos locos interceptus vtriusq; extremi naturã redolet.

Contra id argumentor, non sequitur. quia sortes est rationalis sortes ẽ risibilis, ergo quia sortes est risibilis sortes est rationalis, & tamen per hunc locum proceditur, igiť. ¶ Secundo non sequitur, mucro lędit pedem, ergo est lapis & tamen proceditur ab interpretatione ad interpretatum, igitur. ¶ Tertio non sequitur, hominis asinus non est asinus, ergo asin° hominis non est asinus.

Ad primum respondetur, nõ tenet in causali, non enim oportet si vnũ conuertibiliũ importet causam rei significate per aliud ꝙ ita sit econuerso, nec hęc illatio valet rationale ẽ hominis differentia, ergo risibile est hoĩs differentia. In suppositione materiali, inquantũ huiusmodi non est conuertibilitas, nec hic infertur sortem furari est ens, ergo sortem furari est bonum, capiendo bonum transcendenter consequentia ẽ bona, nec hic cognosco hominem, ergo cognosco animal rationale, variatur appellatio rationis, nec est conuertibilitas extremi ad extremum. ¶ Ad secundũ respondetur quãdo procedis ab interpretatiõe quę non conuertitur cum interpretato consequentia est nulla, & per idem quicquid aliĵ dicant hanc consequẽtiam inficior, sortes est amator sapientię, ergo sortes est philosophus, sortes potest amare sapientiam quam nõ habet, sicut eam desiderat, actus voluntatis est liber in non habitum sicut in possessum, nec discrimen hic ponimus inter æthimologiã interpretationẽ & translationẽ. In tralatione vnius linguæ ad aliam illatio non est minus valida quam in eadem lingua, ex vna latina propositione vernaculam synonimam inferre vales, nec magnopere refert de interpretatione litterali syllabali aut dictionali, sat est artistę dicere quando conuertitur interpretatio cum interp̃tato, tunc consequium est solidum, aliter autẽ non oportet ipsum valere, has nęnias grammatistis grammaticisq; relinquimus, eo tempore curriculo quo artibus insudas (quæ totũ hominem requirunt) cæteras professiões posthabeas, nihil tamen tuis artibus infertum te lateat, si vocabuli significantiam vel propriam non intellexeris sæpicule rem ipsam medullitus haud ceperis. ¶ Ad tertium dicitur vno modo, licet subiectum antecedentis & consequẽtis sint synonima difformiter accipiunt, sicut hic a hõ nõ est aĩal & hõ non est aĩal tenendo a non esse partem extremi, sic in vna est determinatio accepta vnica in alia vero non.

¶ Secundo dicitur, non conuertuntur cum hæc sunt vera hoĩs asinus non est asinus, hæc autem falsa asinus hoĩs nõ est asinus. ¶ Quarto nõ ad omnem hominem currere sequitur omnem hominem currere, & tamen procedit a synonimo ad synonimum. Si illam concedas contra ipsa infert hanc ad istum hominẽ currere sequitur omnem hominem currere, quę est falsa. ¶ Respõdet, hęc est distinguẽda ad oẽm hominem currere sequitur omnem hominem currere, si vtrunq; extremum capiatur materialiter illa est vera, Si hominem in priore loco capiatur significatiue, & residuũ materialiter, ipsa est falsa, hoc modo hæc est vera, ad nullũ hominem currere sequitur om̃em hominem currere, quia nec ad istum hominẽ currere sequitur omnem hominem currere, nec ad illum & sic de singulis, similiter nullum hominem currere sequitur ad aliquem hominẽ currere, nec

ſtum hominem currere ſequitur ad hanc ali/
quis homo currit &c.

Locus a concomitantibus ſubſtãtiam partitur, nam quidem eſt a toto. Alius a parte, alius a cauſa ad effectum, & cõtra, alius a generatione, alius a corruptione, alius ab vſibus, & etiam a communiter accedentibus.

¶ Hi rami iã generatim enarrati mox paulo ſpeciatim tangẽtur, & in particulari cogniti hanc ſummam diuiſionẽ elucidauerint, quando eſt vna argumẽtatio eſt locus a cõcomitante ſubſtantiam & non a concomitantibus ſubſtantiam, at in pluribus diſceptationibus ſunt loca a concomitantibus ſubſtantiã.

Locus a toto perinde ac ipſum totum ſeiugatur, & eſt habitudo totius ad ſuam partẽ, & ecõtrario eſt locus a parte.

¶ Aliquod eſt totum in quantitate, aliquod totum vniuerſale, aliquod totum in tẽpore, aliud totum in loco, aliud totũ integrale & demũ totũ in modo, & his ſua correlatiua reſpondent vt pars in quantitate, pars ſubiectiua, pars in tempore, pars in loco, pars integralis, & poſtremo pars in modo, dicit littera locus a toto eſt habitudo ipſius totius ad ſuã partem, & illa habitudo non eſt relatio a fundamento & termino diſtincta. vt alias latius deducere conamur, eſt ipſum totum taliter ſe habens ad partem, & rurſus ipſa pars taliter ſe habens eſt locus a parte ad ipſum totũ, multa hic alij inaniter conculcant, quæ paucis perſtringere enitemur, nihilotamẽſetius vt eorũ dicta te non lateant carptim ea nominauimus.

Totũ vniuerſale eſt q̃dditatiue ſuperius & ſuum inferius pars totius exiſtit

¶ Exẽplũ prioris partis, vt animal reſpectu hoĩs & homo reſpectu platonis, vterq; iſtorum terminorũ eſt ſuis inferioribus ſupior in recta linea prędicamentali. Vnde fit, eundẽ terminum eſſe ſuperiorem & inferiorem reſpectu diuerſorum, ſine prędicabilibus & prædicamentis hæc non capiuntur.

Dubitatur an totum in quantitate realiter diſtinguatur a toto vniuerſali. ¶ Reſpõdetur negatiue neq; totum in loco, aut totũ ĩ tẽpore. Inaniter alij verboſtã dicacitate hoſce locos diſtinctos conculcant, & iuuenum capita ſuperfluis haud egentũ obtundunt & idẽ cenſeo de partibus, pars in quãtitate, pars in tempore, & pars in loco eſt pars ſubiectiua.

Dubitatur de veritate huius oĩs homo eſt totum in quantitate. ¶ Reſpondetur, ſi totum in quantitate capiatur primæ intentionaliter hæc eſt vera, tunc totum in quantitate pro omni illo ſupponit quod plures veri dicat partes, modo hoc, cuilibet homini congruit, ſi capiatur ſecundæ intentionaliter tunc ſubiectum capitur materialiter pro tali aggregato omnis homo, & ſic ipſa eſt falſa, licet capiatur pro ſe aliibi ſignificatiue ſumpto. Nam ſic totum in quantitate eſt terminus communis a ſigno vniuerſali diſtributus, & pars in q̃titate eſt termin⁹ ad talem terminum inferior, ex quo fit non exiſtens totum in quantitate erit totum in quantitate & econuerſo,

Totum in modo eſt vocabulum ad ſe ipſum cũ determinatione purę reſtringente ſumptum. At illum aceruũ partem appellant.

¶ Exemplum vt homo eſt totũ in modo ad homo albus, & rurſus homo albus ẽ totum in modo ad hoc complexũ homo albus audiẽs rem diuinam, determinationum multitudo reſpectu alterius de pluribus vniuerſaliter prędicabilis eſt pars in modo, totũ in modo ſuppõit, p termĩo cõplexo aut icõplexo nõ magnopere intereſt cõnotãdo q; vniuerſaliter in oẽm euẽtũ de alio vere prędicaĩ & denoĩatiue, & per hoc a toto vniuerſali ſecernitur, ex hoc partem in modo præ manibus (ſi non cecutias) habes. ¶ Vnde quintuplex eſt determinatio quædam terminum cui additur ab acceptione alienãs vt homo irrationalis. Alia eſt determinatio diſtrahens terminum a ſignificantia principali faciens ipſum ſtare pro ſignificato minus principali vt homo pictus. Tertia determinatio eſt amplians vt homo mortuus animal generandum. Quarta diminuẽs quæ coartat terminum ad partem non maiorem nec principaliorem vt Æthiops eſt albus ſecundum dentes, illud additum ſecundũ dẽtes album rapit ad partem minus pricipalem cum albedo cuilibet parti conuenit, ſecus eſt hic ſortes eſt criſpus ſecundum pilos capitis, qa criſpitudo ſoli capiti conuenit, & caput denominans totum denominabit, ſic hic vellem eſſe in loco ſenoſo pro ſumma centum nummũ auri, hoc additum rapit illud totum cui additur ad ſenſum peregrinum ab hac vellem eſſe in loco ſenoſo, hoc eſt fugibile & non volendum illud, eligibile & volendum, pauca ſunt ita fugibilia quin cum ẽris appoſitiõe acceptẽtur. Quinta eſt determinatio puræ reſtringẽs vt homo albus ſi terminus ſolitarius aut cum paucioribus determinationibus ſuffultus nõ prædicetur vniuerſaliter de aggregato non eſt

totũ in modo. ¶ Pro istis plenius cognoscendis aliquas regulas consequentiales de parte & toto sive de inferiore & suo superiore pone mus quarum prima est.

Ab inferiore ad suum superius consequentiale affirmatiue & sine superioris mobilitatione constructiue est valida ratiotionatio.

¶ Fructuosiores regulas & crebrius occurrentes vberius enodare par est, rarius occursantes tanquam tenebrosę paucioribus explicabuntur rem ipsam accedendo. Dicebam superius consequentiale vt totum in modo & superius quidditatiuum & essentiale vnico cõtextu complectar, bene sequitur homo currit, ergo animal mouetur procedit ab inferiore ad superius respectu vtriusq; extremi, etiam bene sequitur. homo eruditus concionatur in delubro, proinde homo concionatur in templo. In isto secundo exemplo est inferioritas consequentialis sicut in priore similiter sequetur homo est & non fuit currens, ergo animal est & non fuit currens. Dicitur vlterius sine superioris mobilitatione, si inferius distribuatur obicem non præstat, vt omnis homo currit, ergo animal currit. nõ sequitur omnis homo currit, ergo omne animal currit, q2 superius distribuitur cum signo distributiuo pro duob⁹ nexus est firmus, vt vterq; homo fuit currens, propterea vtrumq; animal fuit currẽs. Quare affirmatiue ponit ex mox paulo dicendis liquebit, locus maxima huius consequentię solidatiuus est iste. quicquid dicitur de inferiore dicitur de superiore eius, sed non oportet econtrario species, & genus aut inferioritas aut superioritas sunt locus differentia maximę huius argumentationis. Ratio regulæ est, argumẽtamur a propositione habẽte pauciores causas veritatis ad ipsam habentem plures, modo talis consequentia est valida, pluribus modis est hęc verificabilis animal cursitat quam ista homo cursitat, & propterea etiam a termino incomplete distributo ad eũdem complete distributũ nexus est infirmus.

Contra hanc regulam sua in generalitate ĩtellecta paucis instabo. Primo bene sequitur, homo est asinus, ergo homo est omne animal & tamen superius distribuitur, & non valet tergiuersatio gratia materię, quoniam hic formalitatem consequentiæ negligimus. ¶ Secundo bene sequit, homo hinnibilis currit, ergo hõ currit. ex dictis, & tñ argumẽtamur cũ dictione alienãte, ergo male quadruplicem determinationem recidimus vnam solam amplectentes. ¶ Tertio non sequitur, omnes homines currunt, ergo omnia animalia currunt capiendo omnes collectiue, & tamen proceditur sine superioris distributiõe, igitur. ¶ Quarto non sequitur sortem esse asinum est impossibile, ergo sortem esse animal est impossibile, & tamen ratiocionamur per regulam, igitur. ¶ Quinto non sequitur, tãtum homo currit, ergo tantum homo mouetur, igitur. ¶ Sexto non sequitur, solus sortes est albus, ergo solus sortes est albus vel niger.

Ad primam rationem dico illam consequentiam non valere per hanc regulam, & si suã bonitatẽ aliunde indipiscatur hęc regula minime leditur. Porro haud diximus nullã illationem esse bonam in qua superius distribuitur. Hæc quoq; illatio est firma vterq; homo vtrumq; animal est, ergo quilibet homo quodlibet animal est in qua ab incompleta distributiõe ad completam proceditur. Impossibilitatis basis solidę omnibus assistit, & quando est formaliter impossibilis generatim formaliter antecedit, sic quando consequens formaliter est necessarium, etiam sequitur homo est ipsemet, ergo om̃e animal est ipsemet. ¶ Secunda consequentia etiam est bona ex antecedentis impossibilitate vti prior, sed quia homo non prędicatur vniuersaliter de hoc complexo homo hinnibilis cum de ipso non vere prędicetur nõ est et totum. ¶ Pro tertia argumentatione dicimus regulam non tenere cũ signo collectiuo, quod nonnihil necessitudinis cum distributione vsurpat. ¶ In quarta ratione est suppositio materialis, in qua tam superioritas quã inferioritas negligitur. ¶ Pro quinta ratiuncula cum superioris distributione ꝓceditur. ¶ Contra, bene sequitur tantum homo currit, ergo tantum animal currit, ergo & altera valebat, concedo antecedens nullum et ratum committitur. in priore patens mẽdum includebatur. ¶ Septimo argumentor, non sequitur. sortes incipit esse albus, ergo sortes incipit esse coloratus, & tamen proceditur ab inferiore ad superius, igitur. ¶ Octauo non sequitur, Iohannes est magister Parisiensis, ergo Iohannes est homo Parisiensis, antecedens verificatur in me consequente existente falso. ¶ Nono non sequitur, a punctum æquinoctialis & b punctum maioris vrsæ ęqualiter circũeunt, ergo ęqualiter mouentur. antecedens est verum, in eodem tempore adæquato describũt æquales angulos aut circulos circa suũ axem, & consequens est falsum, a punctum velocius mouetur quam b cum in eodem tempore ma

ius ſpacij lineale metitur. Similiter argumentabor de a puncto in ſuperficię rotæ molendini & b in vmbilico. ¶ Decimo argumentor, non ſequitur ſortes eſt vadens Pariſius, ergo ſortes eſt agens Pariſius, & tamen vadens eſt inferius ad agens. ¶ Reſpondetur, in his rationibus ſingulis eſt vnum erratum non proceditur ab inferiore ad ſuperius reſpectu totalis extremi quod ad hanc regulam requiritur, nõ ſufficit inferioritas partis. In ſpeciali tamẽ potes cuilibet ratiunculæ aliud dare. In ſeptima, cum dictione negationem includente in valore diſcurritur. In octaua, appellatio variatur. Ad nonam ſimiliter reſpondetur. Ad decimam, dico propoſitionem ad in antecedente includi in effectu quæ in conſequente non implicatur. ¶ Vndecimo nõ ſequitur, ſortes eſt dominus platonis, ergo ſortes eſt homo platonis, nec ſequitur. ſortes eſt dominus brunelli, ergo ſortes ẽ aliquid brunelli. ¶ Duodecimo non ſequitur, ſortes eſt apparens aſinus, ergo ſortes aliqualis aſinus, ſi enim ſortes pelle aſinina amictus manibus pedibuſq; a mediocri diſtantia repat, antecedens eſt verum & conſequens falſum ¶ Tredecimo non ſequitur, Æthiops ẽ albus ſecundũ dentes, ergo Æthiops eſt albus. ¶ Quartodecimo non ſequitur. ſortes bis fuit albus, ergo ſortes bis fuit coloratus. ¶ Quintodecimo argumentor, non ſequitur. ſortes cognoſcit hominem, ergo ſortes cognoſcit animal. ¶ Sextodecimo non ſequitur ſi homo currit riſibile currit, ergo ſi animal currit, riſibile currit. ¶ Duę primæ rationes ex dictis eluũtur. Item in duodecima ab amplo ad non amplum proceditur, apparens aſinus pro homine in hypotheſi accipitur, quo in caſu ſortes apparet eſſe aliud quam homo, & tamẽ nõ apparet eſſe aliud quam eſt, non enim apparet aliud abſente. ¶ In decimatertia cum determinatione diminuẽte proceditur. ¶ Ad decimũ quartum dico bis fuiſſe album non monſtrat eum bis fuiſſe coloratum, capiendo vtriuſq; exponentes tes eſt lucida ¶ In decimaquinta ratione, variaẽ appellatio rationis ¶ Pro ſextadecima ratione, diciẽ in conditionali hic modus argumẽtandi non tenet. ¶ Decimoſeptimo argumentor, non ſequitur. vnicus homo currit, ergo vnicum animal currit ponendo ſolum ſortem in ſpecie humana cum brutis currere. antecedens eſt verum & conſequens falſum, vel dicas ſolus homo currit. ¶ Duodeuigeſimo argumentor, non ſequitur. omne animal præter hominem eſt brutum, ergo omne animal præter hominem eſt animal.

¶ Vndeuigeſimo argumentor, non ſequitur. ſortes currit, ergo ſortes mouetur, quia ſi ponatur in naui inter ſeſtos & abidum currens & ex oppoſito tatis moueatur, ſic vt maneat ĩ eodem loco in ordine ad fixum, antecedens ẽ verum & conſequens falſum. ¶ Vigeſimo argumentor, non ſequitur. ſorte currente ſortes mouetur, ergo homine currente ſortes mouetur. ¶ Ad decimumſeptimum dicitur. non tenet cum ſolus & vnicus, bene autem in alĳs excluſiuis primi ordinis. ¶ In decima octaua tadte cum diſtributione ſuperioris proceditur.

¶ Ad pęnultimũ quod eſt phiſicũ dico, ſortes non currit nec localiter mouetur, licet fatigeẽ & ſudores expromat. ¶ Ad poſtremum dicitur, ſi exponatur per dũ illatio eſt bona, ſi per ſi ex dictis ſolutionem habes. ¶ Vigeſimo primo argumentor, non ſequiẽ. ſortes videt pauciores homines, ergo ſortes videt pauciora animalia. ¶ Vigeſimo ſecundo argumentor, non ſequitur. iſte terminus ſupponit reſtricte, ergo ſignificat reſtricte. ¶ Vigeſimo tertio, non ſequitur. deus contingenter creat, ergo deus contingenter eſt ens. ¶ Vigeſimo quarto non ſequitur. ſortes ẽ fictus aſinus, ergo ſortes fictum animal. ¶ Vigeſimo quinto non ſequitur, hoc piper eſt venditum Romę, ergo hoc piper eſt Romę ¶ Vigeſimo ſexto nõ ſequitur. anima quieſcit in pede, ergo anima geſcit alicubi. ¶ Vigeſimo ſeptimo nõ ſequitur. brunellus differt ab homine, ergo differt ab animali. ¶ Vigeſimo octauo non ſequitur. ignis calefacit hominem, ergo ignis facit hominem. ¶ Reſpondetur, ad has rationes paucis communiter proceditur cum dictione negationem includente, & aliter termini capiuntur in antecedente & conſequente, ignis calefacit hominem, hoc eſt producit calorem in hominẽ. Ex illo antecedente inferas ignis agit in hominem, vide etiam inferioritatem cum ſuperioritate extremi ad extremum & non erraueris. Interdum enim quando cum oblectamento ſcribimus argutiolas multiplicamus, licet paucę ſolutiones multis ſufficiant, vt varĳs auditoribus in paleſtra diſceptantibus faciamus ſatis, nec omnia penſiculat deluo indigne ferunt amici in conuiuĳs ſi minutula ad vnguem ſupputentur ſecũdo Methaphiſicę, regẽtis ẽ mun⁹, iſta diffuſius explanare ægre ferret ſi omnia eſſent clariſſima.

Sub regula priore argumẽtatio ab eſt tertio adiacente ad eſt ſecundum conſtructiue inuoluitur.

¶ Patet, regula corrolarie, prędicatum conſequentis eſt tranſcendens, proinde pręd-

catum antecedentis est illi inferius consequentiale. Patet exemplariter. Sortes est homo. ergo sortes est. Maxima per quã tenet est hæc. De quocũq; dicitur inferius de illo dicitur trãscendens. Ex regula sequitur hanc esse falsam. Sortes necessario est non asinus. Patet, hæc infert hanc. Sortes necessario est, quæ est falsa, ergo antecedens non est verum.

Contra regulã instabimus, nõ sequit. Gens est populus, ergo gẽs est, nullum ens est gens. ¶ Secundo, non sequitur. Tantũ animal est homo. ergo tantum animal est. ¶ Tertio, non sequitur hominẽ esse asinum est falsum. ergo hominem esse asinum est. ¶ Quarto, nõ sequit. Adam est homo mortuus. ergo Adã est. ¶ Quinto, non sequit. Hercules est homo pictus. ergo Hercules est. ¶ Sexto, nõ sequit. Omne animal præter hominẽ est irrationale. ergo omne animal præter hominem est.

Respondetur, prima argumẽtatio nõ valet, prędicatum mentale nõ est superius ad prędicatum antecedentis, inferas ergo gẽs est entia. ¶ In secũda ratiuncula erratũ est trabeß vel a lippo perceptibile. ¶ In tertia ratione mutatur suppositio vel acceptio, subiectum antecedentis stat materialiter ratione prędicati secundę, subiectum consequentis accipitur significatiue, inferas hominẽ esse asinum est ens vel entia. ¶ In quarta proceditur cũ termino ampliatiuo. ¶ In quinta subiectum difformiter capitur. ¶ In sexta tacite cũ vna negatiua proceditur, vt per tertiam exponentem patet.

A superiore ad inferius consequẽtiale destructiue cum altioris mobilitationę consequentia est valida.

¶ Hęc regula a fonte pręeunte sequit. Omnis consequẽtia in qua ex opposito consequentis ad oppositum antecedentis bene consequẽtię proceditur est bona. At hęc est bona Homo currit, ergo animal currit. Proinde hęc erit vtrobiq; bona. nullum animal currit. ergo nullus homo currit. Maxima per quã tenet est hęc, quicquid negatur de superiore hoc ipsum de quolibet inferiore negabitur. Verum in his maximis & differẽtijs maximarũ more aliorũ te nõ fatigaueris, cũ regulę soliditatẽ habes, & per diffinitionem bonę consequẽtię hoc monstrare noueris, qua de re frustra quintum in asilere pedem indagas.

Contra regulam obijcio, nõ sequitur. Non omne animal currit. ergo nullus homo currit. & tamẽ discurritur per regulam, igitur. Consequẽtia tenet cũ maiore, minorẽ coloro, animal distribuit in antecedente, hoc ex dictis in quãtitatibus sæpius repetitũ protritum relinquo. ¶ Secũdo, nõ sequitur. Si nullum animal currit, null' homo currit. ergo si nullus asinus currit, nullus homo currit. ¶ Tertio, non sequitur. Sortes nõ incipit esse coloratus, ergo sortes non incipit esse albus.

Ad primum dicitur, animal nõ distribuitur sufficienter in toto antecedente. ¶ Secundo dicitur regula tenet quando ex opposito consequentis ad oppositũ antecedentis consequẽtia est bona, in qua mẽdum facilius percipies. ¶ Pro secundo, dico regulam nõ tenere in hipotheticis. ¶ Pro tertio, dicitur in exponibilibus, regula non habet verũ in discursu ex opposito consequentis hoc deprehendes, cum anxietatem in Dedaleis meãdris hic offenderis prefata regula te penitus extricauerit.

Tertia regula. Ab inferiore ad superius destructiue cum constantia ratiocionatio est firma.

¶ Dicebatur cum cõstantia sine ea nõ valet, non enim sequitur. Sortes non currit. ergo homo non currit sorte nõ existente & quolibet hoĩe currẽte, antecedens est verum & cõsequens falsum, hęc tamen est bona. Sortes nõ currit, & sortes est homo. ergo homo nõ currit. oppositum consequẽtis antecedenti eiusdẽ aduersatur. Item ex opposito consequẽtis sequitur oppositum antecedentis, bene enim sequitur. omnis homo currit, ergo sortes currit, vel sortes non est homo.

Contra hanc regulam argumẽtor, nõ sequitur. tantum substantia non est accidens, & substantia est, ergo tantum aliquid non est accidens. ¶ Secundo, nõ sequitur. hominis asinus nõ est animal, & hoĩs asinus est. ergo hoĩs animal nõ est animal, pone aliquẽ hominẽ nõ habere asinũ quolibet possidente cornupedem antecedens est verũ cõsequẽte existente falso. ¶ Tertio, nõ sequitur. cuiuslibet hoĩs hic asin' non currit, & hic asin' est. ergo cuiuslibet hoĩs asinus nõ currit. ¶ Quarto, non sequit. Sortes videns platonẽ nõ currit, & sortes est. ergo sortes videns hominẽ nõ currit. ¶ Quinto, nõ sequitur. cuiuslibet hoĩs asinus nõ est asinus, & cuiuslibet hominis asinus est. ergo asinus non est asinus. ¶ Summatim ad has obiectiones dices in eis perperã constantia ponit. In prima cõstantiam sic collocaueris tantũ substantia est. In secũda eiusdem hoĩs asinus est. In tertia cuiuslibet hoĩs hic asinus est. In quarta & sortes videns platonẽ est. In quinta a confusa ad determinatã respectu multitudinis proceditur.

Quarta regula. A toto vniuersali ad

eius partem subiectiuam cōstructiuæ cum constantia consequentiam stabilem offendes.

¶Hæc est quarta regula in materia totorum, libra vsquequaq; sermones secundum materiā subiectā esse capiendas, hęc regula ex priore corrolarie sequit̄, quare opus est cōstantia huius cōsequētię malicia protinus manifestat, omne animal currit, ergo omnis hō currit, belluis vniuersis currentibus & nullis existentibus hominibus, antecedens est verum cum contradictorio consequentis.

Contra, bene sequitur quodlibet ens est. ergo numen est, & hic non ponitur constātia, igitur ¶Secūdo bene sequitur. quodlibet est nihil, ergo sortes est nihil. ¶Tertio bene sequitur. quodlibet animal istorum currit, ergo hoc animal istorū currit capiendo demonstratum in antecedente.

Respondetur, prima consequentia nihil valet per hanc regulam cum non sequitur omne animal est, ergo omnis homo est, & sic insto per hanc regulam, non dico me instare ī simili forma discepeandi, sane hæ consequentiæ sunt solum materiales instabis cum annexis huius regulæ, ob consequentis necessitatē sequitur, & in secunda ob antecedentis impossibilitatem. In tertia ratione antecedens est cōstantia grauidum.

Dubitatur an a superiore ad īferius sine distributione valeat processus. ¶Respondetur negatiue, siquidem a propositione habēte plures causas veritatis ad propositionē habentē pauciores proceditur, & talis consequētia est nulla. ¶Cōtra, bene sequitur. ens est, ergo deus est. Similiter bene sequitur. numerus est, ergo binarius est. ¶Responsio. prior tenet ob consequentis necessitudinem. Secūda quia a toto integrali ad partem sine qua nequit totum esse proceditur, implicat numerum binarij expertem consistere. Cæterum hic nullatenus illud quod in ampliationibus tetigimus prętermittas scilicet de modis ab amplo ad nō amplum & contra. Dictio ampliata ē superior ad ipsam non ample sumptam, & cum regulas superioritatis & inferioritatis in promptu habes ampliationem concipe & super priora dicta exemplificare non grauabimur, homo est currens, ergo homo est vel fuit currens in valore ab inferiore ad superiꝰ in acceptiōe terminorum, ergo bene sequitur. nullus homo ē vel fuit currens, ergo nullus homo currit, & hæc illatio est bona, sortes non currit & sortes est, ergo homo non currit, sic hęc sortes nō currit & sortes est, ergo sortes possibiliter nō currit, licet ob consequentis necessitatem illic nō est opus constantia, hæc non valet creans nō est deus, ergo creans possibiliter non est deus, hic nullus est color bonę argumentationis homo non est currens & homo est, ergo hō non potest esse currens, nec hæ consequentię valēt omnis homo potest esse currens & omnis homo est, ergo omnis homo est currēs. Nec hic sortes est currens, ergo sortes erit currens ex præhabitis errorem nosti.

A toto integrali ad suam partem pręcipuam affirmatiue illatio est valida, & ab eadem parte ad integrum destructiue processus est firmus.

¶Bene enim sequitur. homo est, ergo eius anima est, similiter corpus est, cor ē, & materialiter loquendo, & ędificiū est, ergo eius basis est & paries est. Idētidē nulla aīa ē, ergo nullus hō est. ¶Cōtra hoc argumētor non sequit̄ domus valet sūmā mille nūmū auri, ergo paries tātūdē valet. & tamen ꝑ regulam discurritur, igitur. ¶Secundo non sequitur. homo ē, ergo eius nasus est. ¶Ad prius respondet̄, valet cum est secundo adiacente & non respectu cuiuslibet prædicati. ¶In secunda ratione capitur pars minus principalis.

A causa efficiente ad suum effectū cū bono maloq; impune disputatur.

¶Hic bonum & malum dicūt artis bonitatē & nō bonitatē aut malitiā moralē, stat, statuariū eē bonū virū & statuā distortā, vltra hoc exigitur q̧ secundū extremum suæ artis agat, & adhuc instrumēti & materiæ bonitas requirit̄, vt sic argumētando nauclerus ē bonus nauclerꝰ cui bona ratis, vētus secūdus, & cætera instrumēta sunt ad manus, & pro virili laborat, ergo bene nauigat. si naufragiū non est prosperū error est in aliquo in antecedente nūerato, similiter domificator ē bonus domificator, & pro virili sua arte operatur, & habet instrumēta cū bona materia, ergo domus est erit vel potest in potētia propinqua esse bona maxima per quā hic locus tenet est hęc cuius causa efficiens est bona illius effectus est bonꝰ & destructiuę ædificator non est peritus, ergo domus nō est bona, multas circunstantias ad suā bonitatem hę consequentiæ efflagitāt & cum habentur parui sunt momenti, iccirco in eis parum immorabor.

A causa finali ad suum effectum affirmatiue cum his vocabulis bonum & malum bene proceditur.

¶ Vt bene sequit: felicitas est bona, ergo virtus est bona & hoc dūmodo causa finalis nō potest esse sine suo effectu, alias nō sequitur, hec cōsequētia est nulla, creator est bonus, ergo creatura est bona, cuius finis bonus est ipsum quoqȝ bonū est. ¶ Ceterū ab effectu cause finalis ad causam affirmatiue, dūmodo effectus nō potest esse sine causa respectu horū p̄dicatorū bonū & malū antecedēte & cōsequēte existētibus de p̄senti cōsequētia est bona, bene eñ sequit, creatura est bona, ergo creator est bonus. De causa formali post hac erit sermo parū soliditatis a causa materiali ad suum effectum, aut econuerso inuenies.

Locus a generatione rei successiue cū his vocabulis bonū & malum valet. In re permanente disiunctum copule est vel erit locato.

¶ Bene sequit, prolatio vocis demon est mala, ergo vox est mala quia tēpore ꝓlationis solū ipsa est, & si ꝓlatio noīs Iesus sit bona, ergo vox est bona. At nō sequit, gn̄atio domus est bona, ergo domus est bona, sed sequitur est vel erit bona, tēpore constructionis edificij est generatio domus. Hi loci ad locum intrinsecum reducuntur, At in talibus non seriose insudandum est.

Cuius corruptio est bona ipsum erat malum, & econuerso.

¶ Bene eñ sequit: destructio domus est mala, ergo domus fuit bona. Similiter sequit, destructio domus est bōa, ergo domus fuit mala.

Cuius vsus bonus est ipsū quoqȝ bonū

¶ Vsus est operatio actualis, vt arare agros est bonū, ergo agri sunt boni, equitare est bonū, ergo equus est bonus, & sic de malo vt si ludere aleā est malū, ipsa alea est mala, & si illud quo vteris est bonum vsus est bonus, & sic de malo.

Si cōtingēter accidētiū vulgo annexorum posterius inest prius infuit.

¶ Vt sortes penitet, ergo sortes peccauit, aliqua cōtingēter cōiūgūtur & nō cōmunissime vt esse cōptū & esse adulterū. Interdū in exteriore hoīe cultior intus sordet, at nō vsquequaqȝ. ¶ At dicis deus penitet, penituit eū fecisse hominē, & tamē nō peccauit. Similiter penitet me de nece probi viri quē nō peremi. ¶ Respōdetur penitere interdū tantū valet sicut displicētiā habere, vel per modū displicentis se habere. ¶ Secūdo modo tantū valet sicut habere displicētiam de malo a nobis cōmisso, vel de bono culpabiliter omisso. Secundo modo cōsequētia est bona & nō priore modo, & per hoc soluūtur obiectiones, & hec pāxillula circa locum intrinsecum hic notasse sufficiat.

Sequitur de locis medijs.

Locorū mediorū, alius a cōiugatis, alius a casibus, alius a diuisione. Cōiugata sunt cōcretū & eius abstractū. Si cōcretū de cōcreto essentialiter predicetur abstractū de abstracto enūtiabitur, & cōtra tam cōstructiue q̄ distructiue.

Vt iustitia est bona, ergo iustū est bonū. Exēplū destructiue, iniustitia nō est bona, ergo iniustū non est bonū. Maxima, quicquid vni cōiugatorū cōuenit illud reliquo cōgruit & quod vni cōiugatorū aduersat reliquo nō cōuenit. Dicuntur eñ cōiugata quasi sub eodē iugo posita, dicit essentialiter in littera, alioqui cōsequētia est nulla, nō sequitur, album est dulce, ergo albedo est dulcedo, nec sequit, scibile est opiabile, ergo sciētia est opinio.

Contra, non sequitur: albedo est color, ergo albū est coloratū. Multiphariā hoc enodatur, sta albedinē misceri nigredini, q̄ denominationē albi obfuscat, & si dicas qualitates has secūdas nō se cōpati in gradibus quibuscūqȝ. De calore argumētabor sic, non sequit, calíditas est qualitas, ergo calidū est quale. ¶ Tum secūdo, albedo dētis ethiopis nihil albū denominat. ¶ Tum tertio, albedo in eucharistia est extra subiectum, ergo hec est vera, albedo est color, & hec falsa, hoc album est coloratum.

Ad primū respondetur: oportet sic ratiocinari, albedo sufficiēs denotare subiectū inest tali subiecto, ergo album est coloratū, & per hoc soluit tertia ratio. ¶ Ad secundā dico, dentē ethiopis esse albū, nā remissionis cuiuscunqȝ albedo nō habēs secū cōtrariū suū subiectum denotat, si in parte supficiali fuerit a concreto ad abstractū pauciorū patrocinio egemus, semp in p̄dicatione essentiali, si albū est coloratū albedo est color nihil potest esse albū sine albedine, cū quātitas est res quāta, sequit sine addito cōtinuitas est quātitas, ergo cōtinuū est quantū & cōtra p locū a synonimo & intrinsecū, & non per locū a cōiugatis ꝓcedit.

Si de principali principale & casus de casu enunciatur.

¶ Casus dicūtur ea que a principali dicuntur, teste Aristotele secūdo thopicorū, vt iustū & iuste a iustitia. Cōcretū aliquā dependentiā ab abstracto indipiscit, & cōtra, exēplū regule, vt si iustū est bonū quod iuste fit bene

sit, & diuerso, & illud tenet i predicatiõe essentiali. non enim sequitur album est dulce, ergo quod albe fit dulciter fit.

Si de aliquo ptibile verificetur a quo omnia vno dempto reijciũtur hoc mẽbrum de illo verificari necessum est.

¶ Vt homo currit est propositio, & nõ est hypothetica, ergo est cathegorica. Si fuerit precise duo membra a negatiõe vnius sequitur prepropere alteri⁹ affirmatio, si plures sint rami tunc vtere consilio regulę.

Dubitatur an in omni diuisione cum cõcessione vnius membri sequitur alterius negatio. ¶ Secũdo dubitatur an locus a diuisione sit formalis.

Ad priorem dubitationem respondetur affirmatiue, quando mẽbra nõ supponũt pro eodẽ vt sortes est aĩal rationale, ergo non est irrationale. At quãdo mẽbra supponũt ꝓ eodẽ non sequitur, hęc ↄ̃sequẽtia est nulla virtus est bonũ honestũ, ergo nõ est bonũ vtile aut delectabile. ¶ Ad secundam dubitationẽ respõdetur negatiue quos numeramus locos gratia materię vires habent, in simili forma facile est instare. ¶ Contra, hęc cõsequẽtia ẽ formalis oẽ aĩal est rationale vel irrationale, sed sortes est aĩal & nõ est irrationale, ergo ẽ rationale, & illic per locũ a diuisione ꝓceditur, igit. ¶ Respõdet, cõcessa maiore negetur minor illic a tota disiunctiua cum destructione vnius partis ad positionem alterius in valore itur.

In diuisiõe per se partibile de ramis ꝑ se prędicatur. In partitione vero per accidens inter membra partibilis & diuisum est prędicatio per accidens.

¶ **Diuisio logicalis diuisiõis realis est** semita, sicut lapis & aliud cõtinuũ in suas partes frangit sic significantia termini cõmunioris in suas ramos spargitur genus in species i differẽtias in indiuidua per se diuidit, in oĩb⁹ talibus ẽ diuisio per se, diuisum de suis mẽbris in diuisione per accidẽs accidẽtaliter prędicat, & talis ẽ multiplex nã quędã est subiectũ in accidẽtia vt aĩaliũ quoddã sanũ quoddã ęgrum quoddã accidẽtis in subiecta vt sanorũ quoddã hõ qđdã bellua, qđdã accidẽtis i accidẽtia, subiectũ ẽ termin⁹ absolut⁹ aut min⁹ cõnotatiuus vt qualitatis aliud dissimile aliud simile.

Sequitur de locis extrinsecis.

Locorum extrinsecorum alius ab oppositis, alius a maiore, alius a minore, alius a simili, alius a proportione, alius autem ab authoritate.

QVadruplex est oppositio scilicet relatiua cõtraria contradictoria & priuatiua. De hisce in prędicamẽtis & de disparatis etiã sufficienter traditur, incassum hic de illis mentionẽ faceremus. de cõseq̃ntijs i ipo & ecõtrario nõnihil dicem⁹.

Consequẽtia in ipso in cõtrarijs in prędicatione per se cum constantia valet.

¶ **Consequentia in ipso dicitur ea cu**ius aliquod prędicatũ dicitur de aliquo subiecto in antecedẽte & de opposito subiecti oppositũ prędicati cõcluditur, vt sic ꝓcedẽdo iustitia ẽ virtus, ergo iiustitia ẽ vitiũ, vel ĩ qua ex aliquo antecedẽte sequitur cõsequẽs & ex opposito antecedẽtis sequitur oppositũ cõseq̃ntis vt ĩ cõtrarijs oĩs hõ currit, ergo oĩs hõ mouet, tũc inferet nullus hõ currit, ergo nullus hõ mouet iste modus ratiocinãdi est nullus patet ex dictis in cõditionalib⁹. ¶ Caeterũ possumus loqui in cõtrarijs de opposito modo enũciãdi vt quilibet hõ currit nullus hõ currit, & hoc hic nõ intẽdimus. Alio modo attẽdẽdo contrarietatẽ penes terminos sicut, virtus vitiũ, calidũ frigidũ, albũ nigrũ, cõtrariant cõtrarietate terminorũ vt in post ꝓdicamẽtis loq solemus, & hoc modo hic sabimus. Primo, dico talis mod⁹ argumẽtãdi nõ valet nisi pdicato essentialis fuerit, nõ eñ sequit albũ est calidũ, ergo nigrũ ẽ frigidũ. Scđo regrit cõstãtia vt inquit littera, ꝓpterea nõ sequit iustitia ẽ virt⁹, ergo iniustitia est vitiũ si nulla fuerit iiustitia cõseq̃ns ẽ falsũ cũ veritate antecedẽtis. Et ꝑter hoc tertio reqrit extrema vnius cõtrarietatis in qbus discrepat sub vno extremo alteri⁹ cõtrarietatis minime cõtineri, ꝓinde nõ sequit ꝓdigalitas est vitiũ, ergo illiberalitas ẽ virtus, qa & ꝓdigalitas & illiberalitas cõtinent sub vno extrẽo cõtrarietatis qđ ẽ vitiũ. Quarto idẽ mod⁹ cõtrarietatis scilicet extremi ad extremũ vel medij ad mediũ. Et ꝓpterea nõ sequitur ꝓdigalitas est excessus, ergo virtus ẽ defectus, quia habũdãtię ad defectũ est cõtrarietas extremorũ. At ꝓdigalitatis ad virtutẽ est cõtrarietas extremi ad medium, vel sic illiberalis est deficiens, ergo liberalis est superhabũdãs, palã est ex secũdo Ethicorũ nedũ extremũ extremo, sed etiã ipsi medio contrariari, intẽperatus extremo defectiuo & medio opponitur.

Consequentia econtrario propositionũ nõ notionũ locũ stabilẽ constituit.

¶ **Consequentia econtrario est in qua** aliquod prędicatũ enunciatur de aliquo subiecto, & posthac cõtradictoriũ incõplexũ subiecti enunciatur de cõtradictorio prędicati, vel

quã do ad antecedẽs sequitur cõsequẽs, & ex opposito cõsequẽtis sequi{t} oppositũ anteceden tis, vt si hõ est aĩal nõ aĩal est non hõ, & taro hęc valet, patet non sequitur, deus est existẽs, ergo nõ existẽs est nõ deus, ex dictis in cõuer sione per cõtropositionẽ hęc liquere suspicor. Exẽpliũ secundi, vt hõ currit, ergo aĩal currit, bene sequi{t}, nullũ aĩal currit, ergo nullus homo currit, quid soliditatis ea regula cõtineat iampridem in consequentijs retulimus.

In relatiue oppositis consequentia in ipso cum cõstantia subiecti cõsequentis in predicatione per se valet.

¶Sine cõstãtia argumẽtatio est nulla: nõ enĩ sequi{t}, pauci scolastici sunt presentes, ergo multi scolastici sunt absentes, quia si pauci fuerũt & eidẽ in lectione, añs est verũ, & cõsequẽs falsum. Secũdo requiri{t} p̃dicatio essẽtialis, quare nõ sequi{t}, capitatũ est candatũ, ergo caput est cãda, & preter literã requiri{t} q̃ ambo extrema vnius oppositionis relatiuorũ nõ cõtineãtur sub vno mẽbro alteri⁹ oppositionis relatiue, quare nõ sequi{t}, om̃e paruũ est totum, ergo om̃e magnũ est pars, quia isti termini, magnũ & paruũ qui sunt mẽbra vnius oppositionis relatiue cõtinẽtur sub hoc termino totũ, qui est mẽbrũ alteri⁹ oppositionis relatiue, & licet nõ sequa{t}, omne sensibile est scibile, ergo oĩs sensus est scientia nihil ad a, quia illi termini nõ sunt de predicamẽto relationis. Cęterũ hac in specie potes ꝓcedere, vno modo ratione terminorũ ad terminos, sicut hic, duplũ est multiplex, ergo subduplũ est submultiplex. Alio modo ratione propositionis ad propositionem, vt in hoc exemplo, si duplum est multiplex est, ergo si subduplum est submultiplex est.

In priuatiue oppositis consequentia in ipso in predicatione essentiali cum cõstantia tenet.

¶Non sequitur: vidẽs est audiẽs, ergo cęcũ est surdũ, est predicatio accidẽdalis. Nec sequi{t}, vidẽs est sentiẽs, ergo cęcũ est priuatũ sensu, si nihil esset cęcũ, añs cõpati{t} oppositũ cõsequẽtis in veritate, & vltra illud oportet priuationẽ superioris habitus restringi per habitũ inferioris priuationis, quare nõ sequitur, om̃e tãgibile est sensibile, ergo omne intangibile est insensibile, cœlũ est intãgibile naturaliter & nõ insensibile, ex illo antecedẽte inferas cœlũ est insensibile sensu tactus, & hic ꝓcedi{t} in cõsequẽtia in ipso terminorũ, Etiã in priuatiue oppositis in cõsequẽtia in ipso ꝓpositionũ, cõsequẽtia est bona, si priuatio superior restringatur per habitũ priuationis inferioris, nõ sequitur, si aliquod est tangibile ipsum est sensibile, ergo si aliquod intãgibile illud est insensibile, sed infera{t} illud est insensibile sensu tact⁹.

Si illud quod minus videtur inhęrere inhęreat, & illud quod magis videtur inhęrere pariter inhęrebit.

¶Vtiliores regulas & cõmuniores liber solũ insequi{t}, facilib⁹ caducisq; (quas quilibet nouit) papirũ nõ replet. Regula assumpta patet, si auratus eques vel miles rege in potentia iferior arcẽ oppugnare, & demũ expugnare valeat, & rex eo superior, hęc regula in reb⁹ eiusdem speciei tenet, musca potest volare, nõ aũt sortes, vel dica{t}, musca ĩ hoc ẽ supior.

Si illud quod magis videtur inesse nõ inerit, nec illud quod minus videtur adesse, aderit.

¶Si auratus eques arcem expugnare nequeat, ergo nec pedes, aut greganus miles aurate militie cõspicuo viro inferior.

De similibus simile est iudicium.

¶Vt sicut se habet nauclerus nauis ad nauim sic cure pastoralis rector in ordĩe ad pastoralẽ curã, sed null⁹ ad artẽ nauticã est eligẽdus nisi gnarus, ergo nec ad pastoralẽ curã nisi in ea peritus, hic debet esse argumẽtationis basis in illo in quo est similitudo, & in quo est dissimilitudo euitari, alias illud vulgare protinus allegabitur argumentũ a simili claudicat vno pede, vel dices ly sicut non dicit omnimodam similitudinem, sed aliqualem, & tunc dissimilitudinem referabis.

Transmutata ꝓportio est quatuor vocabulorũ, primus ad secundũ sicut tertius ad quartũ, & concludimus vt primus ad tertium sic secũdus ad quartũ.

¶Proportio est aliquorũ eiusdẽ generis vnius ad alterũ certa habitudo, vt numeri ad numerũ, soni ad sonũ, tẽporis ad tempus. Proportionalitas est pluriũ ꝓportionũ similitudo. Exẽplũ regulę sicut se hebent. xij. ad. vi. ita. x. ad. v. ergo sicut se habent. xij ad. x. Ita se habẽt. vi. ad. v. In primis est ꝓportio dupla, in secũdis vero est ꝓportio sesq; quinta, proinde proprie loquẽdo iste locus ratiocinãdi nõ est a ꝓportione, sed a ꝓportiõalitate, alias de hac ꝓportiõe fusius vel a nobis sermo habẽd⁹ est.

Locus ab authoritate affirmatiue valet maxima illius loci confirmatiua est. Cuilibet experto sua in arte credẽdũ est.

¶ Authoritas est affirmatio siue dictũ eruditi viri, negatiue regula non habet verũ. non enim sequitur Aristoteles nõ dicit me esse, ergo ego non sum. ¶ Contra hãc regulam argumentor, non sequit̃ Aristoteles dicit mũdum non habuisse principium, ergo mundus non habuit principium, & tamen affirmatiue proceditur cum dicit non negetur. ¶ Secundo argumentor vel cuilibet scribenti dãda ẽ hęc fides, & tunc duobus contradictorijs fidem adhibebis, vel alicui sic, alicui vero non, & quęritur quibus & quibus nõ & illius causa. ¶ Ad primum concedo affirmatiue proceditur, sed consequentia nihil valet cũ antecedens sit verum & consequens falsum, locus iste solum de virtute sermonis tenet in eo ꝙ nec fallere nec falli potest (cuiusmodi deus) vel in prophetis a deo illuminatis, sed loquendo vt plures Aristotelem admittimus nisi vbi constat oppositum per fidem, vt in exemplo adducto. ¶ Ad secundum dicitur, non cuilibet scribenti etiam erudito fidem damus, quia homines etiã circunspectissimi nonnũquam hallucinantur, & ipsi sua errata melius dispositi & animaduertẽtes depręhenderunt, & nedum ipsi & pennati, sed aliqui eis multo inferiores & in litteris & in moribus, aliqui in paucis labuntur, & multa artificiose tradunt. Alij vero pluries falluntur & rudius sua monstrant, prioribus maior fides merito danda est, & eis in casu ancipiti merito credendũ est (nisi de opposito authoritate vel ratione doceatur) signãter a mediocribus, excellentibus tamen concessum est sublimibus in materia thopica cõtraire. Quoad autem aliquam in apice tęporis discas cuiuslibet illustris viri authoritatem in honore habere, & si erratula sublimis viri regentis tui aut alterius depręhendas, non propterea te illi quoquam pacto compares, tu vni materiæ intentus forte melius in ea censes quam ille circa plurima occupatus, quia raptim illam pertrãsijt, & vt homines suam imbecillitatem agnoscant, deus pennatos labi permittit, ne pauonum instar tumidę in se glorientur, & cum poeta canãt Dicite pierides non omnia possumus omnes. Ecce in huius argumenti solutione quo ad materiam fusius consulto institim'. ¶ Tertio argumentor, locus oratorum ab authoritate negatiue valet, probant enim dominus Iohannes econtra aut simile in facundo viro inueniri nõ posse, proinde est barbarum. ¶ Respondetur, subintelligitur hoc, quodlibet vocabulum latini sermonis ab eorum aliquo colligitur, alioquin non Romanam sed Gothicam aut aliã peregrinam linguam redolet, qui vero eõrum nescribunt ad elegantes iudicare relinquitur, & quia huius materiæ locorũ & ex consequenti totius operis portum vicinum intueor vela complico.

Fœlicem optatumq; finem sortitum est hoc in Aristotelicã dialecticen itroductorium nusquã antehac impressum Anno virginei partus. XXVII. super. M. D. XVI. Kalendas Decembris.

Sequũtur aliqua mẽda in hoc libro calcographorũ negligẽtia.

¶ Folio primo columna quarta linea est lege post propinquum inquantũ huiusmodi significata &c.
Fo. 1. co. 3. li cat. le. naturaliter & tamen.
Fo. 33. co. 4. li. tor. substrahe est solutum.
Fo. 40. co. 4. in fine linee ex his. le.
¶ Ad quartum respondetur vtendo conceptione generum bene contrariantur, si non fiat conceptio generum tunc non contrariantur priori modo quęlibet valet omnis. In rationum denominationibus facilibusve mendulis vt tum pro cum non negationem addendo vel remouendo a quolibet vel lippo perceptibilibus non immoror.
Fo. 79. co. 1. li. cione post coniunctionum le. Ad secundum negetur antecedens consequentia prior.
Fo. 89. co. 4. li. fi. le. eam esse vniuersalitatem.
Fo. 90. co. 4. li. tem. le. & vnica confusa.
Fo. 100. co. 4. li. 3. in fine le. ¶ Ad. xi. dicitur subiectũ illius est terminus singularis licet mediante illa copula verificetur de quolibet ymaginabili.
¶ Ad duodecimũ dicitur ille terminus, ẽ cõmunis & argumentum soluitur ex dictis in terminis.
Fo. 135. co. 4. li. vltima le. Ago non.
Fo. 136. co. 2. li. consequium le. cum similibus est firmum fortes fortem.
Eo. & co. eisdem li. ex le. si promittens.
Fo. 149. co. 4. li. tor le. omnis equus moriturus ꝙ est ꝙ est iuuenis.
Fo. 175. co. 2. li. tionalis tolle oportet omne rationale esse & ponas in. 3. li. ante risibile.
Fo. 2. co. 1. li. nibus le. aliquod est diffinitum propinquum cuius diffinitum remoto diffinitio.
Fo. 67. co. 1. li. negetur le. si non negetur.
Fo. 156. co. 1. li. le. lege in fine mendo.

¶ Registrum huius operis.

*. a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q r. s. t. v. x. y. z. &. A. B. C. D. E F. G. H. I. K. Oĩes sunt terni præter C. & I. qui sunt bini.